*næ lignũ aloes hodie appellãt.* [ *f* Rhei pontici. ] *Græcè eſt* ῥέου ποντικοῦ. *falſo igitur in latinis codicibus legitur* Rheubarbari, *quũ diuerſum ſit* Rheubarbarum *à* Rhapontico, *vt alibi, & lib.* 1 de Cõpo. *medicamentorum luculenter demonſtrauimus.* Rheũ *autem ponticum* Dioſcoridis, Galeni, *& aliorum veterũ,* Nicolai *etiam temporibus rarum eſſe cœpit, vt nihil mirum ſit hodie prorſus eſſe incognitũ.* Hinc *quum radix illa Centaurio magno ſimilis eſſet, & pleriqúe ea pro vero* Rheo pontico *vterẽtur, factum eſt, vt nomen* Rhei pontici, *in* Centaurij *magni radicem trãslatum ſit, idq́; in hodiernum vſque diem retineat.* Et *licet quidem in penuria veri* Rhei *pontici,* Centaurij *magni, ſine omni errore, vti radice: quòd ſimilem omnino vim habeant.* Hinc *eſt quod in interpretatione quarundam vocum* Nicolai *ita ſcriptum ſit,* ἐὰν μὴ ῥέον, κενταύριον τὸ μέγα, ἢ συμφύτου ῥίζα: *id eſt, ſi deſtitueris* Rheo, *Centaurio magno, aut Symphiti radice vti licebit. Galenus etiã in libello* περὶ ἀντιμβαλλομένων, *pro* Rheo, *Centaurio vtendum eſte concedit. inquiens:* Ἀντὶ ῥέου, κενταύριον *pro* Rheo, *Centaurium ſubſtituendum.* [ *g* Hermodactyli rubri & albi, ] Per *Hermodactylos hoc loco, & alias etiam Nicolaus intelligit radices, quas officinæ hodie vocant* Behem *albam & rubeam.* Quod *etiam facit* Actuarius, *vt copioſius lib.* 1. *de* Compoſ. *medica. oſtendimus.* Et *monendus hic nobis lector erit, nonnulla hoc loco in latinis deſiderari codicibus, quæ quiſque facile ex collatione cum noſtra conuerſione deprehendet.* [ *h* Gentianę ] *Poſt hanc dictionem* Græcus *manuſcriptus codex ſubijcit,* Λέξις ἰταλική. ἐστὶ δὲ ῥίζα ἐρυθρά: *vox* Romana, *eſt vero radix rubra.* Verùm *quum ſcirem dictionem hanc* Dioſcoridem, *Galenum, & alios Græcos medicos vſurpare, radicémque ipſam ſatis eſſe omnibus notam, ſtudio præterire hæc verba volui.* [ *i* Carnabadi. ] *Animaduertendum,* Nicolaum *per* καρναβάδι *&* καρναβάδιον *intelligere cuminũ æthiopicum, vt ſatis liquet ex* Antidoto 406. *vbi metipſe Carnabadiũ interpretatur pro cumino æthiopico.* Symeon Sethi, *& alij quidã recentiores Græci, Carnabadium appellant careũ, vt in ſecundo noſtro de* Stirpium *hiſtoria cõmentario docuimus.* Atq; *hinc eſt quod latini codices* Nicolai *pro Carnabadio, habeãt Carei.* Errant *igitur, qui Carnabadiũ pro* Doronico *interpretantur.* De *qua re plura in altero noſtrorũ de ſtirpium hiſtoria cõmentariorum tomo diximus.* [ κ Macedoniſij. ] *Græce eſt* μακεδωνισίου σπέρματος. Per *ſemen autem Macedoniſium intelligendum; id, quod Græcis* Hippoſelinon, *&* Romanis *olus atrum nominat*

Rheubarbarũ à Rhapõtico diuerſum.

Cur hodie Centaurij radice pro Rhapõtico vtãtur.

Hermodactyli Nicolai

Carnabadi, & Carnabadium.



UNIVERSIDAD DE GRANADA Hospital Real Biblioteca

nū macedonicum officinarū.

Sinon.

Blattiū byzātiū Cornarius notatus.

Onyx.

*minatur.* Hinc *eſt quòd officinæ in hodiernum vſq; diem hoc ſemẽ Petroſelinum macedonicum falſò, pro macedoniſio vocent.* [*m* Sinonis.] *Sinon alijs petroſelinum agreſte nominatur.* De eo *in altero noſtro de Stirpium hiſtoria tomo plura reperient ſtudioſi.* [*n* Oſsis anterioris &c.] *Intelligit id quod* A*ctuario, & alijs poſteriorib. Græcis* B*lattium byzantiū, & byſantis dicitur.* Nam *ita in eiuſdem interpretationibus legitur,* βλάττιον βυζάντιον, ὀστοῦν τῆς ῥινὸς τῆς πορφύρας. *Cauſam eius appellationis lib.1. de* Compoſ.*medi.expoſuimus.* D*iffert ab onyche* D*ioſcoridis, quod plerique, vt* C*ornarius & alij, non animaduertunt.* O*nyx enim conchylij eſt tegumentum: blattium autem os anterius narium purpuræ.*

Antidotus Adriani.

Antidotus Adriani. Efficax contra deſperatos venena- 2
torum morſus, comitiali morbo correptos, melancholicos, vertiginoſos capitis dolores, frigidum ſtomachum, eiusq; dolorē, lienoſos, opiſthotonicos, pleuriticos, frebricitātes, muliebriaq; mala. Renum dolorem diſſoluit. Prodeſt lapidem in veſica habentibus, & ſtillicidio vrinæ laborātibus. Cæterum vertiginoſis ex albo vino datur. Melancholicis, ex decocto coſti. Dolentibus caput, cum aqua tepida. Iocinoroſis, cum decocto eupatorij. Lienoſis, ex decocto capparis. Nephreticis, cū decocto caſiæ ligneæ. Stillicidio vrinæ laborantibus, ex decocto [a] milij ſolis, & ſemine peponis, & [b] cucumeris. Ad penis vulnera, cum decocto ſaxifragi, & ſemine citrij viridis, recentisve. Coli dolore correptis, ex vino calido, cui admixtum ſit cuminum, aut caſtorium. Febribus per circuitum reuertētibus, ante inuaſionem cum decocto [c] rutæ. Plurimi ſapientum vim huius antidoti experientia inuenerūt. Narrāt enim, ſi gallo à ſerpente iaculante venenum demorſo aliquid huius antidoti cum aqua tepida in os immiſeris, confeſtim hunc reſtitui ac liberari,

Probè paratā præbeto. Accipit opij ʒ.iij. Caſiæ ligneæ hyoſciami, ſingulorū. ʒ.ij.℈.ij.ß. Euphorbij. piperis albi, ſing. ʒ.ij.& grana frumētacea, vj. Seſelis, ſeminis apij, ſin. ʒ.j.℈.ß. gran. ij. Folij, origani, tragacanthæ ſingul. ʒ.j. Opobalſami, ſtyracis calamitidis, zingiberis, xylobalſami, cyperi, carpobalſami, ſeminis macedoniſij, ſinonis, ſingul. ʒ.j. minus granis ſex, ſeminis fœniculi. ϵ.ij. gra. viij. Calami

mi odorati,℈.ij.gran.ij.Cinamomi,ſpicæ,croci.coſti,rhei pontici,pyrethri, acori dauci cretici,aniſi,ſingul.ʒ.ß.grã. vj.Caſtorij,ʒ.ß.[d]Sagapeni, myrrhæ roſarum, cardamomi,amomi,ſeminis rutæ ſylueſtris, ameos, ſingul.℈.j.grã. iiij. [e] Caſię fiſtularis.℈.j.Saluiæ.ʒ. ij. Mellis aut ſacchari quod ſatis eſt.

[ *a* Milij ſolis.] *Græcè ſcriptum erat* μυριοφύλλου, *ſed mea ſententia perperam. Nam quum conſtet milleſolium eſſe ſtirpem vulner riam,& mirifica quadam adſtringendi vi præditam,nihil ſtillicidio vrinæ laborãtibus conferre poteſt. Quare dubium nõ eſt ſcriptũ fuiſſe à* Nicolao μιλίου σόλις,*quas quidẽ voces cum non intelligeret librarius,vtpote latinas, pro ijs ſubſtituit* μυριοφύλλου. V*titur autem aliàs etiã ijs duabus vocibus* Nicolaus. *Accedit quod in expoſitionibus* Platearij *diſertè fiat milij ſolis mẽtio. Quinetiam manuſcriptus latinus codex docliſsimi viri* Adolphi Occonis,*medici* Auguſtani,*legit hoc loco:* Stranguriosis cũ decocto lithoſpermi,& melonis & citruli ſeminis.*Lithoſpermon autem appellari miliũ ſolis, alibi diximus.* [ *b* Cucumeris.] *Græcè eſt* τιτραγγούρου. *Sciendum itaq;,communi ſermone Græcorum poſteriorum ſic appellari cucumeres,vt teſtis eſt* Simeon Sethi,*qui ita ſcriptum reliquit,* ἀγγούρια τὰ λεγόμενα συκία, κατὰ κοινὴν δὲ τιτράγγουρα. [ c Rutæ.] *In manuſcripto codice græco hæc vox deſiderabatur. Eſſe aũt adijciendam ſatis teſtãtur latini codices,qui legunt in apozemate pigani:&* Plateariy *expoſitiones,vbi ſcribitur:* Ante horã acceſsionis cum vino decoctionis pegani. *Legendum itaque erit* μετὰ ἀποζέματος πηγάνου. *Quã certè lectionem planè confirmat caput huius ſectionis* 321.*vbi ad verbum ferè omnia quæ hic habentur,repetuntur.* [ *d* Sagapeni.] *Græcè eſt* σιραπίων⊕-.Nicolaus *enim ſæpe barbara hãc voce vtitur pro liquore qui veterib.Græcis* σαγάπηνον *dicitur.* Atq; *hinc eſt quod officinæ, quæ barbaris delectãtur ſimplicium medicamentorum nomẽclaturis, in hodiernum vſque diem* Serapinũ *hunc liquorem appellãt.* Serapinum. [ e Caſiæ fiſtulæ.] *Græcus manuſcriptus* Nicolai *codex habet,* κασίας φιστουλα. *Quippe crebrò* Nicolaus *latinas voces Græcis literis exarare conſueuit,vt qui non rarò è latinis codicibus ſuas deſcripſerit compoſitiones.* Per *caſiam autem fiſtulam, eam quæ ſic hodie in officinis vocatur intelligit,quæq;* Actuario *nigra alio nomine dicitur. Quod ideò monere volui,ne quis ligneam appellatam caſiam,quæ poſterioribus* Græcis *etiã* σύριγξ τῆς κασίας,*hoc eſt fiſtula caſiæ nũcupatur, ab* Caſia fiſtula

*eo ſignificari putaret.* De *ea aũt* Nicolaũ *nõ loquutũ eſſe,ex præceden tibus conſtat. Quippe initio huius* Antidoti *caſiæ ligneæ mẽtio facta eſt,quare in fine hãc repetere nõ erat neceſſe,imò ſuperuacaneum.*

Alia ſimilis. Recipit calami odorati,zedoariæ,coſti,rei-põtici,dauci cretici,aniſi,acori,cinamomi ,ſpicę nardi,croci,ſingul.℥.vj. Euphorbij,piperis albi,ſing.℥.j. Roſarum, amomi,ſeminis rutæ ſyluestris, cardamomi , ſagapeni , [a] myrrhæ,ameos,ſingul.℥.iiij. Caſiæ ligneæ,℥.ij. Seſelis,ſeminis apij.ſingul.lb.j. Xylobalſami,petroſelini, macedoniſij ſtyracis calamitidis zĩgiberis.ſin.℥.j.Caſtorij.℥.j.hyoſcyami ſ,minis. ℥.iij.cyperi.℥.ix. Seminis fœniculi.℥. viij. [b] Caſiæ.℥.ß.folij.℥.x. Pyrhetri.℥. vj. Opij.thebaici.℥.iij. riſtolochiæ longæ.& rotondæ,ſingul.℥.j. Mellis aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur de hac antidoto nucis ponticæ magnitudo,cum [c] temperato . Is vero qui illã aſſumit, hoc die mulſum,non aquam bibat.

Nicolai codex emendatus.

Caſia.

[ a Myrrhæ] *Græcus manuſcriptus codex legit* μȣ̃ρα *,ſed perperàm. Scribendum enim erat* μύῤῥα*,quòd latinam vocem græcis literis* Nicolaus *pinxerit.Græcè nanque dicendum erat* σμύρνης. [ b Caſię ] *Caſiam ſimpliciter nominat , quam in præcedenti antidoto cũ adiectione fiſtulam appellare voluit,* Ligneæ *enim in eadem antidoto mentio fit.* [ c Temperato ] *Græce eſt,* μὶτ' εὐκράτου*:Quare ad aquam vel vinum,quum ſimpliciter efferatur hæc vox,referri poteſt.*

Manuſcriptus codex emaculatus.

*Sed quum paulo poſt mulſi mentio fiat,quanquam falſo in manuſcripto codice* ἰνημίλιι *pro* οἰνόμιλι *ſcribatur.* & *aquæ potio inhibeatur, ad vinum temperatum tepidumue referendum eſſe cenſeo.*

Alia Adriani parua. Prodeſt caput dolentibus, vertigi- 4
noſis, comitialibus,cum aqua mulſa. Ad dolores dentium impoſitam efficax eſt. Thoracis plagas purgat . Tabidis, deſtilatione capitis laborantibus , cum aqua tepida cõfert. Iocineroſis , regio morbo affectis , citra febrem [a] cũ vino mulſo auxiliatur. Ad laterum dolorem cum aqua mulſa vtilis eſt. Omnia vitia renum cũ aqua tepida data purgat. Penis mala,cum decocto apij, extergit,& diſpergit. Rigores per circuitus reuertentes cum decocto lachrymæ hederæ ante horam inuaſionis data iuuat. Venenatarũ beſtiarũ & ſerpentiũ ictus impoſita, [b] & cũ aqua mulſa pota ſanat.

Recipit verò piperis albi.℥.ij.Cinamomi.℥ iij.Croci.℥. ij.ß. [c] & quartam partem. Opobalſami,folij,caſiæ fiſtularis

ris,euphorbij,pyrethri,roſarũ,dauci cretici,ſemi.apij,ſem. rutæ ſylueſtris & petroſelini,ſingul.ʒ.ſ. & quartã partem Spicæ,ʒ.ſ.Mellis aut ſacchari quod ſatis eſt.

[ a Cum vino mulſo. ] *Græcus manuſcriptus codex legit* μετ' ὑδρομέλιτος, *id eſt, cum aqua mulſa: ſed, mea quidem ſententia, nõ rectè, legendum nanque cenſeo*, μετ' οἰνομέλιτος, *cum vino mulſo. Hanc enim lectionem latinus codex, qui habet: ictericis cum œnomelite, ſi febris abſit: confirmat. Accedit quòd mulſum ita laborantibus plurimum confert. Olim enim hic morbus mulſo (quod genus potionis in regum delicijs erat) curabatur: proinde regius dictus eſt.* [ b Cũ aqua mulſa pota ] *Græcus codex ſimpliciter habet*, μετ' ὑδρομέλιτος, *ſed adijciẽdum* πινομένη, *& legendum* ἐπιτιθεμένη καὶ πινομένη μετ' ὑδρομέλιτος ἰᾶται *Quam lectionem confirmat latinus codex, qui hoc loco habet: Morſus à venenatis inflictos cum hydromelite potum, & plagæ impoſitum, percurrat.* [ c Et quartam partẽ. ] *Græcè eſt*, οὐκλὰς β ς.δρ. *Hac ſiquidem nota* δρ *crebro pro quarta parte proxime præcedentis ponderis vtitur* Nicolaus. *Quarta autem pars ſemidrahmæ, habet grana frumentacea ſeptem cum dimidio.*

Regius morbus.

Quarta pars ſemidrachmæ.

5 Alia Adriani romana admodum laudata, ſi datur iocineroſis ex aqua mulſa. Difficulter ſpirãtibus cum mulſo. Lienoſis ex poſca. Quib. caput in ſcapulas conuellitur, pleuriticis, febrecitantibus, & malis muliebribus ex aqua tepida. Iſchiadicis & nephriticis, cum [a] carœno præbeto.

Habet petrocelini, euphorbij, ſingu. [b] exagium, ſ.j. Hyoſcyami.ʒ.j.ſ. Seminis rutæ ſylueſtris, ſpicænardi, caſtorij, ſeminis apij, ſin. exagium.ſ. Opopanacis.ʒ.j. Croci, amomi, ſingul. exagium.ſ. Roſarum aridarum, pyrethri, opobalſami, myrræ, coſti, rhei pontici, caſiæ, dauci, ſagapeni, zingiberis, ſing. exagium.ſ. Mellis, vel ſacchari quod ſatis eſt. De ea quæ probè parata eſt datur ſumentib. nucis ponticæ magnitudo.

[ a Carœno. ] *Græcus manuſcriptus codex legit* μετὰ καρύνου *ſed perperàm: ſcribendũ nanque erat* μετὰ καροίνου. *Eſt autem Carœnum vox latina, qua vſus eſt* Palladius *libro vndecimo ca. 18. vbi de defruti, carœni, & ſapæ confectione agens ita ſcribit:* Defrutum, *carœnum, & ſapa vno genere conficiuntur ex muſto. Nam defrutum à deferuendo dictum, vbi ad ſpiſsitudinem fortiter deſpumauerit, efficitur. Carœnum quum tertia perdita duæ partes remanſerint. Sapa, vbi ad tertias redacta deſcenderit. Carœni denique* Marcellus *empiricus*

Carœnum.

Defrutũ

Carœnum.

Sapa.

*ricus ca. 26 meminit, atque inter ea medicamenta quæ calculoſis & renum vitijs conferunt, recenſet: vt dubium non ſit, quum nephriticorum mentio fiat hoc loco, legẽdum eſſe* καροίνου. *Vſusq; eſt Nicolaus, vt aliàs ſæpe, dictione non ita dudum latina facta: Græcis enim vetuſtioribus* ἕψημα καὶ σιραῖον, *latinis aũt ſapa & defrutum innotuerunt. Tertiũ igitur genus muſti decocti, in quo tertia pars per decoctionem abſumebatur, Carœnum, vt iam ex paladio & Marcello mõ*

Muſæ erratum *ſtrauimus, vocabatur. Errat itaq; Antonius Muſa in ſuo Syruporum examine, qui Calenũ potius, à Caleno oppido, dici contẽdit.* [ b Exa-

Exagiũ. gium. ] *Græcè eſt* ἐξάγιον. . *Pondus vero aurei vnius, aut ſeſquidrachmæ exagiũ eſſe, omnes propemodum ſcribunt: in aurea tamen Alexandri, vbi omnes barbari eius Antidoti ſcriptores, & Nicolaus quoq;, habent dimidiã drachmã, hic Actuarius legit* ἐξάγιον *ſemis, vt Syluius annotauit. Quod ſi verũ eſt, Græcum enim Actuariũ nondũ nobis videre contigit, certè exagium Actuario à drachma nihil diſtabit. Exagium latinus interpres ſolidũ conuertit, vt ex Antidoto triũ ſantalorum ſatis patet.*

Alia Adriani, ad omnia efficax. Accipit hyoſcyami. pipe- 6
ris, ſingul. [a] ſiliquæ grana. xx. opij, ſilicas. x. croci. ſiliq. v. Euphorbij, ſpicæ nardi, ſingul. ſiliq. vnam. Sagapeni, ſiliq. ij. Coſti, rhei, dauci cretici, ſingul. ſiliq. vnam. Petroſelini macedonici ſiliq. ij. Seminis rutæ, apij, amomi, caſtorij, folij. ſingul. ſiliq. vnam. Liquoris balſami, [b] ſeminis balſami ſingul. ſiliq. ij. Pyrethri, ſtyracis, myrrhæ, caſiæ, roſarum ſiccarum, aniſi, carei, ſingul. ſiliq. vnam. Cyperi ſiliq. ij. Mellis vel ſacchari quod ſatis eſt. Datur de ea cœliacis quidem fabæ ægyptiæ magnitudo. Nephriticis quidem ex aquæ calidæ [c] cyathis trib. Stomachicis, calculoſis, & ſtillicidio vrinæ laborantibus, ex aqua calida fabæ ægyptiæ quãtitas. Acuta febre correptis ſummè auxiliatur ante cibum data. Cœliacis & hydropicis ex aqua calida fabæ ægyptiæ magnitudo. Non niſi recta ceruice ſpirantibus ex poſcæ tepidæ cyathis tribus. Diſentericis deglutienda datur. Lienoſis cum poſca. Iſchiadicis ex vini cretici dulcis cyathis decem. Reſolutis fabæ ægyptiæ quantitas. Imbecillioribus autem pro ratione virium exibetur. His verò quibus hypochondria phlegmone tentantur, & inflatione laborãtibus, nidoroſumq; ructantibus ex aquæ calidę cyathis trib. Mulierib. vteri pręfocatione laborantibus, cum aqua mul

mulſa, aut fœnigręci decocto. Purgat etiam internos ab-
ſceſſus, [d] & ad cicatricem ducit. Succurrit etiam deſperatis
tabidis, data ex aqua mulſa. Demorſis à vipera, cum mulſi
cyathis trib. Morſis à phalangio & ab aranea, ſimiliter po
ta cũ oxymelitis cyathis tribus. Iis qui lethale aliquid bibe
runt, cum ptiſana datur.

[ a Siliquarum grana. ] *Græcè eſt ξυλόκοκκα, quæ vox idẽ valet
quod ξυλοκέρατα. Vtraque autem vox ſignificat interna ſiliquarum
grana. Sic verò Grecis appellata ſunt à lignoſo cortice, grana illa ve
ſtiente, & occultante, Barbari corrupta & deprauata voce xylocara
cta nominant. Dioſcorides & alij Græci hũc fructum quoque ſimpli
citer κεράτιον vocãt. Vſurpant etiam pro granis eius ſiliquæ, idq; in
ponderum ratione, vt etiam latini nomen ſiliquæ. Atq; hinc eſt quòd
Nicandri interpres ſcribat, κεράτιον τὸ ἰδιωτικῶς λέγεται κόκκιον.
Proinde nos quoque aliorum more, grana ſeu ſemina ſiliquarum ſu-
binde ſiliquas nominabimus. Quod hic ſemel monuiſſe ſatis ſit.* Siliqua.
[ b Seminis balſami.] *Græcè eſt κοκκοβαλσάμου, hoc eſt interni gra
ni balſami. Sed Nicolaus κόκκον hoc loco ſimpliciter pro ſemine vſurpa
uit, vt aliàs ſæpe.* [ c Cyathis tribus.] *Etſi cyathi menſura ve-* Cyathus.
*teribus Græcis pro liquorum diuerſitate varietur, tamẽ ſciendum, Ni-
colaum vſurpare pro duabus vncijs: id quod ex interpretatione nomi
num eiuſdem, quæ in fine operis adiecta eſt, abundè comprobatur. Ibi
dem enim ita ſcriptum eſt: κύαθος ουγ. β'. cyatus vncias duas pen-
det.* [ d Et ad cicatricem ducit. ] *Græcè male legitur ἀκολῦς,
pro ἀπουλοῖ. Nam ἀπουλοῦν idem quod ἐπουλόω, non ſolum Nico
lao, ſed & Galeno, Aetio, & alijs Græcis medicis ſignificat, vt infra
denuò monebimus.*

7 Alia Adriani, ad omne malum efficax. Recipit lactucæ ſe
minis, hyoſcyami ſeminis, opij, ſingul. ℥. ſ. Aniſi, apij, fœni
culi ſeminum, ſingul. ℥. j. Mellis aut ſacchari quod ſatis eſt.
Siccis tuſis & cretis parato, & præbeto.

8 Antidotus [a] achariſtos. Facit ad ventriculum difficulter cõ
coquentẽ & acidũ ructantẽ, adeò vt eadem hora ſanet: Opi
tulatur melancholicis, & inſanientibus, nõ niſi recta cerui
ce ſpirantibus, difficulter ſpirantibus, reſolutis, cœliacis, va
lidæ tuſsi, febricitãtibus, conuulſis, tertianæ, quotidianæ,
& quartanæ febribus. Succurrit autẽ & morſis à beſtijs,
ictibus lethalibus, pota & impoſita. Articulorũ dolore cor
reptis. difficulter mingentibus. Datur ieiuno ex oxymelite

diluto. Pondus eius abſolutum eſt.ʒ.j. Imbecilioribus verò exhibetur.ʒ.ß. Mirificè muliebri pro fluuio confert, & colico dolore affectis, vt aliud facultate huic par non ſit medicamētum. Priuſquā autem mercedem accipias, haud propinato, cito enim ægrotantes ſanantur, & deinceps ingrati ſunt, ideoque Achariſtos, hoc eſt ſine gratia, appellata eſt.

Paratur autē hoc modo. Abrotoni.ʒ.j. Origani, caſtorij, hyſſopi, ſingul.ʒ.j. piperis albi, myrrhæ troglotidicæ, iridis Illyricę, opij, centaurij, ſcillæ aſſæ, croci, coſti, ſtyracis calamitidis, folij, ſpicę nardi, zingiberis: galbanis, ſingul.ʒ.ß.& quartā partē. Caſiæ.ʒ.j.ß. Hammoniaci.ʒ.ß.& quartā partē. Veratri foliorum.ʒ.ß. Mellis aut ſacchari quod ſatis eſt. Excipiatur vt [b] Colica inuincibilis nominata.

[ a Achariſtos. ] *Cur ita dicta ſit hæc Antidotus, metipſe paulo pòſt exponit: nempè propter celerem quā ſumpta affert opem. Qui enim citò curantur, ingratos ſubinde ſe erga medicos exhibent, adeo q; ſe minus periculoſe laboraſſe, ob repentinam ſalutem, exiſtimant. Eandem huius appellationis rationem aſſignat Marcellus empiricus, ca.xx. in eum ſcribens modum: Quum dederis, accipies mercedem quā cūq;. Multi enim qui citò curati ſunt, ingrati extiterunt: propter quod ipſa antidotus Achariſtos, id eſt ſine gratia, appellatur. Alij ἀχάριςον dictam eſſe volunt hanc Antidotum, quòd ipſi digna gratia referri non poſsit.* [ b Colica inuincibilis. ] *Intelligit compoſitionem quæ propter copiam refrigerantium medicamentorū, vim ſtupefactoriam obtinet: quale eſt hyoſcyami ſemen, & cicuta, & papaueris liquor, & radicis mādragoræ cortex. His enim in colicis, vt teſtis eſt lib. vij. de Cōpo. med. ca. v. Galenus, propter doloris magnitudinem vti cogitur. ἀνίκητος autem, id eſt inuincibilis, ab efficacia, & victoria, quam de affectu morbove victo ac ſuperato refert, dicitur.*

Alia achariſtos. Hāc Ariſteas Rhodius moriens Ariſto 9
macho reuelauit. Eos [a] qui prorſus nō cōcoquunt, & ſtomachicos confeſtim ſanitati reſtituit: facit ad dolores lateris, coxæ, veſicæ, renū, ad rupta, conuulſa, ſanguinem reiicientes, tuſsientes, tabeſcentes, difficulter ſpirantes, dyſenteria laborantes, cœliacos, inteſtinorum cruciatus, dolores vteri & [b] venenatorū morſus. Omnia odorata conterantur, & probè per cribrum traiiciantur. Mel autem & galbanum coquantur. Reliqua verò ſtudioſè commiſta in argenteo aut

ſtan

ſtãneo vaſe reponãtur. Vtere autẽ pondere quod ægyptiæ fabæ magnitudinem æquat, & præbe ex aquæ mulſæ cyathis duobus. Sit autem cyathus, ouic mediocris magnitudo. Trans fundens verò medicamentum, cum aqua mulſa tranſcola, deinceps minimo digito acetum decies in ſtilla.

Recipit cinamomi, exagium. j. ß. Myrrhę. ℥. ß. & quartam partem. Croci, exagium. ß. quartamq́; partem. Piperis, caſtorii, coſti, galbani, opii, ſtyracis, ſpicæ nardi, ſingul. exagiũ. j. ß. Melllis, quod ſatis eſt. Singula hæc comiſta & parata prębeto.

[ a Eos qui prorſus non concoquunt.] *Græcè falſo ſcribitur* πιόντας, *pro* πίττοντας. [ b Venenatorum]. *In manuſcripto codice Græco perperã* ὑστρουβόλων *pro* ἰοβόλων *ſcribitur.* [ c Mediocris.] *Græcè malè* μίτρου *pro* μιτρίου *ſcriptum erat.* [ d Quartãque partem.] *Eſt autem exagij pars quarta, modò ſeſquidrachmæ pondus ſit ſcrupulus vnus, grana duo, & dimidium. Verum quarta dimidij exagij pars, grana pendet vndecim. Si idem cum drachma pondus erit exagium, idem etiam de eius quod de drachmæ partibus, ſentiendum erit.*

Locus Nicolai emendatus. Alter locus correctus. Exagij quarta pars.

10 Alia cõfectio achariſtos, bona admodũ, vt illa quę pręcedit. Habet coſti, galbani, ſeminis apij, oxyphœnici, hyſſopi, ſeminis lini, ſingul. ℥. j. Spicæ, corallij, croci, xylobalſami, [a] caſiæ fiſtularis, caſiæ ligneæ, calami odorati, rhei pontici, myrrhæ, ſtyracis calamitis, opopanacis, bdellij, ammoniaci, gallarũ, nardi celticæ, abrotoni, acori, rhois ſyriaci, ſcillæ, foliorũ lauri, cinamomi, aniſi, pſyllij, ſeminis ocimi, dauci, libyſtici. fœniculi, papaueris, trium piperum, ſingul. ℈. ij. Helenij. ℈. j. ß. Veratri nigri, zingiberis, ſingul. ℈. j. Mellis attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

[ a Caſiæ fiſtularis.] *Græcè ſcribitur*, κασίας φίσουλα, ξιλοκασίας. *Vnde ſatis liquet, Nicolaum per Caſiam fiſtulam intelligere eam quæ Actuario nigra vocatur, atque à lignea facere diuerſam.*

Caſia fiſtula Nicolai.

11 Antidotus [a] Athanaſia, hoc eſt, immortalis, bona dyſenteria laborantibus & cœliacis. Ad fluxum denique muliebrẽ admodum vtilis eſt.

Athanaſia.

Habet cinamomi, [b] caſię repurgare, ſing. ℥. ij. ℈. ij. Croci floris iunci odorati, ſtyracis calamitis, phu, ſeſelis, ſeminis hyoſcyami, apii ſeminis, dauci cretici, aniſi, opii, ſingul. ℥. j. &. ℈. j. [c] Vetonicę. ℥. ij. ℈. ij. Lapidis hæmatitis. ℈. iiij. gran.

v. Boli

v.Boli armenii,ſucci[d] plãtaginis maioris,lẽnii ſigilli,ſãgui nis draconis, coſti,ſymphyti,corallii,ſpicæ, folii, caſtorii, myrrhę,heleni,aſari,acori,mãdragorę,polii,piperis albi & lõgi, petroſelini. ſing.℈.j.gra.v. Nardi indicę,nardi celti cę,mei,thuris,ſeminis papaueris,ſucci accię & hypociſtidis, baccarũ myrti,mori fructus immaturi,[e] ſidiorũ gallarum, ſin.℈.j.gran.iiij.Seminis papaueris albi,[f] quinqueneruiæ, roſarum, ſingul.℈.ij.gran.iij. Succi oxyacanthæ & ſeminis eius,ſingul.℈.iiij.gran.ij. Polygoni, quinqueneruiæ & quinquefolii ſucci,ſeminis.cotoneorũ,& mellis.Datur pon dere.ʒ.iij.aut.℥.ß.ex iure ſeu decocto quinqueneruiæ,& eius herbę q̃ lingua italica[g] Virga paſtoris nominatur.Simi lis eſt Acãthæ. Datur hæc cũ prędictis decoctis calefactis.

Athanaſia. [ a Athanaſia.] *Ita vocarunt ab immenſa eius efficacia,quòd videatur propemodum ſuo vſu homines reddere immortales.*[ b Caſię repurgatæ.] *Intelligit medullã caſiæ nigræ.*

Vetonica. [ c Vetonicæ.] *Græcè legitur* δροσιοβοτάνου. *Sic aũt vocat ſtirpem, quàm Græci alij* κίσρον,*latini* Vetonicã,*noſtri* Betonicã *appellant.Quod interpretatio illa quarundã vocũ quib.*Nicolaus *vtitur,ſatis teſtatur, in qua ita perſcriptũ eſt:*δροσιοβότανον ἡ βετονικη.*Quinetiã metipſe* Nicolaus *in ſequẽtib.aliquoties interpretatur hãc dictionẽ pro* Betonica. *Accedit,quòd latini etiã codices hic habeant* Betonicæ *nomen.* [ *d* Plãtaginis maioris. ] *Græcè eſt* ἀρνογλώσου,*ita enim maiorẽ vocare ſolet* Nicolaus *plantaginẽ,vt minorẽ* πεντάνευρον.

Sidia. [ e Sidiorum.]*Græcè eſt* σιδίων. *Alij cõuertũt malicoriorũ.*Nos *verò retinere voluimus vocẽ officinis hodie vſitatã,quanquã acceſſione vnius literæ deprauatã.Pſidia enim vocant mali punici cortices,qui Græcis* σιδία *nominantur.*

Quinq; neruia. [ *f* Quinqueneruiæ.] *Græcè ſcribitur* πεντανεύρου.*ſic aũt plantaginẽ minorẽ,vt paulò antè dictum eſt,vocat.*

Virga paſtoris. [ g Virga paſtoris.]*Græcus manuſcriptus codex perperã legit* βὸργαμ πάσαρῆς,*pro* βίργαμ πασόρις. *Solet enim,vt antea quoq; monuimus,nõ raro* Nicolaus *latinas voces Græcis exarare literis.Et virgã paſtoris hodie nominatã ſtirpem,eſſe veterũ Græcorũ Dipſacõ,ex hoc etiã Nicolai loco cõprobari poteſt. Nã ait* ὁμοίαν εἶναι ἀκάνθης,*hoc eſt,Acantho ſimilẽ eſſe,quod de Polygono verè dici nõ poteſt.*

Error interpretũ Serapio *Vt erraſſe Serapionis & Auicennæ interpretes omniũ ſit euidentiſſimum,eo quòd polygonũ ita vocari latinis cenſeant.Magis ijs hallucinãtur,monachi illi in ſuis in Meſuen nuper*

*editis*

*editis annotationibus, qui eoſdem temerè & friuolis planè rationibus, ab errore vindicare conantur. Pro virga itaq; paſtoris officinæ arripiant ſtirpem quam Carduũ fullonum alio nomine appellant, nec interpretum & monachorum horum ſeſe patiantur ſeduci nugis, & ineptis cauillationibus.*

nis & Auicennę Monachorũ quorundã erratum.

12 Antidotus alia athanaſia. Efficax ad ſerpentũ morſus & vẽtriculi abſceſſũ. Stomachicis, & cõcoquere cibũ nõ valẽtibus,[a] & vomẽtibus confert. Item ſanguini ab internis vel ſurſum, vel deorſum delato, ſiue ex pulmone, ſiue thorace, ſiue ab externis ictibus, aut à iecinore veniat. Pariter & ad ſanguinis à tuſsi, aut quocunque alio modo factis reiectionibus, aut vbi veſicã malũ aliquod occupat, auxiliatur. Prodeſt etiam cholericis, dyſentericis, vteri præfocationibus, fluoriq; ſanguinis muliebri immoderatius facto mirificè opitulatur. Demorſis à phalãgio, caput dolẽtib. dolori tũ oculorũ tũ faucium, atq; dentiũ Facit ad profluuiũ ſanguinis nariũ, podagricos, deſtillatione capitis laborãtes, & ad eos qui venenũ aliquod biberũt, ſi cũ melle[b] & oleo hãc antidotũ ſumpſerint. Ad auriũ dolorẽ liquata cũ ſucco[c] perdicii, &[d] droſato. Itidẽ ad febrẽ quotidianam, tertianam, & quartanã ante inuaſionis horã data ex aqua tepida, aut vino. Ad eos etiã qui cibũ nõ retinẽt in vẽtriculo, ſed euomũt.

Habet mororũ, ſpicæ, petroſelini, aſari, ſtyracis calaminthæ, floris hyoſcyami, floris iunci odorati, ſeminis apii, ſileris, phu, ſingul. exagium. j. Cinamomi, caſiæ fiſtularis. ſin. exagium. ß. Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſt.

[ a Et vomentib. &c.] *Græcè legitur in hunc modũ* αἱ ἐμοῦσιν. αἷμα ἀπὸ τῶν ἐντὸς φερόμενον εἴτε ἄνω, εἴτε κάτω, εἴτε ἐκ τοῦ πνεύμονος, εἴτε ἐκ τοῦ στήθους, εἴτε ἐκ τῶν ἔσωθεν πλαγίων, *&c. Sed in hac lectione, quæ nullum præ ſe fert ſenſum, multa inſunt vitia, & errata. Reſtituenda aũt, meo quidẽ indicio, ita erit :* καὶ ἐμοῦσιν. πρὸς αἷμα ἀπὸ τῶν ἐντὸς φερόμενον, εἴτ᾽ ἄνω, εἴτε κάτω, εἴτ᾽ ἐκ τοῦ πνεύμονος, εἴτ᾽ ἐκ τοῦ στήθους, εἴτ᾽ ἐκ τῶν ἔξωθεν πλαγῶν. *Et tum is ſenſus horum verborum erit, quem in noſtra cõuerſione expreſſimus. Legendum autẽ eſſe* ἔξωθεν πλαγῶν, *præcedentia ſatis monſtrant. Vult enim Nicolaus hãc antidotũ vtilẽ eſſe omnib. ſanguinis tam ab internis, quàm externis cauſis prouenientibus excretionibus.* [ b Et oleo. ] *Græcus manuſcriptus codex habet* μετὰ

μέ

*μέλιτος καὶ ἐλαίου. Oleum autem admiſcendum puto, vt vomitu cõcitato, venenũ ſumptum citius ac promptius eÿciatur.* [ c Perdicij.] *Græcè perperã ſcribitur περδικαίας pro περδικίας. Dicitur autem περδικία, καὶ περδικίας περδικιάδος, καὶ περδίκιον. Perdiciũ verò eſt herba, quæ vulgo & officinis parietaria vocatur.*

[ d Droſato.] *Vox δρόσατον Nicolao peculiaris eſt, à nullo alio, quod ſciã, Græcorũ vſurpata. Significat aũt illi idem quod Actuario ſerapium, & noſtris ſyropus. Id quod abundè ex ſequentib. ſectionib. cõſtabit, potiſſimùm verò ex antidoto. cxlix. quæ Pleres archontica appellatur. Nã vbi in ea legitur σαχάριτος καὶ δροσάτου τῶν ῥόδων, latini codices habent, ſacchari & ſyropi roſarũ. Habet etiam peculiarẽ de Droſatis Nicolaus ſectionẽ: vnde omnibus palàm fiet, illi Droſaton nõ eſſe aliud, quàm Serapium alio nomine medicamentũ dictũ. Fortè verò in emendatiorib. Nicolai exemplarib. ſcriptum eſt ὑδρόσατον, vt dictio ex ὕδωρ voce quæ aquã ſignificat, & σάττω quod idem eſt quod denſo, ſit compoſita, liquoremq́; denſatũ denotet. ſic planè cũ Serapÿs cõueniet, quæ ſunt medicamenta ex aqua & aromatis cũ melle, vel ſac charo, donec cõcreuerint ac denſentur, cocta.*

Alia Athanaſia mirifica. Eſt admodũ præclara & neceſ- 13
ſarias ad eos dyſenterij qui laborãt, nec non ad profluuium muliebre.

Recipit cinamomi, caſiæ fiſtularis, ſing. ʒ. iij. gran. vij. Croci, floris iũci odorati, ſtyracis calamitis, phu, ſeſelis, hyoſcyami, ſeminis appij, dauci, aniſi, opij, ſing. ʒ. j. ß. gra. iij. Spicæ folij, caſtorij, myrrhæ, lapidis hæmatitis, ſanguinis draconis, corallij rubei, ſãguinis humani mortui, qui nominatur ab Italis [a] Momion. boli armeni, ſymphyti, helenij, acori, aſari, corticis radicis mandragorę, polij, foliorũ lauri, mei piperis albi & longi, ſeminis petroſelini. ſingul. ʒ. ß. ſeminis quinqueneruiæ, & myrti, roſarum, ſin. ℈. iij. gra. iiij. Succi hypocyſtidis, & acaciæ, ſeminis oxyacãthę & ſucci, ſingu. ℥. ij. Succi quiqueneruię. ℥. iij. Mellis attici aut ſacchari qđ ſatis eſt. Rectè cõfecta datur.

Mumia ſeu. Momia. Officinarũ error.

[ a Momion.] *Græcus manuſcriptus codex habet μώμιον. Animauertendũ aũt, Momiã, vel vt officinæ loquuntur, Mumiam, Nicolao hoc loco teſte, nõ eſſe aliud niſi ſanguinẽ, aut tabidam ſaniem, aloë tamen & myrrha illi cõmixtis: in aliquã cauitatẽ collectã. Nũc carnes ſimul exiccatas, & oſſium fruſta pro Mumia vendunt officinæ, non tamen ſine errore.*

Alia

14 Alia Athanaſia parua. Efficax ad ſtomachũ immũdicia plenũ, oris fœtorẽ, [a] purulẽta excreantes, & ſanginẽ ſpuentes, locineroſis valde vtile eſt, lienoſis, pleuriticis,, nephreticis & coli dolore affectis plurimũ opitulatur. His qui à rabioſis demorſi ſunt. A canibus morſis, non ſolum hominibus ſed & iumentis confert.

Habet croci, ſpicę, coſti albi, mororum, phu, amomi, dauci, petroſelini, ſin. ℥. ß. piperis nigri. ʒ. j. Mellis attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur [b] nucis vnguẽtarię magnitudo febricitãtibus, cũ aqua tepida; non febricitantibus autem, ex vino.

[ a Purulẽta excreantes.] *Manuſcriptus codex habet* ἐμπνοϊκοὺς *pro* ἐμπυικοὺς. [ b Nucis vnguẽtarię.] *Græcè eſt* καρύου μυρεψικοῦ, *quanquã falſo ſcriptũ eſt* καρίου μιρεψικοῦ. *Intelligit aũt nucẽ muſcatã, vel, vt officinæ loquũtur, muſcatã nominatam. Quæ quidem vnguentaria etiam dicta eſt, quòd tota, dum recens eſt, ſucco pingui & oleoſo madeat, ſicvt vnguentum exteri queat.*

Codex Nicolai emendatus.

Nux vnguentaria.

15 Alia Athanaſia, cõferẽs pleuriticis, dolorẽ mitigans. Recipit caſię, ſpicę nardi, amomi, croci, opij, ſtyracis, coſti, myrrhę: ſing. ʒ. j. Mellis attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur de ea nucis auellanę quantitas ieiunis.

16 Alia Athanaſia cõferẽs eſt ad omnia ad quę pręcedens. Habet cinamomi, caſię, ſing. ʒ. vj. Croci, myrrhę, ſing. ʒ. iiij. Coſti, nardi ſyriaci, acori, mei, aſari, ſeminis petroſelini, piperis albi, dauci cretici, ſinonis, ſin. ʒ. ij. Mellis attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur ex ea fabę ægyptię quantitas.

17 Alia Athanaſia efficax ad omnia interna mala, & ſanans incomparabiliter.

Accipit ſtyracis, caſię, myrrhę ſpicę nardi, opij, croci, ſing. ℥. ß. Mellis attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

18 Alia Athanaſia, quę generatim ad omnes neruorũ affectus cõducit: particulatim verò ſtomachicis, cœliacis, & omnib. dyſentericis affectib. & vterinis pręfocationibus, comitialibus, coliciſq; affectibus, ſanguinis ſpuitionibus, & veſicę affectib. mirificè cõfert. Habet myrrhę, caſtorij ſpicæ

cæ nardi, ſin.ʒ.iiij.Croci,opii,ſin.ʒ.vj. Aniſi,ſeminis opii, ſin.ʒ.viij.Excipe cum melle attico, vel ſacharo ſufficienti. Datur ex aquæ cyathis duobus mane.iis quibus ſunt mala [a]humectatio ne indigentia:in iis verò qui defluxione infeſtantur, cum decocto chamæmeli vtere.

[ a Humectatione indigentia.] *Græcè eſt τεγγώμενα πάθη, vitia madefacienda. Intelligit ea quæ citra deſluxionem aliquam nata ſunt.*

Alia Athanaſia admodum laudata. 1

Habet coſti ℥.j.Caſiæ ,fœnigræci,folii,ſpicæ nardi,eupatorii,glycyrrhizæ,croci,ſtyracis,ſingul.℥.j.Mellis attici vel ſacchari quod ſatis eſt.

Alia Athanaſia melior , [a] accommodata ad lethifera 2 venena,& ad omnem corruptricem materiam. Confert ſtomachicis,& ijs quibus cibus in ventriculo aceſcit,& non cōcoquentibus.Sāguinē, ſpuentibus,empyicis,& tuſsi diuturna cōflictatis.Item lienoſis,iecinoroſis, nephriticis:cholericis cibum vomitu reiicientibus,dyſentericis,mulieribus vterina præfocatione laborantibus,immodicis ſanguinis eruptionibus,capitis doloribus,omnibus lippitudinibus & tōſillarū inflammationibus,gingiuis eroſis , articulorū dolore afflictis,& podagricis.Menſes mulierum immodicè promanātes,ſanguinis è narib. profluuia, & deſtillationes cohibet.Exhibetur aūt medicamētū hoc modo.His qui lethalia ſumſperū venena datur nucis auellanæ quātitas ex aquæ mulſæ cyatho vno.Illis autē qui à venenatis animantibus icti ſunt,ex meri cyathis tribus. Ad omnes defluxiones, ex polygoni,vel baccarum myrti decocto. Ad veſicæ, aut renū affectus,ex paſſo,aut [b]ſcybelite aqua diluto . Ad immodicas menſtruorū eruptiones, ex iure decoctóve quinqueneruiæ,aut vino myrtite bibitur, & [c]vt peſſus ſubditur.Ad inflāmationes tōſillarū ex mulſa diluta bibitur. Ad [d]gingiuarum dolores cibis imponitur,& admiſcetur . Ad febres per circuitū reuertētes,potiſsimū verò cū rigore, tertianas nimirū,quartanas & quotidianas,vna ante inuaſionē hora datur cū tēperata.His verò qui cibū nō retinent,ex ſucco roſarum.

Habet nardi indicæ,nardi celticę,myrrhæ,coſti,petroſelini macedonici,ſing.ʒ.iiij.Mei,acori,aſari,phu, lēnii ſigilli,cor

li, corticis radicis mandragoræ, piperis albi & lõgi, ſeminis papaueris, ſing. ʒ.iiij. Croci, opij, ſtyracis, aniſi, dauci cretici, ſeminis apij, hyoſcyami, ſeſelis, ſing. ʒ.viij. Acaciæ, caſiæ, cinamomi. ſing. ʒ.xij. Mellis attici, vel ſacchari quantũ ſufficit. Opium verò & ſtyracẽ in paſſo cretico macerato, aut mulſo. Crocum autem primùm vino diſſolue, & deinceps excipe, ac dato. Eſt admodum laudata.

[a Accommodatum.] *Græcè legitur* ἐπιτεταμένον, *ſed meo iudicio rectius ſcriberetur* ἐπιτετευγμένον, *qua dictiõe Galenus, & alij etiam crebrò vtuntur, pro eo quod eſt proſperè experimento cognitum, & accommodatum.* [b Scybelite.] *Scybelites vinum eſt, Aetio. lib. 9 ca. xxiiij. teſte, quod ſua ſponte ex paſsis vuis, vinũ vltro effundẽtib. deſtillat. Sic etiã in* Nicolai *interpretationib. legitur.* σκυβελίτης οἶνος, ὁ μετὰ τὸ παθῦναι σταφυλὰς ἀποστάζων οἶνος. *id eſt, vinũ ſcybelites eſt, quod ab vuis paſsis, & in vite à ſole aduſtis deſtillat. Nam* πατηθεῖσαι σταφυλαὶ *Græcis non quæ calcatæ ſunt, ſed quæ diu in vite ſolẽ paſſæ ſunt, & aduſtæ, dicũtur. Sic quoque metipſe* Nicolaus *infrà, antidoto 145. interpretatur.* Scybellites vinũ.

[c Vt peſſus.] *Manuſcriptus codex falſo legit* ὡς πεσσῷ, *pro* ὡς πεσσός. *Peſſus autem, vel, vt hodie facientes medicinam loquũtur, peſſariũ, quid ſit diximus lib. 2 de* Cõpo. *medicamentorum, vt non ſit opus hic longius referre.* [d Gingiuarum dolores.] *In* Nicolai *codice manuſcripto legitur* μυλαλγίας, *quam tamen dictionem eſſe corruptã cẽſeo, & pro ea ſubſtituendam* οὐλαλγίας. *Quippe paulò antè gingiuarum, quas Græci* οὖλα *vocant, meminit, quã quam & tum male* μὴ οὖλας βιβρωσκομένας *pro* οὖλα βιβρωσκόμενα *legebatur. Et* μυοῦλα *quid ſignificet, non video. Quinetiã Aetius lib. 8. cap. xxv. varia remedia* πρὸς τὰ διαβιβρωσκόμενα οὖλα *tradit. Quum itaque eroſio gingiuarũ citra dolorẽ eſſe nequeat, nũc* οὐλαλγίαν *rectiſsimè nuncupat* Nicolaus. [e Drachmas quatuor.] *Solenne eſt non ſolùm* Nicolao, *ſed & alijs tum Græcis, tũ Arabibus medicis, menſuras aut pondera quæ vno numero cõprehenduntur, vt hoc in loco, idẽtidẽ ſubinde repetere. Sic Galenus alicubi dixit, myrti nigræ ſextariũ vnum, ſeminis apij ſextariũ vnum, ſummitatum ramorũ myrti ſextarium vnum: quũ tamen enumeratis ijs omnibus ſcribere potuiſſet,* ἀνὰ *vel* ἴσον, *hoc eſt, æqualem portionem. Huius* ταυτολογίας *exempla ſunt plurima apud Græcos, Latinos, & Arabes medicos. Quod hoc loco annotandum eſſe duxi, ꝓpter monachos illos, qui in ſuis quas in* Meſues *antido*

Pessus.

Medici mẽſuras & põdera vno numero cõprehẽſa repetunt.

Lib. 1 de cõp. me. local.

*tidotarium nominatum nuper euulgarunt annotationibus, ita ſcriptum reliquerunt:* Et ex *hoc vltimo, vnum generale notandum ſequitur.* Hoc *eſt, quod vbicunque in deſcriptionibus iſtius antidotarij inuenietis per libros duo pondera vel plura medicinarum ſimilia, vel cum anà, vel ſine anà immediatè vnum poſt aliud, ſcitote ſine dubio errorem eſſe in aliquo ipſorum. Hæc illi. Sed quãtum cucullati illi fratres decepti ſint, ex præſenti Nicolai loco, & alijs multis, atq; exẽplo è Galeno à nobis producto, omnibus conſpicuum fit. conueniebat fratres iſtos theologica potius, quàm medica ſectari ſtudia.*

Antidotus è moſcho, prodeſt dyſentiticis, cœliacis, te- 21
neſmo, carnis diſſolutioni, corporis mortificationi, imbecillitati, appetentiæ abolitæ, & frigiditati ventriculi. Accipit roſarum rubearum, exag. j. Croci, exa. ß. Lennij ſigilli exagium j. Thuris, maſtiches, ſing. exagij. ß. quartam partem. Seminis fœniculi, exa. ß. Oſsium palmularum, exagium j. Corallij rubei, boli armenij, ſanguinis draconis, ſing. exagi. ij. Cinamomi, caryophyllorum, zingiberis, nucis moſchatæ, ſing. exagia. ij. Ligni aloes, exagium j. Margaritarũ exagium ſemis. Moſchi, ℈. ij. Papaueris[a] albi, exagiũ. ß.[b] Maioranę, ſeminis ocymi, ſin. exa. ß. Spicę caphurę. ſin. ℈. ij. Auri puri, exa. ß. Oſſa cordis ceruini, duo.[c] Oſsiũ purpurę. ℈. ij. Galãgę, cardamomi, ſin. exa. iiij. partẽ.[d] Rhei barbari vſti, exa. j. lapidis hęmatitis, exagiũ. ß. Baccarũ myrti, mori fructus immaturi, ſeminis quinqueneruiæ, ſing. ℈. ij. Stillaticij roſarum liquoris, & ſacchari quod ſatis eſt.

[a Papaueris albi.] *Græcè eſt* παπαβάριος ἄσπριν. *Legendum autem erit* ἄσπρου. *Videturq; hanc dictionem Nicolaus ex Arabibus deſumpſiſſe, qui inter ſpecies Styracis, vt Ruellius in ſuo de Stirpiũ natura commentario annotauit, aſpran, hoc eſt candicantem recenſent. Cæterum* ἄσπρον *Nicolao idẽ quod* λευκὸν *ſignificare, ex catapotio xv. fit manifeſtiſsimũ: in cuius cõpoſitione inter alia ita ſcribit,* πιννὺ ἄσπρον καὶ κόκκινον, *id eſt, been albi & rubei.* [b Maioranę.] *Manuſcriptus codex habet* μαγκυράναν, *quam ego vocem latinam, attamen corruptam eſſe arbitror. Scribendum autẽ fuiſſet* μαιοράναν, *id quod ex Actuarij antidoto è moſcho ſatis comprobatur, in*
Sampſychum *qua Sampſychi etiam mentio fit, quod alio nomine Maiorana vocatur.* [c Oſsium purpuræ.] *Intelligit id quod Actuario blattium byzantium dicitur. Vide annotationem duodecimam huius ſectionis primæ.* [d Rheibarbari.] *Codex Nicolai manuſcriptus habet*

*habet, ῥιουμπαρμπά ῥουκαύτου, pro ῥέου βαρβάρου καυςοῦ. De a tero itaque genere purgantis rhei, barbaro nimirum, quod Indico, (quo hodie in officinis vtuntur ſub nomine barbari, vt lib.1.de Cõpoſi.medicamen.cap.83. fuſius oſtendimus) ignauius eſt, hoc loco Ni* Offici-
*colaus loquitur, quod ſanè ventriculi dolori, imbecillitatiq́; eius plu-* narum
*rimum confert. Quum autem hæc antidotus etiam dyſentericis ſit v-* Rheũeſt
*tilis, Nicolaus uſtum eſſe exhibendum, haud ſecus atque Meſue, quo* Indicũ.
*quidem ætate poſterior fuit (vt infrà, vbi eius nominatim mentionem* Nicola-
*facit, euidenter admodum monſtrabimus) præcipit. Sic enim in capi-* us poſt
*te de rhabarbaro Meſue ſcriptum reliquit: Si adſtrictio maior expeti* Meſuen
*tur, aſſum datur: ſi maxima, vſtum. Non eſſe autem dyſentericis dan* vixit.
*dum hoc Rhabarbarum, alibi, & loco paulo antè citato, diximus. Nihil autem mirum, Meſuem illud in dyſenteria exhibere, vt qui vires rhei veterum, ſuo rhabarbaro adſcripſerit. Cuius errorem etiã hoc loco ſequi voluit Nicolaus, qui hanc compoſitionem, vt alias multas,* Nicolai
*ex aliquo Arabico ſcriptore haud dubiè deſcripſit.* error.

21 Alia antidotus quæ confert dyſenteria laborantibus, cœliacis, carnium diſſolutioni, corporis mortificationi, & cibũ non appetentibus. Vtilis quoque eſt ad prædicta mala, perinde atque Athanaſia. Habet cinamomi.ʒ.j.ß. folij, galangæ, macer,[a] caryophylli magni, ſing. ſiliq.v. Zingiberis.℥.ß. Cardamomi.ʒ.j.[b] Menegetę, ſemidrachmæ quartam partem. Spicæ, carci, maſtiches, berberis, piperis longi, ſiliq.iiij. Caryophylli, nucis moſchatæ,[c] cubebarũ, ſingul. gra.vij. Spodij, blattij byzantis, ſing. exagij ſemis quartã partem. Corallij rubei.℈.j. Interioris tunicę ventriculi gallinæ.℈.ij. Palmularũ, oſſa tria. Boli armenij.ʒ.j. Ligni aloes boni, exa.ß. Moſchi, gran.iij. Seminis fœniculi, aniſi dulcis, ocimi, exag.j. Croci.ʒ.j. Lẽnij ſigilli, papaueris albi, ſingu.gr.vij. Rheibarbari vſti, exagiũ vnũ. Baccarũ myrti aridarũ. roſarũ rubearũ, ſing. exag.ij. Margaritarũ, exagium ſemis. Oſſa cordis ceruini, duo, Decocti cotoneorum, decocti quinqueneruję, ſtillaticij[d] campeſtrium roſarum liquoris, & ſacchari quantum ſufficit.

[a Caryophylli magni.] *Nicolai codex legit ἀντοφαλῆς. Quid* Caryo-
*autẽ ſit ἀντόφαλλον, vel rectius ἀντόφυλλον, metipſe Nicolaus infrà* phylli
*in antidoto 39. Diacamarõ interpretatur, ſic vocari dicens caryo-* magni.
*phyllos magnos. Verba eius hæc ſunt: καρυοφύλλον τὸ μέγα, τὸ ἔπεα τομαζόμενον ἰταλικῇ γλώσσῃ ἀντόφαλι. Sic paſſim barbaris &*

*Arabibus vocibus Nicolaus vtitur, quas ipſe perpetuò Italicas appellat. Eſt autē* ἀντόφυλλον, *Garyophyllū maſculū Auicēnæ appellatū, qđ ſcilicet craſſum, oblongū eſt, & oliuæ nucleū refert.* [ b Menegetæ.] *Nicolaus habet* μινιγίταις *pro* μινιγίται. *Quæ iterum vox barbara & Græcis alijs vetuſtioribus inuſitata. per eam aūt haud dubiè intelligit id Cardamomi genus, quod, officinæ hodie Granū paradiſi nominãt. Nam Hiſpani ad hoc nomē alludentes, in hodiernū diē Melligretā, & vulgo Malagretā vocāt, vt primo lib. de Compoſ. medica. cap. 5. diximus. Quod aūt per Menegetā id cardamomi genus intelligat, quod maius hodie, vel granū paradiſi nuncupatur, ex eo quod præcedit abunde cōſtat. Cardamomi enim meminit, quo nomine minus olim vocatū hodie officinæ appellant. Duorū itaq; generū Cardamomi hoc loco mētionē facit Nicolaus, minoris nimirū, quod Cardamomū vocat: & maioris, quod Menegeta eidē dicitur.* [ c Cubebarū.] *Græcè eſt ſcriptū* κομπίκιρ. *Quæ vox haud dubiè idē quod Actuario* κομπιβα *vel* κομπιβα *ſignificat. Neq; mirū eſt, Nicolaū in literarū cō textu nonnihil ab Actuario variare. Miris enim modis has barbaras voces, vt pote peregrinas, & ſuæ genti non admodū cognitas, paßim exarare ſolet, vt quid per has ſignificare velit, difficulter aliquis deprehēdere poßit. Cōbebas aūt in antidoto dialacha Actuarius priſcis Carpeſia eſſe appellatas tradit. Erūt itaq; fructus qui hodie officinis Cubebæ nominãtur. Neq; me mouet, quòd in interpretatiōib. Nicolai ſcriptū ſit,* κομπίκιρ, τὸ καρδάμωμον, *neq; enim cardamomi ſpecies dici poteſt, quū vtriuſq; iam meminerit antea. Ex alijs etiam Nicolai cōpoſitionib. dilucidè oſtendemus, Combebas nō eſſe niſi Cubebas hodie dictas.* [d Campeſtrium.] *Græcus manuſcriptus codex habet* κομπίον. *Quæ itidem vox barbara, & corrupta eſt. Scribendum enim erat* καμπίον, *vt à Latina voce Campi eſſet deducta. Roſas enim campi, vel camporum intelligit Nicolaus, hoc eſt, in campeſtribus locis natas.*

Meneġeta. Granum paradiſi. Combeber. Roſæ cãpeſtres.

Antidotus ex aniſo. Facit ad viſcerū durities, & ventriculi inflationē. Recipit Aniſi. ℥. iiij. Cinamomi, carnabadij. pulegij, thymi, ameos ſeminis fœniculi, ſingul. ℥. ij. Cumini, cardamomi, cubebę, zīgiberis, ſpicę, galãgę, caſię ligneę piperis longi & nigri, ſingul. ℥. j. Mellis attici, aut ſacchari quantum ſatis eſt. 23

Angelocalos. Antidotus lingua italica[a] Alcancali cognominata. Effi- 24 cax ad febres ardentes, tertianas ſimplices, & duplices, atq; cōtinuas. Datur ad omnes ardentes febres, lypirias, hemitriteos

tæos,& ſimpliciter ad omnẽ affectũ febrilẽ. Habet myrobalani [b] citrini, myrobalani cepuli, myrobalani indici. ſing. ʒ. vij. Semi. portulacæ, violarũ purpurearũ, ſing. ℥. ß. Myrobalani [c] belirici, & emblici ſin. ʒ. j. gr. vij. Maſtiches. ʒ. j. ℈. j. [d] Oxyphœnici. ℥. iij. [e] Floris nenupharis, [f] ſylueſtris vocatę colocynthidis, [g] hermodactyli, ſing. ʒ. ij. gra. iiij. Caſiæ fiſtularis repurgatæ. ℥. iiij. Poſtea accipe [h] violarũ. ℥. ß. Aquæ lb. ij. & hęc probè vſq; ad tertias coquito, deinceps per ſaccũ excolato, acceptaq; eiuſmodi aqua, in eã conijcito caſiã fiſtularẽ & oxyphœnicũ: & ſubactis, perq; ſaccũ probè colatis omnib. ſinito. Deinceps alia accepta aqua, indito illi ſacchari lb. j. ß. & ebulliant quoad mellis craſsitudinem accipiant. Poſtea ſumpta aqua oxyphœnici & caſiæ fiſtularis per ſaccum prius trãsfuſa, coquito hęc ſimul, donec ad mellis craſsitudinẽ veniãt. Tandẽ ſpecies ſupradictas probè cõtritas, inijce. Dantur pro viribus vtentiũ ex aqua tepida. ʒ. iij. Quòd ſi volueris, prębeto, ℈ ij. aut tres ex diluto Rhei barbari tepido, aut aqua roſacea, datoq; ieiuno.

[ a Alcancali.] *Græcus Nicolai manuſcriptus codex legit*, ἀλκάνκαλι ἐπονομαζομένη γλώσσῃ ἰταλικῇ. *Vnde palam fit omnibus*, Nicolaũ *hanc antidotũ, vt alias multas, è barbaro aliquo autore deſcripſiſſe. qui vocẽ* Græcã *prorſus deprauauit*. Scribendũ *enim erat* ἀπὶ-λοκαλὸς. *id quod partim ex voce corrupta, partim ex latinis* Nicolai *codicibus manifeſtè colligi poteſt*. Latini *enim codices legunt* Alcãcalon, *& interpretãtur bonũ nunciũ*. [ b Citrini.] *Flauos myrobalanos vulgari, ac trita etiã nũc in officinis voce, appellat citrinos*. [ c Belirici & emblici. ] Et *hæc duo myrobalanorũ genera vſitatis hodie ac barbaris nominibus vocat quũ* Actuario Beletzici *&* Emplitici *nominentur*. [ d Oxyphœnici.] *Fructum intelligit, qui hodie* Tamar *indus dicitur*. Vide *quæ lib. j. de* Compoſ. *medic. cap*. 76. *annotauimus* [ e Nenuphari.] *Græce eſt* νουφάρου. *Ita autem appellat* Nymphæam, *quam in hodiernum diem officinæ vnius ſyllabæ adiectione nenupharũ nũcupãt* [ f Sylueſtris nominatę cucurbitę.] *Græcè eſt*, ἀγριοκολοκύνθης. *Vocãt autẽ* Græci *colocynthidẽ alio nomine cucurbitam ſylueſtrẽ*. Latini Nicolai *codices habent* Berberis: *vt ferè ſuſpicio ſit, legendum eſſe in* Nicolao, τῆς ἐπονομαζομένης ὀξυακάνθης. *Oxyacantha enim id eſt veteribus Græcis, quod* Barbaris Berberis. [ g Hermodactyli. ] *Hoc nomine non intelligendum venit*

Alcãcali

Myrobalani citrini.

Bellirici & emblici.

Oxyphœnicum.

Nenuphar.

Cucurbita ſylueſtris.

Oxyacãtha.

*quòd hodie ita officinæ & medici appellant,ſed* Behen *, vt ſuprà quoq; annotatione ſeptima diximus, præſertim rubea .* Nã *latini codices habent,* Behen *rubei.*[ h Violarũ.] *Græcè legitur,* ἰίτα λάβι ἰά,ουγ.

*Latini tamen codices* Nicolai *non ſimpliciter violarum,ſed ſerapij violacei,habent.*

Antidotus lingua Italica[a] Diatamaros nominata. Pro- 25
Antimoros. deſt capitis dolorib. lethargicis, ſtomachicis, podagricis, nephriticis. bilioſis, pituitoſis, & inflatione ſtomachi laborantibus. Eſt autẽ hæc ipſa[b] laxatiua. Accipit aloes flauæ. ʒ. v. ß. gr. vj. Caſiæ. fiſtularis repurgatæ. ʒ. j. gra ſex. ß. Maſtiches ℈. ij. gra. v. Xilobalſami. ℈. grana. v. Semis cinamomi. ℈. granorũ. v. Iridis. ʒ. j. Radicis[c] dracõtij. ℈. j. gr. ij. ß. Agarici, colocynthidos, nitri, euphorbij, caſtorij, ſingul. ℈. ij. gra. v. Petroſelini, ſeminis apij, ſeminis macedoniſij, ſing. ℈. ij. gra. v.[d] Veratri nigri. ʒ. ß. Dacrydij. ℈. iij. gran. v. Cocci cnidij. ℈. ij. gra. v. Turpeti repurgati, exagium. ß. Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſt Datur maturino tẽpore caſtaneæ nucis quãtitate ex aqua tepida.

Diatamaron. [ a Diatamaron.] *In manuſcripto* Nicolai *codice ſcriptum fuit* ἀντίδοτος ἡ χιατωμαρῶ ἰταλιᾶ γλώσσῃ διδομμένη *. perperã ſanè vt nemo nõ videt. Scribendum enim erat* ἀντίδοτος ἡ διαταμωρῶν ἰταλικῇ γλώσσῃ λεγομένη. *Satis aũt ex dictione* διαταμωρῶν *claret ,* Nicolaum *hanc antidotũ ex barbaro aliquo autore tranſcripſiſſe , qui illã mirificè deprauauit.* Non *enim* διαταμαρῶν *,ſed* ἀντίμορος*, vel* ἀντίμορον *legendum, quaſi dicas aduerſus mortem vel morbũ.* Neq; *enim* Græcis μόρος *aliud quàm mortem, aut morbum ſignificat.* Et *latini* Nicolai *codices correctiones* Antimoron *hoc loco legũt.* [ b Laxatiua.] De *induſtria barbara hac voce vſi ſumus, quũ eadẽ etiam* Nicolaus *vſus ſit, haud dubie tanquã apud medicos admodum trita . Ait enim* ἐστι δὲ ἡ τοιαύτη λασατίβα. *Laſatiba autem dixit, pro* λαξατίβα Et *hinc iterum manifeſtum fit,* Nicolaum *hanc antidotum ex barbaro aliquo, qui latine ſcripſit, de ſumpſiſſe autore.*[ c Dracontij.]
Brãca vrſina. Seplaſiariorum error *Verum dracontium intelligit, pro quo* Seplaſiarij *maxime errore radice* Eiſtortæ *vocatæ herbæ vtuntur, In penuria tamen veri* Dracontij*, radice* Ari *vtendũ erit.*[ k Veratri nigri. ] *Sic legũt omnia latina exemplaria.* Nicolai *manuſcriptus codex falſo legit* ἰλινίου μέλανος *pro* ἐλλεβόρου μέλανος.

Ati

16 Antidotus hæmagogos, hoc eſt ſanguinē ducēs: [a] vtilis exiſtit ad varia muliebria vitia. eas enim quæ ſolito tempore purgari haud conſueuerunt, mirificè iuuat. Menſes enim euocat, fœtum in vtero mortuum excutit. Eas quæ à partu nō ſunt purgatæ, expurgat, & ſanitati reſtituit. Calculum veſicæ conterit, & per vrinam expellit. Stillicidium vrinæ, obſtructionem iecoris, lieniſq; duritiē ſanat. Omnibus internis malis, cruditati ſtomachi, coli dolorib. nephreticiſq; auxiliatur. Hæmorrhoidas aperit, ſecundas educit. Veſicā expurgat, ſtomachū calefacit, flatus diſcutit, vomitū cōpeſcit, & mulierū malis omnino eſt ſalutaris. Habet ſeminis intybi, acori, amomi, [b] atriplicis ſeminis, fœniculi ſeminis, ſing. ℈.j. gran. vj. Aniſi ℈.ij. Ariſtolochiæ longæ, artemiſiæ, caſiæ, ſing. ℈.ij. gra. xiiij. Centaurij maioris. ℈.ij. Dauci cretici. ℈.ij. [c] Ellebori nigri. ℈.j. Foliorū lauri. ℈.j. ß. gr. iij. Glycyrrhizæ. ʒ.j. & ℈.j. Lupinorū. ʒ.ij. Nigellæ. ℈.ij. Myrrhæ. ℈.ij. gra. xiiij. Erui. ℈.j. Aluminis. ℈.ij. ſeminis petroſelini. ℈.j. Pyrethri. ℈.ij. gr. xiiij. Piperis nigri. ʒ.j. ℈.ij. gra. vij. Pulegij. ℈.ij. gra. xiiij. Pœniæ. ℈.j. gra. xviij. Cyperi. ℈.ij. Seminis rutæ. ℈.ij. gra. xiiij. [d] Spicæ. ℈.ij. gra. xiiij. floris iunci odorati. ℈.ij. gra. xiiij. Saluiæ, ſeminis apij, ſin. ℈.j. gra. xiiij. Caryophilli. ℈.ij. Radicis capparis, cumini, ſingul. ʒ.j. Mellis attici, aut ſacchari quantum ſufficit.

[ a Vtile exiſtit.] *Quæ ſequūtur vſque ad verbum* Habet, *omnia in Græco Nicolai manuſcripto codice deſiderantur, quæ nos ex latinis codicibus reſtituimus.* [ b Atriplicis. ] *Manuſcriptus codex habet* ἀτριπικοῦς *pro* ἀττριπλικοῦς. *Latinam vocem & hic græcis exarauit literis, quod illi ſollennæ eſt.* [ c Ellebori nigri. ] *Item* ἰλ-γνίου μέλανος, *vt ſuprà, pro* ἐλλεβόρου.] d Spicæ.] *Poſt ſpicam manuſcriptus codex legit* σμύρνης, *hoc eſt myrrhæ, ſed perperā, quod paulo antè eius in eadem antidoto facta ſit mentio. Latini codices habent Sinonis, vt ferè ſuſpicio ſit* σίνωνος *pro* σμύρνης *eſſe legendum.*

17 Antidotus è caſtorio. Succurrit vertiginoſis, comitialibus, apoplecticis, reſolutione correctis, tremulis, & paraplecticis. Datur nucis pōticæ quātitate ex decocto, abſinthij ſaluię, adiāti, macedoniſij, & [a] granorū ſolis Recipit caſtorii

Diacaſtorion.

myrobalani,ſing.℥.iij.Aloes flauę.℥.j ſ. [b] Scordoraſarin, quod Italis Aſa fœtida dicitur,myrrhæ,euphorbij, ſingul. ℥.j.gra.vij.Folij,[c]artimonij,id eſt pyrethri,tragacāthę, calami odorati,nitri,galbani,ſenæ, floris iunci odorati, ſpicæ,opopanacis,rheipontici,ſagapeni,ſtyracis calamitis,zingiberis,cinamomi,ſin.℥.j.gra.ij.[d]ſtaphidis ſylueſtris,ſeminis dauci,fœniculi,petroſelini ſeminis,[e]cumini lati, nigellæ,ſinonis[f]petrolei , quod eſt vnguentum ſancti Barbari, ſtyracis rubeæ,ſanguinis draconis,thuris [g]ſalis ammoniaci,zedoariæ,aniſi,ſin.℥.iij.ſ.℈.viij.[h] Thymbræ, hyſſopi, chamædryos,pulegij,origani,balſami,[i]balſamitæ:quæ eſt proceriſsima ſylueſtris mentha: ſeminis oximi* brācæ vrſinæ,dictami,ariſtolochiæ rotūdæ,braſsicæ ſylueſtris decocti,aſari,ſaluiæ,roſarū,bdellij,ſing.gran.xviij.[k]Amparis, gra.x.oſsis cordis ceruini,℥.iij.oſsis naris purpuræ.℥.j.Epithymi,polypodij, opobalſami , ſing.gran.xiij.[m]Lauriolæ campi,hoc eſt betonicæ,gran.xj.Anacardij,ſabinæ,gentianæ,foliorum mandragoræ,ſingul.ſiliquas.ij ſ.[n]Serici vſti gra.xij. Peucedani, abſinthij,ſing, gra.vij.Iridis, gra.xiij. Męllis attici,aut ſacchari quod ſatis eſt.

Grana ſolis. [ a Granorum ſolis.] *Græcus codex habet* γρανοσόλου, *pro* γρανισολίς. *Grana verò ſolis nō ſunt, niſi ſemina* Lithoſpermi:*quod officinis etiam hodie milium ſolis dicitur, vt alibi fuſius monſtrauimus.*

Scordoraſarin. [ b Scordoraſarin.] *Quid per hanc vocē intelligendum veniat, met ipſe* Nicolaus *explicat, dicens:* σκορδορἀσαριν, τὸ λεγόμενον ἰταλικῶς ἀσαφίτιδα: *Scordoraſarin, quod* Italicæ *Aſa fœtida vocatur. Per aſā* Aſa fœtida. *aūt fœtidam non id quod hodie ſic officinis vocant, accipiendum erit ſed ſtirps potius quā tum Græci, tum latini Scordium vocant. Nam infrà ſæpe admodum hanc dictionem* ἀσαφίτιδα, *ſic enim ſcribendum erat, interpretatur pro Scordio, vt in* Enemate.xix.*in hiera* Theodorethis.*iiij.& in hiera* Logodij.*xiiij.& crebrò alias. In interpretatione etiam nominum obſcurorum* Nicolai *ita ſcriptum inuenitur:* ἀσαφίτης, τὸ σκόρδιον. Officinarū error, *Quare errant plurimum officinæ, quæ in cōpoſitione hac, & alijs* Nicolai, *pro Aſa fœtida nō Scordiū, ſed rem quā ipſi ſic hodie appellant, vſurpant.*[ c Artimonij.] *Latini codices* Nicolai, *præſertim verò illi ex quorū præſcripto* Seplaſiarij *hodie ſua medicamenta conficiunt, maximo errore* Antimonij *legunt pro* Artimonij.

Quid

*Quid verò ſit Artimonium, metipſe Nicolaus exponit, inquiens:* ἀρτιμονίου, ἤτοι πυρέθρου, *Antimonij, id eſt pyrethri. In dictionum quarundam etiã Nicolai interpretatione ſcribitur,* ἀρτιμόνιον, πύρεθρον. [ d Staphidis ſylueſtris.] *Ea eſt, quæ officinis & medicis hodie Staphis agria vocatur.* [ e Cumini lati.] *Græcè eſt,* πλατυκυμίνου. *Latini codices habent, Sileris: vt propemodum ſuſpicioſit, Nicolaum per latum cuminum intellexiſſe ſemen, quod officinæ Siler montanum vocant.* [ f Petrolei. *Græcè eſt,* πετρελαίου *Per petroleũ verò intelligit oleum quòd ſic in hodiernũ vſque diẽ vocatur, naturale nimirũ, quòd etiam oleum ſanctum, & oleum petræ nominatur à noſtris medicis, & Seplaſiaris. Neq; hoc eſt oleũ niſi bitumen liquidum, vel colamen bituminis, quòd Babylonis etiã Naphtha vocatur. id quòd è Meſue ſatis liquet. Petroleum igitur omne oleum, quod è ſaxis & petris emanat, dicitur. Et fuit haud dubie Nicolai temporibus vſitatum petroleum, quod vt ille ait,* μύρον τοῦ ἁγίου Βαρβάρου, *id eſt, vnguentum ſancti Barbari nominauerũt. Perinde atque noſtra ætate fuit quod nonnulli circungeſtabant, & Sanctæ Catharinæ oleum vocabant. Virum aũt facit, quam nos virginem fuiſſe putamus, diuã appellantes Barbaram.* [ g Salis ammoniaci.] *Græcus codex, quo vſiſumus, habet* ἅλατι ἀμωνιακοῦ, *pro,,* ἅλος ἀμμωνιακοῦ [ h Thymbrę] *Hoc eſt, ſylueſtris Satureiæ.* [ i Balſamitę.] *Græcè eſt* βαλσαβῖτα. *ſcriptum pro* βαλσαμῖτα. *Sic enim hodie officinæ ſpeciem ſylueſtris mentæ vocãt. Nicolaus ait eſſe inter ſylueſtres proceriſſimã,* ἥτις ἐστὶν ὁ μακρίταῖος ἄγριος ἡδύοσμος. [* Brancęvrſinę.] *Nicolai codex habet,* παρίτζιουρσίνα, ἤτοι βίρβιρις, *pro* πράντζιουρσίνα. *Vocant autem in hodiernum vſque diem ſtirpem Acanthum Græcis & latinis dictam, officinæ Brancam vrſinam. Quare interpratatio Nicolai non videtur eſſe legitima, quòd Brancam vrſinam eſſe berberim tradit, quum metipſe infrà in multis compoſitionibus, berberim dicat eſſe eandem cum Græcorum oxyacantha. Et in vocum Nicolai interpretatione manifeſtè ſcriptum eſt,* βίρβιρις, τὸ τῆς ὀξυακάνθης σπέρμα, *hoc eſt, Berberis ſemen eſt oxyacanthæ. Ideoq; in noſtra conuerſione hæc verba, id eſt Berberis, conſultò, ne confuſionis alicuius Seplaſiariis & medicis autores eſſemus, omiſimus.*

[k Amparis.] *Officinæ Ambrã vocant.* [ m Lauriolę cãpi.] *Græcus codex habet* λαουριόλι κάμπρι, ἤτοι δροσιοβότανον. *Eſt aũt* δροσιοβότανον *nihil alind quàm Betonica, vt diximus annotatione. xxxix. Pro lauriola igitur hoc loco nõ eſt accipienda herba quæ*

Staphis agria. Cuminum latum. Petroleũ. Naphtha. Vnguẽtũ ſancti Barbari. Thymbra. Balſami. Berberis. Ampar. lauriole

*hodie ſic nominatur, & qua vulgus Seplaſiariorum pro Mezereorũ vtuntur, ſed* Betonica *vulgo quoq; vocata.* [ n Serici vſti.] *De quo plura lib.i. de Compoſitione medica. diximus.*

Antidotus ad rigorẽ experta. Recepit caryophylli, piperis, terræ ſamię, ſenæ, ſpicæ. ſin. ʒ.i. In vino ſubacta datur ante inuaſionis horam. 28

Antidotus pulcherrima omnis generis humores incidẽs 29 Vtilis quoque eſt à [a] bilis effuſione moleſtatis. Extenuat etiam pituitã, flatus diſſoluit, & appetentiam commouet. Mulieribus mẽſes ducit, & homini [b] animum efficit, aciem oculorũ acuit, carniſq; nutritionem facit. Habet turpeti. ℥. iii. Roſarũ, violarũ, ſin. ℥.i. Galãgę, maceris, granorũ ſolis, maſtiches, thuris, cardamomi, myrobalani indici, ameos, ſin. ʒ. ß. Aſparagi ſeminis, [c] ruſci, ſin. ℥.i. Scãmo. ℥.j. ʒ.ii. Caryophylli, ſpicę, zĩgiberis, croci, ſaxifragi, piperis lõgi, amomi, ſeminis petroſelini, [d] ſalis gẽmæ, cinamomi, ſingul. ʒ.ii. Hermodactyli, ellebori nigri, ſing. ℥.ii. Polypodii. ℥.i. Decocti [e] ebuli lb.i. Seminis fœniculi, aſari, ſin. ℥.i. Opopanacis colocyntidis, ſig. ʒ.i. Ariſtolochiæ rotũ. tragacãthæ, ſin. ℥.ii. Iridis. ℥. Cumini, ſeſelis, ſing. ℥.i. Anacardii. ℥.ii. Agarici. ℥.i. Mellis attici, vel ſacchari quod ſufficit. Dantur de eo mane ieiuno exagia tria, vel tria, & ſemis, pro viriũ ratiõe.

Nicolai codex emaculatus. [ a Bilis effuſione.] *Perperam in Græco eſt,* ὑπὸ ἐγχολώσεως *pro* ἐκχολώσεως. [ b Animum efficit.] *Græcè non rectè legitur* νοῦν ἔχει, *pro* ἔχει ν. [ c Ruſci.] *Græcè erat* μπρόυσκου. *Qui error omnes ita inuaſit officinas, vt in hunc vſque diem* Ruſcum, *adiectione* Bruſcus. *vnius literæ,* Bruſcũ *appellent.* [ c Salis gemmæ.] *Hæc vox Nicolai* Sal gemmæ. *ſeculo medicis & Seplaſiarijs trita erat. In codice enim græco ſcribitur* σαλτζίμι, *pro* σάλις γίμμι. *Latinis ſal foßilis dicitur, vt alibi copiſius docuimus.* [ d Ebuli.] *Græcè non rectè* ἰμπόυλου *pro* ἐβούλου Ebulus. *legitur. Sed nihil mirum Nicolaum latinas, & aliàs ſibi incognitas voces ita deprauaſſe.*

Alia antidotus priori ſimilis, idem efficiens. Accipit turpeti. ʒ.j. Dacrydij, hermodactyli, roſarum [a], eſulæ, hoc eſt chamæpityos, polypodij. ſin. ʒ.vj. Caryophylli, ſpicæ, zingiberis, croci, ſaxifragi, piperis lõgi, amomi, ſeminis apij, ſalis gemmæ, galangæ, petroſelini, maceris, carnabadij, ſeminis fœniculi, [b] aſparagi, ruſci ſeminis. granorũ ſolis, thuris 30

maſti

maſtiches, ameos, [c] lapidis lytzi [d] ſingul. ʒ.j. Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur vt præcedens.

[ a Eſulæ. ] *Nicolaus Eſulam non Tithimali ſpeciem, ſed potius Chamæpityn vocat. Sic etiam in dictionum Nicolai interpretatione ſcribitur,* ἐζουλα ἢ χαμαιπίτυς, *Eſula eſt Chamæpitys. Quod hic, & in aliјs Nicolai cōpoſitionib. diligenter obſeruandum erit* [ b Aſparagi.] *Perperam in manuſcripto codice legitur,* ἀσπαράγκου *pro* ἀσπαράγου. [c Lapidis litzi.] *Græcus codex habet* λάπις λύτζι. *Animaduertendum autē lapidem litzi variè apud Nicolaum ſumi, vt ex ſequentib. patebit latius. Hic certè, haud ſecus atq; in Antidoto ſequē. xxxvij. accipitur pro lapide Praſio. Lapis autem hic ita eſt dictus, quòd porri ſucco aſsimilis ſit. A Theophraſto praſitis appellatur. Plinius. lib. 37. cap. 8. eius tria eſſe genera tradit. Eaſdem quas Iaſpis facultates habet, Quare in hanc compoſitionem inſeritur, vt ventriculum roboret: eam enim facultatem habere iaſpidem, ex Galeno ſatis liquet. In inopia verò Praſij, ſmaragdo, cui eadem vis eſt, vti licebit.* [ d Singul. ʒ.j.] *Sic legendum eſſe cenſeo, ne pondus prorſus omiſſum ſit.*

Eſula.

Lapidis litzi.

31 Alia ſimilis, admodum bona. Habet zingiberis. ℥.ij. Myrobalani flaui. ℥.iij. Emblici. ℥.j. Sinonis, pulegij, cardamomi, ſingul. ℥.j. Caryophylli, piperis cōmunis, ſing. ℥.iij. ß. Croci, exagium. j. Turpeti. ℥.ß. Scammoniæ. ℥.ß. Mellis attici aut ſacchari quantum ſufficit. Datur vt præcedens.

32 Antidotus è Rheobarbaro. Eſt autem admodum vtilis. quemadmodun præcedens. Recipit ſantali albi. ℥.ß. Sātali rubri. ʒ.j. Spodij. ʒ.ij. Maceris exagium vnum. Maſtiches croci, ſpicæ, ligni aloes, cardamomi, aſari, galiæ moſchatæ, berberis, turpeti, caryophylli, ſingul. ℥.j. Seminis, fœniculi, ocimi ſeminis, cinamomi veri, ſingul. ℥.ß. Camphorę. ʒ.ß. Oſſa cordis ceruini tria. Tragacanthæ, gummi arabici, ſingul. ℥.ß. Rheibarbari, exagia tria. Aniſi ſeminis intybi, portulacæ ſeminis, ſeminum peponis, cucumeris, & [a] citruli purgatorum, ſingul. ℥.ß. Roſarum. ℥.j. Senę ℥.i. Dacrydii. ℥.ii. exagiū. j. ß. Sacchari & ſtillatii roſarum liquoris quantum ſatis videbitur.

[ a Citruli.] *Græcè eſt* σαρακίνου. *Sic autem genus cucumeris vocat, quod hodie Citrulum nominant officinæ: id quod ex multis compoſitionibus aliјs ſit manifeſtum.*

Ali

Alia Antidotus ad eadem efficax, ſimiliter data. Recipit 33
roſarum rubearum, glycyrrhizæ, ℈. v. Cinamomi. ʒ. iiij.
Cariophylli, nardi, ſagapeni. [a] canchryos, galiæ moſchatæ,
nucis moſchatæ, zedoariæ, cardamomi, aſari, ſeminis apij,
ſing. ℈. ij. Seris. exagia. ij. Dacridij. exagia. iij. Turpeti, exa
gia. ij. Sacchari & ſtillatitij roſarum liquoris, quod ſatis eſt.

[ a Canchryos.] *Græcus Nicolai codex habet* χάχριος. *Sed legendum eſſe iudicamus* κάγχρυος. *Eſt aũt Cãchrys ſemẽ libanotidis.*

Antidotus alia ſimilis, [a] laxatiua quę itidem bona admo 34
dũ eſt. Habet cinamomi. ℥. j. Croci, exagia. ii. Zingiberis
caryophylli, ſin. ℥. ß. Aniſi, [b] fœniculi, ſingul. ℥. ß. Ameos,
exa. j. ß. Nuces moſchatas duas. Turpeti, ſcamonię. ſin ℥. ij.
ß. Sacchari, vel ſtillatitij roſarum liquoris, quantum ſatis vi
debitur. Dantur media nocte exagia tria, aut. iij. & ß. pro
virium diuerſitate.

[ a Laxatiua.] *Iterum Nicolaum imitantes barbara dictione de induſtria vſi ſumus. Legitur enim hoc loco* λασατίβα *pro* λαξατίβα *vt ſuprà etiam monuimus.* [ b Fœniculi.] *Græcus Nicolai codex legit* φινουλιν. *Cenſeo autem hic Nicolaum, ſuo more, latinam dictionem Græcis literis, haud tamen ſine deprauatione, exaraſſe. Legendum itaque videtur potius* φινίκουλι. *Nam ſeminum aniſi & ammeos ſit hic mentio, quibus merito fœniculi ſemen copulatur, vt infrà etiam facit, Antidoto nimirũ. xxxvj. temere tamen nihil ſtatuimus.*

Antidotus è corrallio. Prodeſt cardiacis, continuis febri 35
bus, corporis mortificationi & carnium diſſolutioni. Eſt au
tem ſomnifera, coporiq; [a] voluptatem affert. Capit caryo
phylli, cinamomi, croci, ſingu. exag. j. Spicæ, galangæ, ligni
aloes, ſig. exag. ß. Glycirrizæ. exag. j. Nucis moſchatę, exa.
j ß. Margaritarum, exag. ß. Zingiberis, exag. ß. Corallij ru
bri, exagium. j. Ambaris, blattij bizantij. ſing. ℈. j gran. ij.
Moſchi, gran. ij. Seminis ocimi. ℈. j. gran. ij. Caphuræ, papa
ueris albi, ſing. gran. xv. Trium ſantalorum, ſingul. ʒ. ß.
[b] Sachari appellati candi. ℥. ß. Oſſa cordis ceruini duo. Spo
dij. ℈. j. gran. ij. Pſillij. ʒ. ſemis. Stillaticij roſarum liquoris
& ſachari, quod ſatis eſt.

[ a Voluptatem affert.] *Grecè* χαράποιον. *Significat enim Græcis* χαρὰ, *idem quod ἡ ἡδονὴ, ἀγγαλλίασις, εὐφροσύνη. hoc eſt*

volup

*voluptas, oblectatio, hilaritas.* [ b Sachari appellati candi.] *Græcus manuſcriptus codex habet κάντιον. Quod verò κάντιον Nicolaus appellet id quod hodie Sacharum candi, vel candidum vocant officinæ, infrà ex Antidoto Diarhodon abbatis 96. manifeſtū faciemus. Iudico autē hanc quoq; dictionem eſſe deprauatè exaratā, dicendumq; fuiſſe κάνδιον. Secutus eſt enim Nicolaus morem eorū, qui etiā hodie decurtata voce hoc genus ſachari vocant candi, quum potius integra voce candidum eſſet appellandū, quemadmodū fuſius lib. 1. Paradox. noſtrorum cap. 35. diximus.*

36 Alia antidotus ſimilis, admodū laudata & vtilis. [a] Stomachicū laxatiuū dicitur. Habet cinamomi, ℥. ß. Croci, exag. ſemis. Zingiberis ℥. ß. Caryophylli, exag. ij. Aniſi, fœniculi, ſingu. exag. j. ß. Ameos, exag. ij ſemis quartam partē. Amomi, drach. ij. Nuces moſchatas duas. Turpeti. ℥. j. ß. Moſchi, gr. ij. Senæ. ℥. ß. Epithymi. ʒ. ij. Scammoniæ. ʒ. j. Santali rubri. ʒ. ij. Rheibarbari. ʒ. j. Cubebarum. ℥. ß. Hermodactyli. ℥. ß. Myrobalani citrini, exag. ij. Sachari quantum ſatis erit. Confecta datur media nocte pondere exagiorum trium, aut trium & ſemis, pro virium ratione. Poſt datur aqua tepida ſorbenda, idq; febricitantibus: in vacantibus autem febre, vino vtere. Stomachicū laxatiuū.

[ a Stomachicum laxatiuū.] *Græcè eſt σωματικὰ λασατίβα, ſed minus rectè. Legendum enim erit ςομαχικὰ λαξατίβα, id quod ex Latino Nicolai codice fit euidentiſsimum. Ibidem enim duorum fit mentio medicamentorum, vnius quod ſtomachicum laxatiuū frigidum dicitur, alterius quod ſtomachicū laxatiuum calidum vocatur. Quod certè eſt hoc ipſum, quod nunc tractamus, quemadmodum ex ipſa collatione omnibus fit conſpicuum.*

37 Antidotus è margaritis. Ad vniuerſi corporis refrigerationē cōfert, cardiacos, animo deficientes, mulieres vtero ferentes, præfocationes vteri, cordiſque ſyncopen. Magnæ præterea corporis imbecillitati admodum auxiliatur. Diamargariton.

Capit caryophylli, cinamomi, ſpicæ, galangæ, ligni aloes, glycyrrhizæ, paſtillorum è roſis, & paſtillorum [a] è violis (horum verò compoſitiones quære infrà de Paſtillis) ſingul. ʒ. j. ß. Nucis moſchatæ, maceris, galliæ moſchatæ (quære autem & hanc in compoſitionibus galliarum moſchatarum) zedoariæ, rheibarbari, ſtyracis calamitis, ſingul. ʒ. j. Margaritarum perforatarum, & non perforatarum, zingiberis

beris,oſsis cordis ceruini, eboris ramentorũ, oſsis è narib. purpuræ,ſing.ʒ.ß.Moſchi,ambaris,cardamomi. libyſtici, ſeminis ocimi,ſing.℈.i.minus gra.duobus.Caphuræ gra. vj.Serici crudi vſti.ʒ.i.Lapidis ſaphiri,iaſpidis,[b]lapidis viridis, qui ab Italis dicitur lapis litzi, ſing.ʒ.ß. Nucis indicæ.ʒ.ii.Tragacanthæ, corallii rubei, ſin.ʒ.i.ß. Anacardii, iuniperi,ſin.gra.vij. Auri puri,exag.i. Sachari & ſtillatitii roſarum liquoris,quod ſufficit.

[ a E violis.] *Græcus:codex legitr* καὶ τοῦ διάβιν. *Et ſic etiam in ſectione de paſtillis, paſtillo.xlviij. ſcribitur. Latini codices habent diaui. Vt mirum ſit Nicolaum hoc loco deprauata voce vti voluiſſe potius,quàm patria & legitima. Dicendum enim illi erat,quemadmodum actuarũ feciſſe conſtat,* δὶα ἴων, *Græcis enim* ἴον *violã ſignificat Sed fortè & hanc compoſitionem è barbaro aliquo autore trãſcripſit.*

[ b Lapidis viridis ,aut rectius Lapis viridis , praſii.] *Græcus Nicolai codex legit,* λίθου πρασίου, ὃς λέγεται παρὰ ἰταλοῖς λάπις λίτζι. *Diximus autẽ ſuprà, nimirũ annotatione.101.litzi lapidem interdum Nicolao idem ſignificare quod praſium. Qua quidẽ in ſignificatione & hic ſumatur oportet, quum ſit Antidotus planè confirmans ac roborans, vt neceſſe non ſit accedere purgantia, in quorum numero cæruleus lapis exiſtit, quem aliquãdo per lapidem litzi, vt ſuo dicemus loco, Nicolaus intelligere ſolet. Eſt quoque vterum ferentibus accommodata hæc Antidotus, quibus purgantia exhiberi medicamenta minus tutũ eſt. Per viridem itaque lapidem hic vt cõprehenſum eſt, accipiendus venit Praſius, qui viriditate ſua porri ſuccum refert. Quod facile ex præcedentibus colligitur, quum Sapphiri & iaſpidis etiam hic mentio fiat. Quare Seplaſiarij pro viridi lapide in præſenti antidoto praſium, & minime Lazuli, qui cœruleus etiam vocatur, accipiant.*

Alia è margaritis [a]Galeni,magis varia:valet vt præcedens. Habet margaritarũ non perforatarum, pyrethri, ſingul.ʒ.j. Zingiberis,moſchi,ſing.ʒ.iiij. Zedoariæ, petroſelini,caſiæ ligneę,cardamomi, nucis moſchatæ, maceris, ſing.ʒ.ij.Cinamomi.ʒ.v.[b]Been albæ & rubeę, quæ nimirum Hermodactyli longi dicuntur, piperis nigri, & longi ſing.ʒ.iij.Ligni aloes,caryophylli,ſpicæ,glycyrrhizæ, galangæ, ſingul.ʒ.j.ſemis. Ramenti auri puri,exag.j.Ambaris ſili.iiij. Galliæ moſchatæ.ʒ.j.Styracis calamitis, rheibarbari,ſingul.ʒ.j. Oſsis cordis ceruini.ʒ.ß. Berberis, ſili.

x.Sc

x.Serici crudi vſti,ſili.vj.Margaritarum perforatarum.ʒ.j.ß.Blattij bizãtis,ſiliq.viij.libyſtici,ſeſelis,ocimi ſeminũ ſin. gra.xviij,Lapidis,iaſpidis ſaphiri,lapidis viridis, ſing.gra. xviij.Sachari & ſtillatitij roſarum liquoris quod ſatis eſt. Succurrit imbecillitati ſtomachi,& cruditati eiuſdem, corporiſq; ac cordis exolutioni. Rectè confecta datur.

[ a Galeni.] *Falſo hæc antidotus ad Galenum autorem refertur: id quod ſimplicia medicamenta, quorum hic mentio fit, certo demonſtrãt. Talia enim eſſe conſtat, quæ magna ex parte Galeni temporibus incognita fuere, vt ſunt behen, nux moſchata, ambar, gallia moſchata, rheon barbarum, blattium bizãtium, ſericum, ſtillaticius roſarum liquor.* [ b Behen albæ & rubræ. ] *Græcus codex habet* μπιάλπι, ῥουμπι, τὰ ἐπιλεγόμενα οἶμαι ἑρμοδάκτυλα μακρά. *De prauauit autem & hoc in loco latinas dictiones* Nicolaus. *Dicendum enim illi erat* πὶν ἄλπι καὶ ῥουπι. *Manifeſtum vero hinc fit omnibus, quod recentiores Græci* Behen *albam & rubeam officinis hodie vocatas radices, hermodactylos longos dixerunt, vt ſcilicet à rotundis hermodactylis noſtra ætate nominatis* Colchica *antiquiores Græci vocant, diſtinguerent.*

Hermodactyli longi.

Hermodactyli rotundi.

Diacomeron.

39 Antidotus [a] diacomeron, prodeſt tabidis, tuſsientibus ſtomachicis,& omni corporis imbecilitati. [b] Renum præterea impotentiæ ac debilitati ſuccurrit. Venerẽ enim emortuã excitat efficaciter. Capit caryophylli magni, [c] qui lingua Romana antophyllus cognominatur: zingiberis,ſin. ʒ.v.℈.j.gra.xvj.Cinamomi,caryophylli parui,ſing.ʒ.iiij.℈.j.gra.xvj.Carnis palmularum.ʒ.iiij.℈.j.gra.xvj.Galãgæ,ſpicæ,zedoariæ,coſti,pyrethri,corallij rubei, tragacanthæ,rhei pontici,ſpicæ celticæ,anacardij, oſsium palmularum,carpobalſami,aniſi,iuniperi, ſing.ʒ.j.℈.ij.gran.viij. Margaritarum perforatarum, & integrarum. ſing.exagi. ß.Moſchi,gra.iij.Blattij bizantis.℈.ij. Trium piperorum. ſin.ʒ.j.℈.ij.gra.viij. Auri puri,argenti ſynceri,oſsis cordis ceruini,ſing.℈.ij.ß. Eboris ramenti,ambaris,ſing.℈.j.gra. vij. Dantur eo vtentib.ʒ.iij.ex vino. Paratur cum roſaceo melle,& ſacharo. Eſt autem hæc antidotus præclara admodum.

[ a Diacomerôn.] *Ita enim Actuarius vocari à Latinis ſcribit. Verùm, quæ ſit eius nomenclaturæ ratio, videre nequeo.* Nico-

lai

*lai codex habet* διὰ καμαρῶν. *Sed nec quæ ſit huius appellationis cauſa, cogitatione conſequi poſſum. Eam enim quam latini Nicolai codices aſſerunt, nempè ſic dictã eſſe, quod hominẽ è morte ad vitam ducat, nullius eſſe momenti, nemo non intelligit.* [ b Renũ præterea debilitati. &c.] *Græcus codex legit,* πρὸς ἀτονίας καὶ ἀδυναμίας νεφρῶν. πάνυ γὰρ ἰσδυναμεῖ, ἀφανεῖ δὲ ποιεῖ καὶ τὰ ἀφροδίσια. *Sed meo quidem iudicio, non recte. Emendandum igitur hunc locum eſſe hoc pacto puto,* πρὸς ἀτονίας καὶ ἀδυναμίας νεφρῶν ποιεῖ. πάνυ γὰρ ἐνδυναμεῖ ἀφανῆ καὶ τὰ ἀφροδίσια. *Hãc lectionem latini Nicolai codices confirmant, qui ita habent:* Debiles *lũbos conſſirmat, venerẽ proritat. Accedit, quod in Actuario ſit.* Re*num doloribus prodeſt, voluptatem parit, &c.* [ c Qui lingua Romana &c.] *Hoc ex loco omnibus perſpicuum fit, Antophyllos Nicolao eſſe caryophyllos magnos.*

Nicolai locus emẽdatus

Antophilli.

Diacinamomi.

Antidotus è cinamomo. Ad ſtillicidium vrinæ, & calculoſos, & omnia veſicæ mala confert, ita vt lapides conterat, ac[a] demoliatur. Si vt hæc ipſa aluũ ſubducat efficere volueris, diacrydij. ℈.ij. quoties vti volueris huic adijcies. purgat enim ſine moleſtia. Ad omnia prædicta vtilis eſt, & ad ſtomachum. Capit autem folij, floris iunci odorati, cyperi, aſari euforbij, thymi, petroſelini, macedoniſij, anethi, granorũ ſolis, [b] lapidis lyncis, ſing. ℈.ij.ß. Cinamomi, calami odorati, polypodij [c] philipendulæ, piperis nigri, libyſtici, ſeminis vrticę, ſeminis citri, ſaxifragi, [d] Bardanę, ſemi. hederę, ſingul. ℈.ij. Galãgæ, nardi. zedoariæ, betonicæ, phu, [e] maſi, aſparagi, cardamomi, ſemin. apij, fœnic. ſinapis rubri & nigri, erui rubri & albi, ſin. ʒ.ß. Caryophylli, zingiberis, caſię ligneę, coſti, pyrethri, ſpicę celticę, myrobalani, thuris piperis albi, carpobalſami, carnabadij, cumini, baccarũ lauri, ſeſelis, ſing. ℈.j. Nardi, pulegij, olei ebuli, [f] lilini olei, ſin. ʒ.xv. Mellis attici, aut ſacchari quantũ ſufficit. Datur ex vino rubro, manè ieiuno.

[ a Demoliatur. ] *In Græco codice abundant hæc verba poſt dictionẽ* θρύψαι, δὲ καὶ πρὸς στραγγουρίας. *ideoq; expungenda erunt.* [ b Lyncis.] *Codex Nicolai habet* λάκις λίπζι. *Sed eſt vox planè deprauata, quæ vt pote incognita, Nicolao dedit occaſionẽ vt illã variè vſurparet. Nunc pro lapide praſio, vt dictũ eſt Annotatióe* I I I. *nunc pro lapide quem lyncis vocant officinæ, & Græci lyncurium, vt hoc in loco. Nã hic ſignificare lapidem lyncis, notius ferè eſt*

quã

*quàm vt à me demonſtrari debeat. Nam quum hæc antidotus peculiariter valeat ad frangendos calculos, & veſicæ mala, nemo non ſtatim colligit, Nicolaū litxi pro lyncis dixiſſe. Nihil enim eſt lyncurium vt alibi docuimus, quàm ſuccinum, quod nonnullis opinione perſuaſum eſſet ex vrina lyncis fieri, quod ad euocandos calculos renū & veſicæ meram vim obtinet. Quod ex Aetio ſatis liquet, qui libr. 11. cap. 13. eo ad conterēdos etiam calculos vſus eſt. Nicolaum autem litxi dicere pro lyncis, ex Antidoto. 187. ſole clarius patebit. Quem autem hodie ſic appellant medici & horum officinæ, eſt Belennites ſuccini falerni colore, qui etiam è terra effoditur, non tamen ex lyncis vrina cōcreſcit.* [ c Philipendulæ. ] *Græcus codex habet* φιλιπινδουλα. *Vnde ſatis conſtat hanc vocem Nicolai etiam ætate medicis tritam fuiſſe. Quid autem ſit Philipendula, tomo primo noſtrorum commentariorum de Stirpium hiſtoria expoſuimus.* [ d Bardanæ.] *Græcus codex legit* μπαρδινι *Corruptam autem eſſe dictionem puto, ſcribendumq; fuiſſe* παρδάνι. *Bardanam hodie herbam vocat vulgus, Perſonatiam dictam latinis. Laudat hanc Aetius in carculoſis renibus, lib. 11. cap. 10.* [ e Maſi.] *Græcè eſt* μάσου. *Quid autem intelligat per Maſum, ignorare me fateor. Niſi fortè legendum ſit* μάλισις, *qua dictione alias crebro vtitur Nicolaus. Et diacinamomi confectionem apud Meſuen macer ingreditur.* [ f Lilini olei.] *Græcè eſt* μουσίνου ἐλαίου. *Cenſeo autem legendum eſſe* σουσίνου, *Suſinum verò oleum eſt quod lilinum alio nomine appellatur. Extenuat. Et bilem per aluum ducit, Dioſcoride teſte, dolores renum, & veſicæ lenit.*

Phillipēdula. Bardana Maſi. Suſinū oleum.

41 Antidotus ex acoro, prodeſt difficultati vrinæ, calculoſis, experta. Proinde ſi explorare velis, partem eius in aqua diſſoluens cū lapide in phialam immitte, & quinque diebus occlude. Deinde vbi detexeris, lapidem ipſum confractum inuenies. Habet acori, agarici, ſingul. ℥. iij. Seminis apij. ℥. vj. Nardi. ℥. v. Petroſelini macedonici, caſiæ, pyrethri, ſing. ℥. xij. ß. Mellis attici, vel ſachari quod ſatis eſſe videbitur. Dantur. ℈. iiij. ex vino & aqua cui chamæmelum, & ſpica incocta ſint. Eſt admodum inſignis.

42 Antidotus ex hircino ſanguine. Confert renibus, calculoſis, & ſtillicidio vrinæ. Vnitos lapides eadem hora demolitur. Soluit etiam omnis generis in veſica lapides, in balneo data. Valet etiam ad [a] colis reſolutiones, & ijs qui citra ſenſum rē venercam agunt. Habet ſanguinis hircini ſicci. ℥. j. Siſonis ſyriaci. ℥. ij. Piperis communis. ℥. v. Petroſelini,

myrrhæ,dauci cretici,acori.rhei, ſing.ʒ.ij.Piperis longi.ʒ.ß.Cumini[b] indici,libyſtici.ſin.ʒ.j.Cicadarũ ſiccarũ ſine pedibus & alis.ʒ.ß. Chamæmeli floris. gran.vij.Carei,mei arabici,ſingul.ʒ.ij.Spicæ nardi.ʒ.j. Tuſa & cribrata omnia melle aut ſaccharo excipiuntur ſufficiente. Dantur in balneo ex aqua calida .ʒ.ij. Eſt mirifica ad iam dicta mala.ſic autem vtiliter colligitur ſanguis hirci. Quum vua cœperit matureſcere, ollam nouam accipiens aqua impleto,& decoquito quoad vniuerſum eius terreũ in aquam depoſuerit,& abiecta aqua ollam reconde. Deinde hircum arripe, & macta,eiuſq; ſanguinem medium olla excipito, ita vt neque primum, neque poſtremum capias, ſed inter primum & poſtremum planè medium,& inſpiſſari ſinito. Medium verò hunc in olla ſanguinem in tenues partes[c] diſſecato, indeque reticulo,[d] aut linteolo raro contectum,[e] edito expone,vt à ſole &[f] luna illuſtretur, probeque exiccetur, cauendo[g] ne commadeſcat. Poſthac ſanguinem ex olla accipe,& probè tritum in pyxide deſeruato. Et ſumens de eo, antidotum hanc parato. Eſt autem experimento etiam cõprobatum,ſolum ſanguinẽ hircinum in malis nephreticorum,ſtillicidio,& difficultate vrinæ, necnon calculoſis, cochlearij menſura ex paſſo cretico, & decocto chamæmeli datum conferre. Oportet autem hircum qui iugulari debet ætate eſſe vigente, ita vt quartum iam attingat annum. Hircus quoq; alendus è folijs fœniculi & hederæ,alijsque vrinam mouentibus ſtirpibus, Quod ſi tibi viſum fuerit, prædicto hirco etiam vinum bibendum dabis.

Nicolai codex emẽdatus

[ a Colis.] *Græcè perperam ſcribitur* κώλου *pro* καυλοῦ. *Legendũ enim ita eſſe, ſequentia palam oſtendunt, quum conducere quoque ijs qui citra ſenſum rem veneream agunt* Nicolaus *ſubijcit* [ b Cumini Indici.] *Aetius lib.11.cap.22. habet* κυμίνου αἰθιοπικοῦ, *id eſt, cumini æthiopici.* [ c Diſſecato, ] *Aetius legit* κατατέμνε τὸ αἷμα καλάμῳ ὀξεῖ εἰς πολλὰ τμήματα: *hoc eſt, diſſecato ſanguinem per acutam arundinem in multa fruſta* [ c Reticulo.] *Aetius addit denſo,* δικτύῳ πυκνῷ. [ d Linteolo raro.] *Aetius adijcit,* ἢ κοσκίνῳ πυκνῷ, *id eſt, cribro arctiore.* [ e Edito.] *Græcè eſt* ὑπερῴῳ *Aetius habet* ὑπαίθρῳ, *id eſt, ſub diuo. Vt ſuſpicio ſit locum in Nicolao eſſe deprauatum,* [ f Luna.] *Græcè legitur* καὶ τῆς σελήνης,

Aetius

*Aetius verò habet, καὶ τῆς δρόσου μεταλαμβάνειν hoc eſt, & rorẽ excipiat.* [ g Ne cõmadeſcat.] *Græcus manuſcriptus codex habet κατιωνιθῆι, pro κατινοτιθῆ. Aetius legit, μὴ βραχῆναι ὄμβρων γινομένων id eſt, ne imbribus exortis madeſcat.*
Nicolai codex emaculatus.

43 Alia experta. Capit ſeminis raphani, adianti, [a] cicerum nigrorum damaſcenorum, ſpicæ. Contundantur probè, & in aqua decoquantur, denturq; bibenda in balneo.

[ a Cicerum. [ *Manuſcriptus codex falſo κρύων pro κρίων legit. Cicer enim quod Græcis κριὸς, hoc eſt, arietinum vocatur, vt teſtis eſt Galenus. lib. vj. Simplic. cæteris efficacius vrinam prouocat. Decoctum eius calculos renum confringit.*
Cicer arietinũ.

44 Alia admodum vtilis. Habet [a] chamęmeli purpurei florem. Decoctum, bibendum ſimiliter præbeto, ijs qui febre vacant ex vino. Aut cum melle inſtar eligmatis datò ante cibum lingendum: eſt verô valde nobile medicamentum.

[ a Chamæmeli purpurei.] *Hoc quia hodie parum eſt cognitũ, tum licebit pro eo vſurpare ſtirpem vulgo Conſolidam regalem vocatam, quòd hanc conferre calculoſis, experientia comprobatum ſit.*
Chamæmelũpurpureum.

45 [a] Conditum nephreticum. Capit ſaxifragi, betonicę, aſari, [b] lithoſpermi, petroſelini, ſing. exagia. ij. foliorum coſti, exag. j. Terantur diligenter, & ex tritura [c] mittatur in conditum, deturque bibendum vna ante prandium hora. Conterit enim mirificè calculos, & ita [d] per vrinam expellit, vt non amplius eos cogi permittat.

[ a Censitũ.] *Latina hæc dictio κονδῖτον à græcis vſurpata eſt vt plures aliæ in Plutarchi, parallelis, & Iuricõſultorũ ſcriptis. Nihil aũt aliud Conditum eſt, quàm vinum aromatis, & alijs odoriferis conditum.* [ b Lithoſpermi.] *Sic eſſe legendum omnibus ſatis conſtat, quum lithoſpermum, quod milium ſolis appellant, miram in confringendis calculis vim obtineat. Habent autem & quædam Aetij, qui huius conditi meminit. lib. 11. cap. 13. exemplaria λινοσπέρμου: vt nihil mirum ſit, in Nicolai codice λινοσπέρματος pro λιθοσπέρματος, aut rectius λιθοσπέρμου eſſe ſcriptũ.* [ c Ex tritura.] *Aetius adijcit cochlearium vnum.* [ d Per vrinam expellit.] *Græcus Nicolai codex perperã legit ἀπερεῖσθαι pro ἀπουρεῖσθαι, vt ex Aetio liquet.*
Cõditũ.
Lithoſpermõ.
Nicolai codex emẽdatus

46 Alia compoſitio ad calculos. Accipe [a] impari ſolum numero fluuiales cancros, vrito in olla, & de ijs bibendum præbe vnciæ vnius pondus.

[ a Impari numero.] *Manuſcriptum Nicolai exemplar habet*

*λαβὼν τηχυδάιμονα καὶ καρκίνους ποταμίους, ſed nullo prorſus ſenſu. Quare locum hunc eſſe deprauatum, omnibus perſpicuum eſt. Reſtituendus autem in hunc modum erit: λαβὼν μόνον ἄζυγας καρκίνους ποταμίους: id eſt, accipe impari ſolũ numero. Atq; hanc lectionẽ planè cõfirmat Aetius, qui lib. 11. ca. 13. ita ſcriptũ reliquit: ἄλλο. καρκίνους γ, ἢ ε, ἢ ζ μόνον ἄζυγας, καὶ ὑπ' ὀστράκου ζῶντας: hoc eſt, Cãcros tres, aut quinque, aut ſeptem impari tantum numero, ſub teſta viuos exurito. Vbi tamen Cornarius, non ſine maximo errore, conuertit ἄζυγας cum ingenti ſtrepitu: quum conſtet omnibus, nihil tale ſignificare Græcis hanc dictionem ἄζυγας, ſed potius ἀζεύκτους, & μονάζοντας, id eſt, nullo coniugio adſtrictos, & ſolos degentes. Hoc loco refertur ad cancros impares numero, quòd inter hos ſit qui coniugio deſtituatur.*

Cornarius notatus.

Alia. Cicadas aridas ſine pedib. & alis contunde, ac tere diligenter, læuigataſq; ex mulſo, aut condito exhibeto in balneo. 47

Alia ad renes experta. Habet rhei, ſaxifragi, iridis illyricæ, ſeſelis, dictamni, hyſſopi, betonicę, opopanacis, ſymphyti, dauci, veratri albi, ſin. ℥.j. Trita, & per cribum traiecta, melle excipiantur: deturq; cochlearium vnum ex decocto chamæmeli, & ſapa. 48

Antidotus ad difficultatẽ vrinę. Accipit [a] lithoſpermi, ʒ.ß. [b] Nucis pineæ, ʒ.v. Croci, ʒ.j. Amygdalarum amararum. ʒ.j.ß. Tuſa ac cribrata melle excipiuntur. Dãtur. ʒ.ij. 49

[ a Lithoſpermi. ] *Manuſcriptus Nicolai codex iterum legit λινοσπέρματος pro λιθοσπέρματος.* [ b Nucis pineæ. ] *Græcè eſt ϛροβίλων. Strobilorum autem voce tota nux pinea apud Græcos accipienda erit.*

Strobili

Alia ad calculoſos, qua vſus eſt Anatalus prætor, experta. Habet radicis ſtruthij. ʒ.v. Scillæ, opopanacis, ſcordij, ſingu. ʒ.v. Radicis capparis. ʒ.j. vino excepta, finge paſtillos, quorum ſinguli pendeant. ʒ.j. & ex ijs vnum læuigatum ſingulis diebus cum vino præbeto. 50

Antidotus ad calculũ veſicæ, qua Veſpaſianus vſus eſt. Habet nardi ſyriaci, hyſſopi, ſin. ʒ.j. Petroſelini. ʒ.j.ß. Rutæ viridis, ellebori, ſing. ʒ.j. Scillæ aſſatæ, abrotoni, ſing. ʒ.ß. Acaciæ. ʒ.j. Scillã aſſãtere cum ruta, dein admiſce parem quantitatem opobalſami ante aridorum exceptionẽ. Sicq; conficiens dato drachmam vnam ex aqua. 51

Alia

52 Alia ad calculoſos & nephreticos experta. Habet [a] lithoſpermi, piperis, petroſelini, aniſi, ſin. ℥. ß. Tuſa, & cribro probè traiecta, melle excipiantur, deturq́; cochlearium vnum ex aqua calida. Eſt autem mirabilis.

[ a Lithoſpermi.] *Rurſus* λινοσπέρματος *pro* λιθοσπέρμου *legitur, vel* σελίνου σπέρματος, *vt iam ſtatim dicemus.*

53 Alia nobilis, lapides in veſica demoliens. Capit caſiæ. ʒ. ij. a Se. lini, ℥. j. ß. Myrrhæ, ℥. ß. Piperis albi, ʒ. j. [b] Lapidis ſyriaci maſculi & fœminæ, ſing. ʒ. ß. Seminis ſtaphylini, iridis illyricæ, ſing. ʒ. j. ß. Papaueris albi ſeminis, ſpicæ nardi, ſingu. ʒ. j. Amygdalarum amararum, erucæ ſeminis, aſari. ʒ. ß. Omnia hæc trita, & per cribrum tranſmiſſa melle excipe, & ſingulis diebus præbe cochlearium vnum ex paſſo. Eſt verò vtilis.

[ a Seminis lini.] *Nicolai codex legit* λινοσπέρματος. *Galenus autem lib. 10. de Compo. medic. local. ca. 1. habet* σελίνου σπέρματος, *id eſt ſeminis apij. Vt inde conijciã, alijs etiam in locis ita legendum eſſe apud Nicolaum.* [ b Lapidis ſyriaci.] *Syriacum appellat, quẽ officinæ Iudaicũ. Sic autẽ dictus eſt, Galeno lib. 9. Simplicium medicament. teſte, quod in Palæſtina Syria proueniat.*

Nicolai codex emẽdatus

Lapis ſyriacus

54 Antidotus ad calculoſos, cuius ſi experimentum capere velis, diſſolue portionem aliquam de ea, & conijce in vaſculum vnà cum lapide, ipſumq́; obturato diebus ſeptem: dein amoto operculo, inuenies lapidẽ attritum. Habet ſanguinis hircini exiccati, capparis radicis, æquas portiones. Ex ijs tritis bibendum propinato cochlearium vnum cum mero ieiunis. Lapidem per vrinam citra dolorem expellit. Eſt enim præclara.

55 Antidotus alia, quam accepi à Iuliano Pimentalo, experta. Recipit baccas lauri decorticatas duas. Piperis, petroſelini, ſing. ʒ. j. Excipe melle, & dato nephriticis ac calculoſis, miraberisq́; eius facultatem.

56 Alia ad renes & calculoſos. Habet petroſelini. ʒ. j. piperis. ʒ. ij. Seminis fœniculi, ʒ. iij. Seminis apij. ʒ. iiij. Detuſis & cribro tenui arctioréve traiectis dato ægrotanti cochlearium vnum ex condito. Si verò febricitet, ex aqua tepida.

57 Alia ſimilis. Capit cyperi, baccarũ lauri, petroſelini, ſingu. æquã portionẽ. Datur cochlearium vnum ex vino.

Alia ad calculoſos valde bona. Recipe leporem viuum, ip- 58 ſumque iugulato, ac ſanguinem eius olla noua excipito, dein detracta quoque eius pelle integram vnà cum ſanguine in vaſculum immitte luto oblitum, & operculo contectum: crematoque, donec pellis vnà cum ſanguine in cinerem redigatur. Amoto ſubinde operculo, pellis ſanguinisq; cinere accepto & læuigato, cochlearium vnum ex [a] mero tepido dato. Eſt præclara.

[ a Mero tepido.] *Græcè eſt* μετ ὄινου εὐκράτου χλιαροῦ *cum vino temperato tepido. Sed fortè pro* εὐκράτου *legendum erit* ἀκράτου, *id eſt mero: ne inutilis ſit repetitio. Neque enim* εὐκράτου *hoc loco à* χλιαροῦ *differre videtur. Sic etiam in ſequenti.* 60. *Antidoto legitur* μετ ὄινου ἀκράτου.

Alia ſimilis ad calculoſos nobilis. Accipe vulpem viuam, 59 eamque mactato, atque de recenti eius ſanguine quantum dimidium exigui poculi capere poteſt, bibendum præbeto. Efficiet autem, vt æger eadem hora per vrinā lapidē eijciat.

Alia ad difficultatē & ſtillicidium vrinæ mirifica. Paſ- 60 ſerculum quem [a] troglodyten nominãt, integrum cremato & ſumpto cinere ac [b] tenuiter contrito bibendum ex mero dato. Quantitas verò cineris ſit cochlearium vnum. Si autem volueris, admiſceto etiam farinæ prædictarum cicadarum [c] quartã cochlearij partem, & ieiuno ex vino prębeto.

Nicolai manuſcriptus codex correctus. Cochlearium minus.

[ a Troglodyten. ] *Græcè* σιλιπιτιδα *ſcribitur, quæ vox haud dubiè barbara eſt. Per eam autem intelligit paſſerem troglodyten dictum, cuius cremati cinis: Aetio lib.11.cap.11. & Paulo teſtibus, epotus, calcudos conterit.* [ b Tenuiter.] *Græcus codex non rectè legit* δψιλὰ *pro* ψιλὰ *aduerbialiter.* [ c Cochlearij quartam partē.] *Nicolaus per cochlearium, minus intelligit, quod pendet drachmã vnam. Sic enim in eius interpretationibus ſcribitur* κοχλιάριον, ουλ μὴ μία. *id eſt, cochlearium, drachma vna. Quarta itaque cochlearij pars, grana ſunt quindecim.*

Alia præclara ſimilis. Habet braſsicæ ſeminis, radicis 61 capparis, radicis ſtruthij, ſin. exag. j. Trita omnia aceto irrigato, & finge pilulam nucis põticæ magnitudine, & dato febre vacantib. cũ vino: febricitantibus aũt, ex aqua tepida. Si verò huius medicamenti viribus diffidis, conijce cũ ipſo lapidem in vaſculum, & lapis atteretur.

Alia [a] Galeni, omnino neceſſaria ad difficultatem & ſtil- 62

licidi

licidium vrinæ, ac calculoſos. Eſt autẽ præclara admodum. Habet damaſonij.ʒ.iij. Seminis dauci, & eius radicis, ſin.ʒ. vj. Radicis ſtruthij, ſeu lanariæ, corticis radicis capparis ſingul.ʒ.vj. Caſiæ.ʒ.viij. [b]Cinabaris.ʒ.vj. Nardi celticæ, iridis illyricæ, aſari, acori, ſeminis fœniculi, petroſelini, cardamomi, ſpicæ nardi, ciperi, ſaxifragi ſeminis ſtaphylini, apij ſeminis, myrrhæ troglodyticæ, ſin.ʒ.iiij. Coſti.ʒ.viij. Croci ʒ.iij. Seſelis, zingiberis, piperis albi, ſin.ʒ.iiij. Piperis nigri.ʒ.j. Radicis panacis.ʒ.iiij. Lapidis ſyriaci maſculi & fœminæ, ſing.ʒ. xvj. Mellis attici deſpumati, aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur nucis ponticæ magnitudine cum [c]meri cyathis duobus.

[ a Galeni.] *Aetius lib.11.cap.13.non ad Galenum.ſed Philagriũ autorem refert.* Et *facilis fuit à Philagrij nomine in Galeni lapſus.* [ b Cinabaris.] *Græcè eſt* κιναβάριως. *Sed animaduertendũ erit, hanc vocem ab imperito aliquo incontextum eſſe translatam: neque enim recentiorum cinabaris, quam venenum eſſe conſtat, intra corpus ſumenda: neque etiam veterum: quòd illa,* Dioſcoride *atteſtante, adſtrictoriam habeat vim, ideoq; ad difficultatem & ſtillicidiũ vrinæ minus idonea.* Accedit *quòd in* Aetio *nulla prorſus* Cinabaris *fiat mentio.* [ c Meri.] *Græcè eſt* εὐκράτου. *ſed cenſeo, vt antea, legendum eſſe* ἀκράτου: *quod ſcilicet eius generis medicamenta quæ calculoſis exhibentur, commodè ex mero propinentur.*

Cinabaris.

Codex Nicolai emaculatus.

63 Antidotus è galanga. Prodeſt ſtomachicis, lienoſis, & cõcoctione deſtitutis. Item ad [a] ſingultum ſtomachi, & eos quibus cibus in ventriculo aceſcit, malum habitum corporis, hydropicos, & totius corporis refrigerationem cõfert. Capit caryophylli, zingiberis, cinamomi, galangæ, ſing. ℥.ß. Cardamomi, ligni aloes, nucis moſchatæ, carpobalſami, folij, ſing.ʒ.ij. Piperis longi, maceris, piperis nigri, aniſi, fœniculi, maſtiches, ſpicæ, ſing.ʒ.j. Moſchi gran.iij. Sacchari quantũ ſatis eſt. Probè confecta datur.

Diagalanga.

[ a Singultum.] *Græcus* Nicolai *codex habet,* ὁμοίως σιελισμὸν στομάχου: *hoc eſt, ſimiliter ad ſtomachi ſaliuam. Sed cenſemus legendum eſſe,* ὁμοίως εἰς λυγμὸν στομάχου, *id eſt, ſimiliter ad ſingultum ſtomachi, vt nos conuertimus.* Liberum *tamen relinquimus lectori, vt vtrã velit lectionẽ magis probet.* Nobis *tamẽ poſterior magis arridet.*

64 Antidotus[a] è floribus. Succurrit cardiacis, elephantia correptis, animi defectionibus, & ſyncopi cordis, præterea

Diãthõ.

terea deſtillatione laborātibus,atq; in vniuerſum omni im-
becillitati corporis, & cordis omnino auxiliatur. Habet
florum [b] roſmarini coronarij.℥.j.Roſarum,violarum, gly
cyrrhizæ,ſin.ʒ.vj.Caryophyllorum,ſpicæ, nucis moſcha-
tæ,galangæ,cinamomi,zingiberis,maceris,ligni aloes,ani
Actuarius.ʒ.iiij. ſi,cardamomi,anethi,ſingul.* ℈.j.Mellis attici,aut ſaccha-
ri quantum ſatis videbitur. Confecta vacātibus vacātibus
febre datur ex vino,febricitantibus autē cum aqua.

[ a E floribus.] *Græcè eſt δι' ἀνθῶν. Græcis autem vetuſtioribus ἄνθος ſimpliciter florē ſignificat. Poſteriores autem nimirum Actuarius & Nicolaus, haud dubiè propter eius excellentiam, Roſmarini coronarij florem ita nominarunt.* [ b Roſmarini.] *Græcè eſt δενδρολιβάνου. Dendrolibanon autem Actuarius & Nicolaus appellant Roſmarinum coronarium.*

Dendrolibanū.

Diaſatyrion. Antidotus è Satyrio. Valet ad liberorum procreationē 65
venereorumq; frequentiorem vſum. Imbecillitati renum
ſuccurrit:& ijs qui rem veneream agere haud poſſunt,auxi
lio eſt:voluptatem quoq; excitat. Eſt enim ad hæc ipſa ad-
modum vtilis. Recipit ſatyrij viridis, dauci ſatiui radi-
cis, nucis Indicæ, piſtaciorum eryngij radicis, nucum
pinearum, ſingul.ʒ.xij. Zingiberis, aniſi, [a] ſinapi albi, [b]
linguæ auis ſeminis,ſing.ʒ.v. [c] Cinamomi, bulbi ſeminis,
ſing.ʒ.ij.ß.Moſchi,grana.vij.Satyrij,dauci,& eryngij ra-
dices in aqua ferueſactas & probè [d] fractas,ac tandem val-
de tritas melli immitte,deinde piſtacia & [e] nuces pineas re
purgatas. Vbi cū melle ſimul bullierint, poſtea impone [f] o-
doramenta:& ſublato ab igne lebete,vbi iam melle probè
rigata fuerint odoramenta,moſchū leuigatū inſere. Et rur
ſum ijs probè ſubactis,in vaſculum ad vſum repone. Datur
cum veteri vino,aut condito,veſperi dormituro.

Sinapi album. [ a Sinapi albi.] *Græcè eſt σινήπεως λευκοῦ. Intelligit autem Erucam: id quod ex actuario perſpicuum fit, qui habet Erucæ. Latinis quoque Nicolai codices legunt Erucæ.* [ b Linguæ auis ] *Græcus manuſcriptus codex habet λιγγάβις. Vocant autem hodie officinæ ſemē fraxini linguam auis, vt fuſius tomo ſecundo noſtrorum de Stirpium hiſtoria cōment. demonſtrauimus* [ c Cinamomi.] *Poſt cinamomi Actuarius ſtatim adijcit Scincos. Et latini etiā Nicolai codices habēt Scincorum caudas. Quum verò horum vſus mirificè venerem excitēt non debēt in huius antidoti confectione à Seplaſiarijs omitti.*

Lingua auis.

Scinci.

[ d Fra

[d Fractas.] *Græcus codex habet* ἀποσίψας καλῶς, κόψας τὰ ἴδη λίαν. *E quibus ſanè verbis haud facilè ſenſum elicies, vt hæc ipſa eſſe aliqua ex parte deprauata non dubitē. Poſſet aūt facile ex Actuario græco reſtitui & emendari, qui quū nobis nondum viſus ſit, è latino codice tum Actuarij, tum Nicolai, iſtam conuerſionem contexere interea coacti ſumus, quæ certè à ratione rectè conficiendi hanc antidotum non abludit.* Cenſeo aūt in Nicolao ita poſſe legi, ἶτα ἀποβλίψας, *vel* ἀποσίψας καλῶς κόψας ἤδη λίαν. [e Nuces pineas.] Nicolai
*Græcè eſt* κοκονάρια, *ſed falſò ita ſcribitur pro* κωνάρια: *ita enim Græ* codex e-
*ci nuces pineas vocant.* [f Odoramenta.] *Græcè eſt* μυρεψικά. *Sic* menda-
*autē vocat ſpecies odoratas, quæ aromata vocamus. Quod ex Actua* tus.
*rio etiam ſatis liquet, in quo ita legitur:* Dein *ſublato ab igni vaſa tuſa & cribratæ ſpecies, adduntur.*

66 Alia è ſatyrio Serapionis, tentiginem ciens, [a]choragos dicta. Eſt autem eximia, vt ea quæ præcedit, inuenta à Serapione in oppido Dipthera nominato, quemadmodum Philon medicus ad regem Italum tradit. Vſus verò ſum & ego in Menelao, Andromacho, & Melancalamo, ſenioribus & imbecillibus exiſtentibus, ac ſucceſsit.. Habet ſatyrij. ʒ.iiij. Scinci. ʒ.iij. Siſami illoti. ʒ. xij. Erui albi toſti. ʒ.vj. Cumini, aniſi, ſeminis apij, ſingul. ʒ.j. Seminis cepæ, eryngij, ſing. ʒ.ij. Cerebelli paſſerū trogloditum. ʒ.ij. Seminis dauci, ſeminis lini torrefacti, ſtyracis, galbani, thuris maſculi, ſing. ʒ.ij. Piperis, ſeminis fœniculi, zingiberis, tragacāthæ, ſpicæ nardi, ormini, ſing. ʒ.j. Croci, ſeminis vrticæ, ſingu. ʒ.ß. Amygdalarum amararum, & dulcium ſing. ʒ.ij. Cucumeris [b]græci, nucum pinearum, ſingu. ʒ. vj. Mellis. attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Dantur veſperi cubitum ituro. ʒ.iiij. & ante cœnā ſecundò & tertiò in vino auſtero, aut cōdito. Quod ſi corpus plurimum [c] incandeſcet, accipe tres ramos rutę, & [d]dato vt laborantis pudendum tendi deſinat, & conijce in meatum vrinarium tria rutæ folia, & ceſſabit.

[a Choragos.] *Græcè* χορηγὸς, *hoc eſt, ſuppeditator, dator, ſumminiſtrans. Quæ quidem appellatio huic antidoto non alio nomine eſt im* Chora-
*poſita, niſi propter inditam ſibi mirificam, quam in excercenda vene* gos.
*re ſumminiſtrat & ſuppeditat vim.* [b Græci.] *Græcè eſt* ἑλληνικοῦ. *Intelligit haud dubiè Cucumeres in Græcia natos.* [c Incandeſcet.] πυρώσει. *hoc eſt, ſi plus æquo in venerem pronum efficiet,*



UNIVERSIDAD DE GRANADA Hospital Real Biblioteca

*Id enim ſignificare hoc loco πυρώσει, ex remedio ipſo quod ſtatim ſubijcit* Nicolaus, *promptè colligitur, nempe rutæ admotione, quam veneris appetentiam cohibere, in confeſſo eſt. Vel certè, quod mihi magis arridet, pro πυρώσει legẽdum πνευματώσει, id eſt, inflabit. Nam & ruta, Galeno teſte, ad inflationes competit, adeóq; tendi pudendum prohibet.* [ d Dato.] *Græcus manuſcriptus non rectè legit, δίδου ἐν τῇ λύξαι τὸ αἰδοῖον τοῦ πάσχοντος. pro λῆξαι, hoc eſt, vt nos conuertimus, dato vt ſedet, aut tendi deſinat pudendum laborantis. Niſi malis legere λύσαι, id eſt, vt ſoluat pudẽdum. Sed prior lectio videtur eſſe melior.*

Alia antidotus appellata choragos, ad prædicta efficax. Recipit piperis, zingiberis, tragacanthæ, ſpicæ nardi, thuris maſculi, ſingul. ʒ.j. Seminis apij. ʒ.iij. Aniſi, cumini, erui albi toſti, ſeminis vrticæ, ſeminis cucumeris, ſing. ʒ.vj. Siſami non loti, amygdalarum amararum, ſin. ʒ.xv. Eringij. ʒ.viij. Cepæ ſeminis. ʒ.iiij. Amygdalarum dulcium, nucum pinearum. ℥.j. Mellis attici, vel ſacchari quãtũ ſatis videbitur. Datur ante cœnam. ʒ.j. ex condito. 6

Alia è ſatyrio perſica. Poteſt eadem quæ præcedens. Habet [a] nucum pinearum, ſeminis porri, ſeminis raporum, cepæ ſeminis, lini ſeminis, ormini, pyrethri. dauci eryngij, zingiberis, ſatyrij, ſeminis crucæ, piperis albi, cardamomi, acori, euphorbij, cerebelli paſſeris troglodytis, & ouorum eius, ſingu. ʒ.ij. Mellis attici, vel ſacchari quod ſatis eſt Datur. ʒ.j. ex condito. 6

[ a Habet.] *In manuſcripto* Nicolai *codice ante pineas nuces ſcribitur, θουθρίξ, quæ ſanè dictio quum ſit aut barbara, aut deprauata quid ſignificet diuinare haud poſſum. Niſi ſtatim mentio fieret paſſeris troglodytici ςρουθοῦ eſſe legendum putarem. Quæ quidẽ lectio ſi legitima eſt, de paſſere vulgari aue intelligenda erit. Conſtat enim paſſerem efferatæ libidinis eſſe animal: & paſſeribus veſcentes, vt quidam etiam ex Græcis adnotarunt, ἐπικαταφόρους, hoc eſt procliuiores in venerem fieri. Quapropter poteſt primum huic antidoto inſeri integer paſſer, & deinde priuatim paſſeris troglodytis cerebellũ. Tamẽ quum certi nihil, & quod conſtanter affirmemus, habeamus, vacuum hic ſpatium relinquere volumus, vt integrum eſſet cuiuis, nacto meliore codice, inſerere quod hic deſideratur.*

Alia tentiginem excitans, dextro aut ſiniſtro impoſita pedi, renibus item, & teneræ cuti. Habet ſtellionis, ſagapeni 6

peni

peni,ſingul.ʒ.j.Sinapi,galbani,ſingul.ʒ.ij.olei cyprini.℥.v.Myrobalani, molybdenę, ſingul.℥.j. [a]Ceruſſę.ʒ.j.Myrrhę, propoleos,opobalſami,euphorbij,opopanacis, piperis nigri,ſingul.ʒ.j.liquoris cyrenaici,cantharidum,ſing.ʒ.ij. [b]Scinci.ʒ.j.Mellis attici vel ſacchari quãtum ſufficit.

[a Ceruſſę.] *Græcè ſcribitur ψιμμιθίου. Mirificum hoc eſt medicamentum, ita vt non facilè conijcere liceat, cur ceruſſam molybdenamq;, medicamenta frigida, hic adhibeat: niſi fortè ad impenſè calidorum vim obtundendam & infrenandam, admota ſint. Aetius quidem in fine vndecimi libri multa ac varia medicamenta ad tentiginem excitandam idonea commemorat, nuſquam tamen in ijs molybdenæ aut ceruſſæ mentio fit. Verum ſunt & aliæ quædam compoſitiones, vt infrà monebimus, in hoc* Nicolai *volumine, quarum vſus non ſatis tutus eſt. Quod tamen non admodum curandum erit, præſertim in tanta copia aliorum rectè paratorum medicamẽtorum. Aetius loco citato ſolo ſtellione vſto & contrito, cum olei affuſione vtitur.* [b Scinci,] *In manuſcripto codice legitur, σίγκ, corruptè pro σκίγγου. Quæ vox in hodiernum vſque diem in officinis durat. dicunt enim Stinci, pro Scinci.*

70 Vnguentum tentiginem ciens, pudendo & [a]tauro inunctũ. Recipit opopanacis, olei laurini, ſingu.℥.ß. Euphorbij galbani, ſingul. ʒ.ß. Erucę ſeminis, gra. vndecim. Opobalſami gran. ſeptem. Lęuigata vtriſque manibus probè commiſce, & vtere.

[a Tauro.] *Græcus Nicolari manuſcriptus codex legit, ἀλειφόμινον τὸ αἰδοῖον, καὶ ὁ ὑπόταυρος. Cenſeo autem legendum eſſe ἀλειφόμινον τῷ αἰδοίῳ, καὶ ὑπὸ ταύρου, vt ſit ſenſus, quẽ in noſtra conuerſione expreſſimus. Eſt autem, ταυρος ſutura quæ teſtes interiacet.*

71 Alia priori ſimilis, admodum nobilis. Habet ſeminis erucę & anethi, ſingul.ʒ.j. Trita cum condito prębe.

72 Alia ad eadem valde bona. Recipit piperis, nucum pinearum, petroſelini, pudendi cerui, terebinthinę. Contrita omnia ęqualiter cum melle commiſcę, & prębe.

73 Alia ſimilis, vtilis & frugifera. Capit terebinthinę crudę, nucum pinearum, ſingul.℥.ß. Seminis erucæ, grana 15. Mellis attici quod ſatis eſt. Dantur drachę duę cum ſicera.

Antidotus è hermodactyllo laxatiua, efficax ad podagricos

gricos,& arthriticos,omnemq; morbum. Vtilis eſt corpori,& morbos ex eo propulſat multos, ideoq; à medicis hęc ipſa antidotus appellata eſt Sanitas. Accipit caryophylli, nucis moſchatæ,maceris,ligni aloes, galangæ, zingiberis, ligni cinamomi,folij,caryophylli magni,cardamomi,ſpicæ ſing.ʒ.j.Carpobalſami,aniſi,fœniculi,anethi,carnabadij, ameos,granorum ſolis,maioranæ, [a]meliſſochorti, ſeminis ocimi,baccarum myrti, foliorum citri, ſingul.ʒ.j. Trium ſantalorum,ſingul.ʒ.ß.Glycyrrhizæ, ſtiracis calamitis,piperis longi,floris iunci odorati, croci,ſing.gra.vij. Violarũ ʒ.j.Papaueris albi.ʒ.j.[b]Lactucæ,intybi & portulacę ſeminis,ſing.ʒ.ij.Senæ.℥.j. Epithymi.ʒ.j. Omnia hæc tenuiter trita in aqua decoquito, dein in aquam per ſaccum trãſfuſam inijce ſacchari libras tres,& ebulliant probè vſq; ad conſiſtentiam:& impone illi moſchi,ambaris,margaritarũ ſing.℈.ij.Dacrydij.℥.ij. Turpety.℥.j.ß.Rheibarbari boni ℥.j.Hermodactyli.℥.j.ß. Ariſtolochiæ longæ & rotundæ, ſingul.℥.ß.Hæc tũdito,& probè cribrato,vt [c]electuarij cõſiſtentiam acquirant:& benè ſubacta in lebete, ſuper marmor effunde,& ſine,donec refrigerentur. Poſthæc accipe ac repone in uitreo vaſe.Quum vti ea volueris,dato media nocte exagia duo & ß.aut tria pro ratione virium. Et ſi febre vacant,præbeto vini poculum vnum cum aqua. Si verò febricitent,dato aquam tepidam ad ſorbendum.

Melliſſo chortus. Apiaſtrum. [ a Meliſſochorti. ] *Græcè* μελισσόχορτον. *Intelligit haud dubiè herbam quæ alias Miliſſophyllon dicitur. Neq; enim Meliſſochortos Græcis aliud ſignificat, niſi herbam apum. Atque hinc eſt quod latinis etiã Apiaſtrũ vocetur.* [ b Lactucæ.] *Græce eſt* μαρουλίου. *Vocauit autem Actuarius, Nicolaus, & Simeon Sethi lactucã* μαρούλιον *&* μαίουλιον. [ c Electuarij.] *Nicolaus habet* λατουαρίου *pro* ἐλικτουαρίου. *Solet enim, vt ſepæ iam dictum eſt latinas voces deprauatè admodum efferre.*

Antidotus alia ad dolores pedum,per omnia experta, 75 qua ſanatus eſt Clearchus,& alij multi gratia Dei. Habet baccarum lauri repurgatarum.℥.j. Myrrhæ troglodyticæ.℥.ß. Ariſtolochiæ longæ, & rotundæ, ſingul.℥.j. Rhei pontici.℥.ß.Spicæ nardi:folij,amomi,coſti,ſing. vnciæ

cię quartam partem. Betonicæ, exagium. j. Acori, gentianæ ſing. grã. xj. Hermodactyli. ℥ ß. Turpeti puri. ℥. ß. & quartam partem. Dacrydij. ℥. ß. Contuſa ſimul & probè cribrata, excipiantur vaſe vitreo, diligenter operto. Datur vtentibus cochlearium vnum ex temperato liquore media nocte. Vacantibus febre cum vino, febricitantibus verò ex aqua tepida. Qui verò vti hac antidoto voluerit, is ab omni frigore ſibi cauebit.

76 Antidotus quæ eſt [a] drangæa. Datur obſtructionibus iecoris, ſiue in gibbo eiuſdem, ſiue in venis meſaraicis fuerint, media nocte, pondere exagij vnius, aut vnius & ſemis pro virium ratione, poſtea ſorbendum deſuper dato vacantibus febre vinum, febricitantibus autem aquam tepidam. Capit; rheibarbari, exagia. iij. Seminis fœniculi, apij. ʒ. j. ß. Croci. ℈. iij. [b] Tartari. ʒ. j. ß. Turpeti puri, exagi. ß. Dacrydij. ℈. ij. Sachari quantum ſpecierum omnium, & præbe.

[ a Drangæa.] δραγγαίαν *Nicolaus vocat compoſitionem, quę à medicis huius ætatis* Tragea *nominatur. Vtrãq; autem vocẽ barbarã eſſe ſatis conſtat*. [ b Tartari.] *Græcè ſcribitur* ταρτάρου. *Vt hinc etiam palàm fiat,* Nicolaum *barbaris, & in hunc vſque diem in officinis vſitatis, vocibus creberrimè vti*. Tartarum *autem eſſe vini fecem induratam, & doliis adhærentem, notius eſt, quàm vt à nobis copioſius explicari debeat.* Barbaram *autem vocem retinere libuit, vt hinc palàm fieret, vnde tot voces parũ latinæ & barbaræ officinas noſtras irrepſerint.* Drãgęa. Tartarũ

77 Alia conferens podagricis, arthriticis, & ad omnẽ corporis afflictionem. Habet, aniſi exag. j. ß. Piperis longi. ʒ. ij. Zingiberis. ℥. ß. [a] Phenulę, exa. j. Turpeti. ℥. j. Cubebarũ, exag. j. Scammoniæ. ℥. j. ß. Senę. ℥. ß. Croci, exag. ß. Caryophylli, exag. j. Amomi. ʒ. j. [b] Cinamomi boni exag. iij. Cardamomi. ʒ. ij. Rheibarbari. ℥. j. ß. Aniſi, exagia. ij. Sacchari, quantum omnium ſpecierum. Trita, & cribro tranſmiſſa probeque confecta in vaſculo repone. Dantur, ſi vſus exigat mane exagia duo aut duo & ſemis, pro viribus: febricantibus quidem cum aqua tepida, vacantibus febre cum vino.

[ a Phenulæ. ] *Suprà, nempe Annot.* 106. φίνουλιν *pro fœniculo* Phenula

*culo ſumus interpretati.* Hoc *quidem in loco* φίνουλαρ *pro* ἴνουλαρ *ſcriptum eſſe, ex antidoto 82. ſatis liquet, in qua omnia ferè quorum hic mentio fit, recẽſentur, atque ad eoſdem aſſectus accommodantur. Quòd ſi verò nihilominus phenulam eſſe legendum quis contendat, quid per phenulá* Nicolaus *ſignificauerit, me ignorare lubẽs fateor.*
[b Cinamomi.] *Græce eſt* κανίλας καλῆς. *Canelam autem, ſiue Canellam* Nicolaus, *& alij recẽtiores Græci item* Auerroes, *& ceteri* Arabes, *vocant* Cinamomum, *hodie vſitatum: quod tamen* Caſia *potius eſt, vt alibi diximus, quàm* Cinamomum.

Alia drangæa [a] ſimplex, datur media nocte. Capit 78
aniſi, exa. ij. Zingiberis. ℥. ß. Seminis fœniculi, exag. j. Turpeti. ℥. j. Croci, exag. ß. Scammoniæ. ℥. ß. Caryophylli. ℈. j. Rhei barbari, exag. j. Sachari, quantum vniuerſarum ſpecierum. Dantur de ea vbi vſus exigit, exagia duo, aut duo & ſemis, pro virium ratione. Et febre vacantibus ex vino, febricitantibus autem ex tepida aqua.

Simplex [a Simplex.] *In* Nicolao *eſt* σίμπλικη. *Eſt autem vox latina ſimplex deprauata, & ad græcam formam detorta. Simplicem autem hanc* Drangæam *vocat, non quòd non ſit compoſita ex multis ſimplicibus medicamentis; ſed quòd paucioribus conſtet ſimplicibus, quàm alia eiuſdem generis compoſita.* Hac *ſanè ratione* Galenus *etiã* Diatrion *pipereon ſimplex appellauit, vt alibi fuſius diximus.*

Alia ſimilis conferens arthriticis, podagricis, & ſanitati 79
totius corporis, nondum obſeruata, ſeu experta. Vbi ea vti volueris, neque æſtus neque frigus ſit. Recipit cinamomi, caryophylli, croci, zingiberis, nucis moſcatæ, roſarum, ſingul. exag. j. Turpeti, exag. j. ß. Rhei barbari, hermodactyli, ſingul. exagium. ij. Aniſi, ſeminis fœniculi, zedoariæ, ſingul. exag. j. Scammoniæ, exag. ij. Sacchari, quantũ omnium ſpecierum. Hæc probè confecta datur vt prior.

Alia drangæa ad eadem efficax, admodum bona. Ha 80
bet turpeti boni. ʒ. ij. Scammoniæ. ℈. ij. Hermodactyli. ʒ. ij. Zingigeris, exag. j. Croci, caryophylli, ſingul. ℈. ij. Aniſi ℈. ij. Sacchari puri, ℥. j. Probè confecta datur vt prior.

Alia ad podagricos, arthriticos, nephriticos, & hepati- 81
cos. Capit rhei barbari, exag. j. Seminis fœniculi, aniſi, ſingul. ʒ. ß. Tartari. ʒ. j. Turpeti, exag. j. Croci, ſcammoniæ, ſing. ℈. ij. Sacchari tantundem quantum omnium ſpecierum. Probè confecta datur media nocte, pondere exagior

giorum duorum, aut duorum & ſemis pro viribus.

82 Alia drangęa efficax ad podagricos, arthriticos, & nephriticos affectus. Habet enulæ in altis locis natę, bonęque, hermodactyli, ſingul. exag. ij. Turpeti, exag. j. ß. Scammonię crudę, ℥. ß. Aniſi, caryophylli, zingiberis, maceris, cubebarum, ſing. exag. j. Maſtiches purę, ʒ. j. Croci, exag. ſemis. Tartari, exa. j. Rhei barbari, exag. ij. Sacchari quantum vniuerſarum ſpecierum. Dantur de ea matutino tempore exagia duo & ſemis, aut tria, pro virium modo.

83 Antidotus laxatiua efficax ad prędicta mala, ad bilioſos, pituitoſos, & hepaticos. Habet dacrydij, exag. iiij. Turpeti, exag. iij. Caryophylli. ʒ. ij. Zingiberis, exag. j. ß. Aniſi exagium. j. Croci. exagium. j. Rhei barbari, exagia. iij. Maceris, exagium ſemis. Hermodactyli, exagia. ij. Sacchari & ſtillatitij roſarum liquoris, quod ſatis eſt. Dantur, vbi vſus exigit, media nocte exagia duo cum dimidio, aut tria prout vires ſuaſerint. Et vacantibus febre ex vino: febricitantibus autem cum aqua tepida.

84 Alia drangęa laxatiua ad prędicta mala vtilis. Recipit dacrydij. exagia. iiij. Turpeti boni, caryophylli, croci, ſingul. ʒ. j. Zingiberis, piperis longi, maceris, ſingul. ʒ. j. Aniſi, exagium. j. Hermodactyli, exagia. ij. Nucem moſcatam vnam. Seminis fœniculi, exagium. j. Rhei barbari, exagium. ij. Sacchari quantum omnium ſpecierum. Vbi probè confecta fuerit, dantur ex ea mane ieiuno exagia. ij. aut duo cum dimidio, pro virium ratione.

85 Alia drangęa ad podagricos, arthriticos, & quemuis nephriticum affectum, omniaq; vitia. Accipit turpeti. ʒ. iij. ſemis: Zingiberis, drach. ij. ſcrupu. duos Zedoarię, drach. ij. Aniſi, ſeminis fœniculi, ſing. ſcrup. duos. Caryophylles numero 10. Dacrydij, ſcrupu. tres Croci, ſcrupu. duos Rheibarbari, exagium vnum. Hermodactyli, drach. j. Sacchari quantum omnium ſpecierum, Species vniuerſas tritas in vaſculo repone. Vbi vſus poſtulauerit, dandum exagium vnum cum dimidio, aut duo pro virium modo. Et ijs qui febre vacant, poſtea vinum ſorbendum prębeto, febricitantibus autem aquam tepidam.

86 Alia drangęa prioribus validior. Recipit rhei, exag. j.

Turp

Turpeti,exagia.ij. Tartari.ʒ.j. Dacrydij.℈.iiij.zingibe ris,exagiũ.ß. Croci.℈.ij. Caryophyllos xv. zedoariæ.ʒ. j. Aniſi,ſeminis fœniculi.ſingul.℈.ij. Nucem moſcatam v- nam, Hermodactyli,exagiũ.j.Maceris.℈.ij. Sacchari quã- tum omnium ſpecierum. Probè paratæ exhibe, vſu poſtu- lante,media nocte exagium vnum cũ dimidio,aut duo pro virium modo. Et non frebricitantibus ex vino, febricitan tibus autem ex aqua tepida

Alia confectio drangæa, vtilis àd vitioſum faciei co- lorẽ è colore iecinoris natũ.Recipit heliotropij foliorũ ari- dorũ,℥.j.Croci boni,exagiũ.j. Rhei barbari, exagium.j. Tartari.ʒ.j. Aniſi. exagia.ij. Sachari puri duplum om- nium ſpecierũ. Trita hæc omnia reponantur in vaſe. Vbi vſus poſtulat,datur continuijs diebus quinque, ſingulis q- dem mane ieiuno exagium vnũ. Pòſt vinum album purũ ſorbendum præbeto.

E damaſcenis prunis.

Antidotus è damaſcenis prunis, facit ad acutas,arden- tes, omnesq; alias febres,nempe tertianas,continuas,hecti cas,maraſmodes, lipyrias,ardentes, & in ſumma,ad omnẽ febrilem affectũ. Damaſcena centum decoquãtur in aqua quoad tertia pars aquæ abſumpta fuerit: dein ab igne re- moueantur, ſubiganturque, & probè confricentur mani- bus,tantiſper donet caro eorum omnis diſſoluatur in aqua & oſſa ſolum corticesq; appareant. Poſtea cribro raro trãſ- mittantur,relicto hoc iuſculo,aliaq; accepta aqua illi impo nantur violarum.℥.ß. ſacchari lb.ij.& fac inſtar droſati, atque donec ad mellis craſsitudinem veniant,decoquãtur. Pòſt ab igne remoueantur,& per ſaccum trãsfundantur. Quo peracto, accipe de aqua prunorum damaſcenorum primò per ſaccum transfuſa,& in ſuccum redacta, lb.j. & commiſce cum droſato violarum,ac iterum ſimul ebulliant donec vtraque ad mellis craſsitudinem veniant.Dein ab i- gne deponantur & ſinantur. Quo facto accipiatur Oxy phœnici,[a] dulcis calami repurgati,ſingul.℥.j. & cum aqua altera calida probè ſubigantur, & ſubacta per ſaccum trãſ- fundantur. Poſthac iuſculum in quo eſt ſuccus prunorum damaſcenorum,& droſatum,rurſus in lebetem cõicijatur, atq; vbi probè ſimul ſubacta fuerit, rurſus calido cineri im ponantur: & poſteaquã vna ebullitione in altum ſublata

fue

fuerint, ab igne remoueantur, & cum cochleario probè ſubigantur. Deinde immittantur ſantali albi & rubei benè triti, & cribro tranſmiſsi, [b]ſpodij, rheibarbari, ſingul. ʒ.iij. Roſarum, violarum, ſeminis portulacæ, intybi, berberis, ſucci glycyrrhizæ, tragacāthæ, ſingul. ʒ.ij. Seminis peponis, cucumeris, cucurbitæ, citruli repurgati, ſingul. ʒ.ij. omnia ſimul trita & per cribrum probè traiecta lebeti inijciātur, & calefacta ſiumulq; ſubacta in vaſe reponantur. Per totum diem, mane nimirum, meridie. & veſperi datur caſtaneæ nucis quantitas. Quòd ſi vt hæc antidotus aluum ſubducat efficere volueris [c] vnicuique libræ, vbi ab igne remoueris, admiſce dacrydij. ʒ.vij. Cauebis autem, ſi vt aluum ſubducat effeceris, ne hanc quauis diei hora exibeas. Sin dacrydio fuerit deſtituta, quouis tempore dato.

[ a Dulcis calami &c. ] *Græcè eſt γλυκοκαλάμου. Per dulcem vero calamum, intelligit caſiæ fiſtularis medullam, quæ ſanè dulcis eſt, & in calamis continetur. Id quod ex latinis* Nicolai *codicibus ſatis conſtat, qui hoc in loco habent, Tamarindorum, & caſiæ fiſtulæ medullæ.* ℥.j. [ b Spodij. ] *Per ſpodium hic intlligendum venit ſpodium Arabum. Quod quale ſit. lib.j. de Compoſ. medic. cap. 17 monſtrauimus.* [ c Vnicuique libræ. ] *Græcè duntaxat eſt, ἐπιθεὶς δακρύδιον, non expreſſo pondere. Nos tamen ex latinis* Nicolai *codicibus pondus adiecimus.* Dulcis calamus Spodiū.

89 Antidotum è marrubio, conferens tabidis, tuſsiculoſis, ijs, qui defluxionibus, deſtillationibusq; è capite delatis obnoxij ſunt. Item hebetudini oculorum, & palati malis, putredinibus oris, & in vniuerſum omnibus tuſsiculoſis malis. Capit marrubij viridis, ʒ.v.ß. Tragachantæ, pinearum, amygdalarum, piſtaciorum, carnis dactylorum, caricarum, vuarum paſſarum, ſingu. ʒ.iij.ß. Cinamomi, caryophylli, nucis moſchatæ, maceris, ligni aloes. galangę, ſpicæ, zingiberis, zedoariæ, glycyrrhizæ, rhei pontici, anarcadij, ſtyracis, maſtiches, myrrhæ, galbani, terebinthinæ, iridis, ariſtolochiæ rotundæ, radicis capparis, gentianæ, piperis nigri, aniſi, fœniculi, anethi, ſeminis apij, ſinonis, ſaxifragi, ſingul. ʒ.ij. Hermodactyli, caſtaneæ, origani, peucedani, floris iunci odorati, cardamomi, piperis albi, carnabadij, libyſtici, [a] vincitoxici (herbæ ſpecies) ſingulorum. ʒ.j.ß. gran.j.ß. Pulegij, balſami, abrotoni, coſti, pyrethry, thym Diapraſſiū,

bræ,ocimi,pœoniæ,amomi,erui,ſingul. exagium.j. gran. ij. Xylobalſami,caſiæ ligneæ,corallij,ramenti eboris, carpobalſami,dauci cretici,ſingul.ʒ.ß. Moſci,ambaris, oſsis, cordis ceruini,ſingul.[b]grana xiiij. Mellis ℔.iiij. Dein cape marrubij, corallij ,ſingul.ʒ.iij.ß.reſinæ pigneæ.ʒ.j.ß. Vini veteris.℥.iij.& decoque cum caricis,cumq́ue vuis paſſis,exemptis acinis,donec vinum abſumatur. Poſtea vtraque manu contundãtur, & admiſceantur, adijciaturq́; terebinthina,& ita probè ebulliant. Vbi verò ab igne amouere voles [c]imponantur ſpecies:& cum probè ſubactæ fuerint,reponantur in vaſe,& vſu exigente præbeantur.

Vincitoxicū qd.

[a Vincitoxici.] *Græcus codex habet* βιτζιτοαιτζι, *corruptè admodum pro* βιντιτοξικη. *Mam omnes latini codices legunt* Vincitoxici. *Quid autem ſit Vincitoxicum*, Nicolaus *non ſatis explicat, ſed tantum ait eſſe* εἶδος χόρτου, *hoc eſt, herbæ ſpeciem.* Recentiores *variè Vincitoxicum interpretantur. Sunt enim qui Iberim ſeu Agriocardamum eſſe ſcribant. Alij Thlaſpin.* Nonnulli *herbam venti, quæ Græcis Anemome dicitur.* Parum *autem refert, vtram ex is tribus accipias, quòd omnes acres ſint, adeoq; eiuſdem facultatis.* [b Grana xiiij.] *Græcus codex legit.* L ιδ. *hoc eſt.* ʒ.*xiiij. Sed videtur eſſe pondus plus æquo magnum, præſertim ſi moſcum & ambarem reſpicias. Secutus itaque fidem latinorum codicum, reddidi grana. xiiij. contra græci exemplaris lectionem ac fidem.* [c Imponantur.] *In Græco manuſcripto codice, quo vnico, & eo quidē deprauato, ſumus vſi, ſcriptum erat,* ἐπιθεις *tantum: ſed adijciendum eſſe* τὰ εἴδη, *latina exemplaria ſatis teſtantur.*

Locus Nicolai emendatus.

Alius emaculatus.

Petrus apoſtolus huius eſſe antidoti autor fingitur.

Alia è marrubio magna. Sunt qui aſſerant hanc ab 91
apoſtolo Domini,Petro,ad ſanitatem omnium hominum eſſe confectam. Opitulatur ſanguini & pituitæ in thorace contentis,& dolorem excitantibus,confeſtimq́ue eum qui vtitur ſanat. Confert quoque tuſsi veteri & recenti, thoraci refrigerato,cruditati ventriculi, & inflationi eiuſdem. Iecur & lienem ſanat. Concoquere nequeuntibus,& aſthmaticis, in ſcapulas conuulſis, ictericis,cardiacis, interaneis malis,ſuſpirantibus à morbo aliquo longo & difficili,dyſentericis, lientericis, & omnibus morbis vtilis eſt. Præſertim verò ſanguinem ſpuentibus, refrigerationi ventriculi,febribus quotidianis,tertianis,& quartanis. Calculos veſicæ atterit,& ijs qui difficulter mingũt prodeſt. Vo-

cem repurgat. Si ab ijs quos vires defecerunt, ſumpta fuerit, eaſdem reparat. Quòd ſi ab illis qui plurimũ ſanguinẽ excreuerunt,[a] parumque animoſi facti ſunt, ſumatur mane & veſperi cochlearium vnum, ſiſtit, & confirmat. Recipit hyſſopi,[b] ſerpylli, fœnigræci, ſingul. exagium. j. Marrubij, ſatiui, & ſylueſtris, hoc eſt marrubij albi & nigri, pulegij origani, calaminthę, pinearum, caricarum, carnis palmularum, ſileris, ſingul. exaga. iij. Iridis. exagia iiij. Has herbas virides eſſe oportet, & vbi validè lotę fuerint, affunde illis aquæ ℔. j. ß. & decoque donec libr. j. & ℥. viij. remaneant. Dein per linteum colato, & aquæ illi vnius libræ & octo vnciarum, admiſce libram vnam & octo mellis, & decoque rurſus cum melle, quoad mel ſolũ ſuperſit. ſtatimq; ſpecies has immitte, nempe glycyrrhizę, tragacanthæ, ſin. exa. iiij. Caryophylli, ſpicæ, cinamomi. rhei indici. zedoariæ. galangę, ſin. exag. iij. Galliæ moſcatæ, exag. ß. & vtere.

[a Parumque animoſi.] *Græce eſt* ὀλιγοθύμησαν, *quod haud dubiè idem quod* ὀλιγοψύχησαν *ſignificat. Conuenire itaque ait ijs, qui propter ſanguinis excretionem, non procul abſunt ab animi defectione.* [b Serpylli.] *Græcè ſcribitur.* συρπυλλου, *ſed deprauatam eſſe vocem iudico, & legendum* ἑρπύλλου.

91 Alia antidotus appellata Parua, valde bona & vtilis. Mirificè confert tuſsi, & ijs qui è pulmone tuſsiunt, ac ipſi pulmoni. Habet iridis, exag. iiij. Marrubij, pulegij, calaminthæ, caricarum, ſingl. exag. iij. Hyſſopi,[a] apij,[b] ſileris, ſingul. exag. ij. fœnogræci, exagium. iiij. Decoquantur in aqua donec medietas conſumatur, & per linteum colentur prius tamen per noctem in aqua macerentur. Poſtquam autem cocta, & per ſaccum transfuſa fuerint, tantũ mellis mijce, quantum eſt aquæ per lintheum transfuſæ: rurſusque decoque, donec ſolum mel remaneat. Datur ieiuno cochlearium vnum, aut duo.

[a Apij.] *Græcus Nicolai codex legit* νδυδιοι *Corruptam autem dictionem hanc eſſe, nemo non videt. Quapropter legendum eſſe iudicio* σιλίνου. *Quã quidem lectionem Paulus lib. 7. c. 11. in medicamento ex Marubio compoſito confirmat. ibidem enim ſcribitur,* σιλίνου ἀνὰ γο.. β. ἰσχάδων λιπαρῶν, *&c.* [b Sileris.] *Codex Nicolai habet* λυλιρ. *haud dubiè pro* σιλιρ. *Nã in præcedenti quoq; antidoto* σιλιρ, *ſcribitur. Ergo librarius pro* σ, *vſus* λ, *vocẽ hanc deprauauit.* Nicolai codex emendatus.

Diolibanos vulgò dicta

Antidotus è thure admodum bona & vtilis, faciens ad 92
eos qui angina correpti ſunt, aſthmaticos, nephriticos, guttatim mingentes, & omnia mala corporis. Recipit caſtorij, opij, hyoſcyami, ſingul. ʒ.iiij Caſiæ ligneæ, pæoniç, ſtyracis, piperis longi, folij. croci, thuris maſculi, ſingu. ʒ.ij. Rhei pontici, amomi, ſingul. ʒ.j.℈.ij. Myrrhæ. ʒ.j.ß. Euphorbij, piperis albi, ſingul. ʒ.ij.ß. Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur cum vino albo calido. Profuerit autem, ſi vinum hoc ebuliat cum thure & ſaluia.

Diarhodon.

Antidotus è roſis magna, præclara valde. Polet aduer 93
ſus ſtomachi calorem, potiſsimum verò iecinoris, lienis, & pulmonis. & in vniuerſum omni calidæ corporis noxæ. Itē cardiacis, & quibus nimium diſcutitur corpus. Ad omnem præterea animi defectum ex calore ortum, valde efficax eſt. Capit roſarum. ℥.j. Santali albi & rubei, ſpodij, rhei barbari, ſucci glycyrrhizæ, maſticis, tragacanthæ, ligni aloes, cinamoni, caryophylli, ſpicæ, galliæ moſcatæ, floris iunci odorati, xylobalſami, carpobalſami, cardamomi, ſeminis ocimi, folij, ſeminis fœniculi, ſeminum cucumeris, peponis, cucurbitæ, citruli ſingul. ℥.j. Caphuræ, ſcrupuli vnius tertiam partem, hoc eſt gran. vj. & ſemis, [a] Stillaticij citri liquoris, zulapij roſacei, & ſacchari quantum ſufficit. Datur mane, meridie, & veſperi ex aqua frigida.

[ a Stillaticij citri liquoris. ] *Græcus codex habet τζιταρίου σιμα, Legendum autem eſſe opinor κιτρίου σάγμα vel κίτριόσαγμα. Hanc itaque lectionem ſequemur, donec emendatiorem nacti codicem. rectiorem inuenerimus. Et quum citri liquor cardiacis plurimū prodeſſe credatur, iudico hanc lectionem eſſe legitimam.*

Diarrhodon abbatis. Abbas quid.

Antidotus è roſis Abbatis, hoc eſt præſidis collegij, effi 94
caciſsima ad prædicta mala, & febres acutas, ardentesque. Cardiacis & cœliacis plurimum auxiliatur, item defectionibus animi è corde ortis. Habet ſantali albi & [a] rubei, ſin. ʒ.ij.ß. Tragacanthæ, gūmi arabici, ſpodij, ſing. ℈.ij. Aſari, maſtices, ſpicæ, cardamomi, croci, ligni aloes, caryophylli, galliæ. moſcatæ, aniſi, fœniculi, cinamomi, ſucci glycyrrhize, rhei barbari, ſeminis ocimi, berberis, ſeminis intybi, & portulacæ, ſeminum peponis, cucumeris, cucurbitæ, citruli, ſingul. ℈.j. Margaritarum, oſsis cordis ceruini, ſingu. ℈.ß. Roſarum, [b] ſacchari candi vocati, ſingul. ℥.j. ʒ.iij. Co-

ralli

ſtalli,cryſtalli,ſeminis lactucæ,papaueris albi,mandragoręſingul.℈.j. Caphuræ.gran.vij. Moſchi gran.iij. &. ſemis Zulapij roſacei,ſtillaticij liquoris roſarum, & ſacchari q̃d ſufficit. Datur meridie cum ſtillaticio roſarum liquore.

[a Rubei.] *Nicolai codex legit* ῥουσιον *paſsim pro* ῥούβιον. *Quod ſemel monuiſſe ſatis ſit.* [b Sacchari candi.] *Græcè eſt* κάντιον. *Latini autem codices omnes habent Sacchari candi, vt hinc certò conſtet, per* κάντιον *Nicolaum Saccharum candi vulgo vocatum intelligere ac ſcribendũ illi fuiſſe* κάνδιον, *vt ſuprà quoq; monuimus.*

95 Alia antidotus è roſis, plurimum prodeſt aſthmaticis, arteriacis, difficulter ſpirantibus, tuſsientibus, & omnibus malis thoracem & pulmonem infeſtantibus, eq; frigore ortis. Stomachum imbecillum confirmat. Hydropicis & lienoſis auxiliatur. Imbecillos renes roborat, refrigeratosq; calefacit, & venerē mirificè excitat. Capit caſiæ ligneæ, cinamomi veri, ſpicæ nardi, rhei barbari, floris iunci odorati, piperis albi, aſari cardamomi parui & magni, caryophylli, croci, ligni aloes, cinamomi denſi, xylobalſami, ſantali albi & rubei, galliæ moſchatæ, nucis moſchatæ maſtiches, aniſi, glycyrhizæ, ſingul.ʒ.ij. Margaritarum perforatarum & integrarum, caphuræ, folij, anacardij, berberis maceris, ſingul.℥.j. Ramentorum eboris, oſsis cordis ceruini, ſeminis ocimi, ſingul.ʒ.j. Spodij, moſchi, ſingul.ʒ.ß. Roſarum, ſacchari candi, ſing.ʒ.iij. Zulapij roſarum, & ſacchari quod ſatis eſt. Probè paratã exibe cum ſtillaticio roſarum liquore mane, meridie, & veſperi.

96 Antidotus è roſis, omnino vtilis ad prædicta mala. Habet maſtiches, croci, ligni aloes, ſpicæ, ſingul. exagium.j. Santali albi & rubei, ſingu. exagium ſemis. Spodij, exagia iij.ß. Cardamomi, aſari, galliç moſchatę berberis, caryophylli, ſingul.exagi.j. Serici crudi vſti exag.ß. Seminis fœniculi & ocimi, cinamomi legitimi, ſingul.gran.xj. Oſsis cordis ceruini, caphuræ.ʒ.ß. Margaritarum perforatarum & integrarum, exag.ß. Tragachãtæ, gummi arrabici, ſin. exag.j. Ramenti eboris, auri puri, ſingul.exag.j. lapidis iaſpidis, & ſaphiri, ſingul, exagium ſemis. Cryſtalli, corallij, ſacchari candi, cryſtalli reperti in oris aquæ congelatæ, ſingul.exagium vnum Blattij biſantis, exagiũ ſemis. Rhei barbari, exagium vnum ſemis. Aniſi, intybi ſeminis, portu-

lacæ, peponis, cucumeris, cucurbitæ, citruli, & lactucæ, ſin. exag. j. Roſarum. exag. iij. Maceris, exag. ß. zulapij roſarũ ſacchari, & ſtillatitij roſarum liquoris quod ſufficit. Confectam repone in vaſculo, & præbe vt præcedentem.

Diapenidion. Antidotus è penidijs valet tuſsiculoſis, pleuriticis, peri- 97
pneumonicis, aſperitati faucium, raucitati, voci amiſſæ, & raucæ. Recipit nucum pinearum, amygdalarum, ſeminis papaueris albi, ſin. ʒ. ij. ℈. j. Cinamomi, caryophylli, ſucci glycyrrhizę tragacãthę zĩgiberis, gũmi arabici, amyli, ſemi nũpeponis, cucumeris, cucurbitę, & citruli ſin. ʒ. j. Caphurę ℈. j. [a] Droſati violarum quod ſatis eſt. Dein affunde ℔. j. aquæ violarum. ʒ. iij. & decoque vſque ad tertias, perq; ſaccum transfunde, & conijce in id decoctum ſacchari ℔. j. aut quantum ſatis erit, & rurſus ad mellis craſsitudinem coquito. Poſthac ſpecies omnes ſupra commemoratas probè tritas impone, & cum ipſis penidiorũ. ʒ. vj. & . ß. & bene ſubactis omnibus conijce in mortarium, & contunde quoad ſolideſcant, deinde à mortario aufer, & impone vaſculo. Datur vt prædictum eſt.

Droſatũ [ a Droſati.] *Et ex hoc loco abunde patet*, Dro*ſatum* Nicol*ao idẽ quod Serapium, vel, vt hodie loquuntur, Sy rupum ſignificare*. Nam *vbi græcus* Nicolai *codex habet, δροσάτου τῶν ἴων, latinus legit, Syrupi violacei.*

Diatragacãthes frigida. Antidotus è tragacãtha vtilis ad grauitatem thoracis, 98
tuſsiculoſis pleuriticis, peripneumonicis, lienoſis, ſiti immodicæ ortæ ob pulmonis plurimum calorem, in ore retenta, & ſenſim ſoluta. Admodum etiam laudatur ad vocis raucitatem. Habet tragacanthæ candidæ. ℥. ij. Gummi arabici. ℥. j. ʒ. ij. Amyli. ℥. ß. Glycyrrhizæ. ʒ. ij. Penidiorũ. ℥. iij. Seminis peponis, cucumeris, cucurbitæ, & citruli, ſingul. ʒ. ij. Seminis vrticæ, papaueris albi, ſingul. ʒ. iij Caphuræ. ℈. ß. Sacchari & aquæ quantum ſatis videbitur.

Diatragacãthes calidæ. Antidotus alia è tragacantha, ad frigidos affectus. Ac 99
cipit tragacãthæ ℔. ß. Hyſſopi. ℥. ß. fœnigręci. ʒ. ß. Admygdalarum, [a] nucum pinearum repurgatarum. ſingu. ℥. ß. Cinamomi. ℥. j. Amyli, zingiberis, glycyrrhizę, & ſucci eiuſdẽ cubebarum, ſingu. ℥. ß. Mellis attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Saccharũ cum aqua in qua ebulliant, zizipha, [b] ſebeſten, hordeum, dactyli, [c] pimpinella, [d] vngula cabalina,

polytrichum, glycyrrhiza, hyſſopum decoquatur: dein cõmiſce huic decocto ſupra dictas ſpecies, & præbe in prædictis malis.

[ a Nucum pinearum.] *In Græco manuſcripto codice perperã* κουκουνάρια *pro* κωνάρια *ſcribitur, vt ſuprà quoque eſt annotatum.* Sebeſtẽ.
[ b Sebeſten.] *Græcè legitur* σεμπεστένι. *Vt hinc conſtet, Nicolai etiam ætate vocem hanc à medicis, & Seplaſiarijs fuiſſe vſurpatã. Actuarius, & alij recentiores Græci Myxas, & Myxaria vocant.*
[c Pipinellæ.] *Græce corruptè ſcribitur* πιπινέλλι, *pro* πιμπινέλλι Myxæ.
*Vt & hanc vocem Nicolai temporibus fuiſſe vſitatam, hinc ſatis appareat.* [ d Vngula cabalina.] *Græcus codex legit,* οὔγκλα καβαλῖνα, *pro* οὔγγουλα καβαλῖνα. *Sic paſſim Nicolaus voces alterius linguæ deprauare ſolet. Latini hanc ſtirpem Tuſſilaginẽ vocant. De qua vide quæ tomo primo noſtrorum de Stirpium hiſtoria commentariorum annotauimus. Et ex hac etiam antidoto omnibus palàm fit, Nicolaũ crebrò barbaris & peregrinis vti vocibus.* Pimpinella. Vngula cabalina Tuſsilago.

100 Antidotus è cumino, cõfert frigiditati thoracis, ſtomachi, inflatis, colicis, febre quartana laborantibus, ventriculiq; concoctionem iuuat. Habet cumini. ℥.viij.℈.j. Macera ipſum die nocteq; in aceto, & dein exiccato. Cinamomi, caryophylli, ſin. ℥.ij.℈.v. Galangæ, [a]thymbræ ſeu ſaturiæ, calaminthæ, zingiberis, piperis nigri, ſing. ℥.j ℈.ij. Ameos, libyſtici, ſing. ℥.j. gran. xviij. Piperis longi, ſpicæ, nucis moſchatæ, ſing. ℈.ij. ß. Mellis attici, aut ſacchari quantum ſufficit. Diacuminôn.

[ a Thymbræ.] *Græcè falſo hic vt aliàs ſæpe,* θρύμβης *pro* θύμβρης *legitur.* Nicolæ codex emẽdatus

101 Antidotus è cumino magna, efficaciſsima ad cruditatem ſtomachi, & inflationes. eiuſdem atq; viſcerum. Item ad aluum adſtrictã. Hanc verò antidotum nonnulli veterũ medicorũ [a]Dioſpoliten nominauerũt. Capit cumini æthiopici, & cumini communis, ſingul. exag. j. Cuminum autem probè ſit ſiccatum, tritum, & per cribrum tranſmiſſum. Galangæ, ſpicæ nardi, amomi, croci, zingiberis, caryophylli, piperis communis, & albi, cinamomi veri, maſtiches maceris, nucis iuglandis, ligni aloes, nucis moſchatæ, cardamomi, ſinonis, fœniculi ſeminis, caſiæ, ſeminis apij, cyperi, carpobalſami, folij, ſingul. ℥.j.ß, Piperis longi exagium. j.ß. Foliorum rutæ, exagia. ij. Nitri. Dioſpoliticon.

exag.j. Hæc omnia bene trita commiſce cum melle attico deſpumato,aut ſaccharo ſufficienti. Dato ex eo vtentibus, mane & veſperi.

[ a Dioſpoliten.] *Græcè eſt διοσπολίτου. Paulus lib.7.cap.11. Dioſpoliten deſcribit, ſed minus medicamentoſam. Galenus lib.4.de Tuen.ſani cap.5. Dioſpoliticō vocat,perinde atq; Actuarius.*

Diaca-ſtorion. Alia antidotus è caſtorio, ad omnia ea ad quæ præcedens efficax. Recipit aſari,aniſi,ſeminis apij,ſing.ʒ.ij.℈.ij. Iunci odorati,myrrhæ,piperis lõgi,ſing.ʒ.ij.ß.Rhei barbari,croci,ariſtolochiæ rotundæ, ſingul.ʒ.j.℈.ij.Coſti.ʒ.j.ß. Cinamomi, caſiæ ligneæ,ſing.ʒ.j.℈.j.Mellis attici aut ſacchari quod ſatis eſt. Probè confecta reponatur in vaſe. Datur,vbi vſus exigit, cum decocto capparis, coſti,cinamomi,& caſiæ ligneæ. 102

diaireos. Antidotus exiride, prodeſt ad collumellam quæ veluti acus intus pertuſa eſſe videtur. Ad vocem etiam omnino amiſſam, aſthmaticos,& difficulter ſpiranres. Habet Iridis.℥.j.Pulegij,hyſſopi,glycyrrhizæ,ſingul.ʒ.vj.Tragacãthæ,amyli,cinamomi,zingiberis,piperis,amygdalarũ,nucum pinearum,ſing.ʒ.iij. Caricarũ ſine acinis,carnis palmularũ, vuarũ pinguium exemptis acinis,ſing.ʒ.iij.ß.Styracis rubri.ʒ.ij.℈.j.Mellis attici aut ſacchari quãtũ ſufficit. Datur cũ decocto caricarum, ſeminis maluæ, hyſſopi carnis palmularũ & vino calido,veſperi. 103

Antidotus alia è tragacãtha,quæ prodeſt tuſsiẽtibus, tabidis,& arteriacis. Habet tragacanthæ cãdidæ, lb.5. Glycyrrhizę.ʒ.iij.Amili.ʒ.j.Penidiorum.℥.iij. Seminis peponis,cucumeris,cucurbitæ, citruli,ſing.℥.iij. Nucum pinearum,nucum auellanarum,piſtaciorum,amygdalarum, ſing.℥.ij.Croci,caſiæ ligneæ, ſing.℥.ij. Sacchari lb.2.Probè confecta datur mane & veſperi. 104

Diacala mĩthes. Antidotus è calamintha,vtilis ad refrigerationem thoracis,& tuſsientes. Item ad refrigerationem ſtomachi, appetentiã abolitam,difficulter coquentes, & eos quibus ſtomachus celeriter inflatur. Datur ante & poſt prandium, veſperiq; cubitum ituris nucis auellanæ quantitate, ex vino bono. Capit calaminthæ,pulegij,ſeſelis,piperis nigri,petroſelini,ſing.ʒ.iij.℈.ij.Libyſtici.ʒ.ij.℈.j.Seminis apij.℈.j.Ameos,thymi,aniſi,cinamomi, zingiberis. ſing.℈.ij. 105

Mellis

Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſt. Probè confectam præbeto.

106 Antidotus [a] diacodiôn confert ad omnem cœliacum affectum, item dyſentericis, febricitantibusq; ex aqua data pluuiali, in qua ſpodium, rhu culinarium, myrtus, & ſtillaticius roſarum liquor inferbuerit. His qui vacant febre, cũ vino tepido præbetur. Habet capitum papauerum candidorum, neque viridium, neque aridorum, integrorũ cũ exteriori cortice, tredecim. Roſarũ rubearũ. ʒ.ij.ß. Croci, acaciç, glycyrrhizç. ſin. ʒ.j. Boli armenij. ℥.ß. Cinamomi, ſymphyti, hypocyſtidis, balauſtiorum, ſing. ʒ.j. Myrti. ℥.j. Corallij rubri & candidi, rhois culinarij, ſanguinis draconis, rhois ſyriaci, ſing. ℈.ij. Seminis portulacæ. ʒ.ß. Capita prædictorum papauerum in pluuia aqua, donec dimidium eius abſumatur, decoquito: prius tamen in aqua illa in qua decoquẽtur, maceratis capitibus, dein per ſaccum colato, & adde mellis myrtini lb.j.ß. & probè ſubacta iterum coquito ad mellis conſiſtentiam, & ſubinde ſupradictas ſpecies tritas adijcito, & benè paratã repone in vaſe. Quum vſus poſtulat, dato vt prædiximus. Diacodion.

[ a Diacodion. ] *Ita nominata eſt à capitibus papaueris, quæ Græcis κωδίαι dicuntur.* Diacodion.

107 Antidotus Ecloge nominata, quaſi dicas ſelecta. Cõfert dyſentericis, & cœliacis, vt præcedens. Habet balauſtiorum. ℥.j. Maceris. ℥.j.ß. Omphacij, ſeminis hyoſcyami ſingul. ℥.j. Cornu ceruini. ℥.ß. Opij. ℥.ij. Mororum rubi, baccarum myrti nigrarum, ſing. ℥.j. Myrrhæ troglodyticæ, licij indici. ℥.ß. Corallij, ſidiorum, ſeu putaminum mali granati, floris iunci odorati, roſarum aridarum, ſing. ℥.ß. Croci. ℥.j. Sigilli lemnij. ℥.j.ß. Succi plantaginis maioris, acaciæ, ladani, ſing. ℥.j. Seminis fœniculi, aniſi, ſing. ℥.ß. Aluminis, thuris, ſin. ℥.j. Rhois culinarij. ℥.ß. Terrç. ſamiç interioris ventriculi columbæ, & gallinæ tunicæ, vuarũ paſſarum ſine acinis, roſarum, ſing. ℥.ß. Gummi. ℥.j. [a] Chalcitidis, pumicis vſti, ſing. ℥.ß. Succi hypocyſtidis. ℥.i. leporini coaguli, carnium echinorũ, [b] vteri anatis, oſsium palmularum, oſtreorum vſtorum, œnanthes herbæ, miſyos, radicis ſymphyti, bituminis iudaici ſing. ℥.ß. Amomi, dauci

cretici ſeminis, ſingul. ʒ. j. Boli armenij, petroſelini, ameos caſtorij, tribuli ſeminis, ſingul. ʒ. ß. Rhei. ʒ. ß. Mellis attici aut ſtillatitij roſarum campeſtrium liquoris, aut ſacchari quod ſatis eſt.

Calcitis.

[ a Chalcitidis.] *Quid autem ſit Chalcitis, diximus lib. j. de Compoſi. medic.* [ b Vteri anatis.] *Græcus Nicolai codex manuſcriptus paſſim legit* νησσίας *pro* νήσσης. *Ita verò ſcribendum eſſe, & grãmatica ratio, & Paulus multis in locis docent.*

Codex Nicolai emaculatus.

Antidotus alia è ſeminibus, præſtantiſsima ad cœliacos, & dyſentericos. Recipit ameos, hyoſciami, opij, aniſi, ſingul. gran. vj. Seminis fœniculi. gran. vij. Seminis apij, gran. v. Symphyti, gran. iiij. Putaminum mali granati, balauſtiorum, ſingul. gran. iij. ß. Maceris. gran. iij. Ligni aloes gran. ij. ß. Terræ lemniæ, boli armenij, ſingul. gran. ij. Baccarum myrti, gra. ix. Mellis attici, aut ſacchari, & ſtillatitij roſarum liquoris quod ſatis eſt. 105

Alia ad eadem mala, & quæ ſanguinem ab internis latum [a] ſiſtit, Chamædryn in vino veteri adſtringente decoque ad tertias, præbè ieiuno diebus tribus. Experta eſt. 109

[ a Siſtit.] *Græcè falſò* σίλει *pro* στέγει *ſcribitur.*

Librarij erratũ.

Antidotus è malis & cotoneis, contra dyſenteriã mirifica. In cotoneorum & malorum iuſculum, æqualẽ ſacchari quantitatem conijce, & decoque ad mellis conſiſtentiam. Deinceps hæc probè contuſa & cribrata adijce, nempe maceris exag. ß. Maſtiches, ligni aloes, ſucci acaciæ, ſucci hypocyſtidis, ſingul. ʒ. ß. Nucis moſchatæ, cinamomi, roſarum, ſingul. exag. iiij. Galliæ moſchatæ, gran. j. Coriandri, gra. ij. Rhois culinarij, rhois coriarij, ſingul. ʒ. ß. Zingiberis, exag. j. ß. Moſchi, ſiliq. ij. Stillaticij roſarum liquoris. q. ſ. Datur mane, & veſperi. 110

Antidotus è lapide [a] radiante. Prodeſt melancholicis, in ſyncope laborantibus, animo deficientibus, & ad omnem cordis affectum, ad maniacos, carnis diſſolutionem, & ad malũ ex melancholico humore corporis colorẽ. Habet lapidis [b] litzi. ʒ. j. Ambaris crudi. ʒ. ß. Ligni aloes, cinamomi crudi cinamomi tenuiſsimi, ſin. ʒ. iij. Moſchi, exa. j. Margaritarũ exa. ij. Auri puri, exa. j. [c] ſerici recẽter è grano ilicis tincti ℔. j. ß. Sericũ cũ ſucco malorũ dulciũ & ſtillatitio roſarũ li

quo

quore quoad rubrũ fiat decoq. Dein exẽpto ſerico, ambar, & cum eo alias ſpecies inijciæ, atque lapidis[d] lazuli loti & præparati, margaritarum perforatarum, & integrarũ, ſin. exag.ß. Prius tamen[e] in puluerem tenuiſsimũ redacta, probéque inter ſe commiſta, pone ſuper marmor, & iuſto tempore illic dimitte, dein in vaſculum reconde: & vbi vſus poſtulat præbeto.

Aliud

Lapis radians.

Stellatus.

[a Radiantis.] *Græcus codex habet* λιμφύρου *pro* λαμπύρου. *Per lapidem autem radiantem ſeu ſplendentem, intelligit eum qui Græcis* κυανὸς, *latinus cæruleus,* Meſue *ſtellatus, quòd aureæ quædam maculæ velut ſtellæ radiantes ac ſplendentes in eius fracturis inueniantur, & laZuli dicitur. Officinæ hodie quoque* Lazuli *vocant. Verum eſſe quod diximus, cuiuis palam fiet* Meſuen *legenti, qui antidotum præſentem in capite de lapide ſtellato, confectionem è lapide* Lazuli *nominat, & à ſe inuentam ſcribit.* [b Lapidis litzi.] *Græcus codex ita habet,* λάπις λίτζι, τουτέστι λίθου λαζουρίου. *Id eſt, Lapidis litzi, hoc eſt lapidis lazurij. Vnde omnibus perſpicuum fit, hoc loco lapidem litzi haud ſecus quàm in ſuperioribus aliquot antidotis accipi, nẽpe pro lapide praſio, qui etiã,* Nicolao *lazurius dicitur. Quod explicatio quarundam* Nicolai *vocum ſatis monſtrat, in qua ita ſcriptum eſt,* λάπις λιτζὶ τὸ λάζουριον, ὁ λίθος πράσιος. [c Serici recẽter è grano ilicis tincti.] *Græcè eſt,* μετάξης πρινοκοκάτης. *Falſo tamen in manuſcripto codice legitur* πρινοκοκάτου, *vt ſatis etiam ex antidoto. 452. liquet, vbi ſcriptum eſt* πρινοκοκάτης. *Significare autem hanc dictionem, recens è grano ilicis tinctum, ex* Meſue *etiam abunde claret, qui ait, accipiendam eſſe ſetam tinctam ex chermes. Quippe Arabes Chermes granũ ilicis arboris, quæ Græcis* πρῖνος *dicitur, vocare ſolent.* [d Lazuli loti & præparati.] *Græcè ſcriptum eſt* λίθον ἀπίλαξιν ζίφυρον, *verbis nihil ſignificãtibus. Pro* ζίφυρον *autem eſſe legendum* λάμπυρον, *ex ſuperioribus ſatis patet. Pro* ἀπίλαξιν *autem, ita monente* Meſue, *ſubſtituimus, loti & præparati. Tamen quid* Nicolao *vox corrupta* ἀπίλαξιν *ſignificet, certò ſtatuere nequeo. Hic tamen lotum ſignificare videtur, vt ſit ſenſus, lapidis loti ſplendentis.* [e In puluerẽ redacta tenuiſsimũ.] *Græcus codex* χροώδως *legit perperã, pro* χνοωδῶς.

Lazuli.

Lapis lazurius.

Lapis praſius.

Chermes.

Librarij error ſublatus.

112 Antidotus è Sena, ad melancholicos, maniacos & eos loq nunquã benignã propter redundãtẽ melancholicũ humorẽ naturã habẽt, & in ſũma, ad quartanã & omne malũ à me — Dia ce ſe ne.

à melancholico humore ortum, valde vtilis. Recipit ſenæ, nucis auellanæ, ſing. ℥. ij. Serici vſti. ʒ. j. [a] Boli armenij lapidis lazuli, ſing. ʒ. j. Cinamomi. ℥. ß. Caryophylli, galangæ, piperis, ſpicæ, ocimi, zingiberis: folij, cardamomi, croci, zedoariæ, floris boraginis, floris roſmarini, piperis longi, ſingul. ʒ. j. Margaritarum, auri puri, ſingul. exagium. j. Ligni aloes boni. exag. ij. Oſſa cordis ceruini. iiij. Corallij rubei, exag. j. Berberis. gran. xj. Maceris. exag. ß. Moſchi. gra. ij. Sacchari & ſtillaticij roſarum liquoris quod ſatis videbitur. Datur cum aqua cui incocta ſunt, ſene, ſcolopendrion, ramus tamaricis, & radix capparis. Et ita præbeto.

[a Boli armenij.] *Græcè eſt βόλου ἀρμενίου. Latini tamen codices habent Lapidis armenij.*

**Diacotoneôn.**

Antidotus è cotoneis malis, vtilis ad ſtomachi imbecilli- 113
tatem, & ijs qui cibum non ſatis concoquunt, inflatis, vitiato corporis colori. Mirificè verò iuuat non appetentes cibum, refrigeratos, difficulter coquentes. Eſt verò admodũ præſtans. Carnis cotoneorum repurgatæ. ℔. j. ß. conijce in libras duas mellis puri, & coque vſque ad conſiſtentiam: deinde ſũpta ex eo portione, pone ſuper marmor, vt periculũ de proba eiuſdem conſiſtentia fiat. Poſthac inijce cinamomi, exagia. iiij. ß. Zingiberis, exagia. iij. Piperis, galangæ. ſing. exag. j. ß. Caryophylli, nucis moſchatæ, ſing. exa. j. ß. Spicæ, ligni aloes, maceris, cardamomi, ſingul. ʒ. j. Zedoariæ. ʒ. ß. Subigantur ambabus manibus vna cum melle & carne cotoneorum, dein fundantur ſuper mamor prius illitum ſtillaticio roſarum liquore moſcho condito. Quod ſi, vt aluum ſubducat, efficere volueris, adijce dacrydij exag. j. ß. & contuſam reconde in vaſe. Vtentibus datur cũ vino bono.

Antidotus è malis nobilis. Malorum [a] paphla gonico- 114
rum carnem ſanam probè decoque, & repurgatam ac tritam rurſus coque cum melle deſpumato. Sit autem carnis malorum. ℔. j. mellis autem duæ, inijce etiam ſtillaticium roſarum liquorem: & vbi abũdè decocta fuerint, adde cinamomi boni, caryophylli, ſing. exag. iij. Floris iôci odorati, ſenæ, ſingul. exag. j. Aniſi, exag. ß. Roſarum, exag. ij. Ligni cinamomi, exag. iij. Spicæ, exag. ij. Vbi verò abũdè & ad finem decocta fuerint, remoue ab igne: & poſt

quam

quam tepidum factum fuerit, repone in vaſe. Si vis, vt aluum ſubducat efficere, inice dacrydij .℥.iij. & da vtentib. ex vino. Nonnulli pro melle ſaccharũ adijciũt. Datur autẽ pro virium ratione.

[ a Paphlagonicorum.] *Latini codices legunt dulcium. Vt hinc conſtet, mala è Paphlagonia allata, cætera dulcedine viciſſe.* Mala paphlagonica.

115 Antidotus è papauere, vtilis dyſentericis, deſtillatione laborantibus, tuſsientibus, tabidis, ſtomachicis, cibum nunquã cõcoquẽtibus. ſed potius euomentibus. Habet papaueris albi.ʒ.v. Maceris, acaciæ, ſing.ʒ.vij.ß. Caryophylli, croci, boli armenij. ſing.ʒ.v. Cinamomi, ſang. draconis, ſeminis plantaginis maioris, ſing.ʒ.iiij.ß. Serapij, ſeu droſati roſacei quantum ſatis videbitur. Diapapaueris.

116 Antidotus è tribus piperum generibus, ſtomachi refrigerationibus, acido ructui, quartanis, reſolutis, iecinoroſis, inflationibus, & tuſsientibus auxiliatur, Datur nucis auellanæ magnitudine ex vino temperato. Accipit trium generum piperis, ſing.℥.j. zingiberis, thymi, ſeminis apij. ſing. ℥.ß. Aniſi.℥.ß. Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſt.

117 Antidotus alia è tribus piperũ generibus Recipit triũ piperum, ſing.℥.ß. Ligni aloes, galangæ, ſing. exag.ß. Croci, cinamomi, cardamomi, ſin. exag.ß. Spicæ.℈.j. gra.ij. Calami odorati, exag.j. Coſti, exag.ß. Zingiberis, exag.j.ß. Baccarum myrti, gra.xj. Caryophylli, exag.ß. [a] Caſiæ ligneæ exag.ß. Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſt. Diatriõ pipereõ.

[ a Caſiæ ligneæ.] *Manuſcriptus Nicolai codex habet* κασιάλινε, *pro* κασιαλίγνει. *Sic paßim latinas voce græcis ſcribens literis deprauat Nicolaus.*

118 Alia ad prædicta vtilis. Habet trium piperis generũ, ſing. gra. xv. zingiberis.ʒ.iij.ß. Epithymi, aniſi, ſingul. ſiliquam.j.ß. Seminis petroſelini, ſeſelis, hyſſopi, libyſtici, helenij, ſing.ʒ.j. & tertiam partem. Ameos, caſiæ, ſpicæ nardi, ſingul.ʒ.j.℈.j. Seminis dauci.ʒ.j.ß. Mellis attici, vel ſacchari quod ſatis eſt. Datur vtentibus exagium vnum.

119 Antidotus Galeni [a] diacurcuma conferens ad prædicta præſertim verò hydropicis, & malo corporis habitu laborantibus admodum vtilis. Capit aſari, croci, petroſelini, Diacurcuma.

dauci

dauci, aniſi, ſeminis apij, ſingul. ʒ. iiij. Rheibarbari, ſpicæ, ſingul. ʒ. vj. Coſti alexandrini, myrrhæ, caſiæ, floris iunci odorati, radicis rubiæ, carpobalſami, olei balſamini, ſucci abſinthij, ſucci eupatorij, ſing. ʒ. ij. ſ. Tragacanthæ. ʒ. j. Mellis aut ſacchari quod ſatis eſt.

Diacurcuma. [ a Diacurcuma.] *Perperam hanc antidotum ad autorem Galenum refert Nicolaus, quum nuſquam apud hunc reperiatur. Huius itaque compoſitionis potius autor eſt Meſue, apud quem hæc ipſa reperitur eodem inſignita nomine, Non eſſe etiam hanc Galeni, nomen* Curcuma. *ipſum Curcuma, quod barbarum eſſe conſtat, & Galeno inuſitatũ, abunde teſtatur, Curcuma verò Serapioni, & alijs Arabibus non eſt niſi Chelidonium, quod è collatione vtriuſque hiſtoriæ omnibus fit maniſeſtiſſimum. Quum verò inter ſimplicia medicamenta hanc conſtituentia antidotum, nuſquam inueniatur Chelidonium, certum eſt, curcuma apud Meſuen idem ſignificare quod crocum: aut certè huius antidoti inſcriptionem eſſe deprauatam, legendumq́; διὰ κρόκου hoc eſt è croco antidotus.*

Antidotus alia diacurcuma ad prædicta vtilis, potiſsi 120
mum autem ad hydropicos, ſtomachicos, & eos qui non nutriuntur, ac frigido ſunt ſtomacho. Habet croci, ſpicæ cinamomi, aſari, caſiæ ligneæ, ſingul. ʒ. iij. Coſti Alexandrini, floris iunci odorati, myrrhæ, ſing. ʒ. j. ſ. Mellis attici, aut ſacchari quod ſufficit. Datur pondere. ℥. ſ. aut duarum drachmarum, cum vino & aqua in qua efferbuerunt ſemẽ fœniculi, & eius radix, ramique tamaricis. Inijce mucronem ferri ſæpius igne candentem. Hanc itaque cum vino commiſtam præbe bibendam.

Diacurcuma minor. Antidotus alia dicurcuma, eiuſdem cum prædicta vſus. 121
Accipit croci, ſpicæ, cinamomi, aſari, caſiæ, ſing. ʒ. iij. Coſti floris iunci odorati, myrrhæ. ſin. ʒ. j. ſ. Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſt.

Antidotus alia diacurcuma, ad prædicta mala vtilis. 122
Diacurcuma Meſue magna. Habet croci, aſari, petroſelini, dauci, aniſi, ſeminis apij, rheibarbari, ſpicæ, ſingul. ʒ. vj. Coſti, myrrhæ, caſiæ ligneę floris iunci odorati, radicis rubiæ, carpobalſami, ſucci abſinthij, eupatorij, ſingul. ʒ. ij. Calami odorati, cinamomi, ſin. ʒ. j. ſ. olei balſami. ʒ. ſ. Scolopendrij, ſcordij, agreſtis, ſucci glycyrrhizæ, ſingul. ʒ. ij. ſ. Tragacanthæ. ʒ. ij. Sacchari quod ſatis videbitur.

123

123 Antidotus dialacca, confert iocineroſis, lienoſis, malo corporis habitu correptis, nephriticis, ſtomachi inflationibus, & viſcerum. Item iocineris & lienis obſtructionibus. Recipit [a] lachæ infectorum. ʒ.xv. Spicæ. coſti, carpobalſami, xylobalſami, caſiæ ligneæ, cinamomi, acori, croci, aſari floris iunci odorati, ſenæ, rhei barbari, maſtiches, ariſtolochiæ longæ, & rotundæ, ſingul. ʒ.ix. Gentianæ, ſeminis apij, fœniculi, aniſi, polij, caryophylli, cumini, eupatorij, abſintij, phu, nucis moſchatæ, cardamomi, galliæ moſchatæ [b] cubebarum, ſingul. ʒ.iij. Mellis attici deſpumati, aut ſacchari quantum ſatis erit. Datur vt diacurcuma.

Diala-chan.

[a Lachæ infectorum.] *Græcè eſt* λάκκα τῶν βαφέων. *Quare intelligit tertiã ſpeciem Lachæ, vel vt barbari loquuntur, laccæ, quam Arabes rubram vocant, quòd ſcilicet ex ea ruber color, qui vulgo Carmeſinus appellatur, fiat. Hæc infectoribus eſt expetita, ideo à* Nicolao *lacca infectorum dicta eſt, vt copioſius lib.j. de* Compoſitione *medica. cap.10. diximus.* [ b Cubebarum. ] *Græcus codex habet,* κουμπίτιρ *Vnde manifeſtiſsimũ fit,* Nicolao κουμπίτιρ *nihil aliud ſignificare, quàm* Cubebas. Nam *et* Actuarius *combebas in antidoto dialachan recenſet, & latini codices* Nicolai *habent* Cubebas.

Lacha.

Combe-ber.

124 Antidotus [a] diaphiledoni prodeſt calori ſtomachi & inflationi, duriciei iocineris. Hæc autem dicitur eſſe confecta ab Ioo Damaſceno. Habet zigiberis triũ generũ piperis ſpicę caſię ligneæ, carpobalſami, pyrethri, cardamomi magni, caryophylli, maſtiches, ameos, ſingul. ʒ.ij. Apij, aniſi, menthæ, ſing. ʒ.iij. Mellis attici aut ſacchari quod ſatis eſt.
[ a Diaphiledoni. ] *Græcè eſt* διὰ φιληδόνου. *Sic fortè dicta eſt, quòd ſit iucunda, & cum voluptate aſſumatur. Niſi fortè vox hæc deprauata ſit: quod quia vnico duntaxat exemplari vſus ſum, ſcire certò non poſſum.*

125 Antidotus è hermodactylo auxiliatur podagræ, à frigido humore ortæ. Habet decocti radicum fœniculi ℔. duas. Mellis deſpumati ℔.j. Ebulliant ad mellis craſsitudinem. Poſthac inijcito hermodactyli, & turpeti puri, ſin. ℥.j. Confecta, vſu poſtulante datur nucis auellanæ quantitate, ieiuno ex vino.

Antidotus ex Hermodactylo.

126 Antidotus alia è hermodactylo podagricis arthriticiſq;

vni

vtilis. Priore autem melior eſt. Accipit hermodactyli.ʒ.j. Cumini,æthiopici,colocynthidis, ſingul.ʒ.x. Chamędryos.ʒ.ix.Centaurij.ʒ.viij. Ariſtolochiæ, gentianæ, ſin.ʒ. vj.Hyperici.ʒ.v.Petroſelini.ʒ.iiij. [a] Bituminis Iudaici.ʒ.iij. Agarici.ʒ.ij. Mei.ʒ.j.Mellis attici, aut ſacchari quantum ſatis videbitur.Datur.ʒ.j.ex vino mane ieiuno.

Codex Nicolai emendatus. Bitumē iudaicū.

[ a Bituminis iudaici.] *Græcus codex habet συμφότου ἰουδαϊκοῦ, falſò haud dubiè, pro ἀσφάλτου ἰουδαϊκοῦ. Eſt autem vtile bitumen iudaicum, etiam illitum.* Dioſcoride *teſte, prodagris, & articulorum doloribus.*

Antidotus alia è hermodactylo, vt prædicta. Capit 117 hermodactyli, galangæ, pyrethri, zingiberis, zedoariæ, aniſi,gentianæ, ariſtochiæ, ſingul.ʒ.iiij. Turpeti.ʒ.ij.ß. Dacrydij.℈.ij.Rhei barbari,ſingul.exagium.j.Mellis attici,aut ſacchari quod ſatis eſt.

Antidotus alia podagrica, per omnia experta, ſi per 118 integrum anni ſpatium ſumatur. Dantur ſingulis diebus. ℈.ij. Habet gentianæ.℥.ij.peoniæ,lauri. piperis communis.ariſtolochiæ longæ,ſingul.℥.j.Myrrhæ.ʒ.iiij.Seminis rutæ ſylueſtris.℥.j.[a] Cinaræ ſylueſtris ſeminis.℥.ij. Petroſelini macedonici.ʒ.iiij.Piperis albi,corticis radicis capparis,glycyrrhizę,ſeminis cnici,ſingu.℥.ij.Arida tundantur & cribrẽtur,melleque aut ſaccharo ſufficienti excipiantur. Datur pro arbitrio.

Cinara.

[ a Cinare ſylueſtris.] Cinarã, *quemadmodum etiam* Lucius Columella, *vocat* Nicolaus *ſtirpem, quæ* Dioſcoridi Scolimus *dicitur. De qua primo noſtrorum de ſtirpium hiſtoria commentariorum tomo multa.*

Alia podagrica antidotus, Procli dicta, per integrum 119 annum ſine vlla obſeruatione datur. Habet chamędryos. ℈.ix.Centaurij.℈.viij,Ariſtolochiæ.℈.vij. Gẽtianę.℈.vj. Hyperici. ℈.v.Petroſelini.℈.iiij.Rhei pontici,amyli,ſing. ℈.j.Agarici.℈.ij.Mellis.ʒ.ß,quo excepta & ſubacta finge paſtillos,& vna ante hora commixtam dato.

Alia podagrica,conferens omnibus partibus defluxiõe 13 tentatis, à prima die Martij ad quadraginta vſque dies ſũpta. Recipit ſtyracis calamitis,petroſelini macedonici,ſpicæ nardi,galbani,myrrhæ,caſtorij,opij,ſingul.ʒ.ß.Caſiæ. ʒ.x.folij.coſti,piperis albi, ſingul.ʒ.iij.ß.Croci, gran.vj.

Mellis

Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur nucis auellanæ magnitudine, ex tepido liquore Obſeruandum autem tibi erit, vt is qui hanc antidotum eſt ſumpturus, bene concoxerit. Abſtinere etiam oportet à prima die qua eſt ſumpturus, à carnibus bubulis, beta, alimentis prauis, & omni cibo vitioſum ſuccum creante. Vitare quoq; venerea conuenit. Eſt autem admodum vtilis.

131 Antidotus alia podagricis vtilis, dicta Climax. Habet Myrrhæ troglodyticæ, folij, baccarum lauri decorticatarum, coſti, amomi, gentianæ, ſing. ʒ.ij. Spicæ nardi, ariſtolochiæ rotundæ, ſing. ʒ.j. Datur cochlearium vnum. Contuſa & cribro tranſmiſſa dantur cum liquoris temperati tepidive. ʒ.iij. Deuitabis autem, vt in priore, ne lentes, aut alium prauum cibum ingeras. Climax.

132 Alia antidotus podagrica, celebris admodũ, quam accepi in Epheſo oppido Aſiæ. Et cum de ea periculũ feciſſem, inueni veracem. Capit gentianæ. ʒ.ij. Ariſtolochiæ rotundæ, ʒ.j. Myrrhæ troglodyticę, baccarum lauri decorticatarum, coſti, amomi, folij, ſing. ʒ.j. Spicæ nardi, ʒ.ß. Ariſtolochię longæ, ʒ.j. Poſtquam autem probè concoxerit is qui ſumpturus eſt hanc antidotũ, præbe ieiuno cochlearij menſuram, per mali intermiſsionẽ. Oportet autẽ eum qui aſſumit, abſtinere lẽtibus, mero, melle copioſo, carnibus bubulis, & alijs vitioſum ſuccũ procreãtibus. Poſtquam igitur defluxio nullum doloris ſenſum exhibet, admouẽda erunt medicamẽta ijs locis, ad quæ defluxio fieri cõſueuit, & qualitati defluxionis congruere hæc ipſa oportet: ita vt ſi defluxio calida fuerit, ceratũ cum roſaceo & ſucco betæ imponito. Si verò non, in ea vtere contrario. Nam vt Hippocrates ait, cõtraria contrariorum ſunt remedia.

133 Antidotus cõferẽs podagricis, è moſcho, Præbetur diebus quadraginta, quotidie. His præteritis, ſatis eſt ſi per viginti quatuor dies alternis detur, eodem quidem pondere. Eſt verò vtilis admodum, vt ea quæ præcedit. Habet ariſtolochiæ rotundæ, baccarum lauri aridarum decorticatarum, gentianæ, zingiberis, ſpicæ nardi, folij, amomi, agarici,[a] carpeſiæ. ſing. ℥.ß. Moſchi, ſiliquas iij. Mellis attici, aut ſachari quantum ſatis videbitur. Probè confectæ dato mane ieiuno. ℈.iij. ex aqua calida.

Carpeſiæ.

[ a Carpeſiæ. ] *Græcus manuſcriptus codex habet καρπυσίας. Meminit autem Carpeſiæ etiam Aetius lib.11.cap.13. Eſt autem καρπησια idem quod Carpeſium. Sunt verò Carpeſia Nicolao, vt reliquis etiam poſterioribus Græcis, Combebæ, vel vt officinæ hodie vocant, Cubebæ. Nam & actuarius κομβίβας, vel κομπίβας, nominari quoque καρπήσια, & καρπίδια, teſtatur.*

Diarrhodon Galeni.

Antidotus è roſis Galeni, conferens iocineroſis, lieno- 134
ſis, ſtomachicis, concoquere haud potentibus, & frigido aliquo affectu laborantibus. Recipit ſpicæ, croci, aſari, coſti, floris iunci odorati, cinamomi, ſpodij, abſinthij, caſiæ ligneæ, maſtiches, ſing.ʒ.j. Roſarum quātum omnium aliarum ſpecierum. Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſt.

Diapapauer vſitatum.

Antidotus è papauere, aſthmaticis, peripneumonicis, 135
tuſsientibus, deſtillatione laborantibus, & lienoſis plurimum auxiliatur. Accipit glycyrrhizæ, tragacanthæ, gummi arabici, papaueris albi, penidiorum, ſin.ʒ.xv. Amygdalarum dulciū depuratarum. ʒ.v.ß. Amyli, portulacæ ſeminis, & cotoneorum, ſin.ʒ.iij. Seminum peponis, cucumeris, cucurbitæ, & citruli, ſin.ʒ.ij. Seminis lactucę, & althęę, ſing.ʒ.ß. Sacchari & droſati quantum ſatis videbitur.

Antidotus ę malis, efficax ad omnem frigidum affe- 136
ctum ſtomachi, & eos qui cibum non appetunt. Habet mâlorum dulcium carnis ℔.iij. Droſati roſarum ℔.ij. Mala decoque cum droſato roſarum bono ordine, dein inijcito cinamomi. ℥.j. caryophyllorum. ℥.ß. Maceris, zingiberis, ligni aloes, galangæ, folij, ſing.exag.j.ß. Ambaris, ℈.ij. Moſchi, gran,xxv. Stillaticij roſarum liquoris boni quod ſatis eſt.

Antidotum Diambar ad ſtomachicos, lienoſos, car- 137
diacos, pariter & malo corporis habitu præditos. Dicunt autem nonnulli veterum medicorum, hanc antidotum vtilem eſſe ad defectionem animi, & ſyncopen cordis. Capit cinamomi, [a] caryophylil, xyloaloes, maceris, folij nucis moſchatæ, zingiberis, galāgæ, ſing.ʒ.j. Ambaris. ℈.ij. Moſchi. ℈.ij. Droſati roſarum ℔.j. & ſacchari quod ſatis eſt.

Officinis vſitatæ cōpoſitiones rarò rectæ.

[ a Caryophylli. ] *In Diambar quod Meſuæ deſcribit, poſt cinamomum adijcitur Doronicum, & alia quædam medicamēta, quæ in iſta Nicolai antidoto deſiderantur. Quod in alijs etiam accidit, vt rarò inuenias compoſitionem officinis vſitatam, in qua non vel aliq*

*aliquid deſideretur, vel redũdet. Quod monuiſſe ſemel, ſatis ſit.* Nam *quiuis ex ipſa collatione diligenti hoc ipſum facilè deprehendet.*

138 Antidotus è croco [a] Eſdræ. Hac antidoto ſapa diſſoluta frontem illine eorum qui caput dolẽt. Præbe etiam iiſdem bibendam ex ea, fabæ quantitatem, & capitis dolorem ſedabis. In [b] phreniticis ſimiliter ſubline frontẽ & nares, ceſſabitq; malum, ſiquidem ſomnum accerſit. Oculos defluxione laborantes, ſapa diſſoluta illine, & defluxionem ſiſtes. Auribus dolẽtibus & exulceratis pariter cum ſapa inſtillato. Dentes dolentes hac antidoto circumline. Contra vuam defluxione tentatam, ſpirandi difficultatem, orthopnœamq; ex [c] aqua frigida non febricitanti, fabæ magnitudo datur dormituro. Si verò febricitet, ex aqua mulſa. Similiter datur aduerſus [d] ſingultum. Fiſtulas per ſe impoſita ſanat. In iis qui ſanguinem ſpuunt, & abſceſſum habent, pari ratione vtere. Inteſtinorum cruciatu laborantibus, cœliacis, datur fabæ quantitas cum caræno. Febricitantibus autem, ex aqua frigida piſtacij magnitudo. Regio morbo correptis ex ſapa diſſolutam naribus infunde. Iocineroſis cum tepido liquore. Fœminis difficulter parientibus [e] diſſolutã in vino, illine ventrẽ, cõfeſtimq; fœtum edent. Sterilibus autẽ ciceris quantitatẽ in internũ earũ ſinum impone, & poſtea cũ viro coeant, & cõcipient. Hoc autem tertio die faciãt. Eſt & hęc antidotus ad dyſentericos & cœliacos efficaciſsima. Habet [f] mamiræ. ʒ. ß. Amomi. ʒ. vj. Floris iunci odorati, exag. iij. ß. ſiliq. viij. Pyrethri, ſiliq. viij. Croci, gr. vij. Myrrhæ troglodyticæ exag. ß. Styracis calamitis, exag. ß. ſiliq. iiij. Petroſelini, ſiliq. vj. Tragacãthes, ſiliq. iiij. Succi hypociſtidis, ſiliq. viij. Iridis illyricæ, ſiliq. x. Seminis fœniculi. ʒ. ß. Dauci cretici, ſiliq. iiij. Papaueris ſeminis. ʒ. ß. Spicæ, ſiliq, x. foliorũ rutę, ſiliq. iiij. Caſię. gr. vij. Ameos, ſiliq. iiij. Coſti, ſiliq. v. Cardamomi, ſiliq. viij. Opij, gr. vij. Euphorbij, ſiliq. viij. piperis cõmunis, gr. vij. Roſarũ aridarũ, exag. x. Opopanacis, exag. iiij. ß. Mei, ſiliq. viij. [g] paſtillorũ è lacha, ſiliq. xvj. Lycij indici, ſiliq. x. Caryophylli, ſiliq. xvj. Aniſi, ſili. x. foliorũ citri, ſiliq. viij. Ammoniaci thymiamatis, ſiliq. x. Seminis nigellæ. ſiliq. viij. Sulphuris ignẽ nõ experti, caſtorij, [h] herbæ amarę, ſing. ſiliq. viij. Cimolię terræ, ſiliq. x. [i] Mergi vẽtris, ſiliq. vj. Artemiſię, ſiliq. x. Sino

Eſdra.

nis,ſiliq.iiij. Vétriculi anatis,ſiliq.iiij. Hedychroi magmatis,ſiliq.x.Seminis ocimi,lapidis iaſpidis,[k]foliorũ nerij,cinamomi,anethi,ſing.ſiliq.iiij.Bdellij,ſiliq.xij. Rhois ſyriaci,rhois culinarij, ſing.ʒ.j.ß.Aſari,ʒ.j.lapidis æmatitis,ʒ.ß.Thuris,ſiliq.j.ß.[m]Seridis herbæ,ſiliq.vj. Teſtæ ſæpiæ, ſiliq.viij.Corallij,gran.vij.Iuniperi baccarum magnarũ, gran.vij.Iuniperi baccarum paruarum,ſiliquas x.Sanguinis draconis.ʒ.ß. [n]Cinnabaris,ſiliquas.x.Peucedani,ſeminis apij,ſing.gran.vij.Piperis albi, ſiliq.xij.Maceris, ſiliq.x.Hermodactyli,ariſtolochię,libyſtici,ſing.ʒ.ß.Nardi celticę,ſiliq.x.Calami odorati,ſiliq.iiij.Balſami.ʒ.j. Mellis attici,aut ſacchari quod ſatis eſt.Succi vino odorato bono irrigentur, & præparata ſubinde datur vtentibus.

[a Eſdræ.] *Copioſius huius antidoti Eſdræ prophetæ & doctoris vſum Actuarius,& lib.13.cap.101. Aetius tradunt.* [b Phreniticis.[*Manuſcriptus codex falſo* νεφριτικοὺς.*legit* pro φρενιτικοὺς.*Nã ita eſſe ſcribendum,res ipſas docet. Quid enim prodeſſet nephriticis, frontis & narium illitio? Præterea Aetius & Actuarius ſatis teſtantur,phreniticis eſſe legendum.* [c Ex aqua frigida.] *Græcè eſt,* κράσεως μιᾶς, *vnius mixtionis, ſeu menſuræ. Verùm Aetius habet, cum aqua frigida.cuius lectionem,vtpote magis planam & expeditam,ſequi voluimus.* [d Singultum.] *Manuſcriptum exemplar malè* λῆγμα *legit,pro* λυγμὸν. [e Diſſolutam in vino.] *Etſi vix legi poſſunt Nicolai verba,tamen quantum conijcere licet, legendum in hunc modum erit,*λύει ἐν οἴνῳ,*vt ſcilicet hanc antidotum vino prius diſſolutam,imo ſubinde ventri illinendam ſignificaret. Poſſunt tamen quæcunq; fuerint tandem,ſine ſenſus diſpendio omitti: id quod ex Aetio ſatis liquet,apud quem latinus interpres (græca enim habere nondum potuimus)ita ſcriptum reliquit. Ad ægrè parientes mulierculas ipſam per ſe ad imum ventrem illinito, & facilè partus prodibit.Actuarius quoq; ita præſentem locum efferre voluit: Fœminis,ait,quæ partum ægrè enituntur,imus venter ſublinitur,& facilè fœtum edunt. Poſſet haud dubiè è græco Aetij codice locus ille Nicolai emendari,modò nobis ad manum eſſet.* [f Mamirę.] *Græcè eſt* μαμιρᾶ. *Actuarius, vt Ruellij conuerſio habet, Mameræ legit. Mamiræ autem meminit Paulus lib.7.inquiens: Mamiras radicula eſt herbæ, frequentibus tuberculis nodoſis cincta, quæ cicatrices & albugines extenuare creditur, extergendi nimirum facultate prædita. Quæ quidem deſcriptio videtur repræſentare radicem quæ*

Nicolai codex emendatus.

Alius error librarij ſublatus.

Mamiras.

*nunc*

*nunc officinis doronicum appellatur. Nam radicula eſt tenuis, prædenſis & extuberantibus nodis, quaſi geniculis diſtincta.* Si *lingua conſulatur, dulcis ſapor inuenitur, ſtatim in quendam lenẽ amarorem degenerare, qui confeſtim euaneſcit: quapropter albugines & cicatrices exterere guſtus ſatis monſtrat. Aetius in Eſdræ deſcriptione, perinde atque Paulus, Mamiræ haud meminit.* [g Paſtillorũ è lacha.] *Nicolaus legit,* λαχᾶ τροχίσκου. *Aetius autem ſimpliciter* λαχά *habet.* [* Lycij indici.] *Manuſcriptus Nicolai codex legit* κροκολυκίου, *falſò pro* ἰνδικοῦ λυκίου, *quod Aetius ſatis teſtatur, qui habet* λυκίου ἰνδικοῦ. *Paulus quoque Lycij mentionem facit. Accedit quod paulò antè Croci in hac antidoto meminerit Nicolaus. Ex ſequenti denique antidoto palàm fit, ſic eſſe legendum.*

[Doronicum.] [Nicolai codex emẽdatus]

[h Herbæ amaræ.] *Per herbam verò amaram intelligit haud dubiè Gentianam: nam & illius poſt caſtorium meminit Aetius. Paulus etiam Gentianam non præterijt in Eſdræ deſcriptione. Accedit quod vulgato ſermone dicitur, aliquid Gentiana eſſe amarius, quum idipſum vehementer eſſe amarum ſignificare volumus: quaſi vix reperiri queat, quod amaritudine Gentianæ radicem ſuperet.* [i Mergi ventris.] *Manuſcriptus Nicolai codex hoc loco, vt aliàs ſæpe, perperam legis* ἴφιας γαστρὸς, *pro* αἴθυιας γαστρὸς. *Ita enim ſcribendum eſſe Aetius ſatis monſtrat, qui ita in Eſdræ compoſitione ſcriptum reliquit,* κόπρου τῆς εὑρυσκομένης ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς αἰθυίας, *id eſt, ſtercoris reperti in ventre mergi. Clarius Paulus, qui habet* νηδύος αἰθυίας, *hoc eſt, ventris mergi. Vt euidentiſſimum ſit Nicolai lectionem eſſe falſam & deprauatam.* [k Foliorum Nerij.] *Græcè eſt,* ῥοδοδάφνης φύλλων. *Aetius habet* ῥοδῶν ῥοδοδάφνης, *hoc eſt, roſarum Nerij. Paulus,* νηρίου ἀνθῶν. *id eſt, florum Nerij. Nullo certè diſcrimine, quippe tum folia, tum flores Nerij, Dioſcoride autore, aduerſus venenatorum morſus præſidio ſunt.* [m Seridis.] *Seris Galeno & alijs Græcis idem quod Intybum ſignificat.* [n Cinnabaris.] *De ea loquitur, quam Dioſcorides inter metalla recenſet. Hanc tamen à ſanguine Draconis veterum fuiſſe diuerſam, ex hoc etiam Nicolai loco ſatis patet. Et debent officinæ Eſdram paratam habere ex præſcripto Nicolai, hoc eſt, iuxta præſentem deſcriptionem. Nam quæ habetur in vulgatis codicibus, non eſt legitima. Pro Cinabari verò, ſi haberi non poteſt, vſurpandus eſt lapis æmatites, qui, vt teſtis eſt Dioſcorides, eaſdem habet facultates. Cinabaris autem veterum & Dioſcoridis, vel ignoratur, vel non eſt niſi altera ſanguinis draconis officinarum*

[Herba amara.] [Codex Nicolai reſtitutus.] [Neriũ.] [Seris.] [Cinnabaris à ſanguine draconis diuerſa.] [Eſdra officinarũ deprauata.]

 narum

*narim ſpecies, nempe lachryma cuiuſdam arboris, vt alibi latius diximus.*

Antidotus alia Eſdræ, vt præcedens. Recipit amomi. ʒ.xij. floris iunci odorati. ʒ.ix. pyrethri, cinamomi, ſingul. ʒ.vj. Croci. ʒ.xxxvj. Caſiæ. ʒ.xij. Myrrhæ troglodyticæ, ʒ.xj. Styracis. ʒ.xij. Petroſelini. ʒ.iij. Seminis dauci. ʒ.vj. Tragacanthæ. ʒ.xxx. Succi hypociſtidis. ʒ.ix. Iridis Illyricæ, abrotoni, ſing. ʒ.xv. Seminis fœniculi. ʒ.vj. Bdellij. ʒ.ix. Thuris. ʒ.xviij. Sulphuris ignē nō experti. ʒ.xvj. Seminis hyoſcyami albi. ʒ.xxvij. Caſiæ. ʒ.ix. Seminis papaueris. ʒ.xxx. Spicæ nardi. ʒ.xij. Rutæ, ocimi ſeminis, ſingu. ʒ.iij. Rhois culinarij, aſari, cardamomi, anethi ſeminis, ſingul. ʒ.vj. Opij ʒ.xxvij. Euphorbij. ʒ.vj. Piperis albi. ʒ.xxx. Roſarum aridarum. folij, ſingul. ʒ.ix. Opobalſami ʒ.xxiiij. [a] Mergi ventris. ʒ.vij. lachæ. ʒ.xij. Lycij indici, caryophylli, ſing. ʒ.xij. Stercoris reperti in ventre mergi. ʒ.iij. Rhei pontici. ʒ.xij. Mei athamantici. ʒ.vj. Terræ cimoliæ, ʒ.xij. Succi artemiſiæ ʒ.xx. Foliorum ſeridis. ʒ.ix. Nardi celticæ. ʒ.xij. Nerij. ʒ.vj. Caſtorij, coſti, gentianæ, ſingu. ʒ.xij. Hedychroi confectionis. ʒ.ix. Aniſi. ʒ.vj. Sinonis. ʒ.xix. Ammoniaci thymiamatis. ʒ.xij. foliorū citri, ʒ.xij. Mellis deſpumati, aut ſacchari, & vini odorati quantum ſatis erit. Paratur autē actidotus illa hoc pacto. Arida omnia cum croco, caſia, & hedychroo tundito, & per anguſtum cribrum traijcito. Opium autem, ſuccum hypociſtidis, ammoniacum in vino macerato. Tragacantham verò per ſe macerato. Sicq; apparatam da, vt prædictum eſt. 139

Codex Nicolai emaculatus.

[ a Mergi ventris. ] *Et hoc loco falſo ſcribitur in manuſcripto codice* ἴφιας γαστρὸς, *pro* αἰθυίας γαστρὸς, *vt ex ſuperiori 224. annotatione, & Aetio, qui ad verbum hāc antidotum lib. 13. cap. 101. deſcribit, ſatis patet.*

Antidotus alia ſimplex Eſdræ, valde bona. Capit Spicæ nardi. ℥.ij. Myrrhę. ℈.j. croci. ℈.j.ſ. balſami, cinamomi, opij, mandragoræ, caſtorij, ſing. ℈.ij. Ammoniaci, dauci, caſiæ, ſing. ℈.j.ſ. Mellis attici, aut ſachari quod ſatis eſt. 140

Antidotus alia Eſdræ, efficax ad dolorem capitis, nephriticos, difficulter ſpirantes, & non niſi recta ceruice ſpiritum trahentes. Eſt autem admodum vtilis. Habet myrrhæ. ʒ.iiij pyrethri, cinamomi, ſing. ʒ.j.ſ. Artemiſię, tragacanthæ, 141

canthæ,thuris,mergi ventris,ʒ.iiii.Hypocyſtidis,petroſelini,ſing.ʒ.j.Vini veteris,mellis attici,aut ſachari quantũ ſatis videbitur.Dãtur ceratia ſeu ſiliquę.xiiij.cũ vino albo.

142 Antidotus concoctioni conferens è cotonoeis, Habet cotoneorum emũdatorum carnis.lb.iij.ß.Zingiberis. maſtiches.ſing.ʒ.ij.Cardamomi magni,& parui,cinamomi,croci.ſin.ʒ.iij.Caryophylli: ʒ.iij.Moſchi.ʒ.ß.Ligni aloes crudi,galliæ moſchatæ,ſing.ʒ.j.Maceris.ʒ.j.ß.Spicæ,nucis moſchatæ,ſing.ʒ.ß.Mellis attici,lb.6.aut ſaccha ri,quantum ſufficit.

143 Antidotus è citriis,conferens iis qui tardius concoquũt, & inflatis.Eſtque admodum bona.Accipit carnis citriorũ repurgatorum lb.1. Hyſſopi,rutæ,origani,ſing.faſciculũ exigum vnũ.Aceti, cotylas.iij.Macerato in aceto per noctes & dies quinque,& dein ad tertias decoque[a] atque vbi expreſſa fuerint,ab igne amoueto, & adiectis mellis libris duabus, iterum ad[b] cõſiſtentiam decoque: deinde ſpecies probè tuſas & cretas iniice:nempe,aſari,mei,piperis,hyſſopi,xylobalſami,ſing.℥ij.Datur manè & veſperi.

[a Vbi expreſſa fuerint.] *Manuſcriptus codex perperam habet* καὶ πιασθέντων,*pro* καὶ ἐκπιεσθέντων. *Quod Pauli quidem teſtimonio confirmatur, qui lib. 7. eandem antidotum deſcribens ait:* καὶ ἐκπιεσθέντα ῥίπτονται,*hoc eſt,expreſſa abijciuntur. Quanquã & illic perperam* ἐμπιασθέντα *ſcribatur. Niſi quis ita interpretari malit, & apprehenſa abijciantur.* πιάζω *enim Græcis eſt apprehendo. Sed prior lectio haud dubiè melior,imò mea ſententia,genuina exiſtit.*

Alius error ſublatus.

[b Conſiſtentiam.] *Grecè eſt* ἕως συστάσεως. *Eſt autem* σύστασις *eorum propriè quæ nec liquida,nec dura admodum ſunt,qualis certè mellis eſt conſiſtẽtia.Cuius rei teſtis eſt Galenus,qui lib. 2. Prognoſt. com. 13 ita ſcriptum reliquit,* σύστασιν μὲν ὅσα ἔχει τὴν κατὰ φύσιν, ὅσα μήτε σκληρὰ παντελῶς ἐστίν, ὡς λιθώδη, μήθ᾽ ὑγρὰ τελέως ὡς δύνασθαι διαῤῥεῖν. *Id eſt,Conſiſtentiam naturalem habent,quæ neque omnino,veluti lapidioſa,dura ſunt:neque planè vt diffluere poſſint, humida.*

144 Antidotus alia è citrijs, ad eos qui tardius concoquunt, melior & magis quàm ea,quæ præcedit laudata.Accipit carniũ citriorũ lb.1.è tritis & probè contuſis,atque lintheo ligatis exprime omnem humorem. Quo facto, accipe mellis attici deſpumati lb. duas.& in ahenum conijce citria ex-

preſſa vnà cum melle, & dimitte illic per diem & noctem. dein altera die decoque vſque ad iuſtam craſsitudinem, poſteaque has ſpecies bene tuſas & cretas inijce: Zingiberis, cinamomi, caryophylli, ligni aloes, ſingul. exag. ij. Nucis moſchatæ, xylobalſami, hyſſopi, ſingul. exag. j. ß. Calami odorati, exag. ij. Carnabadij. aniſi, ſingul, exag. j. ß. Ameos, coriandri. ſing. exag. j. Croci gran. xj. Moſchi, ſiliq. iiij. Primùm ſpecies odoratas inijce, dein amoue ab igne, & ſubige, tandemque moſchum tritum cum ſtillaticio roſarum liquore, aut vino bono adhibe, rurſumque ſubige. Et ſi placuerit adijce illi piperis albi. ℥. ß. ac ſubinde in vaſe reconde, prebéque mane & veſperi ex vino bono.

Antidotus ad concoctionem efficax è ſcybelite. Valet 145
ad difficillem ſtomachi concoctionem, inflationem: item colicos dolores. Eſt autem Scybelites vinum, quod ex vuis, paſsis, & vinum vltrò effundentibus deſtillat. Habet vini ſcybellitis, ſextarios. ij. Succi rutæ, ſextarium. ß. Sinonis, piperis, zingiberis, caryophylli, nucis moſchatæ, ſingul. ℥. j. Maceris, exag. ß. Petroſelini, exag. iij. Moſchi, gran. vj. Mellis, ſext. ß. Humida ad craſsitudinē cōſiſtentiāve decoque: arida verò inſperge, probeque paratā in vaſe recōde, & præbeto mane, & veſperi ex vino albo cochleariūvnū aut duo.

Scybelites quid.

Antidotus alia Iamblichi. Laudatum verò ad modum 146
hoc eſt remedium: cruditatem enim fieri prohibet. Breuiter autem ijs, qui cruditatem patiuntur, & qui difficulter concoquunt, ventriculo acida ructanti, inappetentiæ que confert: frigidos, craſſos, & tenaces humores in ſtomacho contentos incidit. Nullum autem hoc ipſo ad frigidiora tēperamenta melius. Nec vllum medicamentum quod crudos humores concoquat, illo accommodatius reperias. Proinde colicos etiam iuuat, ventrem ſine moleſtia & mediocriter mouens. Capit ſalis ammoniaci ℔. ß. Salis cappadocij. ℥. iij. Piperis, zingiberis ſingul. ℥. j. ß. Seminis vrticæ, ℈. ix. Erucæ ſeminis. ʒ. viij. Ameos, hyſſopi, ſingu. ℈. ix. Sylphij, exa. iij. Corymborum thymi, ſeminis apij, folij petroſelini, ſing. ℈. ix. Origani, nucis moſchatæ, ſingu. exag. iij. Maceris. croci, ſingul. exa. j. His omnibus contuſis & cretis, præbe cochlearium dimidium ex vino rubro ſorbendum. Aut dato intinctum in ea cibū tum carnium, tum piſcium.

Aut

Aut adijce zingiberis anifi, & ſacchari quod ſatis eſt, & prę be vt polentam, vel pro arbitrio.

147 Antidotus alia Politi, quæ aluum deijcit & diſſoluit, pituitam capitis & palati [a] diſsipans, aliaque quæ reſiſtunt extenuans. Habet ſalis toſti ſplendidiſsimi. ℥. ij. Florum chamæmeli aridi crematorum, conizæ tenuis, calaminthæ montanæ, radicis eryngij montani, origani, ſing. ℥. ij. Sylphij, piperis, ſin. ℥. vij. Contuſa & creta prębe pro arbitrio. [a Diſsipans.] *Gracè, vt mea fert opinio, malè ſcribitur διαπυσικά, pro διαπνισυική.*

148 Antidotus alia Dodecatheon, admodum bona. Accipit hyſſopi. ℥. ij. Pulegij. ℥. j. ß. Cumini. ℥. j. Ameos. ℥. ß. Salis torrefacti. ℥. xv. Origani. ℥. j. Spicæ nardi. ℥. ß. Quòd ſi in hyeme ea vſus fueris, tum adijce piperis. ℥. ß. Omnia hæc tuſa & per cribrum tranſmiſſa pro ſale quotidiano præbeto, aut vt placuerit. Qui hac aſsiduè vſus fuerit antidoto, p̱ vniuerſum vitæ ſuæ tempus à morbis immunis erit. Cęterũ caput præſertim leuat, viſum acuit, pituitam in thorace nõ ſinit coaceruari, concoctionem efficit probam, meſaraicarũ iocinoris venarum obſtructiones aufert, reneſque expurgat. Probè apparata datur in malis prædictis.

149 Antidotus [a] pleres archõticon, hoc eſt, implens principale. Prodeſt calori ſtomachi, cardiacis, cibum euomẽtibus & pulmonarijs, Item eos qui ex longo morbo penitus extenuati ſunt, plurimamque inde contraxerunt imbecilitatẽ, admodum corroborat. Recipit cinamomi, caryophillorum, ligni aloes, galange, ſpicæ, nucis moſchatæ, zingiberis ſpodij, floris iunci odorati, ciperi, roſarum. violarum, ſing. ʒ. j. gra. xv. Folij, glycyrrhizæ, ſtyracis, maſtiches, ſampſychi, balſami, ocimi, cardamomi, piperis longi, baccarũ myrti, foliorũ citri, ſingul. ℈. ij. gra. v. [b] Hermodactylorũ albi & rubei corallij, ſerici vſti, ſin. ℈. j. gra. ij. ß. Moſchi, gra. vij. ß. Caphurę gra. v. Sacchari & droſati roſacei, qđ ſatis eſt. [a Pleres archõticos,] *Non eſt autem alia de cauſa hæc antidotus Græcis appellata πληρὲς ἀρχοντικά, quàm quòd mirificam & principalem in recuperandis ac reſtaurandis amiſsis viribus facultatem habeat. Nam quum quaſi ſaturos reddat, ac impleat eos, qui imbecilles, atq; deiectis ſũt viribus, meritò illis πλῆρες, quaſi ἔμπλιον, hoc eſt, implens, & ἀρχοντικόν, id eſt, principale ſeu eximium dictũ*

*eſt. Barbaris noſtræ ætatis medicis, & Seplaſiarijs Pliris acroticon ap-pellatur.* [ *b* Hermodactylorũ albi, &c.] *Intelligit Been albã & rubeam, vt ſuprà ſatis oſtenſum eſt. Et latini Nicolai codices habent, Been albæ & rubeæ.*

Hermodactylli.

Antidotus alia Pleres archonticon ſimplex. Habet ro- 150
ſarum, ℥.iiij. Cinamomi, crocij, ſing. ℥.j.ß. Galãge, glycyrrhizæ, libyſtici, roſmarini, ſing. ℥.j. Caryophylli, ſpicæ, coſti, zedoariæ, zingiberis, piperis, cardamomi, ſing. exa. iij.[a] Timartiri, ʒ. quartã partẽ. Margaritarum, exa. ij. Sacchari & ſtillatjcij roſarum liquoris, quod ſatis eſt.

Timartiri.

[ a Timartiri.] *Græcè ſcriptum erat* τιμάρτιρι. *Eſſe autem dictionem corruptam, & minimè Græcam, nemo non videt. Quapropter quid ſignificet, conijcere nobis non licet. Niſi forſè legendum erit, vt in præcedenti antidoto,* μετάξης νικαιμένης, *id eſt, ſerici vſti. Sed nihil pronunciamus temerè.*

Diacodion.

Antidotus Diacodiõn, cõferens ad mala quę tuſsim ex- 15
citant. Somnum etiã inducit, voci amiſſæ, & thoracis grauitati auxiliatur. Accipit ſucci glycyrrhizæ, tragacanthæ, gummi arabici, ſing. ʒ.x. Papaueris albi ſeminis, portulacæ: ſing. ʒ.v. Seminum peponis, cucumeris, cucurbitę, & citruli, lactucę, & altheæ, ſing. ʒ.iij. Droſati violacei, ſacchari, & penidiorum, quantum ſatis videbitur.

Saccharũ roſaceũ laxatiuum.

Antidotus è zulapio roſaceo purgatoria, quę ab Italis 15
Zuccarum roſaceum laxatiuum dicitur. Capit ſucci roſarum rubearum. lb̃.j. Trium ſantalorum: ſingu. ʒ.iij. Spodij. ʒ.iij. Dacrydij. ʒ.x. Turpeti. ℥.ij. Caphuræ. ʒ.iij.ß. Sacchari lb̃.j. aut quod ſatis eſt. De ea quæ parata eſt dantur vtentibus exagia duo & ß. aut tria, pro virium diuerſitate, manè ieiunis. Prodeſt tertianæ, & duplici tertianæ, febribus continuis, bilioſis, & calidis temperamentis iocineris admodum vtilis exiſtit.

Antidotus alia, vt præcedens, magis varia. Cit autem 1
aluum ſine dolore. Habet trium ſantalorum, ſpodij: ſing. ʒ.iiij. Rhei barbari, ʒ.x. Turpeti, ℥.ij.ß. Scammoniæ, ℥.j.ß. Succi roſarum: lb̃.1. ℥.iij. Caphuræ. ʒ.ß. Sacchari. lb̃.1.ß. tria, quod ſatis erit. De cõfecta dãtur manè ieiunis exagia tria, aut tria & ß. pro virium ratione, cum aqua tepida.

Antidotis alia è roſaceo zulapio purgatoria. Cõfert ijs 1
in qb. flaua bilis redũdat, defluxionibus, malis à calore na-

tis. Aluum citra dolorẽ mouet. Vtilis etiã febribus acutis, & ardẽtibus. Capit ſucci roſarũ, ʒ.xvj. Triũ ſantalorũ: ſin.vj. Spodij, ʒ.iij. Dacridij. ʒ.xij. Caphurę. ℈.j. Rhei barbari. ʒ. iij. Turpeti. ℥.j. Cõmiſceãtur cũ zulapio roſaceo & ſacharo ſufficiẽti. Probè confecta datur media noctæ ex aqua tepida, pondere exagiorum duorum, aut trium, pro uiribus.

155 Antidotus conferens dyſentericis, cœliacis, & ſanguinem ab internis excernẽtibus. Accipit cinamomi. ℥.iiij. Roſarũ. ſymphyti, amyli, baccarum myrti, ſing. ℥.iij.ß.[a] Sumach. berberis, boli armenij, gummi arabici, acacię, hypocyſtidis, ſing. ℥.ij. Corallij albi & rubei, lapidis hæmatitis, ſantali albi & rubei, ſing. ℥.ß. Maſtiches. thuris, tragacanthę, ſucci glycyrrhizæ, capitũ papaueris, arte miſiæ, plantaginis minoris ſeminis, mandragoræ, ſing. ℥.j. Balauſtiorũ, ſidiorũ ſeminis cotoneorum, ſingulorũ ℥.j. Coſti, ſtyracis calamitis, polii, [b] arilori, [c] foliorũ lauri, cariophylli, zingiberis, ſanguinis draconis, [d] fiſtulæ, galange, ſing. ʒ.iij. Roſmarini. ℥.ii. Aniſi, ℥.j. [e] Rhei barbari vſti, exagia ii. Melis attici, aut ſachari, quod ſatis eſt.

Sumach

[ a Sumach.] *Græce ſcribitur* σουμάκιρ. *Vnde iterum palàm fit, Nicolaum barbaris, & hodie vſitatis vocibus vti. sic enim officinæ in hodiernum vſque diem ſemen rhois appellant.* [ b Arilori ] *Nicolaus habet* ἀριλόρου. *Quid verò hæc vox ſignificet, me ignorare fateor.* [ c Foliorum lauri.] *Codex Nicolai manuſcriptus habet,* φολιόρουμ λάουρι. *Vt hinc iterum perſpicuum ſit, Nicolaum latinas voces literis Græcæ exaraſſe. De quo plurimũ miror, quum potuiſſet hæc, vt alia, ſua efferre lingua.*

Arilorus.

Fiſtula.

[ d Fiſtulæ.] *Græcus codex ſimpliciter legit* φίσουλα. *Sed adijciendum haud dubiè erit* κασίας, *vt ſcilicet intelligat caſiam ligneam, quam Græci etiam fiſtulam, vt diximus annotatione. 17. nominauerunt.* [ e Rhei barbari vſti.] *Græce malè legitur* ῥιουβαρβάρου κάπλου *pro* καυστοῦ. *Et hoc loco Nicolaus vulgi errorem, qui ex Meſue placitis promanauit, ſequitur, Rheum barbarum cum pontico confundens, aut ſaltẽ Rheum barbarum vſtum conuenire dyſentericis putans. Qua de re ſuprà etiam & aliàs multa diximus.*

Rheum barbarũ & ponticum diuerſum.

Antidotus alia ad dyſentericos & cœliacos Chriſipi. 156

Recipit lapidis hęmatitis exagium ß. Sigilli lemnii, exag. i. Aſteris ſamii, exag. i. Sulphuris ignem non experti, [a] midyos aſsati, ſin. exa. i. Corallii rubei, acaciæ, gallæ immatu

ræ,

ræ,ſidiorum.ſingul.exag.iiij.Roſarum aridarum,ſummi-
tates rubi,ſeminis hyoſcyami, papaueris, cucumeris ſatiui
ſeminis,opij,myrrhæ,thuris,ſing.℥.ij. Sanguinis draconis
℥.j. Rubricæ,terræ lemniæ, & ſamiæ,aluminis ſciſsilis,chal
citidis crematæ,ſing.exag.ij.Succini rubei,ſucci hypocyſti
dis,balauſtiorum, rhois ſyriaci, myrti teneræ, polygoni,
mentæ,ſeminis lactucæ,caſtorij,croci,ſtyracis,ſing.exag.
ij.Mellis attici,aut ſacchari,quod ſatis eſt.

Midyos. [ a Midyos aſſati.] *Midyon genus eſſe quercus, è Theophraſto*
*ſatis conſtat. Quid autem hic per Midyum aſſatum intelligat Nico-*
*laus, compertũ non habeo, legendũ fortè erit Miſyos, quũ paulo poſt*
*chalcitidis etiam cuius Miſy ſpecies eſt mentio fiat.*

Antidotus ad carnis diſſolutionem, & corporis ſiccita- 157
tem.Quocirca qui hanc aſsiduè ſumunt, ijs corporis bonũ
habitum efficit. Habet glycyrrhizæ,roſatum,ſacchari,ſin.
ʒ.ij.℥.ij. Tragacanthæ, gummi arabici, ſing.℥.ß. Santali
albi & rubei,ſing.ʒ.iij.Papaueris albi. ℥.j.Succi glycyrrhi
zæ,amyli, portulacæ, & intybi ſeminis,ſing.ʒ.ij. Spodij,
caryophylli,ſingul.℈.vij.Margaritarum.℥.ß. Auri, exag.
j.Serici.℥.ß.Oſſa cordis ceruini.iiij.Corallij, exag.ij. Am-
baris,exa.ß.Cinamomi.ʒ.ij.Zingiberis, ſtyracis, ſing.ʒ.
j. Croci.ʒ.ß.Penidiorum,ʒ.ix.Seminum peponis, cucume
ris,cucurbitæ,& citruli,ſing.ʒ.ij.ß. Seminis cotoneorũ.ʒ.
j.ß.Amygdalarum, nucis pineæ,ſebeſten, ſeminis altheæ,
violarum,ſing.℥,iij.Droſati roſacei,℔.vj.

Antidotus alia nobilis ad tertianas,quartanas,& quoti 158
dianas. Accipit chamæpityos ℔.j. Epithymi,℔.ß. Poly
podij,cinamomi,piperis,ſingul.℥.iij.Maſtiches, zingiberis
zedoariæ,caryophylli,ſing.℥.j. Mellis attici, aut ſacchari,
quod ſatis eſt.

Antidotus priori ſimilis. Habet caſiæ,galbani,piperis 159
albi,ſing.℥.ij.Croci,amomi, ſingul.℥.j. Mellis attici, aut
ſacchari, quantum ſatis videbitur. Datur fabæ magni-
tudine.

Alia antidotus ſimilis.Capit caſiæ,galbani, piperis al- 160
bi,ſingul.ſiliq.vj.Croci.ameos,ſiliq.iij. Mellis attici,aut
ſacchari quod ſatis eſt, Datur fabæ quãtitate ex aqua tepi
da hora vna, aut duabus ante inuaſionem.

Antidotus præſcriptæ par. Habet papaueris, cyperi, 161
opij

opij, ſingul.℥.j.Glycyrrhizæ,hyoſcyami, ſingul.℥.ß.Styracis,croci,caſtorij,fabæ,ſingul.℥.iij.Aniſi.℥.ij.Mellis attici aut ſacchari,quod ſatis eſt. Datur ægyptiæ fabæ quantitate ex mulſa.

162 Alia ſimilis,ad eadem mala vtilis. Accipit caſiæ.ʒ.iij. Croci,amomi,galbani,ſing.ʒ.j.ß. Vini,piperis albi, ſing. ʒ.iij.Mellis attici,aut ſacchari,quantum ſufficit, Datur fabæ quantitas ex aqua calida, duabus horis ante inuaſionē.

163 Alia ſimilis,ad eadem inſigniter vtilis. Recipit liquoris cyrenaici.ʒ.ij.Sulphuris ignem non experti.ʒ.j.Piperis.ʒ. iij.caſtorij.ʒ.ij.Opij.ʒ.j.galbani.ʒ.ij.Cōmixta aqua præbeto.ʒ.ß.aut minus,duabus ante inuaſionem horis.

164 Alia ſimilis, quæ reliquis omnibus præſtat.Habet papaueris.℥.ß.Succi glycyrrhizæ,hyoſcyami, ſing.ʒ.j.Styracis.℥.j.ß.Croci.ʒ.iij.Caſtorij,aniſi,corticis radicis mandragoræ,ſingul.ʒ.ß.Excipiantur paſſo, & fingantur paſtilli, quorum ſinguli pendeant.ʒ.j.denturque vſque ad ſeptimam acceſsionem.

165 Antidotus ad eos qui ſanguinem excernunt. Accipit caryophylli,maceris,corallij rubei, capitum papaueris,ſin. ʒ.j.Cinamomi,croci,boli armenij,ſeminis hyoſcyami,ſin. ʒ.vj.Tragacanthæ,ſanguinis,draconis,opij,ſeminis cardamomi, ſingul.ʒ.iiij. Caphuræ.ʒ.ß. Antidoti diacodion, quod ſatis eſt. Dantur ea vtentibus drachmæ tres, pro viribus.

176 Antidotus alia conferens tuſsientibus,non niſi erecta ceruice ſpirantibus, & expuere excreareve nequeuntibus. Item ijs qui non prōptè loquuntur, ſed inſtrumenta loquēdi diuulſa habent. Capit amygdalarum, nucū pinearum, papaueris albi, ſing.ʒ.vj. Gummi arabici, tragacanthæ, glycyrrhizæ & eius ſucci,ſing.ʒ.iij.Iridis.ʒ.j. Zingiberis, aniſi.[a] ſeminum quatuor,ſing.ʒ.j.Penidiorum,& ſacchari quod ſatis eſſe videbitur. Confecta datur vt ſub lingua retineatur,& ſaliua eius deglutiatur.

[a Seminum quatuor.] *Græcè eſt ſimpliciter* σπόρους τοὺς τέσσαρας, *vt nos etiam conuertimus. Sed intelligit ſemina quatuor frigida maiora nominata.* Semina quatuor

167 Alia ad eadem, valde bona. Habet ſeminis fœniculi,& comæ pulegij, piperis,helenij,petroſelini,ſingul.℥.ß.

Mel

Mellis attici, vel ſacchari, quod ſufficit. Datur vt præcedẽs.

Antidotus, aut ecligma, ſeu linctus tuſsientibus admodum conueniens. Inducit etiam ſomnum. Recipit ſtyracis, croci, ſpicę nardi, opij, folij, ſingu. ʒ. j. Mellis attici, aut ſacchari, quantum ſufficit. 168

Antidotus alia tuſsientibus plurimum conferens, experta. Ad ſomnum autem inducendum vtilis etiam exiſtit. Habet pulegij, piperis, helenij petroſelini, fœniculi, ſin. ʒ. j. Styracis, croci, ſin. ʒ. j. Spicæ nardij opij, folij, ſingul. ʒ. ß. Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſt. 169

Antidotus ijs, qui non niſi recta ceruice ſpirant conferens. Accipit iridis. ℥. ß. Piperis albi. ʒ. ß. Seminis apij. ℥. ij. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Confecta datur ijs q vacant febre, quauis hora. Febricitantibus autem per intermiſsiones. 170

Antidotus alia ad tuſsientes experta, pueris, ſenibus, & ætate vigẽtibus vtilis. Accipe leporem viuũ, exemptisq; omnibus eius inteſtinis, ea proijce. Ipſum autem in olla cremato, farinaque eius, ægrum potato, ex droſato, chamæmeleuces, quæ lingua Italiqua, Vngula caballina, & Scampiuza dicitur. 171

Chamæleuce. quid.

Antidotus alia ad eadem mala tuſsim excitantia conferens, experta. Capit pulegij, piperis, helenij, petroſelini, fœniculi, ſingul. ʒ. j. Mellis attici, vel ſacchari, quantum ſufficit. 172

Antidotus, ſiue linctus tuſsientibus conueniens, valde bonus. Habet ſtyracis, croci, ſingul. ʒ. j. Spicæ nardi, opij, folij, ſing. ʒ. ß. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. 173

Alia antidotus[a], ecligma Socratis ad tabidos. Recipit coſti. ʒ. j. Rhei pontici, ſymphyti, ſingul. exagium. j. ß. Gummi, tragacanthæ, piperis albi, ſingul. exag. j. ß. Succi glycyrrhizæ, ſeminum quatuor, penidiorum, ſingul. ℥. ß. Vini veteris cotyles[b] quartam partem. Paſsi, [c] ſextarij quartam partem. Aquæ, ſextarij quartæ partis dimidium. 174

Erratũ ſublatũ.

[ a Ecligma. ] *Græcè male ἔκλυτος, pro, ἔκλικτος ſcribitur. Et is locus facilè ex indice reſtitui poteſt, in quo ἔκλικτος ſcriptum eſt.*

Cotyle Attica.

[ b Cotyles quartam partẽ. ] *Cotyle eſt duplex. Attica nimirũ, & Italica. Attica habet vncias Italicas, hoc eſt, cornu librabis ſeu menſurales nouẽ, vt teſtis eſt lib. 1. & . 5. de Compoſ. medic. Galenus. Vncia*

*ciæ autem nouem Italicæ, quæ ſunt in cornibus interſectis, vncias ſeptem ponderales cum dimidia pendent. De qua non puto loquutum eſſe Nicolaum. Italica cotyla non eſt niſi libra menſuralis: cuius itidẽ rei loco iam citato teſtis eſt Galenus: Quam ſi intellexit Nicolaus, quartam partem eius conſtituent vnciæ menſurales duodecim. Sin de Attica intelligendus venit Nicolaus, quarta pars pendebit vncias duas menſurales, & drachmas duas.* [ c Sextarij quartam partem.] *Sextarius itidem duplex eſt, vt alibi copioſius demoſtrauimus, Romanus, & Atticus. Romanus capit vncias viginti menſurales. Quarta eius pars, vncias capiet quinq; mẽſurales. Atticus Romano duabus vncijs minor eſt. Capit enim decem & octo vncias menſurales. Quarta eius pars, vnciæ menſurales quatuor cum dimidia.*

Italica.

Quarta pars cotyles.

Sextarius.

Romanus.

Atticus

175 Antidotus alia tuſsientibus conferens, & ad prædicta mala valde bona. Capit ſtyracis, opij, ſingul. ʒ.ij. Seminis hyoſcyami ʒ.iij. Myrrhæ. ʒ.j. Hæc excipiuntur melle cocto, & datur erui quantitas dormituro.

176 Antidotus quæ ſucurrit tuſsiẽtibus, ſuppuratis tabidis, ſanguinem excreantibus, ſomnumq́; allicit. Accipit erui torrefacti. ʒ.v. Cumini æthiopici, aniſi ſeminis apij, ſingul. ʒ.j. Penidiorum, mellis, aut ſacchari, quantum ſatis eſſe videtur.

177 Alia antidotus ad eadem mala, nobilis. Recipit ſummitates lauri virides. ℥.ß. & quartam partem. Piperis, exagium. j. ß. Maſtiches. ʒ.j. Nucis pineæ toſtæ. ʒ.j. Hyſſopi, ʒ.ij. Pulegij. ℈.iiij. Iridis, ℈.ij. Mellis attici deſpumati, cum temperato liquore quod ſatis eſt.

178 Antidotus alia, quæ Anodynos, hoc eſt dolorem mitigãs, cognominatur, tuſsientibus conferens, & ijs qui medicamentum purgans hauſerunt, dolori ſtomachi, ſingultui, refrigerationi, deſtillationi, difficultati vrinæ, ſcabiei, exulcerationi veſicæ, nephriticis, iocineroſis, lienoſis, non niſi recta ceruice ſpirantibus, pleuriticis, colico cruciatu affectis, regio morbo laborãtibus, maliſq́; ex cruditate ortis. Itẽ pulmonarijs. & ſanguinem excreãtibus. Maximum verò præſidiũ affert angina correptis, & vigilantibus. Sũt qui hãc antidotũ vocãt è decem & octo ſpeciebus compoſitam. Capit zigiberis. ʒ.iij. & quartã partẽ. Hyoſcyami albi. ʒ.x. Coſti ʒ. iij. Croci. ʒ.iij. ß. Piperis albi. ʒ.iij. & quartã partẽ. Petroſe. ʒ.ij. Dauci cretici. ʒ.iij. & .iiij. partẽ, opij. piperis lõgi, ſin. ʒ. iij.

Acori.ʒ.j. Pyrethri.ʒ ß. Amomi.ʒ.j. Euphorbij.ʒ.ß. Seminis apij,ſpicænardi.ſing.ʒ.ß. Ameos, cardamomi,ſing. ʒ.j.Floris iũci odorati.ʒ.iij.ß.& quartã partẽ. Mellis attici, aut ſacchari,quod ſatis eſt. Probè confecta datur ijs,q̃ purgatorium medicamentum ſumpſerunt nucis auellanę quãtitate. Ad alia letalia fabæ ægyptiæ magnitudo præbetur. Pulmonarijs,non niſi recta ceruice ſpirantibus,lienoſis,iocinerosis, pleuriticis, regio morbo affectis, & colicis pari modo datur. Tuſsientibus autẽ ciceris magnitudo exibetur. Nephriticis,difficulter ſpirantibus,& ſanguinem excreãtibus,nucis auellanæ quantitas datur in aquæ calidę cyatis duobus diſſoluta. Vtere hoc medicamento confidenter.

Antidotus alia admodum præſtans tuſsientibus, & 179
dyſentericis. Habet gentianæ, piperis, coſti, ſingul.ʒ.j. Seminis apij,aniſi,opij,croci,ſingul.ʒ.ij. Mellis attici,aut ſacchari,& penidiorum,quod ſatis eſt.

Antidotus purgatoria è myrobalano. Eſt autem 180
bona,periculo vacans,non perturbans, aluumque ſubducens. Prodeſt etiam ijs,quibus difficilis eſt aluus,& omnibus inteſtinorum inflationibus. Recipit dacrydij.ʒ.iiij. ß.Cinamomi,nardi,ſaxifragi,eſulæ,hoc eſt,chamæpityos, polypodij,ſingul.ʒ.ij.Caryophylli,zingiberis, ſpicæ celticæ,piperis nigri,& lõgi,cardamomi,amomi,ſin.ʒ.j.ß. Myrobalani flaui.℥.ß.Turpeti.℥.j.Rheibarbari,exag.j.ß.Sacchari & ſtilatitij roſarũ liquoris, quãtũ ſufficit.Dãtur ijs q̃ dormituri ſunt exagia ij.&.ß.aut tria,pro viribus. Vacantibus febre ex vino: febricitantibus autem, ex aqua tepida.

Eſula qd Nicolao

Antidotus quæ vrine difficultati prodeſt, & lapides cõ 181
terit. Nephriticis quoque, & omni renum imbecillitati ſuccurrit. Iis denique qui ex morbo aliquo renes parum validos habent,auxiliatur, præcipuè verò ijs qui guttatim mingunt. Habet ſpiræ,zingiberis,xylobalſami,acori,cinamomi,peucedani,mei,trium piperum, ſaxifragi,ſing.ʒ. ij.ß.Opobalſami,caryophylli,coſti,rhei pontici,glycyrrhizæ,cyperi,tragacanthæ, ſinonis, chamædryos, ſeminis apij,ameos,ſeminis aſparagi,ocimi,ſeminis vrticæ, [a] & irionis,ſingul.ʒ.j.grana xv. Folij,croci, floris iunci odorati, caſię bdellij,maſtiches,iridis amomi,libyſtici,milij,ſolis,petro

troſelini, ſeſelis, cardamomi, anethi, euphorbij, [b] lapidis lyncis, nardini olei, olei myrtini, ſing. ℈. j. Moſchi, gran. iiij. & ſtillatitij roſarum liquoris, mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Datur veſperi cum vino tepido.

a [ Et irionis. ] *Græcè legitur* καὶ κυροῦ, *ſed, mea quidem ſententia, falſo. Quippe legendum eſſe cenſeo,* καὶ ἐρυσίμου, *hoc eſt, vt nos conuertimus, & irionis. Nam & Aetius lib. 11. cap. 13. inter medicamenta nephritica feminis irionis ſæpe meminit, præſertim in Abſinthato nephritico. vbi ait,* ἐρυσίμου σπέρμα. *Et hanc lectionem ſequemur, donec codex alius emendatior meliorem & veriorem nobis ſuggerat.* [ b Lapidis lyncis. ] *Codex manuſcriptus habet* λάκις λιτζη. *Satis verò perſpicuum fit hoc loco, non ſignificare lapidem neque praſium, neque armenium vocatum, ſed lyncis potius, qui calculoſis mirificè cōferre creditur. Significare autem hic lyncis lapidem, ex antidoto 187. fit manifeſtiſſimum.* Nicolai locus expenſus. Lapis lyncis.

182 Antidotus è moſcho. Auxiliatur melancholicis, & furioſis. Cor lætificat, hilaritatemq́; efficit. Recipit cinamomi, zedoariæ, caryophylli, ſpicæ, cyperi, aſari, maſtiches, ſing. ʒ. ij. Nucis moſchatæ, cardamomi, caphuræ, maceris, moſchi, ſing. ℈. ij. Roſarum. ʒ. vj. Myrobalani [a] emplitzi. ʒ. x. Mellis roſacei quantum ſufficit, aut ſacchari.

[a Emplitzi.] *Sic vocat Empeliticos Actuario nominatos. Et hinc etiam perſpicuum fit, Nicolaum barbaris & hodie vſitatis vocibus, quod ſæpe iam, neque temerè, monuimus, vti. Nam in hodiernum vſque diem officinæ Emblicos, ſicut Nicolaus* ἐμπλιτζι, *nominant id genus myrobalanos.* Empelitici.

183 Antidotus Muſæ, prodeſt quartanis data ante acceſsionem ex vino nucis auellanæ quantitate. Capit cyperi. ʒ. j. gra. xvij. Thuris, maſtiches, myrrhæ, gentianæ, hyoſcyami, ſingul. ʒ. vj. Opij, croci, ſingu. ʒ. iiij. minus granis vij. Euphorbij, ariſtolochiæ longæ, ſingul. ʒ. j. ℈. j. Mandragoræ. ʒ. j. ℈. j. Mellis attici, aut ſachari, quod ſatis eſt.

184 Antidotus Galeni ad quartanam, diapepereôn nominata. Habet liquoris cyrenaici, piperis, myrrhæ, rutæ foliorum, ſing. ʒ. j. Trita & læuigata excipe, & vtere ante acceſsionem cum oxymelite. Datur pondere obolorum duorum, aut ſex ſiliquarum. Diapipereon.

185 Antidotus [a] dioſpoliticon, quam philoſophus quidā regi Diocletiano cōfecit. Prodeſt quartanis, & omnibus dolori- Dioſpoliticon.

f bus,

bus, ac flatibus viſcera penetrãtibus, cruditatibus, & aluo adſtrictæ. Eſtq; ad multos affectus laudata admodum, & vtilis. Accipit cumini æthiopici, & communis macerati in aceto per diẽ & noctem, & probè ſubinde ſiccati, piperis albi, ſing. ʒ.j. foliorũ rutæ in vmbra ſiccatorũ, [b] Berenicarij nitri, ſing. ʒ.ß. Mellis attici deſpumati, aut ſacchari, q̃d ſatis eſt. Datur vtentibus põdere duorum cochleariorum.

Dioſpoliticon.

[a Dioſpoliticon.] *Græcus Nicolai codex legit* διοσπολίτου. *Gal. lib. 4. de Tuen. ſan. cap. 5. vocat* διοσπολιτικὸν, *& ibidẽ etiã deſcribit. Paulo autẽ* διοσπολίτης *lib. 7. appellatur. Nos Galeni nomẽclaturã, vtpote magis tritã, ſelegimus.* [b Berenicarij.] *Huius nitri Galenus etiã lib. 1. de Cõpoſ. medic. localium cap. 1. meminit, quod ſic ab oppido Troglodytarum Berenice appellatum eſſe videtur.*

Berenicarium.

Antidotus purgatoria renum.

Antidotus alia Dioſpoliticon, vtilis vt præcedens. Ha- 186
bet cumini æthiopici & cõmunis, ſingu. exag. j. Cuminum probè ſiccatum leuigato, & per cribrum tranſmitte, atque adijcito galangæ, ſpicæ nardi, amomi, croci, zingiberis, caryophylli, piperis cõmunis & albi, cinamomi veri, ſingul. exag. j. Foliorũ rutæ, nitri berenicarij, ſing. ʒ.i. Seminis fœniculi, caſiæ, ſeminis apij, cyperi, carpo balſami, ſing. exag. j.ß. Hæc læuigata & per cribrum tranſmiſſa cum melle attico, vel ſaccharo quod ſatis eſt vnito, & excipito.

Antidotus purgatoria renum, & calculoſorũ. Prodeſt 187
etiã ſtillicidio & difficultati vrinæ. Conficitur autem hoc modo. Accipe granorum ſolis, aut ſaxifragi, aut artemiſiæ decoctum, & apparato cum ſpeciebus [a] lapidis lyncis, ʒ.ij. gr. xv, Croci, cnici, ſingulorum, ʒ.j. gra. xv. Zingiberis, euphorbij, myrrhę, thuris, lapidis in veſica ſuis ſylueſtris reperti, cumini, hyoſcyami, carei Alexandrini, citrii ſeminis, ſing. ʒ.j gr. vj. Spicę, floris iunci odorati, coſti, pyrethri, caſiæ ligneæ, rhei pontici, marrubij, helenij, ſampſychi, pulegii, roſmarini, gentianæ, ſaxifragi, ſucci hederæ, cypariſsi, baccarũ lauri, piperis albi, & nigri, ſeminis rutæ, granorum iuniperi, ſingulorum ʒ.ß. gr. iiij. Balſami, ſtyracis calamitis, ſanguinis ſylueſtris ſuis, cardamomi ſeminis, aſari, acori, phu, mei, ariſtolochiæ longæ, & rotundæ, betonicæ, philipendulæ, petroſelini, ſinapi albi, ſeminis vrticæ, ſing. ℈.ij.ß. gr. ij.ß. Succi aſparagi. & ruſci, ſing. gran. xv. Mellis attici, aut ſacchari, quantum ſatis videbitur. Paratam cum ſuperiori

periori decocto reconde in vaſculo, & præbeto ʒ.iij.ex vino veſperi dormituro.

[a Lapidis lyncis.] *Manuſcriptus codex* Nicolai *habet*, γάκτις λίτζη. *Sic autẽ eum appellare lapidẽ officinis vocatũ lyncis, ex latinis Nicolai codicibus ſole meridiano clarius patet.* Nam *illic in antidoto cui titulus eſt* Nephrocatarticũ, *quæ cũ præſenti eadem eſt, vt ex collatione liquet, ſcribitur.* Recipe *lapidis lyncis.ʒ.ij.& gra.xv.* Vt *hinc etiã cõſtet, noſtras annotationes ſuprà poſitas eſſe veritati conſonas.*

188 Remediũ nephriticis admodum cõueniens. Recipit [a] Aphthaſti radicis, [b] paliuri radicis, & fructus, aſparagi radicis, oleaſtri, lauri, apij radicis, raphani ſylueſtris radicis, ſeminis ſylueſtris naſturtij, acori, lithoſpermi, [c] ſcolymi, ſingu. ʒ.j. Mellis attici quantum ſufficit, aut ſacchari.

[a Aphthaſti.] *Græcè eſt*, ἀφθάσου. *Quid verò ſit* ἄφθαςος, *ignorare me planè fateor.* [b Paliuri radicis.] *Græcus* Nicolai *codex legit* παλιρίας ῥίζης. *Quid autẽ palirea ſignificet, cogitare non poſſum. Cenſeo itaq; legendũ eſſe* παλιούρου ῥίζης, καὶ τοῦ καρποῦ. *Quippe, vt teſtis eſt* Dioſcorides, *paliuri radix vrinam ducit. Semen verò eius veſicæ calculos comminuit, vt hoc nomine nephriticis conuenire omnibus, in confeſſò ſit.* [c Scolymi.] *Manuſcriptus codex legit* σκολίμβρου, *fortè pro* σκολύμου. Nam *Scolymi decoctum, vt autor eſt* Dioſcorides, *ducit vrinam multam.* Nicolai codex emendatus. Paliuri radix Scolymus.

189 Remedium aliud ad mulieres abortientes, Mitigat etiam dolores. Capit dauci cretici. ʒ.ij. Seminis apij.℥.ij. Styracis, aniſi, ſing. exag.iij. Caſtorij, myrrhæ, ſing.℥.j. Hyoſcyami.℥.ß. Opij, croci, ſing.℥.j.ß. vini dulcis auſteri, quodſatis eſt. Vinum autẽ ante commiſtionẽ feruefacito.

190 Antidotus alia nephritica, experta, quam à Leontiano accepi, vrinam expurgans, & lapides conterens, citraq; dolorem eijciens. Habet ſeminis fœniculi, exagiũ j.ß. Seminis rutæ, exagia iij. Petroſelini, gran.xv. Aſari.ʒ.ß. Hyſſopi cretenſis.ʒ.j.gran.vij. Dauci cretici, exag.j.ß. Liquoris cyrenaici, [a] ſiliquæ quartam partem. Spicæ nardi, ſiliquam vnam, minus quarta parte. Corymborum thymi, ſiliquam j. Aniſi, exagia iiij.ß. Dictami, ſiliquam j.& dimidiæ quartam partem. Hæc tuſa & creta excipiantur melle. Datur nucis ponticæ quantitas à balneo [b] in velamentis ex decocto rutæ, aut aſari, aut aſparagi, cum vini condito.

[ a Siliquæ. ] *Græcè eſt* κοκίου. *Eſt autem* κόκιον, *vt* Nicandri *interpres teſtatur, idem quod* κεράτιον. [ b In velamentis. ] *Græcè legitur.* ἐν τῶν σαβανῶν. *Eſt verò* σάβανον Nicolao, *& alijs poſterioribus* Græcis, *pannus aut velamentum, quo à balneis circundabantur corpora.* Hic *pannus plerunque craßior fuit, vt ad ſiccandos balnei madores eſſet aptior.* Apud Heſychium *&* Phauorinum *non* σάβανον. *ſed* σάγανον *legitur, exponiturq;* σκίπασμα, *&* περιβόλαιον, *hoc eſt, operimentum, & amiculum.* Meminit *huius* Marcellus Empiricus *cap.* ς. *Senſus itaque verborum* Nicolai *is eſt.* Dandam *antidotum hanc eſſe ſtatim à balneo, quando corpora ipſa adhuc velamentis ſeu operimentis ſunt circundata, & antequàm ſiccentur.*

Alia antidotus nephritica experta: nam vno die vt per 191
vrinam excernatur lapis efficit. Recipit origani, faſciculũ exiguum vnum. Graminis, faſciculum paruum vnum. Decoque hæc in ſextario aquæ quo ad tertia pars abſumatur. Adijce ijs chamæmeli. ℥. j. & vbi decoxeris, accipe ſubinde iuſculum, & commiſce cum vino condito. Prebe quando placebit.

Antidotus alia nephritica è balſamo. Habet zingi- 192
beris. ʒ. iiij. Croci, caſię, ſpicæ nardi, piperis albi, aſari, ſing. ʒ. j. Dauci cretici, piperis communis, roſarũ aridarum, ſingu. ʒ. j. Opobalſami. ʒ. iij. Carpobalſami. ʒ. ij. Mei, acori, cinamomi, polij, hyſſopi, ſing. ʒ. j. Floris iunci odorati. ʒ. ij. Saxifragi. ʒ. iiij. Myrrhæ, petroſelini, oreoſelini boni. ſing. ʒ. j. Betonicæ, cyperi, folij indici, ſing. ʒ. ij. Dictami, baccarum lauri, ſeminis ocimi, ſing. ʒ. j. Nucis pineæ. ʒ. vj. Seminis lini, ſeminis tribuli, lapidis iudaici, ſeminis agni, radicis graminis, ſing. ʒ. ij. Seminis apij, carei, ſuccini, damaſonij, eryngij, ſing. ʒ. j. Pyrethri, cumini æthiopici, lithoſpermi, nardi celticæ, acinorum vuæ, ſing. ʒ. ij. Origani, [a] Heraclij ſeminis, [b] ſymphyti, rhei, thuris, ſingu. ʒ. j. Mellis attici, vel ſachari quod ſatis eſt.

Librarij menda ſublata. Symphytũ.

[ a Heraclij. ] *Græcè ſcribitur* ὑιλίου ὀριγάνου σπέρμα. *Puto autem ſcribendum eſſe* ἡρακλείου ὀριγάνου. [ b Symphiti. ] *Codex* Nicolai *manuſcriptus legit* γομφύτου. *Ego verò legendum eſſe cenſeo* συμφύτου. *Hoc enim ad renes expurgandos non inhabile exiſtit. Infrà quoque* Antidoto 195. συμφύτου *ſcribitur.* *Legit autem alicubi etiam* Aetius γομφύτου, *vt* Annotatione. 24. *Sectionis* 16. *dicemus.*

Antid

193 Antidotus alia è [a] ſexaginta ſpeciebus compoſita, nephritica. Calculos renũ & veſicę conterit. Si quis per ſeptimanã exagium vnum cum mulſo bibat, malum expugnabitur. Habet acori, phu, ſpicæ nardi, caſiæ, cyperi, myrrhæ, opij, rhei, & [b] ex tribus generibus caſtorij, carpobalſami, floris iunci odorati, croci, radicis ſtruthij, corticis capparis, ſeminis fœniculi, zingiberis, marrubij, ſeminis lini, mei, ſaxifragi, piperis albi, betonicæ, cinamomi, ſing. ʒ.j. Aniſi, ſeminis apij, ſeminis agni, ſingu. ʒ.ij. Dauci cretici, hyoſcyami ſeminis, ſingu. ʒ.j. Cucumeris ſeminis. ʒ.j. Celticæ nardi, opobalſami, cardamomi, ſingu. [c] ſitaria.iij. Iridis, ſeſelis, ſingul. ʒ.j. Erucæ ſeminis. ʒ. ſeminis. Nucum pinearum: polii, ſpicæ, radicis graminis, folii indici, ſingul. ʒ.j. Ligni aloes humidi, ſitaria.iij. Hyſſopi, ſeminis tribuli, tecolithi, hoc ſtc lapidis iudaici, eryngii, lithoſpermi, baccarum lauri aridarum, ſingul. ʒ.i. Mellis attici, vel ſacchari, quod ſatis eſt.

] a Sexaginta] *Gracè eſt* ἑξήκοντα, *quum tamen non ſint tot ſpecies antidotum hanc conſtituentes, ſed quinquaginta tantum, vt hoc nomine* πεντήκοντα *potius legendum eſſe arbitrer.* [ b Ex tribus generibus caſtorii.] *Grecè,* ἐκ τῶν.γ.γενεῶν καςορίου. *Vt ſit ſenſus, tria genera caſtorij eſſe ſumenda.* Nam *niſi ita intelligas, ſimplicium numerus ad quinquaginta haud perueniet* [ c Sitaria.] *Manuſcriptus codex paſſim* τάρια *pro* σιτάρια *legit. Porrò* σιτάρια *quatuor, vt autor eſt* Nicandri *interpres, faciunt* κεράτιον, *hoc eſt, ſiliquam. Interpres tamen latinus* Nicolai, *vt videre licet in* Tryphera *ſaracenica,* σιτάριον *pro grano vſurpat.*

Tria caſtoris geneta.

Librarij error.

Sitarion

194 Aliud conditum nephriticũ, admodum vtile. Recipit piperis albi, betonicæ, eryſimi, ſaxifragi, folii indici, ſpicæ, rhei pontici, petroſelini, lini ſeminis, aſari, rutę agreſtis, ſeminis cucumeris, ſingulorum. ʒ.j. Mellis & vini odorati, quod ſatis eſt.

145 Aliud valde vtile nephriticũ conditũ. Capit ſeminis dauci. ʒ.iij. Damaſonii. ʒ.ij. Iridis illyricæ: acori: ſeminis fœniculi, ſymphyti: ſin. ʒ.ij. Nardi celticę: piperis: vuę paſſæ: albæ: ſeſelis: phu: hyperici: gyſſopi: ſeminis erucæ: ſing. ʒ.iij: Mellis attici: aut ſachari quantum ſufficit.

196 Aliud remediũ nephriticũ ad exulceratã veſicam. Accipit ſeminis cucumeris, pinearũ, amygdalarũ amararũ: carnis palmularum: ſing. ʒ.j. Tragacanthæ: ſitarium.j. Croci.

ʒ.j. Myrrhæ, hyoſcyami ſeminis, radicis eryngij, [a] cicutæ ſeminis, maluæ agreſtis, amyli, caſiæ, ſpicæ nardi, cinamomi, ſingul. ʒ.j. Nucis ponticæ. ʒ.j.ß. Mellis attici, vel ſacchari, quod ſatis eſt.

Cicutæ ſemen. [a Cicutæ ſeminis.] *Seminis cicutæ etiam mentio fit inter nephriticas Andromachi compoſitiones, quas Galen. lib. x. de Compoſitione medicament. localium cap. I. recenſet. Ibidem enim ita ſcribitur: Seminis cucumeris, drac. xij. Seminis hyoſchyami, drach. vj. Seminis cicutæ, opij, ſing. drac. iiij. Et inter Aſclepiadis compoſitiones, etiam cicutæ ſeminis mentio fit. Vſus eſt autem Nicolaus, & ante eum iam citati medici, cicuta ad doloris haud dubiè mitigationem, & ſumma idipſum poſtulante neceßitate.*

Antidotus nephritica, & quæ veſicæ meatus obſtru- 197 ctione liberat. Prodeſt quoque ſtomachicis, & iocineroſis. Mulieribus menſes mouet. Confert tuſsi, & non niſi recta ceruice ſpirantibus. Inflationibus admodum eſt accommodatum. Habet piperis. ℥.j. Helenij. ℥.ij. Seminis fœniculi. ℥.j.ß. Rhei. ℥.j. Dauci, zingiberis, ſing. ℥.iiij. Mellis attici, aut ſacchari quantum ſatis eſſe videbitur.

Cõſtantinus rex. Alia antidotus nephritica, experta, qua vſus eſt Con 198 ſtantinus rex, admodum laudata & vtilis. Accipit helenij, exag. j.ß. Piperis. ʒ.j. Petroſelini, ſeminis fœniculi, ſingul. exagium j.ß. Tuſa & creta diligenter, dantur vtentibus in potu cochlearij vnius pondere cum condito.

Alia. Accipe vulpem viuã, & macta, confeſtimq; præ- 199 beto ſanguinem laboranti bibendum feruidum, & colem eius ac pudendum ſanguine illo inunge.

Micleta. Antidotus, ab Italis cognominata [a] Micleta, vtilis dy- 200 ſentericis, læuitate inteſtinorum laborantibus, inflationibus inteſtinorum, & omnibus affectibus cœliacis. Recipit myrobalani flaui, cepuli, belirici, emblitzi, & magni, vſtorum, ſingul. ʒ.ij.ß. Cardamomi ſeminis. ʒ.j.ß. Cumini, aniſi, fœniculi, ameos, carnabadij, ſingul. ʒ.j.ß. Spodij, balauſtiorum, ſumach, gummi arabici, ſingul. ʒ.j. gra. xv. Conficitur autem hoc modo. Semina macerentur die ac nocte in aceto, & poſtea aſſata, & exquiſitè læuigata cum oleo roſaceo terantur multoties, donec rurſus ſiccentur & oleum ebibant. Contritio autem ipſa cum manibus fiat. Poſtea ipſa commiſceantur, & adijciatur zulapium

pium myrtinum. Irrigata & diligenter ſubacta decoquantur exiguo ac tenui igne, poſtea ab igne amoueantur, & tepida in vaſe recondantur. Datur. ʒ.iij. aut exagia tria cum decocto plantaginis maioris, aut minoris polygoni, rhois culinarij, & radicis ſymphyti, cũ baccis myrti, veſperi dormituro, aut media nocte.

201 [a Micleta.] *Codex Nicolai legit corruptè μιγγίλτα, pro μικλίτα.* Librarij erratũ.

Antidotus alia, vt prædictæ vtilis, cognominata Sardacij. Eſt mirabilis ad imbecillitatem ſtomachi. Craſſos ſtomachi inteſtinorumq́ue flatus expellit. Fluxum ſanguinis cœliaci ſiſtit, vndecunque feratur, ſiue ex craſsioribus, ſiue tenuibus inteſtinis. Pariter ad [a] eminẽtias excreſcẽtiasúe, lienoſos, ac diabeten. Capit quinque myrobalanorum vſtorũ, ſingulorum exagia.ij. Roſarum, maſtiches, caryophylli, maceris, cinamomi, bdellij, ſpicæ indicæ, cardamomi, carei, rhei, rhois ſyriaci, ſidiorum, balauſtiorũ, zingiberis, myrti baccarum, lapidis hæmatitis, gummi arabici, ſucci acaciæ, ſucci hypociſtidis, ſeminis plãtaginis minoris, floris roſmarini, ſeminis cotoneorum, boli armenij, ſymphyti, ſingu.℥.ß. Styracis calamitis, aniſi, maſtiches, ſing.℥.j. Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſt.

a Eminentias.] *Græcè eſt ἐξοχάδας καὶ ὑποχάδας. Sunt autẽ ἐξοχάδες eminentiæ & excreſcentiæ, præſertim ani, vt videre licet apud Paulum lib. 3. cap. 59. vbi ἐξοχάδων voce pro ani excreſcentijs vtitur Nicolaus autem eminentias maximè intelligit hæmorrhoidum, vt ex vnguento. lvj. ſatis conſtat.*

202 Antidotus alia ad eadem præclara. Accipit myrobalani trini, & magni, carnium aſſatarum, ſingul.ʒ.iiij. Myroalani parui.ʒ.iij.ß. Portulace ſeminis, violarũ: ſin.ʒ.iij.ß. ra.iij.ß. Maſtiches.ʒ.j.℈.j. [a] tamarindi.ʒ.j.ß. Nymphee: ermodactili rubei rhei barbari: ſin.ʒ.ß. ſitaria. vj.ß. Caæ fiſtulæ repurgatæ.℥.ij. Fac decoctũ cum violis: poſtea rigato cum ſacchari.℥. ix. ſubactamq́ue caſiam cum tadroſato iterum colato: atque vbi ad mellis conſiſtenam decoxeris: ab igne remoueto: ſpecieſque prædictas bene tritas & cretas iniice. Datur pondere.ʒ.iij. aut munciæ.

a Tamarindi.] *Græcè ſcribitur ταμαρίντου. Vt iterum hinc paim fiat, Nicolaum barbaris & vſitatis hodie officinis Seplaſiario-* Tamarindi.

*rum vocibus vti. Supra enim, more aliorum Græcorum* , ὀξυφοίνικον *vocauit.*

Alia antidotus admodum vtilis aſthmaticis, deſtilla- 203
tione correptis, dolentibus renes, imbecillati & frigiditati
ſtomachi, & iis qui non rectè concoquunt. Habet helenij.
℥.j.ʒ.iij. fœniculi. ℥.j. Piperis. ʒ.vj. Cumini. ʒ.iiij. Berbe-
ris. ʒ.j. Cubebarum. ʒ.ſ. Maceris, ſiliquas. iiij. Mellis attici.
vel ſacchari quantum ſufficit. Mitigat & ſanat dolores cere
bri, cordis & ſtomachi.

Rosata nouella.

Antidotus [a] roſata nouella efficax ad calorem ſtoma- 204
chi, & ad iocineris pulmoniſque ſiccitatem, Sitim reſtin-
guit, vomitum compeſcit, ſtomachi & cordis imbecillitat
ſuccurrit. Sudores diſcutientes diſſoluentesq́ue ſtringit. Ca
diacis, pulmonarijs, & iis qui ex diutino morbo extenuati
ſunt, & in virium defectum incidunt, admodum auxilia-
tur. Recipit roſarũ viridium, glycyrrhizę, ſing. ℥.j. ℈.ij.ſ
Cinamomi. ʒ.ij. ℈.ij. Caryophylli, ſpicæ, galangę, zingib
ris, nucis moſchatæ, zedoariæ, ſtyracis, cardamomi, ſemini
apii, ſin. ℈.j. gra. viij. Mellis attici, aut ſacchari qđ ſatis eſt
[ a Roſata nouella. ] *Nicolaus corruptè admodum ſcripſi*
ῥοζάτ νοόβιλλα.

Requies magna.

Antidotus ad febres continuas, & ardentes, omnem- 205
que febrilem affectum, ad febres denique magnas, Roma
na lingua appellatas [a] acutas. Cognominatur autẽ ab iiſd
huiuſmodi antidotus [b] Requies. Eſt autem vtilis tempori
bus, & pulſibus manuum inuncta, cordiſque dolorem mi
gat. Habet roſarum, violarum, opij, hyoſcyami, pauceris ſe
minis, mandragoræ, intybi, lactucæ, & portulacæ, pſylij
nucis moſchatæ, cinamomi, zingiberis, ſing. ʒ.j.ſ. Santa
albi, & rubei, ſpodii, tragacanthę, ſing. ℈.ij. gra. v. Saccha
candi. ʒ.j. Sacchari & ſtillatii roſarum liquoris quantum ſ
tis videbitur. Datur vbi volueris ex droſato violaceo, &
aqua hordei.

Requies

[ a Acutas.] *Codex* Nicolai *legit* ἀκόυτια, *pro* ἀκούτας. *Nam la*
*tinam vocem, vt ſæpe alias, literis græcis exarauit.* [ b Requies.
*Græcis literis hãc vocem ſcribens* Nicolaus, *dixit* ῥίκιες. *Vt hinc eu*
*dentiſsimum ſit, promiſcuè iam latinis, iam Græcis, nunc verò barb*
*ris vocibus, prout fuere autores è quibus ſuas compoſitiones deſcripſi*
*Nicolaum vſum fuiſſe.*

206 Antidotus Sotera, hoc eſt conſeruans, magna. Prodeſt capitis grauitati auriũ dentiumque dolori, lippitudini, tuſſientibus, peripneumonicis, ſtomachicis, & inflatione laborantibus. Habet ſtyracis calamitis. ʒ.iij.ß. Seminis apij. ʒ. iij.℈.j. Coſti, myrrhæ, opij. petroſelini macedonici, ſing. ʒ. iij. Seſelis. ʒ.ij.℈.ij. Piperis longi. ʒ.ij. ſcrup.j.ß. Cinamomi, ſpicæ, ſing. ʒ.ij.℈.j. Floris iunci odorati ſyriaci, aniſi, ſin. ʒ.ij. caſtorij, ʒ.j.ß. Rhei põtici, ʒ.j.℈.j. Croci, aſari, ſin. ʒ.j. Piperis albi. ℈.ij.ß. [a] paſtilli diocri. ʒ.ß. Amomi, piperis longi, ſing. ℈.j. Mei, iridis, ſing. ʒ.j. Caſiæ ligneæ. ℈.ij. Mellis attici, aut ſacchari quantum ſufficere videtur. — Sotera magna.

[ a Diocri.] *Eius deſcriptio infrà inter paſtillos reperitur.* — Diocri.

270 Antidotus ad ſtomachicos, omnemq; calorẽ, febres acutas, & ardentes vtilis. Capit ſantali rubei & albi, ſing. ʒ.j. ß. Spodij, berberis, portulacę, intybi, ſeminis peponis, ſucci glycyrrhizæ, roſarum, violarum, nenupharis, ſing. ʒ.j. Roſarum ſtillatitij liquoris, & ſacchari, ſin. ℔.j. Decoque ſaccharum cum ſtillatitio roſarum liquore ad mellis craſsitudinem, dein prędictas ſpecies tenuiter tritas iniice.

280 Antidotus conferens ſtomachicis. Iuuat cõcoctionẽ ventriculi, inflationemque diſſoluit. Datur ante & poſt cibum. Habet cinamomi, zingiberis, ſing. ʒ.ij. Caryophylli, galangæ, ſing. ʒ.j. Nucis moſchatæ, ſpicæ, ligni aloes, cardamomi, maceris, ſing. ʒ.j. Quòd ſi hanc ipſam vt ventrem ſubducat efficere volueris, adiice dacrydij. ℥.j. & turpeti boni. ℥.j.ß. Dein adde ſacchãri lib.j. aut quod ſatis eſſe videbitur, & ſtillaticij liquoris quantum opus erit. Confecta datur manè ieiunis pondere exagiorum duorũ & ſemis, aut exagiorum trium pro viribus.

290 Antidotus tryphera Saracenica, efficax potiſsimum ad melancholicos, omneque capitis, ſtomachi, & hypochondriorum, quod ex melãcholia, aut flaua bile exuſta oritur, malum. Accipit myrobalani citrini, caſiæ fiſtulæ, oxyphœnici, ſing. ℥.j.ß. Cepuli, mannæ, ſingu. ʒ.vj.℈.ij. ſitaria.v. [a] Rhei indici, violarum, ſing. ℥.ß. Aniſi, fœniculi, ſingul. ʒ.ij. ſitaria.xv. Spicæ, maceris ſingul. ʒ.j. ſitaria. vij.ß. Myrobalani belirici, emblitzi, ſingul. ʒ.ß. ſitaria.iiij. Poſthac decoque viridium violarum. ℥.iij. cum aquæ libris duabus, dein feruefacito oxyphœnicum ac caſiã, probeque ſubacta — Tryphera ſaracenica.

colato, & iniice ſacchari lb.j.ß.&.℥.ij, decoque vſque ad mellis craſsitudinem, ac ſubinde ſuprà ſcriptas ſpecies benè tritas iniice, & confectam antidotum dato.

[ a Rhei indici,] *Græcè eſt ῥιου ἰνδικοῦ. Vulgares latini codices, ex quorum præſcripto Seplaſiarÿ ſua conficiunt medicamenta, legunt Indi. Sed neminem hactenus quid per Indi intelligendum fuerit, puto cognouiſſe.* Rheũ Indi quod. *Rheum autem Indicum eſt id cuius hodie ſub Rhei barbari nomine in officinis vſus eſt, vt lib. 1. de Compoſ. medi. cap. 83. abundè monſtrauimus.*

Tryphera magna.

Antidotus Tryphera [a] magna, cõferẽs ad muliebria 210 mala à frigiditate nata. Datur cũ aqua cui incocta ſunt aniſum & fœniculum. Vel cum vino tepido. Ad ſtomachi autem vitia ex decocto artemiſiæ, & vino præbetur ieiunis. Verùm ad muliebria mala, accipe ex hac antidoto, & adijce illi artemiſiam bene tritam cum oleo [b] moſchato, & impone vt linimentum. His autem quæ haud concipiunt, potandam præbe cum vino in quo decocta ſit mandragora, in balnei inſcenſu, confeſtimque concipiet. His qui noctu dormire non poſſunt, irrigato cum lacte muliebri, & finge pilulas, quas dormituris præbeto. Recipit opij.ʒ.ij. Cinamomi, cariophylli, galangæ, ſpicæ, zedoariæ, zingiberis, coſti, ſtyracis calamitis, calami odorati, cyperi, iridis, peucedani, acori, mãdragoræ, nardi celticæ, roſarum, piperis, aniſi, apij, petroſelini ſeminis, & fœniculi, ſinonis, dauci, hyſſopi, ocimi, ſin.ʒ.j. Hyoſcyami.ʒ.j. Mellis attici aut ſacchari quod ſatis eſt.

[ a Magna,] *Nicolaus habet μάννα pro μάγνα. Latinam namque dictionem corruptè, vt ſolet, exarauit.* [ b Moſchato.] *Græcè eſt μετὰ μουσιλαίου. Eſt autem μουσέλαιον, id oleum, quod barbaram ſectantes medicinam corrupta voce Muſcellinum vocant, quum Moſchatum, à moſcho, qui eius compoſitionem ingreditur, potius dicendum erat. Recipit autem oleum moſchatum, Olei communis libras vi. Lilÿ, folÿ, ſpicæ, coſti, maſtiches, ſingul. vnciã. j. & ſemis. Styracis calamitis, croci, myrrhæ, caſiæ ligneæ, xylobalſami, ſingul. drag. vi. Caryophyllorum, carpobalſami, bdellÿ, ſingul. vnc. ſemis. Nucis Indicæ, drag. ÿ. Moſchi, drag. j. Vini odori, vnc. vj. Coquito tritaſ... uiter omnia in vaſe duplici, ad vini conſumptionem. Oleum id roborat, calefacit, diſcutit.*

Oleum moſchatum.

Alia Antidotus Tryphera, quã Iſaac cõpoſuit. Prodeſt 211 ad

ad imbecillitatem ſtomachi & iecoris, vireſq; reparat. Concoctionem efficit, corpus calefacit, bonum corporis colorẽ reddit, flatus eminẽtiarum diſſoluit, & ad venerea excitat. Capit olei amygdalini. ℥. iiij. Amygdalarum repurgatarũ, turpeti, ſeſami, ſin. ℥. iiij. Cinamomi, caryophylli, myrobalani citrini, cepuli, emplitzi, behen albi, galangæ, folij, maſtiches, cyperi, aniſi, piperis nigri, cardamomi, ſin. ℥. ß. Rhei barbari, menthæ, ocimi, ſin. gra. xv. Mellis, aut ſacchari quã tũ ſufficit. Datur quãtitate nucis ponticæ ex aqua tepida.

212 Antidotus tryophyllos, conferens ad quartanas & quotidianas, data cum vino veſperi. Habet piperis albi. ℥. ß. Piperis nigri, zingiberis, pyrethri, ſing. ℥. ij. Cumini vſti. ℥. ß. Piperis longi, petroſelini, ammeos, ſeminis dauci, aniſi, helenij, ſpicæ, ciperi, ſeminis apij, ſeſelis, coſti, ſing. ℥. ß. Caryophylli. ℥. j. ſitaria. vij. ß. Carnis palmularum. xij. folia rutæ viridis. ℥. j. Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſt. Triophyllos.

213 Antidotus è tribus ſantalis, vtilis ad calorem ſtomachi, iocineroſos, hydropicos, & lienoſos. Recipit trium ſantalorũ, roſarum, ſing. exag. ij. Rhei barbari, ſpodij, glycyrrhizæ, ſeminis portulacę, ſing. exag. j. ß. Amyli, gummi arabici tragacanthæ, ſeminis peponis, cucumeris, cucurbitæ, & citruli, intybi, ſingul. exag. j. Caphuræ. ℈. j. Violarum ℥. ß. Roſarum, quantum omnium aliarum ſpecierum. Droſati roſacei, aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur meridie ex aqua. Dia triõ ſantalon vſitata.

214 Antidotus Theodoretos, hoc eſt, diuinum munus, conferens ad capitis dolorem, vitia thoracis, iocineroſos, lienoſos, longis morbis affectos, melancholicos, hydropicos, pulmonarios, nephriticos, podagricos, & habẽtes linguã alligatã. Habet epithymi. ℥. iij. Spicę nardi, caryophylli, floris iunci odarati, rhei pontici, agarici, balſami, myrobalani, ſin. ℥. j. ß. Aloes flauę. ℥. ß. Croci, caſiæ, ſin. ℥. ij. ß. Mei. ℥. j. Mellis attici, aut ſacchari quantum ſufficit. Datur cochlearium vnum. Mouet etiam aluum. Theodoretos.

215 Alia antidotus Theodoretos, ad prædicta mala vtilis, potiſsimũ verò ad hemicranicos capitis dolores, ad euaporationes à ſtomacho in caput ſublatas, ad linguam reſolutam & impeditam. Accipit aloes hepaticæ. ℥. iij. ſitaria. iij. Cinamomi, cardamomi, acori, ſingul. ℥. iij. Croci, Theodoretos alia

caſi

caſiæ ligneæ, rhei pōtici, ſing. ʒ.ij. ſitaria. xv. Agarici. ʒ.ij.
ß. Spicæ nardi, coſti, maſtiches, aſari, ſymphyti, ſcillæ, am-
moniaci, bdellij, hellebori nigri, hyperici, epithymi, polypo
dij, decocti braſsicæ, piperis albi, & longi, ſing. ʒ. j. ß. Floris
iunci odorati, zingiberis, myrobalani, colocynthidis, myr-
rhæ, ſagapeni, opopanacis, caſtorij, abſinthij, ariſtolochiæ
longæ, petroſelini, gentianæ, amomi, ſingu. ℈. ij. Dacrydij,
piperis nigri, ſing. ℈. j. Mellis, aut ſacchari quantum ſatis vi
debitur.

Antidotus alia Theodoretos, vt præcedēs, iecori conue 216
niens, & eius obſtructiones auferens. Capit ſpicę nardi, fo-
lij, caſiæ fiſtulæ, croci caryophylli, floris iunci odorati, ſin.
ʒ. vj. Anacardij. ʒ. xij. rhei pontici. ʒ. ij. Epythymi, ſaxi-
fragi, piperis, ſing. ʒ. xij. Aloes. ʒ. xxiiij. Myrobalani, opij,
balſami, ſing. ʒ. vj. Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſt.

Antidotus alia Theodoretos valde vtilis. Habet [a] ana 217
cardij. ʒ. xviij. Caſiæ. ʒ. ix. ſpicæ nardi, caryophylli, mei,
agarici, floris iunci odorati, rhei pōtici, ſing. ʒ. ix. Epithymi
croci, piperis, ſin. ʒ. xviij. Aloes. xxxvj. Saxifragi, maſtiches,
iridis illyricæ, ſin. ʒ. xviij. Myrobalani, caſtaneæ. ʒ. ix. Mel-
lis, aut ſachari quod ſatis eſt.

**Anacardium.** [ a Anacardij.] *Græcus codex habet ἄγνου καρδίας, hoc eſt, ani cor
dis, pro ἀνακαρδίας.*

Antidotus Theodoretos anacardios. Prodeſt omni [a] ma 218
gno morbo, item commitialibus, dæmonio vexatis, caput
dolentib. thoracis malis, pleuriticis, difficulter ſpirantibus
perineumonicis, & quib. in ventriculo cibus aceſcit, & qui-
bus [b] malignus circa ſtomachū & ventrem affectus eſt. His
denique qui à longo morbo vix reficiūtur, & malo corpo-
ris colore ſunt præditi mirificè cōfert. Pręterea quibus cor
pus in arquati colorem mutatur, & quibus aqua inter cutē
[c] à pulmone effunditur, tabidis, nephriticis, & eis qui aſsi-
duè coli malo affligūtur, Eorum etiā qui toto corpore gra
uantur habitū [d] corroborat Quin & inordinatè veteraſcēti
bus [e] morbis prodeſt, febricitātibus, [f] & ſtatim redeuntibus.
Auxiliatur autē, ſi per intermiſsionē data fuerit. Podagricis
quoq; ante afflictiōes data ſuccurrit. Egregiè aūt ad mulie
bria vitia conducit, in quorū numero, vrinę ſtillicidiū, aut
purgatio cū ſtrāgulatu accidēs, aut pręfocationes vterinæ
nomi

nominatæ ſunt. His deniq́,quib.abortus fiunt,propter habitũ corporis. [g] Aluũ etiam ſoluit. Vteri recurſum, inflamatiões, & [h] eiuſdem furorẽ ſanat. Et vt ſimpliciter dicã. [i] eſt diuinum donũ. Quiſquis enim ea vſus fuerit, ſucceſſũ proſperum ſentiet. Si verò quis verè & autũno ſemel aut bis ea vtatur, [k] neque circa victus rationẽ magnopere delinquat, nullis morbis obnoxius fiet, data ponticæ nucis quantitate, omnia diſsoluet. Manè verò hanc ſumere oportet. Habet ſpicæ nardi, folij, caryophylli, croci, caſiæ, epithymi, floris iunci odorati, myrobalanorum, ſing. ʒ. iij. Aloes flauæ, ʒ. xij. Caſtanee, zĩgiberis, maſtiches, ſing. ʒ. j. Iridis illyricę. ʒ. vj. Anacardij, agarici, ſing. ʒ. j. Aſari. ʒ. vj. Seminis apij, ʒ. j. Coſti. ʒ. j. ß. Piperis. ʒ. iij. fœniculi, & ſucci eius, ſing. ʒ. viij. fœniculum tunde in mortario, & macerato in aceto diebus tribus, ac benè decoquito, & colato diligenter. Adijce mellis attici quantum ſuffecerit, aut ſacchari rurſusq́ue ad mellis craſsitudinem decoquito. Species ſimul tundantur & leuigentur benè. Quòd ſi copia ſit fœniculi, exprime ſuccum, & meliorem facies antidotum.

[a Magno.] *Græcè eſt, πρὸς πᾶσαν ἱερὰν νόσον. Nemo autem eſt qui neſciat Græcos appellare ἱερὸν quicquid ingens ac præclarum haberi volebant. Sic ἱερὰν θάλασσαν, magnum mare, ἱερὸν ἥλιον ἱερὸν, ἰχθὺν, &c. dixerunt. In Aetio à Cornario conuerſo. lib. nimirũ. 13. cap. 112. vbi eadem antidotus repetitur, legitur, ad totum hominem vtilis. Quæ ſi lectio vera eſſet, quod ſcire non poſſum, deſtituor enim ea parte græci codicis Aetij, ſcribendum foret πρὸς πάντα ἄνθρωπον. Sed nihil dubito, quin ſcriptum fuerit, vt eſt in Nicolao, πρὸς πᾶσαν νόσον, legiſſeq́; Cornarium ἄνον pro νόσον. Nam eiuſmodi errata multa in conuertendo Aetio admiſit.* [b Malignus.] *Græcè legitur, καὶ οἷς ἡ πονηρὰ περὶ τὴν κοιλίαν, ἢ τὸν ϛόμαχον, non abſoluta ſententia, Adijciendum enim erit διάθεσις vt ſit ſenſus: Et quibus malignus aliquis circa ventrem & ſtomachum affectus eſt. Sic enim Aetius quoque legit, niſi quod perperam interpres Cornarius hunc locum reddiderit, χρονικὰ pro πονηρὰ legens, hoc eſt diuturnus pro malignus.* [c A pulmone.] *in Aetio hæc verba deſiderantur, & ſimpliciter legitur, quibus aqua ſubter cutem effundi incipit.* [d Corroborat.] *Græcè eſt, ἀνδρώνυσι, id eſt virilem reddit. Puto autẽ legendũ eſſe ῥώννυσι, vt Aetius habet.* [e Morbis.] *Græcè eſt, τοῖς χρονίζουσι νοσήμασι, Aetius aũt legit πυρετοῖσι, id eſt, febri*

Cornarius.

Locus Nicolai reſtitutus.

Cornarius.

febribus. [ f Et ſtatim redeũtibus.] Græcè ſcribitur ἐφιδρούσοις
εὐθέως. Aetij interpres conuertit, per circuitũ redeuntibus, vt haud du
biè lectio Nicolai ſit deprauata. Quam quiuis ex Aetio græco, quo
hac in patre, vt anteà etiam eſt cõmemoratum, deſtituimur, facilè re-
ſtituet. Legendum autem eſſe conijcio in hunc modum, καὶ τοῖς ἀτάκ
τως ἐγχρονήσουσι πυρετοῖς καὶ περιοδικοῖς. Hoc eſt, Febribus ci-
tra ordinem veteraſcentibus, & per circuitum redeuntibus. [ g Aluũ
ſoluit.] Græcè eſt τὺν κοιλίαν ſimpliciter. Sed adijciendũ, ſoluit: ita
enim interpres Aetij latinus conuertit. Eſt aũt nuſquã ferè deprauatior
tior Nicolai codex quàm hoc in loco, cui tamen facilè mederi potuiſſe-
mus, ſi græcus Aetius ad manum fuiſſet. Temerè itaq; aliquid in Ni-
colai contextu mutare, conſiliũ non fuit. [ h Eiuſdem furorẽ.]
Græcè eſt μητρομανίας Sic fortè vocat vteri inordinatum motum.

Nicolai codex emẽdatus

[ i Eſt diuinum donũ.] Locus hic in manuſcripto codice prorſus
deprauatus eſt, ita enim in eo ſcribitur, ὡς ὑδ ὧς ἔσα ἰαρ, falſo qui-
dem pro θεῖον δῶρον. ὅστις γὰρ ἢ χρώμενος. Sic enim eſſe legendum,
ex Aetij interprete latino quiuis promptè colligit. [ k Neque cir-
ca victus rationem.] Hæc omnia in manuſcripto Nicolai codice de
ſiderantur. Adiecta autem à nobis ſunt ex Aetij ſententia.

Antidotus alia anacardios. Cõfert commitiali morbo 119
correptis, apoplecticis, paraplecticis, quibus ſcilicet ex me-
lancholico humore & pituita malũ fit. Mirificè etiam vitijs
muliebribus prodeſt. Accipit aloes flauæ. ℥. j. ß. Iridis, caſiæ
ligneę, ſing. ʒ. vij. Zingiberis, anacardij, carpobalſami, ſin.
ʒ. iiij. ß. Folij, ſpicæ, myrobalani, mei, epithymi, ſing. ʒ. iij.
℈. j. Caryophylli, floris iũci odorati, rhei pontici, maſtiches
ſing. ʒ. j. ſitaria. iij. ß. Corticis radicis fœniculi lotæ, li. j. Im
pone duabus aceti boni libris, & dimitte illic diebus ſeptẽ:
dein decoquito & colato, adijcitoq; mellis attici puri lb. ij.
aut ſacchari quod ſatis eſt, & decoque ad mellis cõſiſtentiã:
ac inijce ſpecies probè tritas, & ſubactas reconde, in vaſe: &
vſu exigente præbeto.

Antidotus Pauli nominata, cõferẽs raucitati, voci amiſ- 120
ſę, difficultati ſpirãdi, nõ niſi recta ceruice ſpirãtibus, ægrè
à thorace ſordes extuſsiẽtibus, dyſetericis, ſtomachicis, coli
cis pulmonarijs, & cœliacis. Habet ocimi, amomi, folij idici
ſin. ℈. v. Floris, iũci odorati, ſucci hypociſtidis, caſiæ, roſa-
rũ aridarũ. ſing. exa. j ß. Pyrethri, thuris ſin. exa. iij. Croci,
euforbij, fœniculi ſeminis, rhois ſyriaci, ſeminis aniſi, aſari,

car

cardamomi, ſing. ℥. ß. Cinamomi, petroſelini, dauci, bdellij. ſulphuris viui, hyoſcyami ſeminis, rutæ, ſin. ℥. j. Papaueris. ℥. iiij. Spicæ nardi, iridis, opij, piperis, balſami, ſin. exa. j. ß. Mellis attici, aut ſacchari quantũ ſatis erit. Datur vtentibus iam dormituris. ℥. j. aut manè ieiunis.

221 Antidotus tryphera dicta è ferro, prodeſt frigiditati & humiditati ventriculi, atq; inflationi. Purgat frigidos humores & putridos in ſtomacho & vniuerſo corpore repertos. Vtilis etiam ad eminentias, vt pote quas diſsipat. Recipit cepuli. ℥. iij. Belirici, emblitzi, glycyrrhizę, zingiberis, ligni aloes, nucis moſchatæ, galiæ moſchotæ, roſarũ, ſpicę iũci odorati, maſtiches, ſing. ʒ. x. Moſchi. ʒ. j. Raſuræ [a] ſtomomatis ferri puri lotæ in aqua fluenti octies ℔. j. Olei amygdalarum, ℥. iij. Mellis, vel ſacchari quod ſufficit.

[a Stomomatis.] *Eſt autem ſtomema, ferrum quod in vſum aliquem formatũ eſt, hoc eſt, in alicuius inſtrumenti formam redactũ, ac calybe roboratum. A verbo græco* ςομόω, *quod roboro, ac quaſi os & aciem gladij firmo ſignificat.* Stomoma.

222 Antidotus è galanga, conferens vt præſcripta. Habet ligni aloes, galangæ, ſin. ʒ. vj. Caryophylli, maceris, lybiſtici. ſin. ʒ. ij. Zingiberis, piperis albi & longi, cinamomi, ſing. ʒ. ij. ß. Calaminthæ, ſucci mentæ, ſing. ʒ. j. Spicæ, ſeminis apij, fœniculi, aniſi, carnabadij, calami odorati, ſing. ʒ. j. ß. Sacchari, quod ſatis eſt. Diagalanga.

223 Antidotus è moſcho, quæ prodeſt ad omnẽ mali habitus affectum, iocineroſis, ſtomachicis & lienoſis. Corroborat etiam habitum ad nutrimentũ extremarũ partiũ, atq; recreat corpus. Datur cum vino nucis auellanæ quantitate. Accipit ſampſychi, lybiſtici, corymborũ thimi, xylobalſami, Maſtiches, myrobalani, ſin. ʒ. j. Floris iũci odorati. ʒ. ß. Sagapeni, caſiæ, caryophylli, piperis longi, ſin. ʒ. ß. Aſari, zingiberis, cinamomi boni, ſingul. ʒ. j. Rhei, pulegij, ſeminis apij, petroſelini, dauci cretici, ſing. ʒ. ß. Margaritarum. ʒ. j. Berberis. ʒ. ß. Oſſa cordis ceruini. iiij. Moſchi, exag. j. aut. ʒ. j. ſitarium. j. Serici cremati. ʒ. j. ß. Sacchari, & ſtillaticij roſarum liquoris quantum ſatis eſt. Diamoſchi.

224 Antidotus è pſyllio, coducit febribus acutis, ardẽtibus, & nominatis lipyrijs. Calori deniq; iecoris, & ĩmodicę ſiti. Caput bugloſsi, [a] boraginis, ſeminis apij, & intybi ſuccorũ, ſing. E pſyllio

ſing.℔.ij. Vbi [b] coquendo deſpumati & probè repurgati fuerint, adijciantur cuſcutæ, & ſenæ, ſing.℥.ß. [c] Capilli veneris, faſciculum vnum. Fumariæ.℥.iij. Aſari.ʒ.iiij. Spicæ.ʒ.ij. Iniecta hæc & commixta cum ſuccis ferueant quoad dimidium eorum abſumatur. Dein ab igne remoueantur, dimittanturq; donec refrigerentur: poſteà fricētur, & manibus probè ſubigātur, donec omnia ſimul in ſuccū redigantur. Quo facto, adijce violarum.℥.iij. Epithymi.℥.ij. [d] rurſusq; parū decoque. Poſtea amoueto ab igne & inijce pſyllij.℥.iij. & iterum decoque, parumq; agitato, & ſubigito, colatoq;. Accipe decocti colo transfuſi ℔.iiij. Sacchari lib. iii. & quoque ad mellis conſiſtentiam. Si vis efficere vt ſubducat aluum, dacrydij.℥.iij. bene tritas inijce & ſubigito, parūq; decoquito. Poſtea adijce paſtillorum diarhodôn, è ſpodio, è rheobarbaro, ſingulorum.℥.j. Paſtillorum è berberis.℥.ß. Tritos, & ſimul in lebete cum prędictis ſubactos, in vaſculo, repone.

[ a Boraginis.] *Nicolaus hanc dictionem corruptè protulit, πορράκις enim habet. Intelligendam verò eſſe* Borraginem *hodie vocatā, ex* Meſue *ſatis liquet, qui hanc antidotum deſcripſit ante* Nicolaū. *Fuit enim poſterior* Meſue Nicolaus, *adeoq; multas ex eo compoſitiones ad verbum tranſcripſit.* [ b Coquendo.] *Ante hæc verba, abundant quæ in manuſcripto codice habentur, hæc ſcilicet:* κουσκουτι, σίνι, ανὰ δυγ, ς. καπιλλαβένερις τοὺς ζωμοὺς, *ideoq; in noſtra conuerſione omiſſa ſunt. Et redundare, latini* Meſues *codices clare oſtendunt. Repetūtur etiam ſtatim in* Nicolai *manuſcripto exemplari.* [ c Capilli veneris.] *Nicolaus habet* καπιλλαβένερις, *latinas voces græcis vt ſolet, literis exarans.* [ d Rurſusq; parum.] *Ante hæc verba in manuſcripto codice legitur,* καλοῦ εὐκαρπου. *At vidētur hæc abundare, quòd ſcilicet poſt ponderis expreſſionem adiecta ſint, & in* Meſue *non habeātur. Quod ſi tamen ad* Epythimum *ſint referenda hæc verba, non aliud certè ijs ſignificare voluit* Nicolaus, *quàm quòd* Epithymū *debeat eſſe bonum, & ſemine plenum.*

Nicolaus Meſue poſterior.

Antidotus [a] Panchreſtos, hoc eſt, per omnia vtilis, efficax ad omnem imbecillitatem, & vniuerſa mala, præcipuè verò ijs qui vigilia citra ſoporem opprimuntur, confert. Defluxionem capitis ſiſtit. Cardiacis, nephriticis, cœliacis, mulieribus moleſtatis & vigilātibus auxiliatur. Stomacho defluxione laboranti, pulmoni, & thoraci, ſanguinem cum pitui

Pāchreſtos.

pituita excreantibus ſuc[c]urrit, ita vt ſanguinem ſiſtat, & tuſsim ſedet. Prodeſt item tabidis, ægrè è thorace excrementa excreantibus, [b] hecticis, corde perculſis, iocineroſis, dyſentericis, cibum non appetentibus, & non rectè con coquentibus, verùm cibum vomentibus. Iis denique qui in veſica & pene vlcera habent. Facit ad podagricos, arthriticos, iſchiadicos, & vulnera quę per chirurgiā fiūt. Ad febres quotidianas, tertianas, hæmitriatæos, quartanā, & ad omnes febriles affectus. Qui hanc antidotum bibunt, plurimum [c] ſudant, ita vt diſſoluantur. Parum itaque nutrimenti viniq; dandum in omnibus quidem citra id vt ſtomachus lædatur, & vt caput alleuetur. Corde perculſis cū aqua haud datur, ſed cum mero. Accipit papaueris magni exag. iiij. Hyoſcyami albi ſeminis, ſucci glycyrrhizæ, rhei pontici, corticum mandragoræ, ſing. ℥. ij. Aniſi. ℈. j. ß. Spicæ nardi, caſtorij, ſagapeni, opij, ſing. ℥. j. Tuſa & cribrata diligenter excipe ſapa veteri, aut paſſo cretico, & finge paſtillos pondere duorum ſcrupulorum. Dantur vna vice ſinguli paſtilli adultis. Iunioribus autem. ℈. j. ß. Pueris autem minoribus. [d] ℈. j.

[a Panchreſtos.] *Græcè eſt πάγχρυσος. Sic autem dicta eſt ab omnimoda vtilitate, non autem, vt inepti quidam ridiculè admodum interpretantur, à πᾶν, quod eſt totum, &. χρῆσος, id eſt, criſmate vncta. Quid enim hac interpretatione ineptius excogitari poſſet.*
[b Hecticis.] *Græcè ſcribitur νυκτούτων, pro ἑκτικῶν haud du-* Librarij
*biè.* [c Sudant.] *Perperā ἐξυδροῦσι pro ἐφιδροῦσι ſcriptū eſt in ma-* menda.
*nuſcripto codice.* [d Scrupulus.] *Græcè eſt σταθμὸς α, pro γράμμα α.* Alia.

126 Alia panchreſtos minor, confert ad ſtomachi & inteſtinorum inflationem, tuſsientes, cœliacos, ac dyſentericos. Præterea dolorem mitigat, ſomnumq; inducit. Habet ſeminis papaueris, opij, ſingul. ʒ. iiij. Hyoſcyami, glycyrrhizæ, ſing. ʒ. ij. Ammoniaci thymiamatis. ʒ. j. ß. Caſtorij, croci, aniſi, mandragoræ radicis corticis, ſing. ℥. j. Mellis attici, vel ſacchari, quod ſatis eſſe videbitur.

127 Alia antidotus panchreſtos, admodum laudata. Accipit piperis. ʒ. ij. Coſti, croci, myrrhæ, ſingul. ʒ. ß. Styracis. ʒ. j. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt.

128 Antidotus [a] Panacea. Facit ad eos qui per circuitum à rigore infeſtantur. Deſtruit febres diutinas, ac reliquos

morbos. Confert ad tuſsim vete[...]m, eos qui ægrè ex thorace ſordes extuſsiunt, tabidos [b] ſuppuratos, non niſi recta ceruice ſpirantes, conuulſa, rupta, inueteratas inflationes, lienoſos, hydropicos, nephriticos, lapides conterens. Eſt autem ſelecta. Capit piperis albi. ℥.iij. Seminis hyoſcyami. ℥. xij. Cardamomi. ℥.ij. Zingiberis, opij, ſingul. ℥.xij. Ariſtolochiæ longæ, corticis mandragoræ, euphorbij, ſulphuris ignem non experti, coſti, ſingul. ℥.iij. Seminis apij, fœniculi, aniſi, ſing. ſitaria viij. Caſtorij, ſitarium j.ß. Thuris, ſtyracis, caſiæ, ſing. ℥.xij. Croci. ℥.x. Folij, caryophyllorum, ſing. ℥.iiij. Mellis attici, vel ſacchari, quantum ſufficit. Datur nucis ponticæ quantitate.

Panacea [a Panacea.] *Græcè falſò πανάκλια pro πανάκεια ſcribitur. Sic enim dicta eſt, ab omnimoda medelæ efficacia. Eſt autem Antonij Muſæ Panacea, quam deſcribit Gale. lib. 7. de Compoſ. medic. localium, cap. 5.* [b Suppuratos, & non niſi recta ceruice ſpirantes.] *Manuſcriptus Nicolai codex legit* ἑλκωμένους, καὶ δυσπνοϊτικοὺς, *at falſò. Legendum enim, vt è Galeno ſatis liquet,* ἐμπυϊκοὺς καὶ δυσπνοϊκούς.

Antidotus Aegyptia magna, per annũ data. Poda- 219 gricos pota ſanat, dolores manuum, articulorum, capitis, ſtomachi, oculorum, iecoris, lienis, renũ, difficulterq; mingentium. Callos & concretas iuxta articulos carnes diſſoluit. Recipit rhei pontici, mei, ſing. ℥.ij. Agarici, hyperici, ſingu. ℥.v. Phu. ℥.iij. Petroſelini macedonici. ℥.iiij. Gentianæ ℥.vj. Ariſtolochiæ. ℥.vj. Centaurij. ℥.viij. Chamædryos, ℥.iiij. Datur viris. ℈.j. mulieribus autem. ℈.ß. Prædicta verò omnia cum melle attico, vel ſaccharo commiſceãtur ſufficienti. Hæc verò antidotus conſtituta eſt quodammodo, vt ſingulis menſibus detur. Menſe ſeptembri, datur tertio quoque die. Mẽſe decẽbri, datur quarto quoq; die. Mẽſe Ianuario, datur ſingulis diebus. Mẽſe Februario, ſecũdo quoq; die. Mẽſe Martio, tertio quoq; die. Mẽſe Maio, datᷓ quarto quouis die. Mẽſe Iunio, ſecũdo quoq; die. Mẽſe Iulio, datᷓ tertio quouis die. Menſe Auguſto, datur ſingulis dieb. Qui ſumpturus eſt hanc antidotũ, eũ oportet abſtinere à carnibus bubulis, & porcinis, leporinis, braſsica, ſynapi, omnis generis crudis oleribus, & aqua gari. Pedes prōptè in aqua calida lauare, liliaceo oleo inungere, & hac ordine quodam

paulispe-

pauliſper potare conue[illegible]. Datur vt prædictum eſt.

230 Antidotus alia, dicta Aegyptia magna. Ad omnia vt ea quæ p̄cedit cōducit, & plus. Habet zingiberis, opopanacis, liquoris cyrenaici, carpobalſami, ſin. ʒ.j. Euphorbij, croci, ſeminis apij, ſing. ʒ.ij. Hyſſopi, ſinapi, ariſtolochiæ, ſing. ʒ. iij. Pyrethri. ʒ. 4. Seſelis, ʒ.v. Chamæmeli, iridis, ſalicis, ſin. ʒ.vj. Origani. ʒ.vij. Thymi ʒ.viij. Spicæ nardi. ʒ.ix. Abſinthij. ʒ.iij. Caſtorij. ʒ.iij. Gētianæ, marrubij, ſing. ʒ iiij. Cētaurij. ʒ.v. Symphyti. ʒ.vj. Lauri, foliorū citri, ſing. ʒ.vij. Anchuſæ, ſylphij, ſing. ʒ.viij. Amomi, cardamomi, ſing. ʒ. ix. Cumini æthiopici, cocci gnidij, chamædaphnes, terræ ſamię. ſing. ʒ.x. Terræ aſteris. ʒ.xj. lemnij ſigilli, amyli, ſingu. ʒ.xij. Cyperi, fœniculi, terebinthinæ, ſing. ʒ.xiij. Eryngij, pæoniæ, helenij, radicis rubi, rhei, peucedani, ſingul. ʒ. xiiij. Artemiſiæ, ſtyracis, ſingul. ʒ.xv. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Datur in prædictis malis.

231 Alia antidotus, Aegyptia parua. Eſt etiā ad p̄dicta vtilis, potiſsimū verò ad vrinę difficultatē. Capit rhei. ʒ.iij. Petroſelini. ʒ.iiij. Gētianæ, phu. cētaurij, ſing. ʒ.vj. Ariſtolochiæ rotūdæ. ʒ.vij. Chamędryos. ʒ.viij. Coronopodis. ʒ.iiij. Cinamomi. ʒ.j. Hermodactyli. ʒ.iiij. Saxifragi, polypodij, ſing. ʒ.iiij. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis videbitur.

232 Antidotus alia Aegyptia, quā inueni per experiētiā. Plurimū efficax ad omne malū. Dicta eſt Climax, ſcaláve ſacra, facit ad omnē affectū viſcerū. Sanat podagricos per annū pota, nec ſinit malū ad principes partes peruenire, ſed materiā ſenſim cōſumit. Aduerſatur tēporū, aquarū, & aeris nouitati: facit ad eos qui ſanguinem ſpuunt, calculoſos, difficultate vrinæ laborantes, pleuriticos, peripneumonicos, tabidos, difficulter ſpirantes, cœliacos, dyſentericos. Plurimum verò ſtomachicis ſuccurrit. Vtor etiam in ijs qui peſte laborant, item tonſillis, anginaq; correptis, ac omnis generis putredinibus, & dentium. Ac omnino dyſentericis per ſedem inijcitur. Mulieribus præfocatione vteri laborantibus pro peſſo ſubijcitur. Confert ijs qui ab humiditate multa ortis, & per circuitus reuertentibus morbis laborant. Ad omnia venenata animalia, venena, & à rabidis animantibus demorſos. Eximiè cōducit omnibus ijs qui defluxione laborāt. Abolitā appetentiā & crudi

Climax,

tatem ſanat, maximè verò diu[tur]nam. His præterea prodeſt qui per totam hyemem defluxione infeſtantur, & podagra, morbo comitiali, furore, & omnibus diuturnis malis, pota fabæ ægyptiæ magnitudine, idq; ad prouidédum. His verò qui à ſerpente, aut rabido cane morſi ſunt, & in omni veneni ſuſpicione, datur nucis ponticæ magnitudine. Habet myrrhæ, opopanacis, liquoris cyrenaici, ſing. ℥.ß. Carpobalſami, euphorbij, croci, petroſelini, ſingu. ʒ.j. Hyſſopi cretici, abſinthij, rhei, ſinapi, caſtorij, ſingul. ʒ.j.ß. Ariſtolochiæ longæ, gentianæ, pyrethri, marrubij aridi, ſing. ʒ.ij. Seſelis, centaurij, aniſi, piperis albi, ſingul. ʒ.ij.ß. Chamæmeli aridi, iridis, illyricæ, ſymphyti, chamædryos, ſing. ʒ.iij. Baccarum lauri ſiccarum, ſeminis ſalicis, foliorum citrij, ſcillæ aſſæ, ſingul. ʒ.iij.ß. Anchuſæ, tragoriganı, ſylphij, thymi, ſing. [b] ʒ.iiij. Amomi, ſpicæ nardi, caſiæ, ſing. ʒ.iiij.ß. Cumini, caſiæ ligneæ, grani gnidij, cnici, ſingu. ʒ.v. Chamædaphnes, balauſtiorum, [c] ſelinuſiæ, ſamij, aſteris, ſingul. ʒ.v.ß. Lemnij ſigilli, amyli, aluminis rotundi, omphacij, ſingul. ʒ.vj. Cyperi, ſeminis fœniculi, rutæ, terebinthinæ, ſing. ʒ.vj.ß. Rubi, pæoniæ, rhei pontici, helenij, ſing. ʒ.vij. Peucedani, artemiſiæ, ſtyracis ſelecti, ſingul. ʒ.vij.ß. Mellis attici, aut ſacchari, quantum ſatis videbitur.

Librarij erratū. [a Peſtilentia laborant.] *Græcè malè legitur* λιμοτώντων, *pro* λοιμωτόντων. *Eſt enim* λοιμώττειν *peſtilentia laborare. Sic autem eſſe legendum, ſequentia ſatis conuincunt. Ait enim* Nicolaus, *hanc ad venena etiam plurimum conferre.* [b Drachmas iiij.] Locus Nicolai emendatus. *Græcè non rectè ſcribitur.* Lā. *id eſt, drac. viij.* Nam *quum* Climax *ſit hæc antidotus, quatuor legas oportet, niſi ordinem numerorum temere turbare velis.* [c Selinuſiæ.] *Terræ Selinuſiæ meminit Dioſcorides, & poſt eum Galenus.*

Selinuſia. Antidotus alia Aegyptia nobilis, conferens ad multorum malorum dolores pariter, & ad alia quæ prædicta 23
ſunt vitia. Accipit piperis albi, exag. iij. Opij, exag. iij. ʒ.ß. Hyoſcyami. ʒ.j. gr. xv. Croci, exag. iiij.ß. ʒ.j. Hyſſopi, pyrethri, folij, dauci cretici, ſing. ʒ.ß. Spicæ nardi, exag. iij. ʒ.j. Rutæ ſiccæ, caſiæ, ſing. gr. ij.ß. Seminis apij. ʒ.ß. Opobalſami, petroſelini, ſin. ʒ.j. Roſarū aridarū. ℈.ij. & quartam partem. Mellis cocti cyathum.ß. aut quod ſatis eſt, aut ſacchari.

chari. Hanc confectam r[...]one diligenter in vaſe vitreo, & dato fabæ ægyptiæ magnitudinem. Commixtio fit cyathis tribus, in colicis cum aqua frigida, iocineroſis cum mulſo. Comitiali correptis, ſimiliter. Febricitātibus cum aqua. Nephriticis, calculoſis, difficultate & ſtillicidio vrinæ moleſtatis, cum condito. Morbo regio citra febrem correptis, cum vino. His verò qui à frigore læduntur, ante inuaſionis horam dato cum mero. Dolore dentium infeſtatis, erui magnitudine. Sanguinem excreantibus, lienoſis, cum poſca. Difficulter, & non niſi recta ceruice ſpirantibus, ſimiliter præbeto. Cruciatu inteſtinorū moleſtatis, cum mulſa. Inflatis, cum temperato liquore. Singultum, & omnem refrigerationem abolet. Si à mulieribus ſumatur, menſtrua ducit. Tuſsientibus dato cum temperato liquore.

234 Antidotus aromatica, odoratàve nominata. Confert deprauatum ſtomachum habentibus, diuturnis oris ventriculi, & ipſius ventriculi affectibus, iocineroſiſq;. Datur non febricitantibus nucis ponticæ quantitate ex vino, febricitantibus verò cum mulſa. Capit cinamomi, caſiæ, ſing. exag. v. Malabathri, nardi, ſingul. exag. ij. zingiberis, exag. j. Piperis communis, exag. iij. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt.

235 Antidotus aduerſus venena Democratis. Habet foliorum rutæ, aut ſeminis eius, origani, gummi, grani ſalis, nucis regiæ. Hæc trita [a] excipe cum caricis, à lectoq; excitatus, comede ieiunus. Ita commixta mortē fugabit. Eſt admodum nobile aduerſus letalia remedium. Democratis antidotus.

[a Excipe.] *Græcè malè ſcribitur, βαλῶν ἰσχάδων μέσων, pro ἀναβάλλων μετὰ ἰσχάδων ἔσθιε: cum caricis excepta comede.*

236 Antidotus ex eruis, faciens ad tuſsientes, deſtillatione è capite laborantes: & ad thoracis raucitatem. Habet piperis communis. ʒ.ij. Tragacanthæ, ſtyracis, terebinthinæ, thuris maſculi, glycyrrhizæ, hyſſopi, aniſi, iridis, amygdalarum dulcium, erui, ſeſami puri, zingiberis, nucum pinearum, croci, boli armenij, ſing. ʒ.iij. Mellis attici, & ſacchari, quantum videbitur ſufficere.

237 Antidotus ex eruis, cōferēs tabidis, ægrè è thorace excremēta educētibus, & omnis generis tuſsi. Accipit petroſelini macedonici, hyſſopi aridi, rutæ viridis, iridis, piperis, pi-

nearũ toſtarũ,cruorum,palearũ pulegij,maſtiches,ſeminis vrticę toſti,ſin.ʒ.j.Mellis attici,aut ſacchari,quod ſatis eſt. Datur quãtitate nucis ponticæ cũ tẽperato liquore.Pari ratione facit etiã ad iocineroſos,& ſi abſceſſus eſt in internis.

Diacalaminthes Antidotus è calamintha,vtilis ad menſes educendos. 238
Recipit ſaluiæ.ʒ.ß.Calaminthæ montanæ,petroſelini,pulegij,ſing.ʒ.ij.Seminis apij ʒ.iiij.Thymi corymborũ.ʒ.j. Libyſtici.ʒ vj. Piperis. ʒ.j. ſpicæ nardi.ʒ.ß. Mellis attici aut ſacchari,quod ſatis eſt.

Antidotus Philoxenios confert ad omnem morbum, 239
deſtillationem,peripneumonicos,omniaq; corporis mala. Habet gentianæ,ariſtolochiæ longæ & rotundæ, baccarũ lauri,marrubij,myrrhæ,ſing.ʒ.j.Mellis attici,vel ſacchari,quod ſatis eſt.

Antidotus alia Philoxenios, præſcripto melior exi- 240
ſtens.Facit ad empyicos ſeu ſuppuratos, & diu defluxione tentatos,pituitã celeriter extrahit,pulmonemq; purgat.Ad mala diuturna tuſſem afferẽtia eſt admodũ efficax,& vtilis. Recipit terebinthinę ʒ.xx.Spicę nardi.ʒ.xvj.Myrrhę troglodyticę,galbani,ſin.ʒ vij.Ariſtolochę lõgę.ʒ.xij.Cardamomi.ʒ.j.Amygdalarũ amararũ,mellis attici.aut ſacchari,quãtũ ſufficit.Datur famæ ægyptię quãtitate cũ mulſa.

Antidotus Xoarchia,quã accepi à ciuitate Alexãdria. 241
Facit ad omnẽ imbecillitatẽ,frigus,quotidianã,tertianã & quartanã febres.Itẽ dyſentericos,difficulter ſpirantes,crebrò ijs curationẽ afferẽs. Accipit myrrhæ,hyoſciami,ſing. ʒ.iij.Ariſtolochiæ longæ.ʒ.j.Piperis albi.ʒ.ß. Opij,ſitarium vnũ Euphorbij,croci,ſin.ʒ.ß.Mellis attici,vel ſacchari,quod ſufficit.Datur ante rigorem exagium vnum cum aqua.Dyſentericis autem vncia vna ex vino.

Antidotus Philonis. Antidotus Philonis,à philoſopho quodã cõpoſita.Ha 24
bet cinamomi.ʒ.v.Myrrhę,caſtorij,dauci cretici,cardamomi,ſin.ʒ.iij.Croci,ſpicę nardi,ſin.ʒ.j.piperis albi.ʒ.x.ſeminis hyoſcyami,euphorbij,pyrethri,ſin.ʒ.j. Caſię.ʒ.ij.mellis attici,vel ſacchari,qđ ſatis eſt. Datur ad malũ ſtomachi fabę quãtitas cũ ſucci hypociſtidis [b] cotyla ſemis,& vini cotyla vna.Hydropicis pariter cũ ſucci hypociſtidis,& poſcæ cotylis tribus. Nauſe abundis & ſtomacho cõmorſis,nucis põticę [c] agnitudo cũ decocto abſinthij, aut thymi,aut pulegio

legio cotylarum trium. Difficulter & nõ niſi recta ceruice ſpirantibus, cum poſca nucis auellanæ quantitas. Tabidis & tuſsientibus datur ſimiliter.

[a Cotyla ſemis.] *Græcus manuſcriptus codex habet μετὰ χυλοῦ ἰποκιστίδος* ς *.omiſſo nomine põderis. Addendum itaque* κοτύλης, *& legendum* μετὰ χυλοῦ ἰποκιστίδος κοτύλης ς *.vt nos conuertimus.*

Alius locus reſtitutus.

143 Antidotus Philonis datur colicis, pleuriticis, & in omni dolore interno. ſomnũ cõciliat. Mirabile eſt ad nauſeabundos, & eos q ſtomachi morſu laborãt, ad difficulter ſpirantes, aſthmaticos, ſanguinẽ ab internis reijcientes, data cũ poſca. Tuſsiẽtibus & tabidis, cũ cremore ptiſanę data cõfert. Ad tuſsim aridã, cũ mulſa. Eſt verò eiuſmodi antidotus etiã ad cœliacos experta. Capit croci. ʒ.ij.ß. Spicę nardi ʒ.ij. Euphorbij. ʒ.iij. Pyrethri. ʒ.j.ß. Opij, ʒ.iiij. Piperis cõis, hyoſcyami, ſin. ʒ.x. Mellis attici, aut ſacchari, qđ ſufficit. Vtẽdũ illa poſt mẽſes ſex. Datur põticę nucis quãtitate.

Philonis antidotus à Galeno deſcripta.

144 Antidotus Philonis, cõferens ſtomachicis, difficulter ſpirantibus, iocineroſis, defluxione in thoracẽ & vuã laborãtibus. Sũmè verò facit ad calculoſos: lapides enim conterit. Sanat etiã orthopnœã, & anginã. Accipit folij. ʒ.j. Seminis rapi, amygdalarũ amararũ, piperis albi, phu, ſin. ʒ.j. Cinamomi, cumini, aniſi, rubricæ ſinopicæ, ammoniaci thymiamatis, ſing. ʒ.ij. Roſarum aridarũ, rutæ ſiccæ, polij, ſin. ʒ.j. Scordij herbæ, myrrhę, ſeminis dauci cretici, agarici, acori, ſin. ʒ.ij. Seminis apij, croci, caſiæ, vuæ creticę, ameos, nardi celticę, ſin. ʒ.ij. Opobalſami. ʒ.iij. Pinearũ nucũ, petroſelini macedonici, ſin. ʒ.j. Mellis attici, aut ſacchari, quãtum ſufficit. Datur ponticæ nucis quantitate ex mulſa vna mixtione. Nephariticis cum condito datur.

145 Antidotus dicta Sanitas. Hanc qui habet, citra timorẽ longã viã conficit. Ad omnia enim facit. Ad letalia venena efficax eſt. Pleuriticos, lienoſos, cardiacos, pipneumonicos, difficulter ſpirãtes, tuſsiẽtes, dyſentericos, ileoſos, ſtomachicos, lippitudine laborãtes, angina correptos, data duo. dieb. ſanat. Similiter podagricos iuuat. Recipit rutæ ſylueſtris, marrubij aridi, ſin. ʒ.ij.ß. Myrrhę troglodyticę. ʒ.iij. croci floris iũci odorati, piperis albi, ſpicę nardi, ſin. ʒ.j.ß. Coſti, opopanacis, gentianæ, cardamomi, galbani, ſingul. ʒ.ij.ß. Opij. ʒ.v. Hyoſcyami. ʒ.viij. Styracis calamitis. ʒ.

Sanitas, Hygia dicta.

ij.ß.Euphorbij,mandragoræ corticis,ammoniaci,radicis eringij,roſarum aridarũ,ſing.ʒ.j.ß. Carpobalſami, dauci cretici,ſing.ʒ.ij.Eupatorij,lybiſtici,fœniculi ſeminis,ſin. ʒ.ij.Seminis trifolij,polij,terebinthinæ,ſingul.ʒ.ij.Mellis attici,aut ſacchari,quod ſatis eſt.Hæc ſemper in prædictis malis danda eſt,confidendo in Domino. Eſt enim à Deo donata.Datur pondere drachmæ vnius.

Antidotus ex Aſaro.Facit ad omne malũ,iecur,lienẽ, 246
hydropicos ſtomachicos,vertiginoſos,lienoſos furioſos,ad diutinas febres,rigorẽ,tertianã, quartanã, & quotidianã. Habet aſari.ʒ.iij.Polypodij.ʒ.j.ß. Alipiadis.ʒ.x.Seminis cucurbitę.ʒ.iij.eupatorij.ʒ.iij.Aloes hępaticę.ʒ.vj.Piperis ʒ.ij.Myrrhæ ʒ.ij.Mellis attici,aut ſacchari,quãtũ ſufficit.

Antidotus quam nonnulli mirandam vocant, fa- 247
ciens ad tuſsiẽtes.Capit lentis torridæ,pulegij,hyſſopi cretici,piperis,ſing.ʒ.iiij.Mellis attici,aut ſacchari; quantum ſatis videbitur.Datur menſura cochleariorum duorũ, aut trium.Eſt autem cochlearium pondus.ʒ.j.

Cochleariũ quid

Antidotus eximia,tuſsientibus,cœliacis,dyſentericis, 248
& doloribus inteſtinorũ laborantibus vtilis.Habet abrotoni,origani,caſtorij,myrrhę troglodyticę,opij,cẽtaurij,hyſſopi,piperis albi,ſcillæ aſſatæ,croci,coſti,ſtyracis calamitis, calaminthæ,folij,ſpicæ nardi,ſing.ʒ.iiij.Caſiæ.ʒ.vj.Ammoniaci thymiamatis,zingiberis,acori, galbani,ſing.ʒ.iij. Ellebori nigri.ʒ.ij.Mellis attici,quod ſatis eſt,Datur viris quidem.℥.j.mulieribus autem.℥.ß.

Antidotus podagrica,quam accepi à Tribono nota- 249
rio. Capit hermodactyli.ʒ.j.Aniſi,cumini, zingiberis,piperis longi,albi & nigri,coſti, caſiæ, maſtiches, ſingul.℈.j.ß.& quartam partem. Acori,euphorbij, ſingulum.℈.ß. Spinę communis,gran.v.Croci.℈.ß.Radicis capparis.℈.j. Rhei pontici.℈.ß.Hyſſopi.℈.j.Spicæ nardi,gran.ij.ß. Mei ℈.ß.Moſci,ſiliquę quartam partẽ.Styracis calamitis,gran. v.Mellis attici,aut ſacchari,quod ſufficere videtur. Datur pondere ſcrupulorum quatuor.

Alia podagrica. [a] Verbenacam ſupinã tuſam,cribro 250
Sacra herba. tranſmiſſam,& in mortario læuigatam,cum aqua illine.

[a Verbenacam ſupinam.] *Græcè malè ſcribitur* ἱερας *pro* ἱερα. *Sic autem dicta eſt,quaſi ſacra herba,vt alibi oſtendimus.*

An

251 Antidotus [a] Zynophylos. Datur nephriticis, calculoſis, ſtillatim & difficulter mingentibus. Habet caſiæ. ʒ.j. Saxifragi, ʒ.iiij. Betonicæ, cyperi, petroſelini, coſti, tribuli, agni, ſing. ʒ.ij. Seminis apij. ʒ.ij. Folij, ſpicæ nardi, aſari, dictami, baccarum lauri, ſeminis ocimi, pinearum nucum, ſingul. ʒ.j. Zingiberis. ʒ.ſs. Mellis attici, vel ſacchari, quantũ ſufficit. Datur in balneo fabæ quantitate cum condito.

[ a Zynophylos.] *Græcè eſt ἡ ζυνόφυλος Quæ lectio ſi legitima eſt, ſic dicta videtur propter eius præſtantiam, quaſi genus à Ioue ducat. Sed puto ſcribendum eſſe ζηνόφυλος, vt ita ſit appellata propter miram eius efficatiam, quaſi vitam amans.*

252 Antidotus iecoraria, vocata [a] Phlebotomos. Datur tabidis, febricitantibus, & pleuriticis. Accipit ſeſelis, petroſelini, piperis communis, ſing. ʒ.ſs. Aſari, aloes hepaticæ, radicis eupatorij, ſing. ʒ.iij. Caſiæ. ʒ.iiij. Croci. ʒ.ſs. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Datur ægyptiæ fabæ magnitudine cum veteri auſtero vino.

[ a Phlebotomos.] *Cur ita dicta ſit hæc antidotus, diuinare nequeo. Verùm quum in ſequenti antidoto propter eius celeritatem ſic eſſe appellatam Nicolaus ſcribat, ſuſpicio eſt, vocem hanc eſſe deprauatam, atque pro ea potius legendũ ὀξύπορος, hoc eſt celeriter tranſiens: αὐτόξυρ᾽ ἕρπος, id eſt repente repens. Vel certè ὀύτομος, quod citò diſſecet malum.*

253 Antidotus hepatica, vocata Phlebotomos. Propter autẽ celeritatem eius, vocata eſt phlebotomos. Capit zingiberis. ʒ.ij. Seſelis, petroſelini, piperis communis, ſing. ʒ.j. Aſari, aloes, hepaticæ, ſin. ʒ.iiij. Eupatorij. ʒ.iij. Tuſa & cribrata diligenter melle aut ſaccharo ſufficienti excipiãtur, ægyptiæ fabæ quantitate in vino Amineo auſtero febricitantibus. Febre autem deſtitutis, cum aqua tepida.

254 Alia hæpatica, cõferens ad ingentes phlegmonas, & obſtructiones iecoris. Recipit piperis. ʒ.j. Spicæ nardi, eupatorij, ſing. ʒ.iij. Fœnigræci, maſtiches, ammoniaci, coſti, aſari, ſing. ʒ.vj. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Datur cochlearium vnum ex condito.

255 Alia antidotus hepatica, experta: & vtilis. Habet myrrhæ, aſari, ſeſelis, ſing. ʒ.ij. Eupatorij. ʒ.iij. Acori, rhei, mei, petroſelini, piperis communis, amygdalarum amararum, caſiæ, phu, [a] baccani, ſing. ʒ.ij. Ariſtolochiæ rotundæ, ſpi-

cæ,fœnigræci, maſtiches, gentianæ,ſingul.ʒ.j.Mellis, aut ſacchari quantũ ſatis eſſe videbitur.Datur cochleariũ vnũ.

Bacanõ. [ a Bacani.] *Græcè eſt* Βακάνου. *Meminit etiam* Bacani *Marcellus empiricus capit. 22. & ad iecoris dolorem plurimum commendat.*
Corna- *Aetius quoque lib.10.cap.2.* Bacani *(quanquã falſò Cornarius Cacani ſubſtituerit) bis meminit inter remedia quæ iecoris obſtructionẽ tollunt.Eſt autem* Bacanum, *vt Cœlius lib.27.cap.28. annotauit, raphani ſemen, quod quum vrinam mouendi, lienemq; extenuandi vim,* Dioſcoride *teſte,habeat,pulchrè huic antidoto inſeretur.*

Alia hepatica ad immenſas iecoris obſtructiones,& 256
affectus duritiem contrahentes,experta.Capit piperis cõmunis.ʒ.j.ß.Spicæ nardi.ʒ.iij.Fœnigręci,aſari,ſing.ʒ.ij. mellis attici,aut ſacchari,qđ ſatis ẽ.Datur cochleariũ vnũ cũ cõditò.In ijs aũt efficax eſt,in q̃bus nõ eſt calida intẽperies,ſed craſsi & lẽti potius humores obſtructionẽ cõciliãt.

Ad iocineris obſtructionem, & durities expertum. 257
Accipit coſti,eupatorij,ſin.ʒ.ij.Piperis cõmunis.ʒ.j. Dantur tribus diebus in vino.Aſcalonitę cochlearia tria. Qui verò remediũ hoc ſumit,in dextrum latus per dimidiæ horæ ſpaciũ decũbat,veſperi aũt accipiat.Abſtineat ab aceto, balneo,leguminibus,oleribus,rapis,& oĩbus flatũgenerãtibus.Ego verò adieci,Seminis agni.ʒ.ij.chamędryos.ʒ.j.

Antidotus alia ad iecoris & lienis ingentẽ obſtructio 258
nem,ita vt etiam duritiem emolliat. Recipit ammoniaci thymiamatis,thuris,ſing.℈.j.Datur cũ condito diebus tribus.Efficax autem admodum eſt ad eiuſmodi mala.

Alia hepatica.Habet aniſi,abſinthij,petroſelini,gen- 259
gentianę,amygdalarum amararum, ſing.ʒ.j. Datur nucis ponticæ quantitate cum mulſa.

Antidotus hepatica altera,Athanaſia vocata.Cõfert 260
nephriticis,ictericis,& ſudores mouet.Capit cinamomi,ſpicæ nardi,zingiberis,iunci odorati.ſin.ʒ.j.Excipiãtur melle attico,aut ſaccharo ſufficienti.Datur fabæ,græcæ quantitate,febricitantibus ex mulſa,nõ febricitantibus cũ vino.

Alia hepatica,valde vtilis.Accipit ſecuridacæ.ʒ.j.Spi- 261
cæ nardi,croci,rhei barbari,cinamomi,zingiberis,ſing.ʒ.j. Aloes flauę,xylobalſami,ſin.ʒ.ß.Succi fumarię,caryophyllorum,ſing.ʒ.j.Mellis attici,aut ſacchari,quod ſatis eſt.

Antidotus ad hepaticos admodũ probata,& experta. 262
Habet bacani.ʒ.ij.Piperis communis,coſti,ſingu.ʒ.j.Tu-

ſa,& per cribrū diligenter transfuſa,dantur diebus ſeptem ante ſolis ortum cum vino Aegyptio,hoc eſt Aminæo, febre vacantibus. Febricitantibus verò, cum temperata.

163 Antidotus alia hepatica,admodū experta. Recipit coſti piperis cōis ſingu.cochlearia duo. Cōmixta cū vino veteri & cōmota bibantur, & ægrotus ſe in dextrū latus inclinet.

Vinum Amineū idem qd Aegyptium.

164 Antidotus alia è nouem ſpeciebus compoſita,experta. Accipit coſti,gentianæ,abſinthij,eupatorij, amygdalarum amararū,ſpicæ nardi,piperis albi,ſing.ʒ.j.Fœnogræci, iocineris lupi.ſing.ʒ.iiij.Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſſe videbitur. Datur nucis ponticæ quantitate.

165 Antidotus alia Arabica,vtilis haud ſecus ac præcedens Recipit myrrhę.ʒ.iiij.Coſti.ʒ.j.Piperis albi,folij,ſin.ʒ.iiij. Hęc tuſa & cribrata dantur ex mulſo. Cum hac antidoto bibendū erit abrotonū ex aqua decoctum, aut caricę cum æquali pondere mellis edendæ.

166 Antidotus alia hepatica,experta,ex eupatorio. Habet lycij indici.ʒ.j.Chamædryos,teucrij,ſing.ʒ.iiij. Eupatorij,petroſelini,ſing.ʒ.vj.Amygdalarū amararū.ʒ.ij.Abſinthij.ʒ.ß.Aniſi.ʒ.iiij.Gentianæ.ʒ.viij.Mellis attici,aut ſacchari,quantum ſufficit & datur vt prædicta.

167 Antidotus alia hepatica, admodum vtilis. Capit petroſelini,zingiberis,rhei pontici,coſti, ficus ſylueſtris folio rum aridorum,ſin.ʒ.j. Datur cochlearium vnum febre vacantibus cum vino,febricitantibus verò cum aqua.

168 Antidotus alia hepatica,ab Agathone compoſita. Accipit gentianæ.ʒ.vj.Helenij,abſinthij,ſpicæ nardi, ſing.ʒ.j. Datur vt præcedens,non febricitantibus cum vino, febricitantibus autem cum aqua.

169 Antidotus hepatica, præcedenti ſimilis. Habet coſti. ʒ.j.ß.Piperis,abſinthij comæ,ſing.℈.ß.Baccam lauri vnā. Cumini toſti & contuſi, gran.xv. Hæc tuſa inuicem commiſceantur,bibatq; æger cochlearium vnum ſi febre vacat, ex vino amineo tepido:ſin febricitat,cū aqua. Accepta antidoto,ſe in dextrum latus ad vnius horæ ſpacium inclinet.

170 Antidotus alia hepatica,experta.Recipit piperis,lupinorū amarorum,coſti,comæ abſinthij,ſin.ʒ.j. Tuſa & cribrata excipiantur melle attico,& datur vt præſcripta.

171 Antidotus alia hepatica Pantagathos, quaſi

ad om

ad omnia vtilis, nominata. Confert iocineroſis, nepriticis, ſtomachicis, potiſsimum autem defluxione laborantibus, & qui tardius concoquunt. Item pleuriticis, ictericis, breui tẽpore medetur. Accipit ſpicę nardi, caſię, croci, aſari, ſin. ʒ. ß. Aloes flauæ. ʒ. xij. Excipe diligẽter melle attico, & prębe.

Antidotus alia Achariſtos. Prodeſt iocineroſis, nephriticis, colicis, pleuriticis, peſtilentia correptis, ſanguinẽ excreantibus, à ſerpentibus ictis, quartanis, putribus acceſſionum inſultibus ad noctẽ, præſumpta. Datur nucis ponticæ quantitate. Habet myrrhæ. ʒ. iij. Styracis, opij, croci, piperis albi, & longi, coſti, galbani, caſtorij, cinamomi, caſię, ſpicæ nardi, ſin. ʒ. j. Mellis attici, ſextariũ vnũ, & prębe. 272

Antidotus pantagathos faciens ad iocineroſos, nephriticos, ſtomachicos, difficulter ſpirantes, pituitoſos, ictericos, dolore inteſtinorum vexatos, & caninam conuulſionem.[a] Mediocriter quoque aluum ſubducit. Habet ſpicæ nardi, amomi racemoſi, floris iunci odorati, xylobalſami, aſari, caſiæ, croci, maſtiches, ſingul. ʒ. j. Aloes flauæ. ʒ. viij. Tuſa & cribrata vtere cum mulſa cochlearij vnius. Et ſi vis vt aliquandiu duret, excipe ſicca melle attico deſpumato, & præbe nucis pontice quantitate. 273

[ a Mediocriter quoque aluum ſubducit.] *Gracè eſt* ποιεῖ δὲ καὶ γαστέρα μετρίως: *quanquam malè* μέτρος *ſit in manuſcripto codice. Id autem facit aloes ratione, cuius octo accipit dragmas.*

Antidotus hepatica ex anetho, admodũ nobilis. Capit piperis, croci, pulegij, anethi ſeminis, baccarum lauri, ſing. ʒ. j. Mellis attici. ℥. j. ſemis, aut quod ſatis eſt. Tuſa, & cribro tranſmiſſa, cum melle commiſce in mortario, probeque confectam & commixtam dato ſingulis diebus. Et qui ſumpturus eſt hanc antidotũ, reclinet ſe in latus dextrũ vna hora. 274

Antidotus ad icterum experta, valde bona. Habet anchuſæ lęuigatę, cochlearium plenũ. Datur ieiuno cũ mulſa. 275

Remedia ſimplicia ad iecur, admodum laudata. 276

Agni ſemen ad iecur induratũ, & obſtructionẽ habens, cõfert. Cẽtaurij magni ſuccus potus, & foris impoſitus. Plãtaginis maioris ſiccæ folia & radix, & multò magis ſemen. Aſparagi radix, & ſemen. Lauri radicis cortex. Pœonię radix ex vino odorato pota. Eupatorij, & lupinorũ amarorũ deco

decoctũ. Rubiæ radix. Ruta & piper, pota, & extrinſecus impoſita Marrubiũ. Amygdala. Dracontij radix purgat viſcera, craſſos & tenaces humores extenuat. Chamædryos obſtructionem tollit, & craſsitiem incidit. Ampelopraſum, itẽ chamæmeliflos purpureus potus, hypochõdrijs confert, & vrinę ſtillicidium ſoluit. Chamæmeli purpurei flos.

277 Quæ ad icterum experta ſunt, admodum vtilia.

Terræ inteſtina ſeptem, aut nouem, ſimul cũ terra quæ carnibus illorum adhæret vſta & læuigata, bibenda præbe cũ condito ieiunis. Aut anchuſæ tritæ cochleariũ plenum cum mulſa. Qui autẽ vehementer hoc malo detinentur, ijs plus dato. Aut ficũ ſylueſtrẽ da gargariſãdã, at naribus abſorbendã. Aut folijs raphani tuſis & tritis accipe ſuccũ, adijcéq; vinũ vetus, & diſſoluito. Deinde ablega ęgrũ in balneum: & vbi ſudauerit, da bibendum diebus decem mane ieiuno. Similiter accipe nigellæ tritæ cochleariatria cũ paſſo, & da potanda in balneo ieiuno diebus decem.

278 Antidotus Euchariſtos, efficax ad omnem [a] affectum ſtomachi, & ad eos qui nunquam cibũ [b] continent. Cõfeſtim autẽ à dolore liberat. Eos quorũ ſtomachus difficulter appetit iuuat & lateris inflatiões ac dolores ſedat. Tuſsientib. difficulter ſpirãtib. itẽ lienoſis, iocineroſis, nephriticis, mulieribus pręfocatiõe vteri moleſtatis, tertianis, & quartanis prodeſt. Accipit cinamomi, ſpicę, ſin. ℥.iij. Caryophylli, myrrhæ, croci, ſtyracis, opij, galbani, terbinthinæ, hyoſcyami, papaueris, pyrethri, zingiberis, ſingul. ℥.j. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt.

[a Affectũ.] *Græcus codex Nicolai legit* σύνθεσιν, *fortè pro* διάθεσιν, *niſi* συγκοπὴν *potius legendum eſſe videatur.* [b Continent.] *Manuſcriptus codex habet* χονίβοντας. *Quam tamen lectionẽ deprauatam eſſe indico, & eſſe legendum vel* σύνεχοντας *vel* πόνιοντας *id eſt eleborantes.* Codex manuſcriptus emẽdatus.

279 Antidotus alia Euchariſtos, vtilis vt præcedẽs. Capit myrrhæ, caſiæ, croci, ſin. ℥.ß. Piperis. ℈.j.ß. Cinamomi, coſti, ſing. ℥.j. Galbani, ſpicæ nardi, ſing. ℥.j.ß. Opij, caſtorij, ſtyracis, ſin. ℥.ß. Mellis attici, vel ſacchari, quod ſufficit.

280 Antidotus [a] Iſotheos, efficax ad tabidos, pulmonarios ſanguinẽ excreãtes, ſtomachicos, iocineroſos, abſceſſu laborantes

rantes, nephriticos, iſchiadicos, & ad omnia interna mala,
perq; circuirũ reuertẽtes morbos, dyſentericos, & vteri pr
focationes. Accipit ſpicæ nardi, cinamomi, balſami, caſiæ
albæ, ſucci mandragoræ, caſtorij, opij, ſing. ℈ ij. Mellis at-
tici, aut ſacchari, qđ ſatis eſt. Datur cũ aqua calida ex ag. j.

Iſotheos [ a Iſotheos.] *Græcè ἰσόθεος. Sic dictæ, quòd parem Deo vim obti
neat. Ita veteres ſplendidis & magnificis titulis ſuas compoſitiones
ornare delectati ſunt.*

Antidotus alia Iſotheos, vtis ad dolorem ſtomachi, ie- 281
coris, pulmonis, oculorũ, ſanguininis reiectioni, abſceſſus,
dyſenterias, voluuloſos, nephriticos, iſchiadicos, difficulter
ſpirantes, laterisq; dolores. Profluuiũ muliebre ſiſtit, & præ
focationes ipſarũ. Vacantibus febre datur cũ vino, febri-
cantib. verò cũ tẽperato liquore. Facit etiã ad letalia. Da-
tur ante & poſt cibũ. Confert ad omnem ſanguinis erup-
tionem. Datur cũ aqua frigida. Quartanarijs autem datur
ante acceſsionẽ põdere ſiliquarũ decẽ cũ vino, & ei qui an
tea lauit. Recipit ſpicænardi. ℈. iiij. Myrobalani, coſti, pi-
peris albi, galbani, ſin. ℈. ij. Croci. ℈. iij. Cinamomi, man-
dragoræ, caſtorij, myrrhæ, ſing. ℈. iiij. Dauci ſeminis. ℈.
iij. Balſami. ℈. j. Mellis attici, aut ſacchari, quantũ ſufficit.

Antidotus alia Iſotheos, faciens ad tuſsientes, tabidos, 282
ſtomachicos, iocineroſos, pulmonarios, lippitudine laborã-
tes, ſanguinẽ ſpuẽtes, abſceſſu laborãtes, dyſentericos, iſchia
dicos, difficulter ſpirantes, pleuriticos, hypochondriacos,
muliebre profluuiũ & vterinas præfocationes, ad letalia
venena ante & poſt cibum, ante acceſsionem. Dantur. ℈.
ij. cum vini cyathis duobus. Habet ſpicæ nardi. ℈. ij. Zin-
giberis. ℈. j. Croci. ℈. j. ß. Coſti, piperis albi, galbani, ſing.
℈. j. Opobalſami, cinamomi, ſucci mandragoræ, caſtorij,
opij thebaici, ſing. ℈. ij. Dauci cretici. ℈. j. ß. Amomi. ℈. iiij.
Caſiæ. ℈. iiij. ß. Mellis attici aut ſacchari, quod ſatis eſt.

Antidotus [a] Soterios, & aliter [b] Lexopyretos nomina 283
Soterios tur, theopemptos, hoc eſt à Deo miſſa, [c] theodotos, ſanitas,
[d] panæretos, aut panchreſtos. Ego vero hãc [e] Soterã voco.
Sotera. Dolorẽ autẽ in multis malis ſoluit, data cũ mulſa. Dolorẽ
capitis ſedat. Vertiginoſis, pulmonarijs, nephriticis, iſaniẽ
tibus medetur. Sõnũ cõciliat. Cõfert lippitudinibus. Iuun
cta, malis ex defluxioẽ natis ſuccurrit. Vtilis ex difficulter
ſpir

ſpirãtibus,tuſsiẽtibus,pleuriticis.& omnivitio.Prodeſt etiã ſãguinẽ ſpuẽtibus,data cũ oxymelite aut ſucco plãtaginis vel polygoni.Itẽ ſtomachi inappetentiã, & ſingultũ ſanat. His q cibũ euomũt,cõfert. Ad inflationẽ,& orthnopnœã, iocineroſis,lienoſis ictericis,melãcholicisq; ſuccurrit, [f]pituitã per inteſtina detrahit.Nephriticis,tremẽtib.cõuulſis, & vtero prodeſt.Dolorib.è partu ortis arthriticis,& iſchiadicis.Cũ aqua pota,febres ꝓpulſat .Habet myrrhę.℥.iiij.ß. Spicę nardi,croci floris iunci odorati,caſię.ſin.℥.iiij.Petroſelini,piperis lõgi,cumini.ſin.℥.j.ß.Carpeſiæ.℈.iij. Opij, coſti,ſtyracis,ſin.℥.j.Mellis attici , quãtũ ſatis eſſe videbitur.Styracẽ ſolue cũ melle,opiũ verò & myrrhã prius in vino dulci cretico macerato,crocũq; cũ illis ſolue,& inijce arida tuſa.Si verò volueris , impone etiã ſacchari quod ſatis erit.Cõfectã dato in prædictis malis pondere vnciæ vnius.

[ a Soterios. ] *Græcè σωτήριος, id eſt ſalutaris.*[ b Lexopyretos.] *Græcè eſt λεξοπύρετος, hoc eſt ſedãs & finiens febrẽ. Vox cõpoſita ex λήγω & πυρετός.*[ c Theodotos. *Græcè θεόδοτος, à Deo data.*[ d Panæretos.] *Græcè male legitur πανάρετος. legẽdũ enim πανδιρετος, id eſt, exima, præſtãs.*[ e Sotera.] *Græcè σωτῆραν, id eſt ſeruatricẽ.* [ f Pituitã,&c.] *Græcè malè legitur, καὶ ἐπὶ φλέγματος τῶν ἐντέρων κατασπῶντα, pro καὶ σπκαλίγμα διὰ τῶν ἐντέρων κατασπᾶ, vt ex ſequẽti patet antidoto, vbi prorſus legitur φλέγμα διὰ τῶν ἐντέρων κατασπᾶ.*

Soterios
Lexopyretos.
Theodoretos.
Sotera.
Codex Nicolai emaculatus.

184 Antidotus alia Sroterios.Dolorẽ ĩ multis malis exhibita cũ aqua,aut mulſa ſoluit. Veterẽ capitis doloſẽſedat. Vertiginoſis ĩſaniẽtibus ex ĩteruallis pota cõuenit. Nephriticis auxiliatur. Sõnũ inducit. Lippitudinibus,dolorisbusq; auriũ, pota ꝓdeſt. Omnibus defluxionũ malis inũcta cõfert. Dolorẽ dẽtiũ ſedat difficultatẽ,ſpirãdi,omnẽ aſthmatis cauſã,tuſſẽ diuturnã,pleuriticos,& peripneumonicos iuuat . Omnẽ ſepti trãſuerſi cauſam alleuiat. Sputũ tenue incraſſat:& vt prõptè educatur efficit ex hydromelite pota. Sãguinẽ ſpuẽtes cũ oxymelite aut polygono,aut plãtagine bibita iuuat. Prodeſt ſtomachicis,ijſq; q nihil appetũt. Singulũ cõpeſcit. Nõ cõtinẽtibus cibũ cõfert, Vomitũq; ſiſtit. Acido ructui, inflationiq; cõgruit. Iocineroſis,lienoſis,ictericis,melãcholicis ꝓdeſt. Pituitã ꝑ ĩteſtina deducit. Facit ad oẽm affectũ ĩ ueſica,aut renibus cõſiſtẽtem . Arteriacis pota admodum vtilis eſt. Conuoluulum mitigat, & omnem cœliacum

affectum. Tremori, cõuulſioni, & ijs qui bibere haud poſſunt, auxiliatur. Interdum cum decocto fœnigræci in vterinis mulierum præfocationibus ſuccurrit, & dolores è partu ſedat. Omnem præterea dolorem in vtero non ſolùm pota, verumetiam infuſa cum vino calido, compeſcit. Conducit arthriticis, iſchiadicis & venenatis pota & inũcta plagis. Febrem etiam omnem finit, non ſolùm peſtiferam, cũ aqua pota. Cum aqua mulſa autem datur in omnibus localibus morbis, ſummè illis conferens. Datur nucis ponticæ magnitudine. Habet myrrhæ, ſpicæ nardi, croci, caſtorij, ſingul. ʒ.ij. Opij. ʒ.iiij. Petroſelini macedonici. ʒ.iij. ß. Aniſi. ʒ.ij. ß. Seminis apij. ʒ.v. Caſiæ. ʒ.iiij. Sinonis ſyriaci, floris iũci odorati. ʒ.iij. Piperis longi, & communis, carpeſiæ, ſing. ʒ.j. ß. Styracis, calamitis, ſeſelis, ſing. ʒ.j. Hedychroi cõfectionis. ʒ.j. ß. Coſti. ʒ.j. ß. Amomi, aſari. ſin. ʒ.j. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Styracem ſolue in melle. Opiũ & myrrhã macerato prius in paſſo, [a] cumq; illis crocũ dilue, atq; inijce arida tuſa. Confectam repone in vaſe, & præbe.

[ a Cumq; ijs crocũ diluæ.] *Græcus manuſcriptus codex legit*, τὸν κρόκον λύε ἐντόνως *Cenſeo autem ſcribendum, vt in præcedenti antidoto*, καὶ τὸν κρόκον λύε σὺν τούτοις.

Antidotus alia Soterios, faciens ad multa & varia mala. 285
In capitis dolore diſſolutam cum ſapa frõti inunge, & bibẽdam da, cum aqua. Vertiginoſis, comitialibus & inſanientibus datur nucis põticæ magnitudine cum mulſa. Similiter etiam nephriticis, & vigilantibus. In diuturnis oculorum defluxionibus diſſolutam cũ ſapa inũge fronti, vſq; ad oculos. Dentium dolorem inuncta ſoluit. Difficulter ſpirantibus, & diutina tuſsi laborantibus datur nucis ponticæ magnitudine. Humiditatem à pulmone deriuatam, & tenuia ſputa incraſſat, & ad educendũ facilia reddit, cum mulſa pota eodẽ pondere. Sanguinẽ reijcientibus, cum oxymelite, aut ſucco polygoni, aut plantaginis. [a] Singultientibus autem, aut cibũ vomentibus, aut ijs quibus in ventriculo aceſcit, datur cũ cõdito, aut decocto mẽtæ. Ad iecoris dolorem & inflationes eodem pondere datur cum mulſo. Lienoſis cum aceto, aut oxymelite. Nephriticis, & difficultate vrinę laborãtibus, cũ decocto apij, aut petroſelini. Ad renũ
aut

aut veſicæ exulcerationem,cum melicrato. His verò qui febre vacant, cum lacte caprino. Similiter podagricis,& iſchiadicis cũ mulſa prebetur. His qui à venenatis icti ſunt fabæ quantitatẽ dato manè,& dormituris, Illinc aũt ex ipſa morſum. Illita verò febrẽ finit, nõ ſolum ardentẽ,ſed & eas quæ per circuitũ reuertũtur. Diſſoluitur autẽ cũ mulſa. Datur quoq; in quartanis concoctione facta cũ decocto ſenæ,& chamędryos,aut heliotropij. Accipit opij.ʒ.j. Caſtorij,exag.j. Carpobalſami.ʒ.j. Floris iúci odorati.℥.ß. [b] Sphagni,iuniperi baccarũ,ſpicæ nardi,ſeſelis,ſin.exa.ij. Cẽtaurij.℥.j. Cinamomi,ſinõis,ſin.exa.ij. Chamępityos,lapathi,ſin.exa.v.&.iij.partẽ. Cyperi,iridis,aſphodeli,ſin.exa. v.& tertiã partẽ. Styracis,exag.j. & tertiã partẽ. Cypariſsi exa.j. Sauinę.exag.v.& tertiã partẽ. Celticæ, exag.iiij. & tertiã partẽ. Coſti,exag.v. & tertiã partem. Caryophylli, exag.iiij. Folij indici, exag.ij. Ladani,bdellij, ſin.exag.iij. & tertiã partẽ. Croci,exag.iij. Vnguis odorati,exag.iij.& tertiã partẽ. Roſarum,exag.iiij. Helenij,exag.iij. & tertiã partẽ. Agarici,exa.iij. Caricarũ,vuarum paſſarũ, ſin.exag. ij. Aniſi,exag.iiij. Petroſelini,exag.iiij. Hyperici,gẽtianæ, ariſtolochiæ longæ,ſing.℥.j. Carnis palmularũ,exag.ß. & quartã partẽ. Pinearum,exag.iiij. Caſiæ,ammoniaci,ſing. exag.ij.ß.& quartam partem. Terebinthinę, apij ſeminis, exag.iiij. Hedychroi magmatis,exag.j.gran.ß. Aſari, exa. iiij. Amomi,exa.j. Chamædryos,piperis longi,ſin.exag.ij. Mellis attici,aut ſacchari,quod ſatis eſt.

[a Singultientibus.] *Codex manuſcriptus legit* πρὸς σμίγματα, *haud dubiè pro*, λυγμοὺς. [b Sphagni.] *Græcè* σφάγνου. *Sphagnon autem non eſt niſi muſcus arboribus innatus, quem alij Græci* σπλάγχνον, *&* βρύον *appellant. Aetius etiam Hypnon vocat, lib. 12. cap. 44. Plinius præterea lib. 24. cap. 6. Nicolai & aliorum recentiorum græcorum inſtar, Sphagnon nominat.* Sphagnon. Hypnos

186 Antidotus Philãthropos,aquæ inter cutẽ cõferẽs, experta,probata. Facit ad caput,ſtomachũ,& renes per annũ pota fabæ magnitudine: podagricis medetur,quotidie aut alternis dieb. aut per tertiũ cũ liquore tẽperato pota. Nõ contẽnas autẽ eius cõmoditatẽ,experta enim eſt. Habet apij,petroſelini.ʒ.ij. Euphorbij.ʒ.xij. Tuſa & cribrata diligenter excipe melle attico,aut ſaccharo ſufficiẽti. Hydropicis au-

tẽ datur cum tẽperato liquore põdere quatuor ſcrupulorũ.

Antidotus peroptabilis,efficax ad ſtomachicos,febrici tãtes,tertianas,quartanas,& quotidianas. Recepit ſeſelis, lybiſtici,piperis cõmunis,petroſelini ſeminis,calaminthæ, pulegij,ſing.ʒ.j.Mellis attici,aut ſacchari,quantũ ſufficit. 287

Antidotus ad eosq quotidiana febre laborãt,data ex aqua. Habet aloes flauæ,croci,opij thebaici, ſtyracis, myrrhæ,papaueris capitũ,piperis albi,ſingu.ʒ.ij. Mellis attici, aut ſacchari,quod ſatis eſt.Datur ante inuaſionis horam. 288

Antidotus ad eos qui quotidiana febre correpti ſunt, data ex aqua. Accipit aloes flauæ,croci,opij,myrrhæ,ſenæ,capitum papaueris,piperis communis,ſingul ʒ.ß.Mellis attici,aut ſacchari,quod ſufficit. 289

Myſterium. Antidotus vocata Myſteriũ,efficax ad pleuriticos.Semel data ꝓmiſsis reſpõdet. Doloré ſedat, rigore correptis, ſtomachicis,iocineroſis ſuccurrit, & eſt admodum vtilis. 290

Capit ſtyracis calamitis,caſtorij,piperis,croci,ſingu.ʒ.j. Hyoſcyami.℈.iij.Aqua calida informa paſtillos nucis ponticæ quantitate.Datur cum [a] aqua mulſa.

[ a Aqua mulſa. ] *Manuſcriptus codex legit ἐυκρατομέλιτος, pro ὑδρομέλιτος. Sic enim eſſe legendum,ex lib.Aetij.8.cap.68. qui omnia propemodum remedia pleuriticis accommodata ex aqua mulſa præbenda præcipit,abundè colligitur.*

Antidotus [a] Zopyrios,efficax ad comitiales,tremebũdos, [b] aſthmaticos,iocineroſos, pulmonarios, & mulieres præfocatione laborãtes.Habet ſpicæ nardi,myrrhæ,croci, caſię,floris iunci odorati,mãdragorę,ariſtolochiæ,cinamomi,thuris,rhois aridi,polij,caſtorij,ſin.exag.j.Scordij,ſanguinis exiccati [c] anatis maris,ſin.ℨ.ij.ß.Piperis,coſti, ſin.ℨ. ij.Mellis attici,vel ſacchari,quantum ſatis eſſe videbitur. Paratum in vaſe vitreo reconde.Datur exagium vnũ cum mulſo febrientibus autem ex [d] aqua mulſa. 291

Zopyrios. [ a Zopyrios. ] *Græcus manuſcriptus codex malè legit ζωσιπύριος,pro ζωπύριος.Sic enim legẽdũ eſſe, Gal.lib.2.de antidotis ſatis oſtẽdit.Ibidẽ enim hãc deſcribit,atque ita à Zopyro quodã, qui illam Mithridati transmiſit,dictam eſſe tradit.* [ b Aſthmaticos. ] *Manuſcriptus codex nõ rectè legit ἀσθατικοὺς, pro ἀσθματικοὺς,vel ſcribendũ erit αἱμαπτοϊκοὺς:illis enim etiã cõferre hãc antidotũ, teſtis eſt loco citato Galenus.* [ c Anatis.] *Græcè perperã ſcribitur νοσίου pro νήσσης,qui error crebrò eſt in codice Nicolai manuſcripto. Sic verò eſſe*

Codex Nicolai emendatus.

*legen*

*legẽdũ, Galenus eodẽ in loco docet. Nã in antidoto ſequẽti, ex ſangui-nibus habet,* νάπης αἵματος ἄῤῥενος καὶ θηλίας. [d Ex aqua mulſa.] *Iterum perperam* εὐκρατομέλιτος *legitur pro* ὑδρομέλιτος. *Siquidem Galenus habet,* πυρέττουσι μεθ' ὑδρομέλιτος.

292 Antidotus Muſa cõferens mirificè hydropicis, iocinero ſis, nephriticis, difficultate vrinæ laborãtib. iſchiadicis, rigore correptis, quartanis, & articulorũ dolore laborãtibus. Recipit piperis. ℥. xvj. ℈. j. Croci, hyoſchyami, ſin. exag. ij. Thuris maſculi, gẽtianæ, ariſtolochiæ rotũdæ, euphorbij, ſingul. exag. j. Terantur & cribrentur ſimul. Opium cum melle ſolue, & da febricitantibus cum hydromelite. Si volueris, adijce myrrhæ. ℥. j. minus granis iiij. Paratam repone in vaſe. Datur ex ea exagium vnum.

293 Antidotus Perſica. Prodeſt ad omnẽ morbũ, capitis dolorẽ, ictericos, corpus formicoſum, verrucoſúmve, febres cũ rigore inuadẽtes, vomẽtes. Et eſt bona & vtilis. Capit piperis albi, cardamomi, hyoſcyami, ſeminis, myrrhæ, ſingu. ℥. vj. Arſenici, opij, ſulphuris ignẽ experti, ſing. ℥. v. Croci. ℥. vj. Coſti, ariſtolochiæ, mãdragoræ radicis corticis, euphorbij, ſin. ℥. iij. Mellis attici, aut ſacchari, quãtũ ſatis eſſe videbitur. Dať põticæ nucis magnitudine cũ tẽperato liquore.

294 Antidotus [a] Syngeli regalis, confert ad dolorẽ capitis, hebetudinẽ oculorũ, adſtrictũ ventrẽ, humores ſtomachi extenuãs. Itẽ ad arthriticos, ictericos, podagricosq;. Omnẽ morbũ, Dei gratia, ſanat, data ſine obſeruatione. Ad frigus & æſtum valet. Habet piperis cõmunis, & albi, ſing. ℥. j. Polypodij. ℥. ij. Zingiberis, cinamomi, ligni cinamomi, nucis odoratæ, ſingul. ℥. ij. Caryophylli. ℥. j. ß. Canchryos. ℥. j. Melis attici, & ſacchari, quod ſatis eſt.

[a Syngeli.] *Græcè eſt* συγγέλου. *Et ita in latinis quoq; Actuarij* Syngeli.
*codicibus legitur, qui eandẽ etiã antidotũ deſcribit. Quis verò Syngelus ille fuerit, nõ ſatis nobis conſtat. In ſequẽtibus antidotis etiã cuiuſdã mẽtio ſit, quæ ad Michalẽ Syngelũ refertur autorem. Vt dubiũ nõ ſit, vtriuſq; antidoti vnũ et eũdẽ fuiſſe autorẽ. Cõſtãtin. Laſcaris lib. 3. ſuæ Grãmatices meminit cuiuſdã Michaelis Syngeli Hieroſolymit. An vero is fuerit de quo Nicol. hoc loco loquitur, aſſirmare nõ auſim.*

295 Antidotus alia Michaelis angeli regalis, conferens, vt præcedens, ad febres excernendo, item lienoſos, & propter obſtructionẽ iocineroſos, omnẽ ſtomachi refrigerationẽ, omnemq; vterinum affectum, ac mala muliebria. Cunctas

obſtructiones tollit, acidos ructus diſsipat, & appetentiam excitat, lætitiã parit, bonumq; corporis colorẽ. Oris fœtorem tollit. Timorẽ, metum, & futilem loquacitatẽ, difficilemq; ſpirationẽ abigit. Et in ſumma, hominẽ ſanitati reſtituit, & memoria valentẽ efficit. Datur citra obſeruationẽ omni tempore cum cibo, & à cibo, neq; frigus, neque æſtũ, aut cibum, aut potum obſeruando. Accipit piperis communis & longi, zingiberis, cinamomi, ligni cinamomi, polypodij, nucis odoratæ, ſing. ʒ.ij. Caryophylli, ſpicæ nardi, maſtiches, [a] carychi, alypiadis, dacrydij, ſing. ʒ.j.ß. Turpeti. ʒ.ij. Mellis attici, vel ſacchari, quod ſatis eſt. Datur. ℥.j. cum tẽperato liquore, aut plus aut minus pro viribus, media nocte, aut quãdo volueris, inſpiciẽdo habitũ hominis.

*Carychus,* [a Carychi.] *Quid verò per Carychum intelligat, ſcire nondum poſſum.*

Antidotus vocata phlebotomos. Propter eius verò celeritatem Phlebotomos eſt appellata. Habet zingiberis. ʒ.ij. Seſelis. ʒ.j. Petroſelini, piperis, ſing. ʒ.j. Aſari, aloes flauæ, ſing. ʒ.iiij. Eupatorij. ʒ.iij. Hæc tuſa & cribrata excipe melle attico, aut ſaccharo ſufficienti. Datur ægyptiæ fabæ magnitudine ex vino Aminæo auſtero, ijs qui non febricitant. Febricitantibus autem, cum aqua calida. 296

Antidotus ex croco, ad iocineroſos, admodum bona. Recipit croci, ſpicæ nardi, caſiæ, ſingulorum. ʒ.iiij. Cinamomi, myrrhæ, floris iunci odorati, coſti, ſing. ʒ.ij. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. 297

Antidotus Cyphi ex quinquaginta ſpeciebus compoſita. Suffita quicquid eſt noxium, malumq; ſpiritum abigit. Omnes feras immenſi impetus depellit & auertit. Capitis dolore vexatos liberat, fronti illita. Oculorũ doloribus ſuccurrit, inuncta extrinſecus cum vino. Auriũ dolores ſanat, melle & oleo diluta, atq; cum flocco impoſita. Omnia oris mala ſanat, diſſoluta & illita ſufficiẽti tẽpore. Tuſsientibus, nõ niſi recta ceruice ſpirãtibus, peripneumonicis, ſtomachicis, & ſanguinẽ reijciẽtibus cũ mulſo cõmixta, ac fabæ ſylueſtris quãtitate data, auxiliat. Similiter lienoſis, nephriticis, & hepaticis ꝓdeſt, ſi cũ poſca bibãtur de ea ſiliquę tres. Saraceni vocãt ſiliquã ſtagiũ, aut fabæ ægyptiæ magnitudinẽ. Doloribus inteſtinorũ, & iſchiadicis, confeſtim 298

*Siliqua quid. Stagiú.*

cum

cũ calida aqua fabæ quãtitate cõfert. Lunaticos autẽ reſtituit, data cũ ſpuma tauri fabæ magnitudine, ab ortu ſolis vſq; ad ortũ lunæ diebus triginta. Opitulatur etiã peſtifero morbo cõfeſtim, & cõtinuò data, geſtata, & appẽſa. Eſt enim medicamentũ aduerſus venena, propulſans omne malum. Quòd ſi quis ipſam quotidie ſumpſerit, nullũ morbũ formidabit. Auxiliatur etiã ijs qui à rabidis ſunt cõmorſi animãtibus, & lumbricis, luna deficiẽte. Eſt verò admodũ nobilis. Accipit lapidis Gagatis. ℥.j. Helenij. ℥.ij. Corticis aſpalathi. ℥.ij. exag.ij. Radicis aſphodeli. ℥.ij. exag.ij. Sauinæ. ℥.ij. Baccarum iuniperi, nume. xxxiij. & tertiam vnius partẽ. Bdellij petraici, hoc eſt quod ex Petræa Arabia affertur. ℥.ij. exag.ij. Caricarũ pinguium ſine acinis. ℥.viij. Ammomaci. ℥.j. Cõchylij indici, ſeminis rutæ ſylueſtris, coſti, iuglãdis, ſin. ſili. xij. Cardamomi, cyperi, croci, ſin. ſiliq.j.ß. Seminis cypariſsi. ℥.j. Ladani, ſiliq.iij. & tertiã partẽ. Styracis calamitis, ſiliq.iij. & tertiã partẽ. Aſari, ſiliq.ij. Nardi celticæ, roſarum ſiccarũ, ſin. ſiliq.j. Myrrhæ troglodyticæ, ℥.ij. exag.ij. Amomi, ſiliq.ij. Peucedani. ℥.ij. Seminis ſalicis, ſiliq.ij. floris iunci odorati, ſiliq.j. Pinearũ, ſiliq.j. Vuarũ exẽptis acinis. ℥. viij. Terebinthinę. ℥.ij. Folij, ſil.j. Pœoniæ, ſiliquæ tertiã partẽ. Palmularũ pinguium. ℥.iiij. Conyzæ odoratæ, ſiliq.ij. Maſtiches, ſiliq. j. Dictami, ſiliq.ij. Thuris, ſiliq.j. Corticis piceæ, ſiliq.j.ß. Calami odorati. ℥.ij. Iridis illyricæ. ℥.j. exag.j. [a] Moclij, ſiliq.ij. Carpobalſami, ſiliq.ij. Mellis attici, aut ſacchari, lib. ij. vel quod ſatis eſt. Vini optimi, ſiliq.j. [redacted] Superſtitioſum.

[a Moclij.] *Græcè* μοχλίου. *Neq; quid ſit Moclion, me intelligere fateor.* Moclion

299 Alia confectio Cyphi ex reb. viginti octo cõſtans. Vrinam mouet, & eſt optima. Capit carnis palmularũ, nucum pinearum. ʒ.iiij. Carnium caricarum. ʒ.viij. Spicæ nardi, vuarum paſſarum, ſin. ʒ.j. Folij. ʒ.v. Baccarũ iuniperij. ʒ.viij. Thuris. ʒ.iij. Croci, cyperi, ſabinæ, muſci, floris iunci odorati, cardamomi, ammoniaci, meliloti, ſing. ʒ.iij. Cypariſsi. celticæ, ſing. ʒ.ij. Caſiæ. ʒ.iiij. Roſarum. ʒ.iij. Aſphodeli. ʒ.iij. Styracis. ʒ.v. Baccarũ iuniperi paruarum. ʒ.iij. Helenij. ʒ.v. Coſti. ʒ.vj. Terebinthinæ. ʒ.ij. Aſpalati. ʒ.v.

Bdellij[a] .ʒ.vj. Mellis attici, aut ſacchari, vel vini odorati quantum ſufficit.

[a Bdellij.ʒ.vj.] *Manuſcriptus codex ſimpliciter βδελλίου habet, non adiecto pondere. Aetius autem, qui lib.13. cap.17. eandem antidotum, ſed ſimplicium ordine diuerſo, reſcribit, pondus quod in conuerſione noſtra eſt, diſertè exprimit.*

Antidotus Climax. Facit ad ſtomachi refrigerationē, 300
ſuccurrit etiā ijs qui cōcoquere haud poſſunt. Eſt experta. Nō ſolū aūt ad flatus, & turbationē ſtomachi cōfert, ſed & muliebria mala omnino purgat. Aſſumpta ijs quoq; qui nō niſi recta ceruice ſpirāt, auxiliatur. Eſt admodū bona. Habet ſeminis ari, ſeminis apij, ſileris, piperis, zingiberis, ſing. ʒ.j. Sinonis ſyriaci. ʒ.ij. Seminis fœniculi, radicis helenij, ſing. ʒ.iij. Cinamomi. ʒ.j. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Cōfecta datur manè ieiunis, & à cœna, [a] cū vino diluto, vel aqua. Excitat appetentiā. Datur etiā ad omnis generis tuſſes, & [b] humores delatos ad thoracem, omneq; internum corporis malum. Venerea etiam ſtimulat.

Librarij lapſus.

[a Cū vino diluto.] *Græcè eſt μετὰ κράμματος. Eſt aūt κράμμα ſimpliciter, vel cū adiectiōe κράμμα οἴνου, ὑδαροῦς Græcis, vinū aqua dilutū.* [b Humores.] *Græcus codex malè legit θυμὸν, pro χυμὸν.*

Antidotus Apollonij cōferēs difficulter ſpirātibus, or- 301
thopneæ, tuſsi diuturnæ, dolori pectoris, ſtomachi, & viſcerū. Omnē aūt antidotū in eiuſmodi malis ſuperat. Tribus enim diebus intermiſsionē pſtat. Accipit piperis albi. ʒ.v. Croci. ʒ.iij. Cinamomi, ʒ.ij.ß. Spicæ myrrhæ, opij, [a] interio [redacted], cardamomi, hyoſcyami, ſing. ʒ.ij. Aſari. ʒ.j. Mellis [redacted]tis eſt. Datur nucis vnguentariæ quantitate.

[a Interioris, &c.] *Græcè eſt ἐντεριῶνος τιβάκυρι, Eſt aūt Græcis ἐντεριώνη cuiuſque rei interior pars. Proinde interdū nucleū, interdum etiā medullā reddunt latini interpretes. Quod autē τιβάκυρι ſit vox corrupta, nemo nō videt. In ſequēti antidoto nō τιβάκυρι, ſed τιμάκυρι ſcribitur, quod tamen æquè corruptū eſt. Puto autē corruptā hāc vocē eſſe ex θείω. & ἀπύρω, Legēdū itaq; eſſe videtur θείου ἀπύρου, id eſt, ſulphuris ignè nō experti. Nā ſulphur aſthmaticis, & difficulter ſpirātibus cōferre, Dioſcorides etiā teſtatur. Et legendū eſſe hoc pacto, paulò pòſt latius oſtendemus. & idem Ioannes de Sancto Amando vocatus confirmat, qui tipapyrum, ſulphur viuum interpretatur.*

Antid

302 Antidotus Muſa Apollonij, cōferens difficulter ſpirantibus, veteri tuſsi, & omnibus malis. Item [a] extenuatis, & plurima virium imbecillitate laborantib. ijs quoque qui decretoriorum dierum expectant finem, admodum vtilis eſt. Tuſſem ſoluit. Quòd ſi etiam dolores accidant, ſumpta nucis ponticæ quantitate, ipſos diſsipat. Habet piperis albi, ſiliq. xvj. & quartā partem. Croci, exag. ß. Gētianæ. exag. j. Myrrhæ, exa. ij. Hyoſciami, exa. j. [b] Sulphuris ignē nō experti, exa. iij. Mellis attici, vel ſacchari, qđ ſatis eſt. Prodeſt etiā quotidianis, tertianis, & quartanis, pcipuè aſſūpta ante acceſsionē ponticæ nucis magnitudine, ex tepido vino.

[a Extenuatis.] *Græcè eſt* λιπρότητα, *ſcriptum malè pro* λεπτότητα. [b Sulphuris.] *Quod ante* τιβάπυρι, *iā* τιμάπυρι *appellat.* Librarij erratum

303 Antidotus alia Muſa, efficax ad iocineroſos. recipit piperis, ſiliq. xvj. & quartā ptē. Hyoſcyami, exag. ij. Thuris, arſenici, gētianæ, ariſtolochię rotundę, euphorbij ſin exag. j. Tuſis & cribatis omnibus ſimul, opiū diſſolue cū melle attico, aut ſaccharo ſufficienti. inijce autē & myrrhæ exa. v. & præbeto cū aqua mulſa, priuatim febricitantibus exagium vnum. Non febricitantibus autē, cū vino. Prodeſt etiā hydropicis, nephriticis, & difficulter mingentibus.

304 Antidotus Aphraſtos, hoc eſt non dicenda, conducit reſolutis, ſpumantibus, & demonio agitatis. Capit ſcordij, amoniaci, myrrhæ, tragacanthæ, opopanacis, ſagapeni, caſtorij, [a] ſquamæ mucronib. ferri decuſſæ, galbani, bituminis, ſanguinis draconis, mori fructuū, thuris, maſtiches, ſin. ℥. j. Quæ ſunt odorata, ea non trita in poculum deſpumati mellis impone, & moue vehemēter in mortario. Alias autem ſpecies tere, & per cribrū trāſmitte. Dein adijce hyſſopū, betonicā, [b] caraburcā, ſaluiā, cynogloſſum, rutā, vrticam, ericen, phu, calamintham paruam, ſtercus bouillum, & [c] ſulphur. Trita hæc conijce in vas cum mero, & expone aſtris cum ferro, datoque ægrotanti.

[a Squamæ mucronibus decuſſæ.] *Græcè legitur haud rectè,* σιδήρου σόυπου, *pro* σιδήρου σωμόματος. *Quid aūt Stomoma ſit, ſuprà quoque à nobis expoſitū eſt. Conducit reſolutis vſus ſtomomatis.* Nicolai locus reſtitutos.

[b Caraburcā.] *Codex manu ſcriptus habet* καραβουρίαρ. *Neque mihi huius corruptæ vocis ſignificatio cognita eſt. Niſi fortè ſit carui ſpecies, quæ Hiſpanis Caroueia & Carancia hodie dicitur.* Carabu rea.

[ c Sulphur.] *Græcè σούλφαρα legitur. Vox latina græcis exarata literis. Et hinc etiam clarum fit, ſuprà per τιπάπυρι Nicolaum ſulphur ignem non expertum intelligere.*

Antidotus alia colica, expoſita à Magno medico ſophiſta, admodum vtilis. Habet cyperi, zingiberis, aniſi, ſing. ʒ.ſs. Dictami, petroſelini, piperis, ſing. ʒ.j. Spicæ nardi, ammoniaci, calaminthæ, ſin. ℈.viij. Caſiæ fiſtuliaris. ʒ.x. Tuſa & cribrata aqua ſolue, & finge paſtillos nucis auel lanæ quantitate. Ex ſiccatis in vmbra, da febre vacãtibus paſtillum vnum cum condito, febricitantibus autem cum aqua mulſa. 30

Antidotus ex croco vocata. Prodeſt colicis ex poſca data ægyptiæ fabæ magnitudine. Difficulter ſpirantibus cum aqua, quantitate duarum fabarum. Iocineroſis ex vino veteri, ægiptiæ fabe magnitudine. Pleuriticis in aqua mulſa, quantitate duarum fabarum. Nephriticis, cũ temperato liquore. Ictericis ex melicrato. Diſentericis noctu deglutiendã præbeto erui quãtitate. Lienoſis ex vino auſtero duarum fabarum magnitudine. Ad internos abſceſſus, cũ aqua. Ad tormina vẽtris, eiuſdemque refrigerationẽ, cum [a] temperato liquore. Accipit croci. ʒ.xv. Opij. ʒ.xiij. Euphorbij. ʒ.j. Piperis. ʒ.iiij. Pyrethri. ʒ.ij. Spicæ nardi, dauci cretici ſeminis, ſingul. ʒ.iiij. Petroſelini macedonici. ʒ.ij. Opobalſami, caſiæ, folij, amomi, roſarum ſiccarũ, rutæ ſiccæ, coſti, ſtyracis, ſeminis apij, ſing. ʒ.iiij. Myrrhę, cardamomimi, ſeminis fœniculi, ſing. ʒ.ij. Caſtorij. ʒ.j. Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſt. 30

[ a Cum temperato liquore.] *Græcè eſt, μετὰ εὐκράτου. Cenſeo tamen legendum ἀκράτω, id eſt, mero.*

Antidotus alia colica, faciens ad ſtomachi dolorẽ, ſtrepitumque, & tuſſes. Recipit cumini torrefacti. ʒ.viij. Foliorum rutæ. ʒ.vj. Piperis. ʒ.iiij. Nitri. ʒ.ij. Petroſelini macedonici. ʒ.iiij. Corymbi thymi. ʒ.ij. Zingiberis. ʒ.iiij. Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſſe videbitur. Datur cochlearij vnius menſura cum mulſo, aut acido garo. Eſt verò laudata. 307

Antidotus alia ad colicos, experta, dolorẽ mittigans. Valet ad internas inflatiões, & affectus ſedis, ac violẽtias. Ad dolores cum tẽperato liquore cyathorum trium, nucis 308

pon

ponticæ quãtitas diſſoluta. Habet caſiæ, aniſi, ſpicæ nardi, zingiberis, petroſelini macedonici, opij, ſingu. ʒ.j. Seminis apij. ʒ.ij. Croci, caſtorij, floris iunci odorati, ſin. ʒ.ß. Piperis albi. ʒ.j. Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſt.

309 Antidotus alia colica nobilis, & vtilis. Capit piperis albi, thymi, gummi, ſin. ℥.ß. Datur, vbi vſus poſtulat, cochleariũ vnum cum temperato liquore ieiunis, & dormituris.

310 Antidotus colica, quã accepi à fratre Cononis, & Theoſebij, q dicebat ſe multoties expertũ eſſe, quod vna dũtaxat potione eos qui ſumpſiſſent ſanos reddiderit, aut vt plurimum, duabus, aut tribus. Datur pondere obolorum duorũ cum frigida aqua trium cyathorũ. Præſtat verò id ipſum cum niue ſumere. Habet ſeminis hyoſcyami albi, piperis albi, ſin. ʒ.x. opij. ʒ.vij. Dauci cretici ſeminis. ʒ.v. Petroſelini macedonici ʒ.iij. Pyrethri, euphorbij, ſin. ʒ.ß. Spicę nardi, & croci, ſin. ʒ.ij. Mellis attici, aut ſacchari quãtũ ſufficit.

311 Antidotus alia vocata Athanaſia, admodum cõferens colicis, & experta. Accipit ſeminis apij. ʒ.iij.ß. Seminis aniſi ʒ.j.ß. Caſtorij, piperis cõmunis, opij, ſin. ʒ.ß. Myrrhę, gra. vij. Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur [a] nucis ægyptiæ quantitate.

[ a Nucis] *Græcè legitur* καρύου. *Puto autẽ ſcribendũ eſſe* κυάμου, *hoc eſt fabæ. Aegyptiæ enim fabæ mentionem Nicolaus, & alij græci faciunt ſæpe, non nucis.*

312 Antidotus alia colica, dolorẽ mitigãs. Recipit ſtyracis, aſari, caſtorij, opij, hyoſcyami albi ſeminis, ſing. ʒ.ß. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt.

313 Antidotus alia colica, dolorã ſedans, admodũ bona, qua vtor, experta ad magnos affectus, & inflationes coli, & vehementes dolores. Datur quantitate nucisq; auellanę cũ cyathis tribus temperati liquoris. Habet caſiæ, aniſi, ſpicæ nardi, zingiberis, petroſelini macedonici, opij, ſing. ʒ.j. Seminis apij. ʒ.ij. Croci, caſtorij, floris iunci odorati, ſingu. ʒ.ß. Piperis albi & longi, ſing. ʒ.ß. Mellis quod ſufficit.

314 Antidotus alia colica, quæ iureiurando non eſt niſi ſolis filijs danda. Cõducit etiã ſine potu, odorata duntaxat. Accipit aniſi. ʒ.viij. Seminis apij. ʒ.xvj. Caſtorij, piperis albi, floris iunci odorati, ſin. ʒ.iiij. Zingiberis, opij, ſin. ʒ.viij. Spicæ nardi. ʒ.xvj. Petroſelini. ʒ.v. Rotundarũ gallarum.

ʒ.iiij. Seminis hyoſcyami. ʒ.iij. Mellis attici, aut ſac
chari quod ſatis eſt. Datur cochlearium vnum ex aqua
calida.

Antidotus ad tuſsim. Habet pulegij.ʒ j. Tymbrę,thy 315
mi,aniſi ſeminis & apij,ſinapi,hyſopi,cardamomi, piperis
communis,ſing. ʒ.j.Excipe melle attico cocto,eiuſdē pon-
deris. Aut impone aniſi ſeminis, fœculi, amcos, ſeminis
hyoſcyami,opij,ſin.ʒ.j.Apij ſeminis.ʒ.j,Mellis quantum
ſufficit. Datur nucis auellanæ quantitate.

Antidotus è caſtorio,prodeſt pleuriticis,dolorē ſedās, 316
torminibus è cruciatu colico relictis,& podagrę.In vniuer
ſum ad omnem dolorē optima eſt,ſi qui continuò ea vtun
tur.Capit caſtorij.ʒ.iij.Seminis dauci,radicis panacis,ſin.
ʒ.iij.Seminis hyòſcyami,ſeminis papaueris,ſingul.ʒ.j.ß.
Excipiantur melle attico aut ſaccharo ſufficienti.Cōfectā
reconde in pixide ſtannea,& præbę fabæ magnitudine.

Antidotus ex Rheo,cōfert cardiacis. Aduerſatur ve- 317
nenis.Conducit comitialibus, [a] ardoribus oris ventriculi,
capitis doloribus,venena haurientibus,iſchiadicis,& ad re-
ſtinguendum bilis feruorē.Recipit coſti,rhei,glycyrrhizæ,
zingiberis,ſpicæ,cinamomi,caryophylli,zedoariæ, ſing.ʒ.
j.Corallij.oſsis cordis ceruini,ramenti eboris,oſsium pal-
mularum,anacardij,berberis,croci,ſingul.ʒ.j.Serici crudi
vſti.ʒ ß.Maceris,gran.xv.Trita omnia pollinis inſtar prę
beto.Eſt experta.

[ a Ardoribus oris vētriculi.] *Manuſcriptus codex habet καρδίας καιομένους pro καρδιακαιομένους. Intelligit autē eos,qui propter bilis copiam ardore oris ventriculi, quod veteres καρδίαν dixerunt,vt alibi demoſtrauimus,vexantur. Galenus lib.viij.de Compoſ.medic.localium cap.3. ἔγκαυσιν τοῦ στομάχου hoc malum vocat. De quo plura in commen.noſtris in ſect.6.apho.com.33.*

Antidotus ad compagum articulorumúe dolores no- 318
bilis, ex opio cognominata capit opij, myrrhæ, ſeminis
hyoſcyami,croci,ſin.ʒ.ij.Thuris maſculi,euphorbij,gen-
tianæ,cardamomi,ſing.ʒ.j.Datur cum vino febre carenti-
bus,febricitantibus autem ex aqua tepida.

Antidotus Deſmoterios,hoc eſt carcer.In carceribus 319
enim hanc experti ſumus. Quippe facinoroſis vehemens
exhibuimus venenum,poſtea verò ex hac antidoto, & ni-
hil

hil inde offenſi ſunt. Non ſolum autem ad letalia venena efficax eſt, ſed & ad comitiales, eosq́ue qui ex tortura luxati ſunt, & difficulter ſe mouent. Ad trementes, vterinas pręfocationes, iocineroſos, peripneumonicos, tabidos, aſthmaticos, lethargicos, cœliacos, & ad mutationes aquarum, atque aeris. Eſt admodum laudata. Habet ſpicę nardi, croci, ſeminis dauci, ſingul. ʒ. iiij. Anatis ſanguinis. Floris iunci odorati ſingu. ℈. ij. Caſiæ. ʒ. x. Cinamomi. ʒ. iij. Piperis albi. ʒ. j. Thuris maſculi, ſiliq. j. ß. Scordij, polij, roſarũ aridarum. ℈. iij. Myrrhæ, coſti, ſingu. ʒ. iiij. Mellis, aut ſacchari, quod ſatis eſſe videbitur.

320 Antidotus[a] Argyrophora, hoc eſt pecuniæ collatio. Facit ad vniuerſa capitis mala, tam noua quàm vetera. Somnum inducit, lachrymas ſiſtit, tuſſem recentẽ & antiquam ſoluit. vomitum ſanguinis & humoris reprimit. Pulmonis & lateris mala ſanat. Cardiacis ſuccurrit. Stillicidium & difficultatem vrinæ ſoluit. Plagarum & viſcerum doloribus, non ſolum pota, ſed & inuncta citra omnem controuerſiam auxiliatur. Certò autem renum doloribus, & cœliacis ſuccurrit. Calculos in renibus & veſica ſoluit, & conterit. Sanguinis profluuium è quocunque loco factum conſtringit. Ventos naturæ diſcutit. Sudores cit. Brachiorum & femorum tenuitatem vincit. Aſsiduè ſumpta cum ſucco ſaluiæ, reſolutos confirmat. Habet opobalſami, cinamomi, galangæ, ſpicæ, coſti, opij, carnis palmularum, aniſi, ſing. ʒ. vj. Paſtilli ex[b] eryamboro. ℥. xj. Floris iunci odorati, caryophylli, petroſelini, ſing. ℥. vj. Croci, glycyrrhizæ, zedoariæ, ſtyracis calamitis, galbani, myrrhæ, thuris maſculi, pyrethri, piperis albi, ſeſelis, ſinonis, macedoniſij, ſeminis apij, ſingulorũ. ℥. iiij. Rhei pontici, caſtorij, mandragoræ, ſingul. ℥. j. Ligni aloes, cariophylli magni, folij, calaminthæ, caſiæ, anacardij, maſtiches, tragacanthæ, euphorbij, ſagapeni, terebinthinæ, ſanguinis draconis, [c] Ticltizę, gẽtianæ, rhois ſyriaci, piperis lõgi & nigri, carpobalſami, cumini, erucæ, ſileris, amomi, bituminis ſin. ℥. ij. Ramenti auri puri, exa. j. Berberis. ʒ. ij. Margatitarum, exag. ij. Lapidis iaſpidis & ſaphiri, ſing. exag. ſemis. Oſsis cordis ceruini, exagium. j. ß. Ramenti eboris, exag. ij. Maceris. grana. xj. Ambaris. ℈. iiij. Serici crudi vſti. ʒ. j. Moſchi, ſiliq. x.

Ca

Caphuræ, ſiliq. vj. Sacchari quod ſatis eſt, & ſtillatitij roſarum liquoris. Datur pro viribus, cum vino.

[a Argyrophora.] *Græcè eſt* ἀργυροφορά. *Sic autem dicta videtur propter eius præſtantiã, quòd ſcilicet ſit ſumptuoſa, & haud mediocrem pecuniæ collationem exigat.* [b Excryamboro.] *Græcè eſt* διὰ κρυαμβόρου. *Eſſe autem dictionem corruptam, nemo nõ agnoſcit. Quo pacto autem ſit reſtituenda, in animum nunc non venit.* [c Tieltize.] *Græcus manuſcriptus codex habet* τιελτιτζι. *Quæ itidẽ dictio deprauata & barbara eſt: neq; quid ſignificet, ſcire poſſũ*

Coryãboron.

Antidotus Adriani, cognominata vehiculum ma- 311
gnum. Facit ad eos qui ſunt deſperati vſque ad mortem. Datur comitialibus, & melancholicis, cum decocto coſti. Vertiginoſis, cum vino albo. Caput dolentibus, cum tepida aqua. Ad ſtomachi refrigerationem & dolorem, ex vino tepido vel decocto abſinthij. Iocineroſis, cum decocto eupatorij. Lienoſis cum decocto capparis. Nephriticis, cum decocto[a] caſiæ ligneæ. Stillicidio vrinæ laborantibus, cum decocto millefolij, & ſeminis peponis, ac cucumeris. Ad penis mala, cum decocto ſaxifragi, & ſemine viridis citrij. Colicis, cum vino, cui cuminum, aut caſtoriũ incocta ſint. Per circuitum reuertentibus febribus ante inuaſionem, cũ decocto ſenæ, aut rutæ. Huius antidoti facultatem multi ſapientes inuenerũt. Narrant verò etiam hoc. Si gallo quia venenata ſerpente ictus fuerit, ex hac antidoto in os cũ tepida aqua impoſueris, aut in aures immiſeris cõfeſtim hũc reſtitues. Huius cõfectionẽ quęre in principio huius libri capite ſecundo: illic enim pręſcripta eſt.

[a Caſiæ ligneæ.] M*anuſcriptus codex falſò* χυλοῦκασίας *pro* ξυλοκασίας.

Codex Nicolai emendatus.

Antidotus tuſsim ſedãs. Mirabiliter ad mala tuſsim infe- 312
rentia facit. Capit ſeminis apij, fœniculi, hyſſopi, ſing. ℥. j. Succi glycyrrhizæ, ammeos, ſingul. ℥. ß. Opij. ℥. ij. Aniſi, grana. vij. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſufficit.

Antidotus Iſochryſos, hoc eſt auro æquiparanda, fa- 313
cit ad frigidos ſtomachi affectus, inflatos, & eos qui vapores humidos ex ſtomacho ſurſum mittunt. Habet ſpicæ nardi, myrrhæ, caſiæ, ſingul. ʒ. j. ℈. ij. ß. Cinamomi. ʒ. j. ß. Amomi. ʒ. j. ℈. j. Corticis mandagoræ, dauci, croci, ſingu. ʒ. j. Caſtorij. ʒ. j. Mellis attici, aut ſacchari, quantum ſuffi-

328

cit. Datur ponticæ nucis quantitate. Diſpoliticũ aridum.

324 Antidotus aridũ Dioſpoliticũ, confert is qui cibũ in ventriculo tardè cõcoquũt, vt hunc citius ſubinde conficiant. Ad acidos in ſtomacho humores. Et in vniuerſum, ad frigidos ſtomacho inhærentes affectus. Accipit cinamomi, zingiberis, piperis communis, rutæ, ſingul. ʒ.ij. Nitri. ʒ. vj. Mellis, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Dioſpóliticũhumidum.

325 Antidotus, humidum dioſpoliticũ, confert omnibus quibus aridũ, magis tamen incidit lentos & [a] craſſos humores. Habet piperi cõmunis, cumini, zingiberis, rutæ, ſing. ʒ.j. Nitri. ʒ.iij. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſufficit.

[a Craſſos.] *Codice in manuſcripto perperam* καλάιων *pro* παχέων *legitur.*

326 Antidotus quæ per vomitum purgat, admodum vtilis. Capit ſalis ammoniaci, dacridij, aniſi, petroſelini, maſtiches ſingul. ʒ.j. Mellis, aut ſacchari, quantũ ſatis eſſe videbitur.

327 Antidotus ſanguinem ſiſtens, vtilis ad omnis generis ſanguinis eruptionẽ, & profluuiũ muliebre. Recipit lemnij ſigilli, aſteris ſamij, aluminis ſciſsilis, ſulphuris ignem haud experti, chalcitidis aſſatæ, mei aſſati, ſing. ʒ.ij. Lapidis hæmatitis, ſanguinis draconis, ſingulo. ʒ.j. Succi acaciæ veronicæ, coralli, ſucci hypociſtidis, rhois ſyriaci, balauſtiorum, roſarũ ſiccarũ, gallarũ, ſidiorũ, rutæ, myrti teneræ, ſucci mẽtæ, ſummitatum rubi, ſeminis lactucæ, ſeminis hyoſcyami, cucumeris ſatiui, ſeminis papaueris, croci, thuris, caſtorij, myrrhæ troglodyticæ, opij, ſtyracis, ſingul. ʒ.ß. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Veronica.

[a Veronicæ.] *Græcè eſt* βερονικῆς. *Puto itaq; intelligi à Nicolao ſtirpẽ quæ in hodiernum diem Veronica vulgò dicitur. Eſt enim vulneraria, adeoq; ad ſiſtendum ſanguinem apta, vt primo noſtrorum de Stirpium hiſtoria commentariorum tomo demonſtrauimus.*

328 Antidotus è cumino concoquens, incidens in ſtomacho humores, concoctionem efficiens, flatus diſcutiens, ſtomachum firmans, ſomnumque inducens. Habet zingiberis. ʒ.v. Cinamomi, croci, florum boraginis, ſing. ʒ.ß. Dacridij. ʒ.j. Rhei, maceris, ſing. ʒ.ß. Caryophylli, ſenæ, ſing. ʒ.ß. Papaueris, exagiũ.j. Coriandri, aniſi, apij, & fœniculi ſeminum, ſingul. ʒ.j. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt.

Antido

Antidotus Galeni Lyſiponos, hoc eſt dolorē ſoluens. 329
Prodeſt vigilantibus, capitis defluxione laborantibus, & tōſillis, quippe omnem defluxionē à capite delatā compeſcit, & exiccat, vt nulla alia. Cardiacis, nephriticis, colicis, dyſentericis, cholericis, cœliacis & omnibus malis corporis ſuccurrit. Accipit papaueris hortenſis opij, ſingulorum. ʒ. ij. Hyoſcyami ſeminis, glycyrrhizæ, ſingulorum. ʒ. j. Croci, ſtyracis, caſtorij, aniſi, mandragorę radicis corticis, ſingulorum. ʒ. ß. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Datur exagium vnum ex aqua calida.

Antidotus nominata Ecloge, hoc eſt ſelecta. Prodeſt 330
cœliacis, ad hoc enim potiſsimum eſt idonea: & ſanguinis ſputioni, cū ſucco plantaginis maioris data. Similiter ijs q ſanguinē p inferiora excernūt cōfert. Habet balauſtiorū maceris, ſin. ʒ. ß. opij. ʒ. ij. Berberis, hyoſcyami, fructus rubi, myrtorū nigrorū, ſin. ʒ. j. Cornu ceruini myrrhę troglodyticæ, licij, ſing. ʒ. ß. Corallij, ſidiorū, ſing. ʒ. j. Croci, floris iunci odorati, roſarum, lemnij ſigilli, ſin. ʒ. ß. Succi plātaginis maioris, ſucci acaciæ, ladani, ſing. ʒ. j. Fœniculi, & aniſi, ſing. ʒ. ß. Aluminis, thuris, ſing. ʒ. j. Rhois culinarij, ſeminis loti dictæ Anacacabeæ, terræ ſamiæ, ventriculi columbæ, ventriculi galli, vuarum paſſarum ſine acinis, ſin. ʒ. ß. Dedori, hoc eſt eryſimi, gummi, ſin. ʒ. j. Chalciditis, pumicis, teſtæ erinacei, anatis vuluæ, oſsiū palmularū, ſing. ʒ. v. Hypociſtidis. ʒ. j. Oſtreorū vſtorum, œnanthes, [a] miſyos, radicis ſymphyti, bituminis iudaici, amomi, dauci, boli, petroſelini, ammeos, caſtorij, rhei, ſingul. ʒ. ß. Tribuli. ʒ. j. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt, & ſtillaticij roſarū liquoris boni. Datur nucis ponticæ quātitate, [b] non febricitantibus cū vino, febricitātibus verò cū aqua tepida, manè & dormituris.

Dedorō quid.

[a Myſyos.] *Græcus codex malè admodū legit* μίσος *pro* μίσυος. *Eſſe autem* μίσυος *legendum, facilè hinc colligi poteſt, quòd in hac antidoto etiam Chalcitidis, cui Miſy viribus par eſt, mentio fit.* [b Non febricitantibus] *Manuſcriptus codex habet falſo* πυρέτοις μετὰ οἴνου, *quum ſcribendum erat* ἀπυρέτοις, *hoc eſt, ijs qui febre vacant, vt in ſequenti antidoto* ἀπυρέτοις δὲ μετὰ οἴνου καλοῦ καὶ παλαιοῦ.

Antidotus polyetes, id eſt multorum annorum, ma- 331
gna

gna. Prodeſt cibum non appetentibus, & ijs q eundē difficulter concoquunt, refrigeratis, & quib. celeriter ſtomachus inflatur. Datur auellanæ quantitate cum aqua febricitantibus: febre autē vacantibus, cum vino bono & veteri donec æger ſanetur. Qui autem cum vino ſumere nequeunt, aridam prædicto pondere comedant. Accipit rhei, thymi, ſingul. ʒ.j. Piperis communis. ʒ.iiij. Myrrhæ. ʒ.ij. Aniſi, hyoſcyami, ſingul. ʒ.iij. Pyrethri. ℈.iij. Petroſelini, pulegij, ſeſelis, calaminthæ, ſingulorum. ʒ.vj. Thymbræ, iridis. ſingul. ʒ.j. Libyſtici, yſſopi, ſing. ʒ.iij. Croci. ʒ.j. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt.

332 Antidotus ex acoro, è diuerſis [a] viribus & effectibus compoſita. Confert ad omnem ictum venenatorum, medicamenta deleteria, febres per circuitum reuertentes, quartanas & quotidianas, Datur nucis ponticæ magnitudine, febre carentibus cum vino, febricitãtibus autē cũ aqua mulſa. Habet acori, zedoariæ, eryſimi, [b] enitæi, [c] corij caldaici, ſidiorum ſonchi minoris ſeminis rutæ, [d] mali punici floris, ſeminis rapi, ſingulorum. ʒ.iij. Agarici, calaminthæ, ariſtolochiæ longæ, nardi celticæ, rubricæ, ſinopidis, gummi, abrotoni, radicis eryngij, ſeminis ſtaphylini caſtorij, ferulæ viridis meditulij, floris rhododaphnes, ſucci marrubij, ſilphij, ſagapeni, opopanacis, liquoris cyrenaici iridis illiricæ, croci, verbenacæ rectæ, origani, ſeminis cucumeris ſatiui, decocti polij, ſucci & radicis peucedani, foliorum betonicæ. ʒ.j. Cicutæ. ʒ.ß. Mellis attici, aut ſacchari, quantum ſufficit.

[a Viribus.] *Manuſcriptus codex perperam legit, δυναμιρῶν. pro δυναμεῶν.* [b Enitæi.] *Græcè eſt ἠνιτκίου Quid verò ἠνιτκίου ſignificet, me ignorare fateor.* [c Corij. *Græcè eſt, δέρματος χαλδαϊκοῦ. Cur vero hoc vſurpet, aut quid etiam ſit, ſcire ſatis. non poſſum, niſi quòd ſic vocare putem id, quod è Chaldæa eſt allatum.* Librarij lapſus. Corium Cardaicum.
[d Mali punici. *Græcè eſt ῥοΐδιου, pro ῥοιδίου.*

333 Antidotus dicta Pæonia, cõfert ad deſtillationes capitis, tuſſes, arteriacos, anginoſos, omnia pulmonis & thoracis mala, tabidos, peripneumonicos, pleuriticos. Admirabiliter autem thoracem vindicat, immunemque à deſtillationibus, vlceribus & ſanguinis reiectionibus reddit. Datur in aqua calida pondere ſiliquarum trium

um: vt plurimum autẽ dormituris. Anginoſis diluta in mulſo ad gargariſandũ continuò datur. Pennaq; cum melle illinitur. Datur colicis nephriticis, & difficultate vrinæ propter obſtructionem laborantibus, cum nõnullis quæ vrinã mouẽt, aut apij, aut reliquorum decocto. Datur etiã in diuturnis febribus, verbi gratia quartanis, & quotidianis, duabus ante inuaſionem horis cum temperato liquore: plurimum verò prodeſt concoctione in vrina apparente. Præbetur etiam ad omnes peſtilentes, & populariter vagantes morbos, è vitio aeris natos, inter initia præſeruandi gratia. Datur quoque dyſenteria graſſante, præſeruandi cauſa. Eſt ſomnifera & vtilis. Habet amomi. ℥.j. Croci. ʒ.ij. Pęoniæ radicis, aut ſeminis, ſingulorum. ℈.iij.ß. Piperis longi, ℈.iij. Folij euphorbij. ℈.iij. Spicæ nardi, ʒ.j. Rhei pontici, ℈ iij.ß. Coſti, opij, ſingul. ʒ.j. Seminis petroſelini. ʒ.ij. Seminis hyoſcyami albi. ℈.iij.ß. Styracis primarij. ℈.iij. Myrrhæ troglodyticæ, pyrethri, ſingulorum. ℈.iij.ß. Thuris. ʒ.j. Caſtorij. ℈.ij. Calaminthæ. ℈.iij. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt.

Antidotus Polyetes[a] parua. Capit floris iũci odorati, 334 xylobalſami, caryophylli, cinamomi, ſpicæ, aniſi, ſingulorum. ʒ.ij. Cumini. ʒ.iiij. Caſiæ ligneæ, piperis communis, ocimi, acori, cumini æthiopici, ſing. ʒ.j. Pulegij. ʒ. Mellis, aut ſacchari, quantum ſatis eſſe videbitur.

[a Parua.] *Codex manuſcriptus habet τὸ μίκορ, pro ἡ μικρή. Supra enim μεγάλαν, hoc eſt magnam, deſcripſit: nunc verò paruam.*

Alius.

Antidotus pleuritica efficaciſsima. Accipit gentianæ, ſe 335 minis rutæ ſylueſtris, ſing. ʒ.iiij. Ariſtolochiæ rotundæ, ſagapeni, heliotropij, piperis albi, ſing. ʒ.ij. Opopanacis. ʒ.j Chamædryos. ʒ.vj. Croci, lauri, ſin. ʒ.iiij.ß. Mellis attici, aut ſacchari, quantum ſufficit.

Antidotus è ſucco cotoneorum, admodum bona. Re 336 cipit mellis ℔.xj. Piperis communis, zingiberis, ſingulor. ℥.ß. Spicæ, exagia.v. Cinamomi exagia.v. Caryophylli, aniſi, ſingul. ℥. ij. Carnis cotoneorum. ℔.vj. & vini odori quod ſatis eſt.

Melicratum.

Confectio melicrati. Habet mellis ℔.vj. Papaueris 337 albi, & aquæ, ſingulorum ℔.j.

Antidotus ad omnem defluxionem & hebetudinẽ ocu 338 lorum

lorum. Eſt valde vtilis. Capit ſucci rutæ. ʒ.vj. Lycij indici, aloes flauæ, myrrhæ, ſing. ℈.vj. croci, thuris, ſingul. ℈. iiij. Opij. ʒ.iiij. Acaciæ nigræ. ℈.xij. Aquæ pluuiæ puræ. ℈.v. Liquata ac manibus vtriſque probè vnita, in vaſe vitreo reconde. Et vbi meliorem efficere volueris, pro aqua inijce vinum album.

339 Antidotus è ſulphure ignem non experto, cõferens ad rigores per circuitum inuadentes, verbi gratia quotidianæ & quartanæ febris, duabus ante acceſsionem horis data ex poſca aquoſiore. Datur autem ponticæ nucis quantitas. Qui ſumpturus eſt, eum moderatũ eſſe oportet, & ſuperuacuis vacantem. Neceſſe etiam eſt in vrinis bonam apparere concoctionem. & ita quidem præbendum hoc medicamentum, quod habet Sulphuris ignem non experti, cardamomi, ſtyracis, ſingu. ſtagia ij. Opij, exag. ij. Coſti, exag. ij. ß. Libyſtici, exagium. j. ß. Rutæ, exag. ij. Croci, ſtagium vnum. Caſiæ, ſtagia iij. Piperis communis, ſtagium j. Myrrhæ, ſtagia ij. Mellis, aut ſacchari, quod ſatis erit.

340 Antidotus ex [a] anthera ſicca. Datur ad [b] gingiuarum & oris vlcera. Recipit aluminis, portulacæ, cyperi, iridis, croci, myrrhæ, ſeminis cotoneorum, ſingul. ʒ.j. Ariſtolochiæ, florum roſ. ſingul. ʒ.j. ß. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt.

[a Anthera ſicca.] *Antheras veteres ad oris, gingiuarumq; potiſsimum, vlcera curanda vſurpabant. Videtur autem Nicolaus hãc antidotum more recentiorum a floribus roſarum, quos illi Antheras appellant, nominaſſe, quòd neque cinabarim, neque ſandaracham, neque aliud quod colorem floridum conciliare poſsit, recipiat.* [b Gingiuarum & oris vlcera.] *Hæc in Græco codice deſiderantur, qui habet:* δίδοται δὲ πρός τι. *Adiecta verò à nobis ſunt ex Marcelli cap. 11. & Aetij lib. 8, cap. 22. & Galeni lib. 5. de Compoſ. medic. cap. 2. ſententia, qui eandem Antheram deſcribunt, & ad gingiuarum tumores putredineſq; conferre, vnanimes tradunt.* Anthera.

341 Antidotus Iuliani, faciens ad aluum adſtrictam, vt citra dolorem molliatur. Confert etiam melancholicis, & [a] Habet ſpicæ exagium j. ß. Folij indici, epithymi, ſingul. exagia iij. Cnici ſeminis, exagia ij. & quartam partem. Polypodij, ſtagium j. & quartam partem. Pulegij, exagiũ j. ß. Cumini, ſtagium vnum, & quartam partem. Iridis,

ſtagij.ß.quartam partem. Agarici, ſtagium vnum, & quartam partem. Seminis apij, ſtagiũ j. Dacrydij, exag.iij. Mellis attici, vel ſacchari, quantum ſufficit.

[a Et.] *Deficiunt hoc loco quædam, quæ aliunde reſtituere non potuimus. Nuſquam enim apud alios autores nobis hanc antidotum reperire licuit.*

Antidotus Chryſippi, facit ad capitis dolores, cœliacos, dyſentericos, profluuium muliebre, & ad. [a] Habet lapidis hæmatitis, ſanguinis draconis, ſing.ſtag.j. Lemnij ſigilli, terræ ſamiæ, ſing.ſtag.ij. Corallij rubei, ſtag.iiij. Sulphuris ignem non experti, ſtag.ij. Electri rubei, acaciæ, ſidiorum, rhois ſyriaci, ſingulorum, ſtag.iiij. Roſarum aridarum, myrtorum tenerum, ſummitatum rubi, polygoni, ſeminis hyoſcyami, caſtorij, croci, myrrhæ, ſtyracis, thuris, ſingulorum, exagia iiij. Opij, exag.j. Mellis attici, vel ſacchari, quod ſatis eſt. 342

[a Et ad.] *Cætera in manuſcripto codice deſunt.*

Antidotus ex œnanthe, prodeſt ad [a] Capit aſpalathi, cinamomi, caryophylli, cyperi, ſpicæ, roſarum, œnanthes ſiccæ, caſiæ, œnanthes humidæ, ſing. ℥.iij. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſſe videbitur. 343

[a Ad.] *Deſunt & hoc loco quædam: qualia verò ſint, ſcire non poſſum.*

Antidotus Panacia, confert ijs quæ per circuitum cũ rigore affligunt, febres enim longas propulſat & emendat. Facit ad tuſſes diuturnas, tabidos, ſanguinem ſpuentes, grauiter è pectore excrementa eijcientes, difficulter ſpirantes, cõuulſos, rupta & inflationes. Prodeſt lienoſis, hydropicis, colicis, nephriticis, calculos renum deducit, & ad omnium reptilium ictũ, omnemq; materiã corruptionem inducẽtẽ confert, data ponticæ nucis magnitudine, vacantibus febre cum vino, febricitantibus autem ex aqua mulſa. Accipit piperis albi, exagia.ij. Hyoſcyami, cardamomi, opij, zingiberis, ſingul.exag.iij. Ariſtolochiæ, corticis radicis mandragoræ, euphorbij, ſingulorum gran.xj. Thuris exag.iij. Sulphuris ignem nõ experti, exag.j.ß. Coſti.gr.xj. Croci, exagium.ß. Folij indici, caryophylli, ſingulorum exagium j. Caſiæ, ſtyracis, ſingulorum exagia iij. Seminis apij, fœniculi, aniſi, ſingulorum exagia ij. Caſtorij, gr.viij. Spicæ nar- 344

di,exagia ij. Mellis,aut ſacchari,quod ſatis eſt.

345 Antidotus,è citro,ad eos qui tarde concoquunt. Ha
bet carnis citri lb.j.℥.j. Hyſſopi,rutæ,origani,ſingulorum
faſciculum vnum paruum. Aceti,cotylas. iij. Macerétur in
aceto per noctes & dies quinque,ac ſubinde ad tertias con-
coquantur. Vbi expreſſeris,ſpecies abijcito, aceto autẽ ad-
miſce mellis exagium j.& iterum coque ad mellis conſiſten
tiam,ac deinceps inſperge ſenæ,aſari,mei,piperis,ſpicæ,zin
giberis,caryophylli,cinamomi,coriandri, aniſi, nucis mo-
ſchatæ,ſingulorum.℥.j Subacta probè,dato.

346 Antidotus Hepalas, bona ad conceptionem, haud
ſecus quàm Triphera magna, & Eſdra. Prodeſt vehe-
menti viſus hebetudine laborantibus, & oculis deflu-
xione obſeſsis, doloribus à partu natis, auribus dolenti-
bus,difficulter audientibus, dentibus concuſsis, commo-
tisúe, vel exeſis, columellæ relaxatæ,& defluxione gra-
uatæ illita, & collutionibus adhibita. Difficulter ſpi-
rantes, aſthmaticos, & omnem ſtomachi dolorem ſanat.
Tabidis, ſanguinem reijcientibus, iocineroſis, ictericis,
lienoſis, hydropicis, colicis, cœliacis, dyſentericis,in po-
ſteriora conuulſis, iſchiadicis, arthriticis, elephantiáque
correptis, auxiliatur. Mulieribus difficulter parientibus
facilem præbet partum. Pota ſterilibus mulieribus con-
gruit, itidem etiam in peſſo ſubdita, quippe conceptio-
nem iuuat. Omni reptilium venenatorum ictui ſuccur-
rit. Letalibus venenis, & omnibus deleterijs aduerſatur.

Recipit caſiæ fiſtulæ. ʒ. ij. Roſarum aridarum ſty-
racis boni,croci, ſingulorum, exagia iij. & quartam par-
tem. Floris iunci odorati. ʒ.v. Pyrethri. ʒ.j. Myrrhæ, co-
ſti, ſingulorum. ʒ.ij. Dauci cretici. ʒ. v. Cardamomi. ʒ.
j. Opij. ʒ.v. Aſari. ʒ.j. Euphorbij. ʒ.ß. Gummi. ʒ. iij.
Tragacanthæ. ʒ. v. Hypociſtidis. ʒ. j.ß. Rhois ſyriaci.
ʒ.j. Iridis illyricæ. ʒ.ij.ß. Bdellij. ʒ.j.ß. Seminis papa-
ueris.ʒ.j. Thuris maſculi.ʒ.iij.Sulphuris ignem non ex-
perti, petroſelini, ocimi ſeminis, ſingulorum. ʒ. j. Pipe-
ris albi.ʒ.x.Seminis hyoſcyami,aniſi, fœniculi, folij, ſin-
gulorum.ʒ.j.Spicæ nardi.ʒ.ij.ß.Mellis attici,vel ſacchari,
quantum ſufficere videbitur. Datur nucis ponticæ quanti-
tate,aut fabæ,cum hydromelite.

Antidotus ex crocogmate, prodeſt ad [a] Habet croci, 345
ſtag. x. Myrrhæ, ſtag. v. Roſarum aridarum, amygdalarum repurgatarum, gummi, ſingul. ſtag v. Coſti, ſpicæ, ſingu. ſtag. j. Crocomagmatis alterius, & vini quod ſatis eſt.

[a *Deſiderantur quædam in manuſcripto codice, quæ reſtituere nobis integrum non fuit.*

Antidotus [a] Eupnœa, confert [b] Habet ſpicæ nardi, 348
caryophylli, piperis, ſingulorum. ʒ. j. Myrrhæ, coſti, piperis albi, pyrethri, ſingul. ʒ. ij. Maſtiches, ſtyracis, terebinthinæ, ſingul. ʒ. j. Scammoniæ. ʒ. ij. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſſe videbitur.

Eupnœa.

[a Eupnœa.] Sic *dicta, quòd difficilem ſpirationem abigat.* [b Confert.] *Cætera deficiunt: vt iam ſæpe in alijs etiam accidit.*

Deſiderantur.

Antidotus magni decocti, prodeſt ad [a] Accipit hiſſo- 349
pi, epythimi, ſingulorum, exagium j. ß. Xanthobalani, exagium j. ß. & quartam partem. Nucis vnguentariæ, ſtag. ß. Ellebori, exagia iiij. ß. & ſtag. ß. Libyſtici, exagium j. ß. Agarici, exagia iij. Scammoniæ, exagia iiij. ß. Fœniculi, exagia iij. Hyperici, polypodij, chamædryos, polij, centaurij, pulegij, ſerpylli, alipiæ, calaminthæ, origani peplij, ſingulorum exagia ij. Mellis, aut ſacchari, quantum ſufficit.

Xanthobalanus. Chryſobalanus.

[a Prodeſt ad.] *Deſiderantur nonnulla, quæ ex meliore codice reſtituenda ſunt.* [b Xanthobalani.] *Non eſt verò Xanthobalanus, hoc eſt, flaua ſeu aurea glandis diuerſa ab ea quam* Galenus *& alij* Chryſobalanon *vocant, vt teſtis eſt* Actuarius *in deſcriptione quorundam catapotiorum ita ſcribens:* Accipit *aureæ glandis, quam vocant* Chryſobalanon. Chryſobalanus *autem hodie ignota eſſe videtur, roborandi & diſcutiendi, vt ſpica nardi,* Galeno lib. 8. *& . 9. de* Compoſ. *local. medicamen. teſte, vim obtinens, & ad colicos affectus. ſtomachiq; ardores, & ſingultus vtilis.* In *eius inopia ſpicam nardi vſurpare tanquam ſuccidaneam licebit.*

Antidotum è bacano, prodeſt [a] iocinerofis. Habet ba- 350
cani, coſti, folij, piperis albi, ſpicæ, cinamomi, caryophylli, ſing. exag. ij. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt.

Cornarium notat.

[a Iocinerofis.] Hoc *à nobis ex* Paulo *adiectum eſt. is enim lib. 7. cap. 11. ita ſcriptum reliquit,* τὸ διὰ βακάνου ἡπατικόν. *Vnde iterum. palàm fit,* Cornarium *paſſim falſo legere apud* Aetium *Cacanum pro* Bacanum, *de quo ſuprà etiam diximus.*

Antid

351 Antidotus odorata Clodij. Capit gallarum, ſtag. iiij. Opij. ℥. ij. Trita cũ aqua effinge, & da catapotia quatuor.

352 Antidotus è tragematis confert. [a] Recipit vuæ paſſæ albæ, exag. iij. Nucum pinearum recentium, ſeminis cucumeris, myrtorum, amyli, palmularum, ſeminis apij, ſingul. exag. j. ß. Seminis papaueris, croci, ſingulorũ ſtagij quartã partem. Zingiberis ℥. ß. Bene cõfecta vtere.

[ a Confert. ] *Deſunt & hoc loco quædam, aliunde reſtituenda.*

353 Antidotus alia polyetes, eiuſdem cum polyete magna vſus, quæ antea capite. 331. eſt deſcripta. Maximè verò confert ijs qui à capite ad thoracem vſque refrigerati ſunt; defluxione laborantibus, & plurimum expuentibus, non niſi recta ceruice ſpirantibus, tuſsi humidæ & ſicæ. Item ijs qui ſtomacho ſunt refrigerati, & ad inflationes eiuſdẽ. Bonã facit cõcoctionẽ, craſſos in uaſis extenuans incidensq; humores. Menſes ducit, & vrinam mirificè mouet. In ſumma medicamentum eſt ad multa vtile, ideoq; hac appellatione inſignitum eſt. Habet piperis. ʒ. xij. Pyrethri. ʒ. ij. Pulegij ſicci, petroſelini, ſeſelis, ſingulorũ. ʒ. vj. Calaminthæ, thymbræ, iridis illyricæ, ſingu. ʒ. viij. Aniſi, ſeminis apij, ſingu. ʒ. iiij. Libiſtyci. ʒ. ij. Hyſſopi. ʒ. iiij. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Datur ponticæ nucis quantitate ex temperato liquore.

354 Antidotus alia è Sampſycho, vt præcedens vtilis. Capit ſampſychi, thymiamatis, libyſtici, cumini æthiopici, ſeminis rutæ, piperis communis, ſing. ſtag j. ß. Pulegij, iunci odorati, xylobalſami, cinamomi, cumini communis, epithymi, ſeminis apij, zingiberis, ocimi, piperis albi, caſiæ, caryophylli, ſpicæ, ſing. exagium. j. ß. Mellis, aut ſacchari, quod ſatis eſt.

355 Antidotus è liquore tithymali Soſiani, qua in tempore vtebatur. Confert inflatis, tuſsi, dyſentericis, & ad interna mala, capitis doloribus, inſanientibus, comitialibus, cœliaco affectui, lienis duritiei, ictericis, hydropicis, elephantia correptis, [a] ter menſe data, Prodeſt etiam à ſemine genitali moleſtatis, iſchiadicis, arthriticis, & ijs quibus nocte mentis emotio & ſtupor accidit. Facit ad podagram, & menſes, diuturnas lippitudines, vertigines, aſthmaticos, difficulter ſpirantes, non niſi re-

cta ceruice ſpirantes, inflatos, iocineroſos, renum & veſicæ ſcabiem, diutina tuſſe laborantes, eos qui non nutriuntur, hypochondria praua habentes, & eos quibus nuper aqua detracta eſt, ſcabiem renum ac veſicæ habentes, tertianos, quartanos, quotidianos, data vna ante acceſsionem hora fabæ ægyptiæ magnitudine. Ad temperiem reducto, fabas quatuor præbe. Habet croci, myrrhæ, thuris, ſingulorum. ʒ.ij. Cardamomi, opij, ſingulorum. ʒ.j. Sulphuris ignem non experti, pyrethri, opopanacis, ſucci radicis tithymali, ſucci peucedani, ſingulorum. ʒ.vj. Piperis albi. ʒ.ij. Mellis, aut ſacchari, quod ſatis eſt.

Librarij erratum [a Ter menſe data.] *Græcè ſcribitur* τριῖς τοῦ μηνὸς, *pro* τρὶς τοῦ μηνὸς. *Niſi legere malis* τρεῖς τοὺς μῆνας, *hoc eſt tribus menſibus. Sed prior lectio verior eſſe videtur.*

Antidotus Praxagoros. Prodeſt difficulter, & non 356
niſi recta ceruice ſpirantibus, nephriticis, calculoſis, lienoſis, iocineroſis, ſuppuratis, pleuriticis, & quibus intus morbi cauſa deliteſcit: ac in ſumma, omni tuſsi. Dolorem excellenter mitigat. Accipit ſpicæ nardi, roſarum aridarum, coſti, nardi, celticæ, caſtorij, ſingulorum. ʒ.ij. Seminis dauci, caſiæ, euphorbij, pyrethri, ſeminis rutæ, fœniculi & hippoſelini, ameos, petroſelini macedonici, ſeminis apij, aniſi, myrrhæ, folij, ſtyracis, amomi, ſeminis origani, ſinonis ſyriaci, hedychroi magmatis, ſingulorum. ʒ.vj. Crocomagmatis. ʒ.iiij. Opij, ſeſelis, cinamomi, ſingulorum. ʒ.vj. Si verò cinamomo deſtitutus fueris, inijce caſiæ duplum, piperis albi. ʒ.viij. Hyoſchyami ſeminis. ʒ.x. Opobalſami. ʒ.vij. Excipiantur melle attico deſpumato, vel ſaccharo quod ſatis eſt. Datur ponticæ nucis quantitate cum aqua tepida. Nephriticis autem & calculoſis, cum filicis decocto. Ante omnia verò appetentiam roborat, & bonum efficit colorem. Icterum per vrinam ſoluit, atque cœliacis dolorem mitigat.

Antidotus dicta Clidion, efficaciſsima ad tuſſes, la- 357
teris dolores, guttas deſtillantes, inflatos, ſtomachi aciditates, cœliacos, dyſenterias, ileum, iecur, colum, ſanguinis reiectionem, ictos à ſcorpione, morſos à cane, exulceratos, & tabidos. Habet myrrhæ, caſtorij, ſingulorum

ʒ.ß.

ʒß.Croci,aniſi,dauci cretici,ʒ.ſtyracis ſeminis hyoſcyami, ſing.ʒ.ij.Terito & cribrato,fingéq; paſtillos, & vtere.

358. Antidotus è Cardamomo, dicitur etiã Lexopyretos. Confert ad tuſses diuturnas, tertianas, quartanas,& omnes internos dolores,inteſtinorum inflationes,coli, & ſtomachi,itẽ comitiales. Tertianis datur cum aqua melis. Accipit cardamomi, zingiberis,thuris, ſingulorum ʒ.vj.Sulphuris ignem non experti,coſti,ſingul. ʒ j.ß,Hyoſcyami, ʒ.v.Piperis albi. ʒ.iiij.Excipiantur melle attico deſpumato, aut ſaccharo ſufficienti.Datur fabæ pondere, Succurit verò etiam febricitantibus.

359 Antidotus alia Lexopyretos,quã nominant è ſulphure.Habet ſulphuris ignem non experti,hyoſcyami,cinamomi, ſtyracis, opij, zingiberis, ſingulorum.ʒ.iiij.Caſtorij, rutæ.folij,ſingul.ʒ.v.Croci,ʒ.ij.Caſiæ.ʒ.vj Excipe melle attico, aut ſaccharo ſufficiente, & dato ponticæ nucis magnitudine, vna ante acceſsionem hora, ex poſca,aut aqua mellis cyathorum trium,ac iube vt dormiat.

306 Antidotus alia ſimiliter febres finiens,Veteres tuſſes & affectus ſanat. Pleuriticis difficulter ſpirantibus, ac longis febribus medetur.Omnem circuitum diſſoluit,dimidia hora præſumpta.Similiter quoque quartanos vna ante acceſsionem hora data circuitus ſoluit, In balneo cum uino, aut mulſo data,menſtrua ducit. Capit myrræ,ʒ.ij. Sulphuris ignem non experti, ſeminis papaueris, ſingulorum ʒ.ij.Hyoſcyami,ʒ.ß.Cardamomi, piperis albi, [a] ſtyracis liquidi,ſingulorum vnc.ß.Hæc tuſa & cribro transfuſa excipe melle attico, aut ſaccharo ſufficiente,& præbe ponticæ nucis quantitate.

[ a Liquidi. ] *Arabum more* σακτὸρ *hoc eſt,liquidum ſtyracem vocat* Nicolaus,*quam alij Græci* σακτὸρ.*De qua quidẽ re alibi multa diximus.* Liqdus ſtyrax.

361 Antidotus aurea:Prodeſt tabidis, ſuppuratis,tuſsiẽtibus. abſceſsibus internis. Datur locis [a] trãſmittẽtibus. Habet amoni,croci,coſti,opij,amyli,ſtyracis,paſſarũ vuarũ excẽptis acinis,ſingulorũ.ʒ.ij.Petroſelini.macedonici,irridis illyricę,galbani,ſingulorũ ℈.iiij.Carnis pallũarum,terebin-

thinæ,ſingul.℥.ſ.Mellis attici, ſextarium ſ.Styracem autem,galbanum, opium, irim,palmularum carnes & vuas paſſas cum melle ſolue: inijce dein ſicca, & contere ſimul diligenter. Exceptis vtere. Datur cochlearium vnum cum attico melle.

[ a Tranſmittentibus.] *Manuſcriptus codex habet, διδόται τόκοις καὶ ἀναπίμπουσιν. Tamen quid ijs verbis ſignificare velit Nicolaus, non ſatis intelligi poteſt: vt ſuſpicio ſit, locum hunc nō eſſe integrum.*

Antidotus dolorem mitigans, conferens mirabiliter 362
tuſsientibus, ſtomachicis, pleuriticis, cœliacis, dyſenteria laborantibus, acidum eructantibus, colicis, vigilantibus, defluxione in thoracem moleſtatis, iocineroſis, rigoribus per circuitum redeuntibus, vnā antè hora data, inflationibus, & vterinis affectibus. Grauidæ verò mulieri nō dabis, abortum enim efficit. Recipit aſari, ſeminis hyoſciami, caſtorij, opij, ſtyracis, ſingul. ʒ.j.℈.j. grana viij. Excipiantur melle attico, aut ſaccharo ſufficienti. Mirabiliter verò conducit iſchiadicis. Datur ægyptiæ fabæ magnitudine cum cyathis duobus temperati liquoris.

Antidotus [a] Symphonos, faciens ad tuſsientes & ta- 363
bidos. Capit cardamomi, exag.j.ſ. Seminis hyoſcyami, piperis albi, ſing. exag.j.ſ. Croci, ſulphuris ignem non experti, myrrhæ, ſingulo. exagi.ſ. & quartam partem. Opij ʒ.j. Mellis attici, aut ſacchari quantum ſufficit. Datur nucis ponticæ quantitate, cum [b] aquæ cyathis tribus.

Symphonos. [ a Symphonos.] *Græcè dicta eſt σύμφωνος, à concordi ac conuenienti efficacia ad effectus, quibus eſt deſtinata, curandos.* Deſcribitur *à Galeno lib.7.de compoſ.medic.local.cap.2.* Et *Aetio lib.8. cap.55.* [ b Aquæ cyathis.] *Galenus habet μεθ' ὑδρομέλιτος, id eſt, aquæ mulſæ, non μεθ' ὕδατος, vt* Nicolaus.

Antidotus Cyphoides, conferens ad iecoris frigidas 364
intemperies. Habet croci, cinamomi, ſingul. ʒ.j. Zingiberis. ʒ.j.ſ. Bdellij. ʒ.j. [a] Aſpalathi, floris iunci odorati, ſingul. ʒ.ſ. & quartam partem. Caſiæ, nardi celticæ, ſin. gra. xv. Calami, gra. vij. Terebinthinæ. ʒ.iiij. Carnis vuæ. ʒ.ſ. Vini & mellis attici, aut ſacchari, quātū ſatis eſſe videbitur.

[ a Aſpalathi.] *Manuſcriptus codex habet ἀσφάλτου, quēadmodum etiam Paulus lib. 7. vbi eandem antidotum deſcribit: ſed mi*

nus

*nus rectè. legendum enim erit* ἀσπαλάθου, *vt teſtis eſt Galenus lib. 8. de Compoſ. medic. local. capit. 7. vbi Cyphoiden hanc deſcribens* ἀσπαλάθου *legit. Ita etiam legit Aetius lib. 10. cap. 5.*

365 Antidotus è baccis lauri, tuſsi accommodata. Recipit baccas lauri x. Ariſtolochiæ rotundæ. ℥. tertiã partẽ. Sulphuris ignem non experti. ℥. ij. Chamæleuces. ℥. ij. Styracis calamitis, galbani, ſing. exag. ij. & quartam partem. Arida omnia trita cum droſato Chamæleuces ſubigito, & fac pilulas, præbetoque tres.

366 Antidotus experta ad eos qui non niſi recta ceruice ſpirare poſſunt, & pleuriticos. Accipit abrotoni. ℥. ij. Radices brioniæ, rutæ viridis, ſin. ℥. iiij. Caſtorij, caſiæ, zingiberis, artemiſię, eryſimi, amomi, ſin. ℥. ij. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Dantur. ℥. ij. ex melicrato.

367 Antidotus ad difficulter ſpirantes, Archigenis. Scillam [a] fuluam manum ſua magnitudine implentem, repurgatã, fermento extrinſecus obline, & probè in furno aſſato. dein vbi hanc remoueris ab igne, partes in ſuperficie eius aridas adime, & accipe internas partes teneriores, eaſque conterito, & adijce farinæ eruinæ duplum ſcillæ, ſimulque probè ſubigens, adde ammoniaci thymiamatis, [b] opopanacis, ſingul. ℥. iiij. Iridis illyricæ, abrotani, [c] acori, ſing. ℥. ij. Piperis cõmunis, [d] grana. viij. Excipiens formato paſtillos obolorum duorum pondere. Dantur cum lacte aſinæ, aut caprę, aut [e] cum aqua.

[ a Fuluam, &c.] *Nicolai codex hoc loco mirificè eſt deprauatus. legit enim* σκύλαν χειροπληθήσαν καθαρὸς περίπλασον. *quum Aetio lib. 8. cap. 57. teſte, qui eandem ibidem habet antidotum ſit,* σκίλλαν πυρὰν χειροπληθῆ καθαρθεῖσαν περιπλάσας. *Quam quidem lectionem in noſtra conuerſione etiam ſecuti ſumus.* [ b Opopanacis.] *Aetius habet* πάνακος ῥίζης, *hoc eſt, radicis panacis.* [ c Acori.] *Nicolai codex legit,* ἀβροτόνου τῶν ἄκρων, *hoc eſt, ſummitatũ abrotoni, ſed falſo. Legendum enim eſt, Aetio ſuffragante,* ἀβροτόνου καὶ ἀκόρου, *vt nos conuertimus. Pondus denique duarum dragmarum per nos adiectum ex Aetio, in Nicolai codice deſideratur.* [ d Grana octo.] *Nicolai codex hoc loco deprauatus, vt aliàs crebrò, legit* κρόκου ή. *quum ſcribendum eſſet, vt Aetij codices habent,* πεπέρεως κόκκοι κ′. [ e Cum aqua.] *Aetius legit* ἢ μελικράτου, *id eſt, cum aqua mulſa.*

Nicolai locus reſtitutus.

Alius locus emẽdatus.

Alius locus emaculatus.

Antidotus ad ictérũ experta. Anchuſæ tritæ cochleariũ plenum datũ ex aqua mulſa. Carentibus ferbre, cũ melle. Qui hoc malo vehementius detinentur, ijs plus dato. Aut terræ inteſtina, hoc eſt vermes terrenos, æquali pondere in aqua tritos dato bibendos. Aut cucumerem ſylueſtrẽ præbeto, vino iniectum, ſurſum naribus attrahendũ. Vel folia raphani tundẽs dilue ſuccum, adijciendo vinũ vetus: dein ægrotantem in balneũ ablegato, & vbi ſudauerit, bibendum dato diebus decem. Aut nigellam tritã inijce tribus paſsi cochlearijs, & bibendã in balneo præbe ieiuno diebus decem. 368

Alia antidotus ad difficulter ſpirantes. Habet opopanacis. ℥.j. Piperis albi, myrrhæ, caſtorij, ſingul. ℥.vj. Mellis tatici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. 369

Antidotus conferens podagricis, arthriticis, comitialibus, caput dolentibus, oculos dolẽtibus, difficulter audientibus, ſtomachicis, lienoſis, iocineroſis, nephriticis, dyſentericis, iſchiadicisq́; Lapidoſas duricies diſſoluit. Condylomata ſanat: horum enim cauſas per vrinam excernit. Hominis ſenſum immutat ad optimam ſanitatem. Memoriã reparat. Et qui hanc antidotum aſſumit, præ omnibus hominibus floridus fit. Accipit rhei barbari, abrotani, agarici, ſingulorũ. ℥.ij. Phu. ℥.iij. Petroſelini, mei, ſingulorũ. ℥. iiij. Hyperici, ℥.v. Gentianæ, ℥.iij Ariſtolochiæ rotundæ, ℥.ß. Centaurij. ℥. viij Chamædryos, ℥.ix. Alij autem pro gentiana inijciunt chelidonium, & [a] echidinon. Hæc trita, & per cribrum transfuſa, in vaſculo recõdito, ac obturato, & præbe ℈. duos cũ cochleario vno, aut duobus aquæ. Accipies autem illam ad eum qui ſequitur modum. 370

Echidinion. Liberarij lapſus.

[a Echidinon.] *Græcus codex manuſcriptus habet* ἐχίδριον. *Cenceo autem legendum eſſe* ἐχίδνιον. *Sic autem appellat* Apuleius *herbam, quam is alio nomine viperinam vocat, à ſemine quod viperæ caput refert. Alij* Echion *nominãt. Noſtræ hodie officinæ* Buglоſſam *nuncupant.*

Interpretatio Alexandrinorum menſium ad Græcam appellationem. Tymbe, hoc eſt, Ianuario menſe, aſſumito diebus quinque, & ceſſato vnum. Mechir, id eſt Februario, accipito diebus quinque, & ociare unum. Phamenoth, hoc eſt Martio, aſſume diebus quinque, & ceſſa unũ. 371

Pharmuthi

Pharmuthi,id eſt Aprili,accipe diebus,tribus&deſine vnũ. Pachón,hoc eſt Maio,aſſume diebus tribus,& ceſſato vnũ. Payni, id eſt Iunio, accipe dieb. duobus, & deſine vnum. Epiphi,hoc eſt Iulio,aſſume vno die,& ceſſato vnum.Meſori,id eſt Auguſto,aſſume die vno,& deſine vnum.Thod, hoc eſt Septembri, accipe vno die, & ceſſato duos. Phaophi,id eſt octobri, aſſume duobus diebus, & deſine vnum. Athyr,hoc eſt Nouembri,accipe diebus duobus,& ceſſa vnũ.Chyac,id eſt Decembri, dato diebus quatuor, &ociare vnum.Oportet autem aſſumentē hanc antidotũ abſtinere conditis,omni mero, carnibus leporinis,porcinis, bubulis, & ijs quæ ex oleo aut garo præparantur , crudis oleribus omnis generis,aquoſo garo, ceruinis carnibus,caprearum, & omnium melancholicorum animantium. Ab ijs etiam piſcibus abſtineat , ſcombris , thynnis, [a] pelamidibus & omnibus ſquama carentibus. Oportet verò eum qui aſſumit,cauere cruditatem,quotidie tepida lauare,extrema abſtergere,& hydrelæo inungere,lacte opportunè vti.Singulis itaque diebus quæ præcepta & vetita ſunt obſeruato,vt malum immutetur.

[a Pelamidibus.] *Pelamidum meminit Plinius lib.xxxij. cap.xi. Eſt verò Pelamus thonni genus. Quippe primus ab ipſo ſtatim ovo thynnorũ fœtus Cordyla dicitur, qui mox in Linarias eaudit, ex Linarijs autē adoleſcētibus Pelamides fiunt: ſic à luto dictæ. quũ verò Pelamides pedalē exceſſere magnitudinē, in Thynnos abeunt.*

Pelamides. Cordyla. Linariæ. Thynni

372 Antidotus Eudios, faciens ad tuſſes, lateris dolorem, guttas, deſtillationes,inflationes,ſtomachi acidos ructus, colicos, dyſentericos,iocineroſos,ſanguiniſq; reiectionem. Mirabiliter etiam à ſcorpione ictis prodeſt,Recipit myrræ, caſtorij,ſing.ʒ.vj.Croci,aniſi,dauci cretici, ſtyracis primarij,hyoſcyami,ſing.ʒ.ij,Cum droſato ſcillitico finge paſtillos, & da dormituro cum temperato liquore pro viribus.

373 Antidotus Myſterium vocata,confert pleuriticis,vna potione quod promittit præſtans.Dolorem quoq; mitigat. Vtilis admodum ad rigores , & ſtomachum. Habet ſtyracis,caſtorij ,hyoſcyami,opij, aſari, ſingul.ʒ .iij. Croci ʒ.ij.Mellis,aut ſacchari,quod ſatis eſt.

374 Antidotus tabidis vtilis,repurgans, & exiccans, diu-

turna

turna & liquida educens. Capit farinæ eruinæ.ʒ.iiij. Ariſtolochiæ longæ.ʒ.ij. Iridis.ʒ.iij. Gentianæ, cardamomi, ſingulorum.ʒ.ij. Mellis attici, vel ſacchari, quantum ſufficit.

Antidotus ad iecur optima, & ſtomachicos, experta. 375
Datur cochlearium ex aqua calida, aut frigida. Accipit ſpicæ nardi, coſti, aloes, abſinthij, ſin. ʒ.j. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſſe videbitur.

Antidotus Ambroſia multi vſus. Habet nardi indicę, 376
nardi celticę ſing.ʒ.ß. Coſti.℥.j. exagium.j.ß. Croci, exagiũ.j.ß. Piperis cõmunis, exa.j. Petroſelini. exag.iij. Myrrhæ, exag.ij. Crocomagmatis. exag.j.ß. Ligni cinamomi, exagiũ.j. Amomi. exag.j.ß. Mellis attici, vel ſacchari, quod ſatis eſt.

Antidotus Polychreſtos, ideſt, ad multa accõmodata. 377
Facit ad letalia medicamẽta, & virus venenatorũ, ad timẽtes aquam, quotidianas, tertianas, quartanas, iocineroſos, lienoſos, arthriticos, calculoſos, ſtomachicos, & inflatos. Recipit ſcordij pontici.ʒ.vj. Pyrethri, piperis albi, ſingulorũ.ʒ.v. Liquoris cyrenaici.ʒ.iiij. Opobalſami.ʒ.vj. Gentianę, ariſtolochiæ, ſin.ʒ.iij.ß. Seminis rutæ agreſtis.ʒ.iij. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſſe videbitur. Datur ponticę nucis quantitate vna ante acceſsionẽ hora. Reliquis cũ aquæ cyathis tribus.

Antidotus Hippocratis, faciẽs ad omnia mali, precipuè verò ad tabidos ſanguinẽ ſpuẽtes & pleuriticos. Habet 378
cumini græci veteris.ʒ.j.ß. Petroſelini macedonici, opij, caſtorij, ſingulorum.ʒ.j. Aſari, croci, ſtyracis calamitis, ſingulorum.ʒ.j.ß. Spicæ nardi, caſiæ ſingulorum.ʒ.j. Mellis, aut ſacchari, quod ſatis eſt. [a] Datur carentibus febre cum vino veteri, febricitantibus autem cum aqua temperata.

[ a Datur. ] *Grecè ſimpliciter eſt ἡ δόσις, & pondus deſideratur.*

Antidotus ad ſtomachum refrigeratum, & inflatũ. 379
Concoctionem iuuat, craſſos & tenaces qui in profundo ſunt humores incĩdit, potiſsimum verò in vaſis. Menſtrua quoque mulieribus ducit. Capit calaminthæ.ʒ.j.ß. Pulegij, ſeſelis, petroſelini, ſingulorum.℈.j.ß. Libyſtici.ʒ.ij. Corymborũ thymi, ſeminis apij, ſingulorũ.ʒ.iiij. Piperis cõmu

nis

nis.ʒ.vj.Mellis attici,aut ſacchari,quod ſatis eſt.

380 Alia ſimilis. Habet carei, amcos coriandri,ſp[illegible]æ,cinamomi,cumini,aniſi,fœniculi,apij ſeminũ,[a] carnabadij, anethi,ſeminis macedoniſij,ſeminis dauci, ſingulorum.ʒ.ß.Mellis attici,aut ſacchari, quantum ſufficit. Semina in aceto macerato die & nocte,dein exiccata tunde,& per tenue cribrum ſimiliter alijs tranſmitte, & confecta vtere. Datur ex ea ſemuncia.

[a Carnabadij.] *Ex iſta antidoto ſole clarius fit,Nicolaum Carnabadium non pro Careo vſurpare, ſed pro cumino, vt anteà diximus. Nam ſi careum illi ſignificaret, bis in vna compoſitione, quod abſurdum foret, repeteretur. Initio enim ſtatim huius antidoti, Carei ſit mentio,& tandem etiam Carnabadij.* Carnabadium.

381 Antidotus Splenotomos,hoc, eſt lienẽ liquans, valde bona. Recipit radicis pœonię, croci,rhei,calaminthę,ſaluiæ,thlaſpios,epithymi,radicis centaurij magni, centaurij minoris,ſucci iridis, ſeminis rutæ ſylueſtris, piperis longi, aniſi,ſingulorũ.ʒ.iij.Libyſtici, petroſelini,ſeſelis,origani, thymi,trifolij ſeminis,cardamomi,ſeminis dauci,piperis albi,mei,aſari,ſingulorum.ʒ.ij.ß.Spicæ nardi,adianti, aridi caſiæ,polypodij,thuris,galbani,terebinthinæ,bdellij, ammoniaci,thymiamatis,ſingulorum.ʒ.ij.Sauinæ, rubiæ,helenij,ſingulorum.ʒ.xij. Agarici.ʒ.vj. Scordij aridi,[a]palireæ ſeminis,ſaxifragi, betonicæ, radicis cyclamini aridæ, lemnij ſigilli,paſtillorum theriaces,liquoris peucedani,opobalſami,ſingulorum.ʒ.xij.Styracis primarij.ʒ.xviij. Ariſtolochiæ rotundę.ʒ.xij.ß.Maſtiches,radicis bryonię,ſing. ʒ.xij.Oſsium cerui vſtorum.ʒ.vj.& quartam partem.Mellis attici,aut ſacchari, quod ſatis eſt. Datur.ʒ.j. ex aqua decocti ſummitatum tamaricis corticis radicis capparis, & ſeminis agni[illegible]

[a Palireę.] *Sæpe Nicolaus παλιρίας vocè vtitur, fortè pro παλιούρου vt ſuprà etiam monuimus.* Nam & *Paliurus, eius præſertim radix, tumores, Dioſcoride teſte, diſcutit.* Librarij lapſus. Paliurus

382 Antidotus Adriani admodum vtilis. Accipit opij.ʒ.v.Croci.ʒ.ij.& quartam partem. Euphorbij, grana.vij. Spicæ nardi,amomi,botryos, ſingulorum.ʒ.j. Caſiæ.ʒ.x. Folij.ʒ.ß. Caſtorij.ʒ.ij.Roſarum aridarum.ʒ.j. Rutæ ſiccæ,pyretri,ſingulorum.ʒ.j.Cyperi.ʒ.j. & quartam partem

tem. Petroſelini macedonici, dauci, cretici, ſingulorum. ℥. j. ß. Seminis apij, grana. vij. Opobalſami. ℥. j. & quartam partem. Seminis hyoſcyami, piperis albi, ſingulorum. ℥. x. Sagapeni, coſti, ſingulorum. ℥. j. ß. Ammoniaci. gran. vij. Mellis attici, aut ſacchari quantum ſufficit.

Antidotus Philonis. Habet croci. ℥. v. Pyrethri. ℥. j. 38; Piperis albi, hyoſcyami ſeminis, ſingulorum. ℥. xx. Euphorbij. ℥. j. Spicæ nardi. ℥. j. & quartam partem. Opij. ℥. x. Folij, fœniculi, ſingulorum. ℥. j. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Quibus verò malis ſuccurrat, & quo pacto detur, ſingulatim ſubijciemus. Caput dolentibus, cum paſsi dimidiato cyatho, & antidoti. ℥. j. in aceto & roſaceo calefacta, irrigato tempora. Si verò dolor diuturnus fuerit, ſubtrahens cibum, in acceſsionum intermiſsionibus ſternutamenta concitato, vt per ea humida deorſum lata cauſa ſint cur à ſternutamento [a] meatibus liberatis, educantur. Eodem tempore commoderatæ qualitatis ℥. ij. gargariſare, & cyathos quatuor tepidæ atquæ porrigere oportet. Inter gargariſandum verò medicamentũ retinendũ, deinceps quę cõfluxerũt expuenda & plurimũ alleuiat. Facit etiam ad comitiales, quãdo ſinapi cũ aqua gargariſatur, aut cum hydromelite, vt obturati meatus excernant. Dein fabæ quantitas ad noctem cum tepida aqua danda. Fertur etiam quod furorem finiat, ſi nigella præſumatur, aut ſinapi mane prius gargariſetur, nocte autem bibatur. Sedat etiam oculorum epiphoras ad noctem data cum aqua calida ante cœnam. Incipientibus ſuffuſionibus cum tragacantha commixta, & excepta in morem collyrij, dein inuncta prodeſſe creditur. Conficitur autem hoc modo. Ex medicamento accipiuntur. ℥. iiij. Tragacanthæ, aut gummi. ℥. ij. Facit ad aurium dolores ex frigore natos, cum paſſo tepido iniecta & infuſa. Ad ſurditates ſummè confert cum drachmis tribus ſucci ſcillæ, & ſucci corticis radicis raphani, & antidoti. ℥. j. Ad dentium dolores ſi circumlinatur, aut imponatur cauitatibus eorundem. Mobiles verò firmantur, ſi medicamento dimidiatam aluminis partem commiſceas, & cõtriueris ſingula. Facit ad commotos dentes etiam alumen ſciſsile tri

tritum melle, & ſubinde inunctum. Vtere quoque gargariſmo. Conducit voci amiſſæ. Dulcis mulſi cyathis quatuor commiſce tragacanthæ.ʒ.v. Antidoti.ʒ.ij. Singulis autem diebus accipe quantitatem exiguæ fabæ, eam retinens: vbi verò gargariſabis, deglutito. Facit ad ſtomachicos cum hypociſtide, & vino aminæo, hypociſtide huic commixta. Et ſi febricitant, cum frigida aqua ad noctē. [b]His verò qui non febricitant, cum vino, aut poſca frigida trium cyathorum ad noctem dato. Ad defluxiones acrium fluxionum, quas exedentes nominant, in ſtomachum confert. Benè facit etiam, ad inexplebilem appetentiam, data cum decocto thymi cyathorum trium & .ß. mane, & ſub noctem fabæ ponticæ magnitudine. Ad eos qui haud concoquunt cum poſca cyathi vnius & .ß. data. Dein deambulationibus vtendis, finietur cruditas. Difficulter & non niſi recta ceruice ſpirantibus, aſthmaticiſque cum aceti ſcillitici cochlearijs quatuor data conducit. A potione deambulet, aut currat, celeribuſque exercitijs vtatur, vt virtus excitetur. Potio detur alia alij, nunc dulcis, nunc acida. Antidoti quantitas ſit fabæ ægyptiæ. Ad ſanguinis eiectionem cum poſcæ cyathis tribus manè præbetur. Ad tabidos & tuſsientes cum ptiſana commixta, & ſorbendo aſſumpta. Confert ad aridam tuſſim cum aqua mulſa. Ad humidam tuſsim, fabæ ponticæ magnitudine deuorata. Ad iocineroſos conuenit data fabæ ponticæ magnitudine, cum oxymelitis cyathis quatuor. Ad eos qui morbo regio correpti ſunt, cum cyathis tribus decocti aſari fabæ ægyptiæ quantitas datur. Ad lienoſos radicis capparis faſciculus manipularis decoctus cum poſca, hoc eſt, aceti ſextario vno, & aquæ ſextario.ß, donec tertia pars abſumpta fuerit. Vnus autem ſumitur cyathus. Ad hydropicos deuoratur ipſum medicamentum & cibis permiſcetur, datum ante cœnā. Ad colicos qui non febricitant, cum frigidæ aquæ cyathis tribus dato. Febricitantibus autem cum aquæ anethi cyathis tribus fabæ ægyptiæ magnitudine ſub noctem. Ad ventris profluuia, cum decocto lentis, & rhois ſyriaci, [c] ericæ cyathis tribus fabæ quantitas datur. Ad exanthemata & pſydracia, cum mellis ac lactis ſextario vno, mirabi-

rabilis eſt ad huiuſmodi. Facit etiam ad ea quæ ex abſceſſibus relinquuntur in thorace cum butyri [d] myſtris duobus, & mellis myſtro vno, & ſulphuris ignem non experti. ℥.x. fabæ quantitas commixta, & excepta cum primis. Ad dyſentericos accipe mali punici ℔.ß. & pòſt commiſce medicamentum cyathis tribus ad noctem. Prodeſt conuulſis in ſcapulas cũ aqua mulſa data lupini quantitate. Ad eos qui elephantia laborant, dantur ſucci ſcillæ cochlearia tria. Prętereà cũ vino [e] cui marina ſit addita comixtũ medicamẽtũ dare oportet, cyathos quatuor diluti. exhibẽdo mane ante deambulationẽ. Prębetur quoq; alternis diebus à cœna. Ad arthriticos & podagricos ſub noctem pota ex decocto nardi celticæ cyathorum triũ quãtitate fabæ. Ad nephriticos cũ mulſi cyathis trib. Ad calculoſos cum decocto apij, aut aſari, ſextarij vnius, & aqua ſextarij.ß. Ad ſtillicidium vrinę cum cyathis tribus decocti fœniculi fabæ quantitate. Eijcit verò ſecundas mulierũ, aut ſi quid relictum fuerit. Excipitur autem cum decocto fœnogræci. Et ad peſſum in vehementibus refrigerationibus mulierũ, accipe adipis anſerini. ℥.j. [f] Lilini vnguenti, cyathum.ß. medicamenti. ℥. j. His cõmixtis prodeſſe nimis creditur. Appoſita ſoluit refrigerationes, & valet ad ſanguinis retentiones. Fertur quoq; in tertiana, quartana, & quotidiana pota liberare à rigoribus, ſi cum aquæ mulſæ cyathis tribus detur nucis ponticæ magnitudine. Facit ad venenatarũ ferarũ ictus. Commẽdatur autem vt nullum aliorũ medicamentorum. Conſeruat quoque corpus ab omni vitio ante vniſcuiuſque diei finem, erui aut ciceris quantitate aſſumpta.

[ a Meatibus.] *Hoc loco plurimum exemplar* Nicolai *deprauatũ eſt. Nos vero eum vtcunque ſenſum elicere conati ſumus, qui à ratione minime eſſet alienus.* [ b His verò qui non febricitant.] *Gr*æ*cus manuſcriptus codex habet,* πρὸς δὲ τοὺς ἀφυδροῦντας. *Puto aũt legendum eſſe* πρὸς δὲ μὴ πυρέσσοντας *vel* πρὸς δὲ ἀπυρέτους. *Coniecturis enim tantum in iſto mendoſo codice nobis vtendum fuit, quum alterum, ad quod in dubijs rebus confugeremus, defuerit exemplar.* [ c Ericæ.] *Codex manuſcriptus habet* ἐρίβης *Quid verò ſit* ἐρίβη *cogitare nequeo. Legendum itaque eſſe indico* ἐρίκην *Ac potuit eſſe facilis ab vna in aliam tranſitus.* [ d Myſtri. ] *Myſtrum triplex fuit, magnum videlicet, paruum, & mediocre, Magnum*

capit

*capit drachmas tres, & ſcrupulum vnum. Paruum drachmas duas* Paruum
*cum dimidia.* Mediocre *drachmas duas, & totidem ſcrupulos.* Medio-
[e Vini cui adiecta ſit marina.] I*n manuſcripto codice malè* cre.
οἴνου τιθαλασμένου *pro* τιθαλλασσωμένου. P*ræterea ſequitur quædam* Librarij
*dictio, quæ prorſus eſt deprauata, vt legi rectè non queat. Quare ſen-* error.
*ſum qualemcunq; potuimus, expreſſimus, à ratione tamen, vt ſpe-*
*ramus, nequaquam alienum.* [f Lilini.] M*anuſcriptus codex le-*
*git* κρόνου μύρου, *pro* κρινίνου μύρου. L*ilinum autem vnguentum* Lilinum
*ad muliebria mala eſſe efficax, notius eſt quàm vt demonſtrari* vnguen
*debeat.* tum.

384 Antidotus hæmaptoica Metrodori. Habet croci. ℥.j. Coſti, piperis albi, ſingul. ℥.ß. Roſarum ſiccarum. ℥.v. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Datur fabæ ægyptiæ magnitudine.

385 Antidotus alia, ad ſanguinem ſpuentes nobilis. Accipe ſummitatum rubi, faſciculum manipularem. ß. & cum aceto ad tertias vſq; decoquito. Pota confeſtim ſanguinis reiectiones compeſcit. Eſt verò eximium remedium.

386 Antidotus alia ad eos qui ſanguinem ſpuunt, & ad reuelatos abſceſſus, puſq; reijcientes. Recipit ſeminis apij. ℥.j.ß. Dauci. ℥.iij.ß. Caſtorij. ℥.j. Opij, nigellæ, ſingulorũ ℥.j.ß. Iridis Illyricæ. ℥.ij. Mellis attici, aut ſacchari, quantum ſufficit. Datur nucis ponticæ magnitudine, cum temperati liquoris cyathis tribus.

387 [a] Aridum ad ſpuentes ſanguinem expertum. Capit amyli, [b] ceruſſæ, ſigilli lemnij, thuris, ſingu. ℥.ij. Tritis ijs ſimul, da cochlearium vnum ex aqua mulſa.

[a Aridum.] *Græcè eſt* ξήριον. *Sunt autem Græcis* ξήρια, *vt teſtis eſt* A*ctuarius, omnia medicamenta arida, & ſicca, quæ hodie fa-*
*cientes medicinam pulueres appellant. Cornarius in ſuis cõmentarijs* Corna-
*falſo ad eos tantum pulueres, qui vulneribus, vlceribus, & cuti inſper* rius no-
*guntur, hanc dictionem detorquet.* [b Ceruſſæ.] I*n manuſcri-* tatus.
*pto codice hic, & in multis alijs locis legitur* ψιμμιθίου, *hoc eſt, vt nos*
*conuertimus, ceruſſæ. Quanquam paſſim in* Nicolao *deprauatè ſcri-*
*ptum ſit* ψιμίνθη. *Cæterum quum letalis ſit ceruſſa, & veneni male-* Locus
*ficium habeat,* D*ioſcoride, & experientia teſte, errorem ſubeſſe iudi-* Nicolai
*co. Neque enim in vlla confectione quæ eſt apud* Galenum *de curan-* reſtitu-
*da ſanguinis reiectione: quanquam multas è veteribus recenſet, ce-* tus.
*ruſſæ ſit mentio. Opium quidem: mandragora, & papauer nonnul-*

*lis admiſcentur compoſitionibus: ſed nuſquam, quod ſciam, ceruſſa. Cenſeo itaque pro ψιμμιθίου legendum eſſe συμφύτου. Nam iſtius aliquot in confectionibus hæmoptoicis apud Galenum & Aetiū ſit mentio. Et infrà antidoto 395. ad ſanguinē ſpuentes ſymphito vtitur.*

Antidotus ex opio. Facit ad conuulſos in ſcapulas, & contractiones neruorum. Habet opopanacis. ℈.iij. Opij. ℈.ij. Thuris. ʒ.j. Datur [a] febre carentibus ex aqua cyathus vnus. Febricitantibus verò cum aqua mulſa. 388

Nicolai locus reſtitutus.

[a Febre carentibus.] *Codex manuſcriptus legit πυρίτοις, & liquorem in quo antidotus ſit exhibenda præterit. Legendum autem erat, ἀπυρίτοις μεθ' ὕδατος κύαθον α.*

Antidotus ad omnia interna mala, experta. Recipit ſeminis apij, & fœniculi, ſingulorum. ʒ.iij. Piperis. ʒ.ij. Coſti. ʒ.j. Mellis, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Datur nucis ponticæ quantitate, febre vacantibus cum mulſo, febricitantibus autem cum temperato liquore. 389

Pilulæ ſitim reſtinguentes. Capiunt ſucci meliloti, ſucci portulacæ, ſucci glycyrrhizæ, tragacanthæ, ſingulorum. ʒ.j. ℈.j. gran.j. Fac pilulas, & da vt ſub ligua contineantur. Sunt ad febres admodum vtiles. 390

Aliud [a] chylariū bilem ducēs. Accipe violas aridas, tunde, & læuiga, perq; cribrum tranſmitte. Dein cape de zulapio violaceo quantum ſatis eſſe videbitur, & ſacchari lb.j. coque donec mellis craſsitudinem induant. Datur manè ſemuncia. 391

Chylaria.

[a Chylarium.] *Græcè χυλάριον. Chylaria verò, vt teſtis eſt Actuarius, fiunt, quādo herbas quaſdam, adiecto mediocri melle, aut ſaccharo decoquimus. Latini ſuccatiunculas poſſent nominare.*

Aliud bilem ducens, eiuſdem efficaciæ. Recipe ſerum lactis caprini, decoque ad carbones exiguos cum ficulno ligno. Et quod ex ipſo inſtar caſei ſupernatat, cum cochleario abijce: poſtea per ſaccum transfundens, cum polline violarum vnito, & ſine vna nocte. Calefactum ſubinde bibe, vt potionem. 392

Antidotus alba, dicta Mienςaphetites, efficax ad comitiales, data cū recēti leporis ſanguine. Ad melancholicos, cū decocto anacardij. Maniacis & reſolutis cū vino datur, in quo ſaluia efferbuit, & caſtoriū. Quartanarijs cū decocto roſmarini, aut rutæ. Prodeſt etiā hydropicis, lienoſis, & nephrit 393

nephriticis. Habet terebinthinæ, opopanacis, galbani, aſari, ſagapeni, anacardij, ammoniaci, bituminis, pyrethri, caſtorij, [a]ſulphuris viui, aloes, petroſelini, dacrydij, agarici, colocynthidis, ſauinæ, ſcordij, ſing. ℥.j. Sanguinis draconis. ℥.j. Hæc quidem læuigato, illa verò liquato cum aceto in igne, & vnito omnia cum melle, aut ſaccharo ſufficienti.

[a Sulphuris viui.] *Codex manuſcriptus habet* σούλφου ζυγίας, *haud dubiè pro* σούλφυρις βίβι. *Latinas enim dictiones græcis literis non ſatis potuit exprimere* Nicolaus. Sulphur viuum.

394 Antidotus ex Iride conferens aſthmaticis, difficulter ſpirantibus, raucitate laborantibus, voceq; deſtitutis. Recipe iridis. ℥.xij. Hyſſopi, pulegij, glycyrrhizæ, ſingul. ℥.iiij. Tragacanthæ, amygdalarum dulcium, nucum pinearum, cinamomi, zingiberis, piperis communis, ſing. ℥.ij. Carnis palmularum, vuarum paſſarum, caricarum ſine acinis, ſingu[illegible] ℥.iij. [illegible] ℥.iij. Mellis [illegible] aut ſacchari, quod ſatis eſt. Datur manè & veſperi [illegible]

39[illegible] Antidotus [illegible] ſanguinem [illegible] admodum bona. [illegible] ſymphyti, boli [illegible] ſanguinis draconis, cornu cerui, lapidis hæmatitis, coralli rubei, ſpodij. Commixta hæc bibenda præbeto [illegible]

39[illegible] Antidotus ad ſpuentes ſanguinem. Lapidem hæmatitem tere in pumice, & præbe bibendum cum aqua. Similiter verò profluuium [illegible] ſiſtit [illegible]

[a In pumice.] *Græcè eſt* [illegible] *Quomodo autem in pumice foraminulēto poſſit teri, nō intelligo. Videtur itaq; ſubeſſe menda, & fortè legendum eſſe* εἰς θυΐδιον, *id eſt in mortario.* Menda ſublata.

39[illegible] Antidotus ad ſanguinem excernentes, & profluuium muliebre ſiſtens, experta, Habet nucum pinearum. ℥.ij. Croci. ℥.j. Spicæ nardi. ℥ ß. Aniſi. ℥.j. Palmularum maceratarum in vino adſtringente, aut poſca. ℥.ij. [a] Trita & cribrata excipe palmulis diſſolutis, & finge paſtillos ſex. Datur vnus cum aquæ cyathis duobus.

[a Trita.] *Codex manuſcriptus legit*, καύσας *pro* κό̓ψας. Librarij erratū.

398 Antidotus alia ad profluuia ſanguinis narium omnis generis. Leporis pilorum vſtorum, capillorum muliebrium vſtorum, ſingulorum. ℥.ij. Chalcanthi. ℥.viij. Fac aridum, & inſufflando inſperge.

399 Antidotus ſimilis ad profluuium ſanguinis narium

Stercus aſininum vſtum, & tritum in pollinem, in aceto liquans inunge fronti, ſiccúmque naribus inſuffla.

Aridum ad omnis generis ſanguinis eruptiones[a] experimento fœliciter cognitum. Eſt autem admodum præclarum. Accipit miſyos, chalcanthi, ſingul. ʒ.iij. Corticis pini, chalcitidis, mannæ, gypſi, ſingul. ʒ.ij. Trita in pollinem naribus ſurſum inſufflato, ac inſperge. 40

[ a Fœliciter experimento cognitum.] *Codex manuſcriptus habet* ἐπιτιταμμένον. *Cenſeo autem legendum eſſe* ἐπιτετευγμένον, *hoc eſt, accommodum : vel vt nos conuertimus, experimento fœliciter cognitum. A verbo* ἐπιτυγχάνω.

Aliud. Aridum ſanguinem ſiſtens Archigenis, ad ſanguinis [illegible] è naribus profluuium valde laudatũ. Capit aluminis ſciſſilis, gall[illegible]immaturæ, chalcitidis. His æqualiter tritis fac puluiſculum, & naribus inſuffla. 40

Superſtitioſum. [redacted] 40

Super-ſtitioſa Chriſtianis vitāda medicaméta. [redacted]

Aridum aliud, ad profluuium ſanguinis narium.[a] Punica & nucleũ eorundem cum aceto inſtilla in oppoſitam aurem naris ſanguinem effundentis. Si verò ex vtriſque, inſtilla duabus auribus. 40

Codex Nicolai emendatus. [a Punica & nucleum eorundem.] *Codex manuſcriptus legit* ῥοίδιον καὶ ὔχραν: *ſed quid ſit* ὔχρα, *nemo intelligit. Quapropter locus hic corruptus eſt. Suſpicor aũt ſcribẽdũ eſſe* ῥοίδιον καὶ πύρηνα, *quam lectionẽ in noſtra cõuerſione ſecuti ſumus, vtpote à ratione non abhorrentẽ. Quippe mulcet, potiſsimũ acidorũ punicorũ ſanguinis excreationes, Dioſcoride atteſtante, ſiſtunt. Facilè tamẽ ſententiam mutabimus noſtram, vbi ex melioribus codicibus meliorem & legitimam quis produxerit lectionem. Nobis coniecturis tantum vtendum fuit in hoc mendoſiſsimo manuſcripto codice.*

Anti

404 Antidotus ad ſpuentes ſanguinem, valde bona. Habet ſeminis apij ʒ. iij. Dauci, ʒ. vij. Caſtorij, ʒ. ij. Opij, nigellæ, ſing. ʒ. iij. Iridis illyricæ, ʒ. iiij. Mellis attici, aut ſacchari, quantum ſufficit. Datur ponticæ nucis magnitudine cum temperati liquoris cyathis tribus.

405 [redacted] Superſtitioſum.

Pſal. 50. Vide mirificã cæcitatẽ huius ſeculi, verbo Dei abutentis.

Nicolai ſectum ſuperſti-tioſum.

[ [redacted]

Antidotus Theodoretus, aut anacardia. Quære cir[redacted] 106
[redacted] illius facultates capite [redacted]. Habet [redacted]
Croci, caſiæ, ſolij, ſpicæ nardi, ſinci, agarici, rhapontici, [redacted]
gin. ʒ.j.ß. Caryophylli, epithymi, acori, piperis communis,
ſaxifragi, [redacted], iridis, myrobalani, ſing. ℥.iij. Aloes,
ʒ.vj. Mellis attici, aut ſaccharí, quod ſatis eſt. [redacted]

Antidotus Abſinthites, ventrem emolliens, bilem, [redacted] 107.
pituitam, aloſe, humores ſubiges. [redacted] coſti, maſtich[redacted],
ſinguli. ſcrupuli.ij. Folij, roſarum [redacted], aloes, ſingul.
ʒ.j. Croci. ʒ.ß. Abſinthij, rhapontici, [redacted]
[redacted] Floris iunci [redacted] ʒ.j. Mellis. ʒ.v. Vini optimi, [redacted]
tarios ij. Maſtichen [redacted] ſeorſim [redacted] alia vero
omnia ſimul cribrato, omnibusq; commixtis adijce mel.
Vbi parum cum melle contriueris, [redacted]
[redacted] in vaſe puro [redacted] Vtere cum vino
mero, ieiuno admitte exiſtente, & à cœna. [redacted]

Antidotus ſimilis Abſinthites quod ab [redacted] 108
epiſcopo eſt compoſitum. Confert ad dolorem capitis, [redacted]
tum auditum, oculorumq; defluxiones. Viſcera & thora-
cis mala ſanat. Lieni & iecori prodeſt, aluumq; emollit, [redacted]
ieiunio, ſiue à cibo datã. Colicis ſymptomatis data mede-
tur, & eſt admodum vtilis. Capit coſti, ſpicæ nardi, [redacted]
iunci odorati, cardamomi, abſinthij. ſing. ʒ.ß. Folij,
ʒ.j. Ammoniaci, thymiamatis, aloes hepaticæ, maſtiches,
ſing. ʒ.j.ß. Mellis attici lib.j.ß. Vini, ſextarios vj. Datur
mixtio vna pro viribus. [redacted]

Antidotus Abſinthites iecori conueniens bona [redacted] 109

Recipit

Recipit ſpicæ nardi, ammomi, folij, ſing. ʒ.vj. Aloes he-
paticæ, ʒ.ij. Conſti, abſinthij, ſing. ʒ. j.ß. Roſarum ari
datum. ʒ. ij. Mellis, ℥.v. Vini, ſextarium vnum. Probè
confecta vtere.

410 Antidotus Abſinthites vrinam mouens, & humo-
rum internos purgans, extenuans, extergens, ſtomachũ ro-
borans, iecur, & reliqua viſcera. Accipit folij, exag. iij
Amomi, coſti, roſarum aridarum, maſtiches, caſiæ ſing.
ʒ.iij. Croci, ℥.ij. Aloes, ʒ.ß. & quartam partem. Comæ
abſinthij. ʒ.j.ß. Vini tenuis bonis, ſextarium. x. Mellis,
ſextaria duo.

411 Antidotus Mithridatis prodeſt diuturnis defluxio- Mithridatis antidotus.
nibus ſtomachi & thoracis, & omnibus in profundo cor-
poris, factis exulcerationibus, & abſceſsibus. Tabidis, ven-
tris inflationibus, cœliacisq; medetur. Bonum corporibus
colorem conciliat. Appetentiam immutatam reſtituit. Ex
morbo languidos reficit. Calculos conterit. Difficulta-
tem vrinæ ſanat. Melancholiam non ſinit conſiſtere. Mor
tuum fœtum eijcit. Ad muliebria mala conueniens. Vten-
tes ea efficit acutius videntes. Præſumpta non permittit
lædi à letalibus medicamentis. Compoſita autem eſt à Mi-
thridate. Datur ponticæ nucis, quantitate. Adultis quidem
exagium vnum. His qui media ſunt ætate, & non febri-
citant, cum vino datur, aut mulſo, aut condito. In obſtru
ctionibus iocineris, & febricitantibus, datur ex aqua, aut
mulſa. Habet abrotoni, ariſtolochię, ſing. exag. vij. Caſiæ,
ſtagia iiij. Croci ſtagium. j. Aſari, aniſi, agarici, carpo
balſami, balauſtiorum, irridis illyricæ, acori caſtorij,
gummi albi, ſaluiæ, radicis ſymphyti, [a] tordili ſeminis, ſucci
hypociſtidis, opopanacis, ſin. ſtag. j. Baccarum iuniperi, a-
momi, bdellij, conyzę tenui foliæ, calami odorati, canchry-
os, ſeminis lõchitidis, xylobalſami, ſing. ſtrag. j.ß. Gẽtianę,
ſucci glycyrrhizæ, dauci cretici, dracontij radicis, eryngij
radicis, ameos, centaurij, cyphei, roſmarini, terræ lemnię
mei, ſeminis ormini, erui albi, piperis communis maceris,
ſagapeni, ſtichadis, nucũ pinearũ toſtarũ. floris iũci odora-
ti, carniũ vuarũ paſſarũ creticarũ, ſeſelis, [b] ſtaphylini ſemi-
nis, pſyllij, chamędryos, ſcordij. teucrij, hyoſcyami, balſa-
mi, ſeſami toſti, ſing. ſta. ij. Caſię ſyriacę, polij ſucci, helenij,

piperis nigri, ſeminis cucumeris, terebithinæ, & fellis tau- rini, fellis vrſini, chãæpityos, ſingul. ſtag. ij. ſ. Cyperi, bac- carum cedri, ſeminis [c] fœniculi, thuris, anatis ſanguinis, nardi ſyriacæ, radicis panacis, ſecuridacæ [d] folij, petroſeli- ni, liquoris peucedani, ſing. ſtag. vj. Seminis rapi, ſtag. iiij. Terræ ſamiæ, ſtag. ſ. Seminis coriandri, exag. x. Myr- ræ, zingiberis, ſin. ſtag. iij. ſ. Thlaſpios ſeminis. ſtag. iiij. Cnici ſeminis, ſtag. iiij. Cinamomi, coſti ſingulorũ ſtag. iij. ſ. Seminis papaueris. ſtag. v. Nardi celticæ, ſtag. iiij. O- pobalſami. ſtag. ij. & quartam partem. Polygoni, ſtag. iiij. ſ. Piperis albi, ſtag. ſ. Phu, ſta. j. Vmbilici. veneris, ſtag. ſ. Mellis attici, aut ſachari, quod ſatis eſt.

Librarij error. [a Tordilij.] *Manuſcriptus codex falſò τροδήλου, pro τορδιλίου legit.* [b Staphylini ſeminis.] *Codex manuſcriptus habet σαφύλης, p̄ σαφυλίνου* Alius. *Legendũ autẽ eſſe Staphylinũ latinũ exẽplar Ingolſtadij excuſum cõfirmat.* [c Fœniculi] *Manuſcriptus codex perperã μαλάθρου pro μαράτρου ſcribit, niſi λ pro ρ atticè ſit vſurpatum, quod ta- men Nicolaus facere haud cõſueuit.* [d Folij.] *Codex Nicolai habet ἰφύλλου, pro φύλλου. Legendũ enim eſſe, φύλλου. Aetius in deſcriptio ne antidoti Mithridatis ſatis teſtatur. Et in ſequenti etiam antidoto Mithridatis φύλλου legitur.*

Antidotus Mithridatis vſitata, Antidotus alia Mithridatis melior, omnibus ad om- 412 nis generis mala muliebria frigida, & eas quæ non conci- piunt. Item melancholiam, omne capitis malum, dolores au rium, lachrymantes oculos, dentiũ cruciatus, oris inflam- mationẽ, & palati omniſq; generis aurium mala vt empla- ſtrum impoſita. Similiter ad ictus venenatorũ, venenũq; bibentes cũ mentæ decocto pota. Ad omnia deniq; mala prædicta in antidoto Mithridatis quæ hãc præcedit. Re- cipit ſtyracis, drac. j. ℈. ij. Caryophyllorũ, ſpicæ, xylobal ſami, erui, [a] laccæ, tragacãthæ, maſtiches, galbani, gummi cedri, quod eſt ſimile thuri: bituminis, caſtorij, gummi he- deræ, bdellij. ſigilli lemnij, meliloti, oppopanacis, ladani, ammoniaci, oppij, ſulphuris ignẽ non experti, glycyrrhizę, nitri, ſucci hypociſtidis, acaciæ, roſarũ, chamædryos, hype- rici, abrotoni, præoniæ, hyſſopi, origani, helenij, [b] ligni iu- niperi, foliorum lauri, ariſtolochiæ longæ, epithymi, peu- cedani, centaurij, roſmarini, eryngij, balauſtiorũ, foliorum myrti, abſinthij, raphani, ſcyllę, fructus balſami, aniſi, [c] ni-

gellæ ſiue gith, hyoſcyami,cumini, fœniculi,cardamomi, ſeſelis, ſinapi, ameos, ſinonis, libyſtici,rutæ, papaueris,apij,dauci,rapi ſeminis,piperis lõgi,ſeminis,ocimi, amomi, ſin.ʒ.j.ß. Acori, [d]Illapheos,quę lingua Italica dicta eſt Bardana: [e]cyclamini,ſeminis agni,plũbi vſti,ſin.℈.ij.Balſami, cinamomi croci,coſti,floris iunci odorati,zingiberis, folij, terebinthinę,myrrhę,thuris,caſię lignee,agarici,nardi celticę, rheipõtici,irridis,aſari,dictãni,marrubij, colocynthidis,ſtichadis,artemiſiæ,calaminthę,ſcordij ſylueſtris, cymphyti,chãępityos,piperis albi,piperis nigri,petroſelini, thoiſculinarij,malobathri,cardamomi, quinq; folij, ſing.℈.j. Baccarum lauri, ℈.j. Vini veteris boni.℥.j.Mellis attici, aut ſacchari,quod ſatis eſt. Datur nucis auellanæ qãtitate cum vino tepido,cui ſaluia incocta ſit.

[a Laccæ.] *Codex manuſcriptus habet* φακῆς, ῥ λακκῆς. *Vulgares autem codices latini, quibus Seplaſiarij in conficiendis medicamentis vtuntur, legunt lentiſci, ſed perperam. Nam ſcribendũ eſſe laccæ, exẽplaria Nicolai emendatiora latina, quæ laccæ habent, ſatis teſtantur. Platearius etiam in ſuis annotationibus in hanc antidotum, lentiſcũ pro laca interpretatur.* [b Ligni iuniperi.] *Nicolai codex. habet* ξυλοτζουνιπερι, *quæ dictio eſt ex græco & latino compoſita, vt cuius linguarũ perito apparet.* ξύλον *enim lignũ, iuniperus veró fruticis nomẽ apud Latinos.* [c Nigellę] *Nicolaus habet* κόκαλιν τῶν σίτου, *hoc eſt, Cocalin frumẽti. Adeoq; in vulgi errore eſſe videtur, quòd Nigellã arbitratur eſſe eã Stirpè quæ in frumẽtis paßim prouenit, & loliũ nõnullis, Germanis verò noſtris* Radten *appellatur. Sed vſurpari debet vera Nigella. cuius hiſtoria & pictura eſt in tomo primo noſtrorum de Stirpium hyſtoria cõmentariorum, quæ Gith etiã nominatur. Suſpicio etiam eſt,* κοκαλιν *pro* λόλιον *ſcripſiße Nicolaũ.* [d Illapheos.] *Manuſcriptus codex habet* ὑλάφεως λεγομένη ἰταλικῇ γλώσσῃ. *& aliquid deinde deſideratur, nimirũ* βαρδάνη. *Bardana verò Græcis* ἄρκιον *&* προσώπιον, *latinis Perſonatia dicitur. Vulgus non ſolum Bardanam, ſed & Lappam maiorem vocat, Latinus etiam codex Ingolſtadij excuſus habet, Ilaſeos, id eſt lappæ.* [e Cyclamini.] *Græcè eſt,* κυκλαμινδιας, ἤτοι κασάμου φύλλου. *hoc eſt, Caſami folia. Nicolaus enim & alij recentiores Græci Cyclaminum vocant Caſamum, vt ex Aetio, Actuario, & Nicolai interpretationibus ſatis liquet: Ibidem enim ita ſcribitur,* κάσαμον ἡ κυκλάμινος. *Mirum autem eſt, Nicolaum vti folijs cyclamini, quum veteribus,*

Nicolai codex emaculatus.

Seplaſiariorũ liber emẽdatus.

Cocali.

Herba dicta radtem cur officinæ pro Melanthio, ſeu nigella vſi ſint.

Ilaphis.

Bardana.

Caſamũ

*Dioſcoridinimirum, & Galeno, radix tantum in vſu medico probetur.*

Antidotus alia panchreſtos, hoc eſt, ad multos affectus 413 accommodata, conferens vt præſcripta. Verũ quære huius curatoriam facultatem inter præſcriptas panchreſtos antidotos, in capite 225. Habet opij [a] thebaici, ʒ.v. Croci. ʒ.ij ℈.j.ſemis Seſelis, ʒ.ij. Calami odorati, caſtorij, carpobalſami, cardamomi, petroſelini, ſing. ʒ.j.℈.j. Zingiberis, caſiæ ligneæ, ſagapeni, hyoſcyami, ſeminis apij, ſeminis rutæ ſylueſtris, ſingulorum. ʒ.ij. Nardi, pyrethri, mei, euphorbij, aniſi, trifolij, ſeminis dauci cretici, ſing.℈.j.ß. Mellis, aut ſacchari, quantum ſufficit. Datur nucis auellanæ quãtitate.

[ Threbaici. ] *Græcè eſt καλουμένου παρ' ἰταλοῖς τιμπμῖκι, pro θιβαϊκοῦ. Sic paſſim latinas voces deprauat* Nicolaus.

Zulapium vtile ad dyſentericos, quod bibitur tota 414 die, Accipit violarum, exag.ij. Intybi ſeminis, ſtag.ij. In Roſarum, ſtag.iij. Summitatũ myrtorum nigrorum, vnc.j. Cotoneorũ, vnc.iij. Rhois culinarij, vnc.ij. Oxalidis, ſtag. iiij. Succi plãtaginis, hypociſtidis, ſingulorum vnc.j. Succi acaciæ. ℥.ij. Spodij, exag.iiij. Maceris, ſtag.iij. Santali albi, & rubei, ſingulorum exagia iiij. Rhei, exagia.ij. Coſti, cinamomi, aniſi, ſingulorum ſtag.j. Sacchari, liber.iij. Sigilli lemnij, ſtag.vj. Baccarum myrti, clauicularum vitis, ſingulorum exagia ij. Sidiorum, ſtagium. j. Symphyti ʒ.iij. Aquæ pluuiȩ, & ſtillaticij roſarum liquoris, quod ſatis eſt.

Confectio Zulapij regij. Capit aquæ dulcis lib.ij. 415 Sacchari, lib.j.ß. Rhei. ſtag.ij. Santali rubei, & albi, ſing. exag.ij. Hirundinariæ, ſtag. ij. Aceti acris, ℥.iij.

Decoctum ad eos qui altero latere reſoluti ſunt. Ha- 416 bet ſtichadis corymbos.iiij. Calaminthæ, meliſſophylli, origani, hyperici, pulegij, ſing. exag.iij. Spicæ, exag.ß. [a] Tripſidij, exag. tertiam partẽ. Ebulliant hæc cum aqua dicta, quod dimidiũ eius abſumatur: dein colato, atq; iniectis aceto & melle, quantũ ſatis videbitur, iterũ coquito, & facito inſtar droſati. Dãtur ſingulis diebus vnciȩ ſex per dies duodecim. Poſthæc datur ægrotãti purgatoriũ medicamẽtũ, qđ has ſpecies maceratas habet, Stichadis, cepularũ, hoc eſt magnorum

gnorum myrobalanorum, ſing. exag. j. ß. Colocynthidis medullæ maceratæ in aqua roſacea. Decoquantur & colentur probè. Dein inijce in id decocti hermodactyli, ſiliq. viij. Agarici. ſiliq. xv. Turpeti, ſiliq. viij. Sagapeni, caſtorij, euphorbij, ſingulorum ſiliq. ij. Polypodij macerati, exag. j. ß. Vbi modicè purgatus fuerit laborans, lauetur, & benè habenti dentur ex hiera Galeni exag. ij. ß. aut etiã tria: ac deinceps ad bonam temperaturam reducto, detur theriaca, prima quidem potione gran. viij. Et ſi quidem effecerit quemadmodum vetus præcipit, prætereantur. xiiij. dies, & rurſus detur ſimiliter. Si verò non, poſt ſeptimum diem dentur alia gran. xiiij. aut duodecim. Si verò voles caſtorium, aut euphorbium impone, ſing. ſiliq. iiij. Serapini, ſiliq. iiij. ß.

[ a Tripſidij. ] *Græcè eſt* τριψιδίου. *Quid autem ſit* Tripſidium, *me ignorare fateor.* Tripſidium.

417 Vnguentum ad pruritum. Recipit altheæ radicis, chamæmeli lignorum, centaurij, polij, radicis cucumeris agreſtis, dictami, buphthalmi, ſaxifragi, roſmarini, coſti, calaminthæ, pulegij, meliſſophilli. Omnia ſimul in aqua ebulliant, dein per ſaccum vbi transfuſa fuerint, accipe calcem viuã, & fermẽtato ex huius decocti libris tribus, & ſandaracę. ℥. iij. Pôſt adijce aniſũ, cuminũ, carnabadiũ, ſemen apij, fœniculi, & anethi, atque inunge in balneo priuſquã proluatur & frica benè. Dein decocto violarum probè abluc. Deinceps accipe oua, mel, oleum chamæmelinum, anethinum, & rutaceum, omnibusq; ſimul ſubactis tandẽ inunge ægrotantem. Eſt autem ad prædicta valde bonum.

418 Confectio remedij [a] ſycaminorum. Accipe nucem regiã, & repurgatam contundito, illique vnito [b] ſalem foſsilem, impone ſuprà ſycaminum, & edendum præbeto. Imponito autem hoc deſuper & bis & ter, & quater, & confeſtim decidet, Dei gratia. Hoc neceſſarium eſt omnino, ſiue ad humanum, ſiue animantis bruti corpus vtaris, inuentũ.

[ a Sycaminorũ. ] *Græcè eſt* συκαμίνων. *Animaduertendũ verò hoc loco erit, quòd alijs Græcis* συκάμινων *non tantum morũ, ſed & mori fructum, vt teſtis eſt* Phauorinus, *ſignificet* . Nicolao *autẽ tumorẽ ſeu excreſcentiam, quæ mori fructum refert, potius denotat, & eum fortè quẽ* Iuuenalis *mariſcã appellauit, inquiẽs: Cæduntur tumidæ medi*

*cori* Sycaminum.

*co ridente mariſcæ. Nam & hic remedium tradit: à quo ſi admotum fuerit, decidet Sycaminum. Retinendam itaque eſſe hanc nobis dictionem putauimus, vt omnes intelligerent Nicolaum aliter ac cæteros græcos hanc vſurpaſſe vocem. Præterea Hermolaus Barbarus in Corollario ſuo cap. 55. ſcribit Sycomora quoſdam mariſcas appellaſſe.*

[ b Salem foſsilẽ.] *Nicolai codex habet* γάγγρινον ἅλας *Vocat autem* γάγγρινον *ſalem, quem alij Græci* ὀρυκτὸν *hoc eſt foſsilem, barbari gemmæ vocant vt è multis compoſitionibus liquet.*

Alia confectio ſycamini. Accipe alypiam herbam viri- 419
dem, vt ſit tibi inſtar vinculi: hoc eſt, effice vt emollita fili formam habeat, fortiterq́; ligato ſycamina, & ſine. Singulis autem diebus conſtringito vinculum, quoad perfectè decidat. Et ſi herba eſt viridis, ligato. Sin minus, accipe hanc ſiccam, & calida aqua feruefacito, eaque emollita & tenera reddita, fac quemadmodum docui. Dein accipe radicem herbæ Senecionis, quæ plebeij Cortalon dicitur, luna deficiente priuſquam ſol oriatur per nomen [a] vſum habentis. Vbi verò radicem extraxeris, dic Pater noſter, Credo in vnum Deum, & Aue gratioſa, vſque ad finem ter. Et probè terens, da latenter edendã & ſtatim gratia Dei ſanabitur.

Cortalõ quid.

Superſtitioſum.

[ a Vſum habentis.] *Græcè legitur,* εἰς τὸ ὄνομα τοῦ χρείαν ἔχοντος, *hoc eſt, per nomem eius qui vſum habet. Intelligit herbæ radicem eſſe in nomine Criſti euellendam.*

Antidotus ſtomachica, pręclara, cõpoſita à Ptolemęo 420
ſophiſta. Habet piperis cõmunis, aniſi, origani, cumini, hyſſopi, ſaluiæ, zingiberis, floris iunci odorati, epithimi, erucæ, corymborum thymi, ſingulorum. ʒ. ij. Mellis attici, aut ſacchari, & vini Chij: mellis quidem libram. j. Sacchari & vini libras. ij. Species contuſas inijcito melli & vino, & ſine illic macerari dies tres. Dein parum coquito, perq́; ſaccum tranſmittito, & in vaſe reconde. Da ſingulis diebus mane vnciam vnam, aut calicem vnum, pro viribus.

Antidotus ad cardiacos, & animo deficientes; ac ſyn 421
copen, exolutionemq́; è diarrhœa, aut ſanguinis excretione, aut ab alia vacuatione natiuum calorem diſsipante natam. Recipit maſtiches, cinamomi, ſeminis ocimi, foliorum ſampſychi, maceris, caryophilli, ſemis meliſſophylli, [a] ſiſymbrij ſeminis piperis longi, ſingulorum. ʒ. j. & quartã

partem

partem. Margaritarum. ʒ.ij. & quartam partem. Corallij rubri, betonicæ, ſerici crudi vſti, hermodactili longi, albi, & rubri, folij. ʒ.x. Oſsis cordis ceruini, blattarum byzantis, ramenti eboris, ſin. ʒ.iij. Moſchi. ſiliq. ij. Berberis. ʒ.ij. Galliæ moſchatæ, ambari, ſing. ʒ.ß. Nucis moſchatæ. ʒ.iij. Ligni aloes, ſpicæ, ſingulorum. ʒ.ij.ß. Auri puri, exagium j. Lapidis ſapphiri, lapidis iaſpidis, [b]lapidis aſpectu viridis, ſing. exag. ß. Croci, xylobalſami, ſing. exag. j. ß. Sacchari, &, ſtillaticij roſarum liquoris, quod ſatis eſt. Decoque probè ad conſiſtentiam, effunde ſuper marmor, & ſine ibidem donec refrigeretur: dein reconde in vaſe, ac præbe cum vino bono.

[ a Siſymbrij. ] *Codex manuſcriptus legit* σισιμπρίου, *pro* σισυμβρίου. [ b Lapidis aſpectu viridis. ] *Græcè eſt*, λίθου χλωροῦ τὴν ὄψιν. *Intelligit autem haud dubiè Praſium appellatum lapidem, aut ſmaragdum.*

422 Confectio magni Zulapij. Accipit vuarum paſſarũ Chiarum, ſtag. iiij. Rubiæ, exag. ß. Fœnogræci, exag. j. Adianti, roſarum violarum, ſing. ſtag. v. Aquæ & ſacchari, quantum ſuffcit.

423 Alia moſchati confectio. Capit ladani boni. ℥.iij. Styracis calamitis. ℥.j.ß. Styracis rubeæ. ℥.j. Ligni aloes boni. ʒ.ij. Ambaris. ʒ.j. Caphurę. ℈.ß. Moſchi. ℈.ß. Stillaticij roſarum liquoris boni, quod ſatis eſt.

424 Alia confectio moſchata. Habet maſtiches. ℥.ij. Gũmi arabici. ℥.j. Caphuræ. ℈.j. Trita hęc ſtillaticio roſarum liquore bono irrigato, & formato paſtillos, qui fermenteſcant cum olei ebuli. ℥.iiij. Sit autẽ oleum purum, & ſordibus carens. Vel decoque oleum cum huiuſmodi ſpeciebus. Aut inijce cinamomi, caryophylli, & nucis muſcatæ, ſing. ℥.ß. Dein cum prædictis ſpeciebus & oleo macerato, & ſub actis ijs diligenter finge paſtillos, & reconde in vaſe. Pondus paſtilli ſit. ʒ.j.ß. Feruefacito ſtillaticium roſarũ liquorẽ cum moſcho, eoq; paſtillos poſt formationem irrigato.

425 Antidotus faciens ad cardiacos, & cordis ſyncopen, immodicamq; animi defectionẽ, ad corporis imbecillitatem à ſyncope inductã. Ad liquationẽ prǽterea carnis, tuſsiẽtes, ſuppuratos, aſperitatẽ faucium à deſtillatione ortã. Recipit cinamomi, ſeminis ocimi, foliorum ſampſychi, maceris,

caryo

caryophlli,carnis foliorũ citri,ſeminis meliſſophylli, ſeminis ſiſymbrij,ſin.ʒ.ij. Seſelis.ʒ.j.ß. Hermodactyli, folij, ſing.ʒ.iiij.Floris roſmarini.ʒ.iij. Oſſa cordis ceruini,numero.iiij.Berberis.ʒ.ij.Maſtiches,roſarum,violarum, boraginis florum, ſingulorum.ʒ.j.ß. Succi herbæ chameleuces.℥.iij Libyſtici,℈.j.Gallię moſchatę.ʒ j.Glycyrryhizę. ʒ.iij.Cubebæ.ʒ.ij.Paſtillorum de roſis,& violis.ʒ.j.ß. Ligni aloes crudi,nucis moſchatæ,zingiberis.ſingulorum.ʒ. j.ß.Moſchi ſiliquarum granum.j.ß. Cinamomi boni.ʒ.ij. ℈.j.ß. Nucis indicæ magnæ carnis.ʒ.iiij.Spicæ.ʒ.j.ß.Saphiri lapidis gagatis lapidis,iaſpidis lapidis& ſmaragdi ſin. ſiliq.iij.Croci.ſiliq.vj.Margaritarũ perforatarũ,& nõ pforatarũ,ſin.ſili.j.Xylobalſami.ʒ.iij.Blattij bizãtis,hoc eſt, oſsis anterioris naris purpurȩgra.viij.Ramẽti eboris,ſerici vſti,ſing.ʒ.j Styracis calamitis.ʒ.ij.ß.grana duo. Portulacæ ſeminis.ʒ.j.ß.Seminum cucumerum, ſingul.℥.j.ß.Corallij rubei,iridis,ſingul.exag.ij.ß.Auri puri ramenti, exagium.j.ß.Nuces ponticas decem,[a] Amyli.ʒ.iij.Amygdalarum amararum & dulcium,ſingul.xx.carnis palmularum. ℥.j.ß.Marrubij, [b] fabarum farinæ puræ.℥.j.ß. Carui, ſeminis [c] goſsipij,exag.iij. Seminis maluæ & florum,ſingulorum.℥.ß. Seminis vrticæ.℥.ß. Pinearum recentium. vncias. ij. Hyſsopi cretici, drachmas iij.Ponidiorum bonorum, librã ſemis. Sacchari candi,vncias iij. Sacchari, quod ſatis eſt. Contuſis omnibus ſimul, adijce gummi arabici,exagia.ij. Tragacanthæ, exagia iij.Commixta omnia ſimul & trita,decoque cum decocto teſtudinis montanæ,& præbe in prædictis malis manẽ,& dormituris,vnciam ſemis. Eſt autem experta.

Amylũ. [a Amyli.] *Nicolai codex mere vulgi, & vt hodie imperiti vocant,legit* ἄμιδον.

[b Fabarum farinæ.] M*anuſcriptus codex deprauatè hic & multis alijs locis,mea quidem ſententia,legit*, φαβάτων, *pro* φαβάρων.

[c Goſsipij.] *Nicolaus habet* βαμπακίου. *Vocat autem*

Bombacium. *Bombacium,fruticem qui Græcis vetuſtioribus* ξύλον,*latinis Xylon, & Goßipium dicitur. Barbaris in hunc vſque diem Bombax, & Bombaſum appellatur. De quo plura tomo primo noſtrorum de ſtirpium hiſtoria commentariorum diximus.*

Antidotus ex aureo balano. Capit cepulorum.℥. 426 ij.Fla

ij. Flauorum, indicorum, ſenæ, intybi ſeminis, ocimi ſeminis, ſantali, roſarum, ſingul. exag. ß. Damaſonij, balauſtiorum, ſingul. ſtag. j. ß. Lapidis armenij, ſtag. j. Maſtiches, ſeminis fœniculi & aniſi, ſtag. ß. Thymi, epithymi, ſingu. ſtagium. j. ß. Polypodij, rhei indici, ſingulorũ ſtag. j. Mentæ, croci, ſingul. ſtag. ß. Turpeti, bugloſsi ſingul. ſtag. j. ß. Sacchari, & ſtillatitij roſarum liquoris, quod ſatis erit.

427 Alia antidotus è rha pontico. Accipit ſpicæ, croci, maſtiches, coſti, aſari, caſiæ odoratæ, floris iunci odorati, rhei pontici, ſpodij, ſingulorum ſtag. j. Roſarum ægyptiarum, exag. j. Fermenteſcant hæc cum ſacchari libra. j. aut ß. & ſtillaticio roſarum liquore, & reconde in vaſe [a] decocta ad conſiſtentiam. Dantur ſtagia tria.

[ a Decocta ad conſiſtentiam.] *Græcè ſcriptum erat an rectè, nõ ſatis pronunciare poſſum* βράσας εἰς δύναμιν, *id eſt, decoctam ad vires. Sed ſi quid iudico, legendum erit*, βράσας εἰς σύστασιν, *vt nos conuertimus.* Nicolai locus reſtitutus.

428 Antidotus nephritica, valde vtilis. Habet cinamomi, galangæ, ſingul. ſtag. iij. Nucis odoratæ, ſtag. ij. Tripſidiorũ, ſtag. iiij. Caryophyili, ſtag. ij. Floris iunci odorati zedoariæ, ſingulorum ſtag. iij. Lithoſpermi ſeminis aſparagi, corticis radicis capparis, ſeminis altheæ, ſingul. ſtag. iiij. Aniſi, fœniculi, & apij ſeminum, ſing. ſtag. iij. Seminis dauci ſylueſtris, ſtag. iiij. Cretami ſeminis, ſtagia. iij. Confice cum ſaccharo, & dato.

429 Antidotus ex hermodactylo, admodum bona. Recipit hermodactyli. ℥. j. ß. Aniſi, cumini æthiopici, hoc eſt, carnabadij, ameos, epithymi, piperis communis, zingiberis, ſing. ℈. j. ß. Thymi, exagium j. Alipiæ. ℥. j. Datur cum melicrato. Carnabadium quid.

430 Antidotus è cicadis, nephritica. Accipit ſeminis lini, raphani, [a] piſcis vſti, ſeſelis, ſingul. ℥. j. Ameos, cucumeris ſatiui ſeminis, ſaxifragi, vuarũ ſine acinis, ſeminis altheæ, [b] phaſioli albi [c] lyncurij, ſin. ℥. ß. Spicę nardi, mei, phu, lapidũ ſpõgiarũ, ſin. ʒ. j. [d] Paliuri ſeminis, ſij aridi, radicis rubi, radicis graminis, polypodij, ſin. ʒ. iij. Sãguinis hirci aridi vt dictũ eſt ĩ antidoto è ſãguine hirci, capite. xlij. ℈. vj. Cicadarũ aridarũ ſine alis, pedibus, & capite. ℥. iiij. Piperis albi. ʒ. vj. Mel lis

lis attici, crudi, aut ſacchari quod ſatis eſt. Datur ponticæ nucis quantite in condito, cum decocto tribuli, aut ſaxifragi, aut ſij, aut radicis aſparagi, aut quinquefolij, aut radicis ſtrutij, ſiue lanariæ.

Piſcis vſtus. Librarij lapſus. Lyncurium.

[ a Piſcis vſti.] *Græcè eſt* ἰχθυος κεκαυμένου *Quē verò piſcem intelligat, modo lectio legitima, qua de re tamen plurimum dubito, ſcire nequeo.* [ b Phaſioli albi.] *in manuſcripto codice, mea quidem ſententia, corruptè legitur* φασὴλ λευκοῦ *pro* φασιόλου λευκοῦ. [ c Lyncurij.] *In codice Nicolai deprauatè ſcribitur* λύγγου ῥοῦ, *pro* λυγγὸς οὔρου, *aut* λυγγουρίου. *De Lyncurio tamen antea diximus. Plura etiam de eo Dioſcorides lib. 2. cap.* ∞ᾱ *habet.* [ d Paliuri.] *Græcè erat ſcriptum* παλιρίας. *De qua quidem re ſuprà à nobis eſt multoties annotatum.*

Antidotus de lithoſpermo. Habet lithoſpermi, betoni- 431
cæ, ſaxifragi, petroſelini, piperis albi, ſing. ℥. j. Tantū mellis, & præbeto.

Antidotus de ſemine marrubij. Capit piperi albi, pi 432
peris nigri, dauci cretici, cucumeris ſatiui ſeminis, marrubij ſeminis, petroſelini macedonici, pyrethri, folij, zingiberis, ſin. ℥. j. Mellis quantum ſufficit.

Antidotus de lapide Iudaico. Habet ſpicæ nardi, hyſ- 433
ſopi, [a]lapidis iudaici, ſing. ℈. vj. Piperis. ℈. xij. Zingiberis, petroſelini, coſti, ſaxifragi, ſing. ℈. vj. Caſiæ, ſeminis apij, ſing. ℈. iij. Cyperi. ℈. vj. Ramenti eboris. ℈. iiij. Cardamomi ligni. ℈. vj. Lithoſpermi. ℈. iiij. Mellis attici, vel ſacchari, quod ſatis eſt.

Lapis iudaicus. Tecolithos.

[ a Lapidis Iudaici.] *Græcè eſt* τηκολίτου. *Lapidem autē Iudaicū & Tecolithon eſſe eundem, omnibus conſtare puto. Idipſum enim manifeſtè Paulus lib. vij. ijs teſtatur verbis, Iudaicus lapis dictus, lapides in renibus conterit, vnde recentiores ipſum Tecolithon vocarunt.*

Antidotus è ſemine ſylueſtris maluæ. Recipit cucume 434
ris ſatiui ſeminis. ʒ. xij. Hyoſcyami ſeminis. ʒ. vj. Cicutæ ſeminis. ʒ. vj. opij. ʒ. iij. Caſię, ſeminis apij, ſingu. ʒ. iij. Maluę ſylueſtris ſeminis croci, ſing. ʒ. iij. Amygdalarū regiarū, nucum auellanarū, aſari, ſingu. ʒ. iiij. Excipe paſſo cretico, & da triobolum vacantibus febre cum ſapæ. ʒ. iij. Nonnulli verò melle excipiunt.

Antidotus è tragematę ſeu bellario nephritica. Accipit 435
vuarū albarū exēptis acinis, pinearū recētiū, ſin. ℥. ij. Semi
nis

nis cucumeris decorticati, baccarum myrti exemptis oſsibus, amygdalarum amararum, amyli, palmularum pinguium, ſeminis apij, ſingulorum. ℥.j. Seminis papaueris, croci, ſingulorum. ʒ.j. Myrrhæ. ʒ.ij. Potandam præbe in paſſo ieiunis. ʒ.j.

436 Antidotus è ſeminibus, conferens ad ea, ad quæ antidotus de aniſo, & cumino. Habet cumini, carei, ameos, aniſi, dauci, apij, petroſelini, amomi ſeminum, ſingulorum. ʒ. iij. Cinamomi, lybiſtici, ſingulorum. ʒ. Zingiberis, galangæ, cardamomi, caryophylli, ſpicæ, folij, ſingulorum. ʒ. ß. Seſelis. ℈.j. Piperis longi, gran. xv. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Semina macerato in aceto, & confice vt diacumini antidotum, & præbe.

437 Antidotus ad mala muliebris vteri accõmodata, & grauidas. Item eas quæ altero menſe aut tertio, ac pluribus abortiunt. Dolorem quoque mitigat. Capit dauci cretici. ʒ.ij. Seminis apij. ℥.ij. Styracis calamitis, aniſi, ſingulorum ℥.ß. Caſtorij, myrrhæ, ſingulorum. ℥.j. Hyoſcyami. ℥.iij. ß. Opij, croci, ſingulorum. ℥.j.ß. Vini dulcis, & auſteri, quod ſatis eſt. Datur carentibus febre cum vino, febricitantibus autem cum aqua tepida. Quod ſi voles, per metrenchyten infundito cum ſucco acaciæ, aut hypociſtidis, aut perdicij.

438 Antidotus ex careo, nominatur verò etiam de ſeminibus. Poteſt omnia quæ Diacalaminthes: plus tamen flatus diſſoluit, concoquit, & ſtomacho valde grata eſt. Recipit carei, ameos, ligni aloes, coriandri, ſpicæ, cinamomi, galangæ, cumini, aniſi, fœniculi ſeminum, apij, anethi ſeminum, macedoniſij, & dauci ſeminum, ſingulorum. ℥.ß. Caryophylli, maceris, cardamomi, piperis longi, ſeſelis, ſingulorum exagium. j.ß. Mellis attici, aut ſacchari, quantum ſatis eſſe videbitur. Semina in aceto macerato die & nocte, & confice vt antidotum è cumino, aut Dioſpoliticum medicamentum. Datur de ea ſemuncia cum vino. De ſeminibus.

439 Antidotus de ſanguinibus. Accipit piperis albi & longi, croci, coſti, acori, phu, aniſi, dictami, cretici, ſingulorum. ʒ.j. Amomi, opobalſami, ſeminis rutæ ſylueſtris, cumini æthiopici, anethi, anatis maſculi ſanguinis aridi, hœdi ſanguinis, anſeris ſanguinis, anatis fœminæ ſan-

guinis, napi ſylueſtris ſeminis, ſingulorum. ℥.j.ß. Gentianæ, trifolij ſeminis, floris iunci odorati, ſingulorum. ʒ.iiij. [a] Liquoris cyrenaici. ʒ.j.ß. Stichadis, aſari, ſingulorum. ʒ.j. Hammoniaci thymiamatis. ʒ.j.ß. Mei, [b] athamantici, agarici, ſingulorum, ʒ.j. Carpobalſami, gran. x. Mellis quantum ſufficit.

Locus Nicolai reſtitutus.

[a Liquoris cyrenaici.] *Hic videntur nonnulla deſiderari. Nam Paulus, qui lib. 7. hanc etiam antidotum deſcribit, ſtatim poſt flores iunci odorati ſubijcit,* λιβανώτου ῥόδων ξηρῶν, ἀνὰ L.δ-. κινναμώμου L.β'. σκορδίου L.ἡ. πετροσελίνου, πολίου, σμύρνης, νάρδου, ἀνὰ L.ς'-. κασίας. L.γ'- ὀποῦ κυρηναϊκοῦ, *&c. Hoc eſt, thuris, roſarũ aridarum ſingulorum, drach. iiij. Cinamomi, drach. ij. Scordij, drac. viij. Petroſelini, polij, myrrhæ, narpi, ſingulorum, drach. vj. Caſiæ. drach. iij. Quæ ſingula hic inter iuncum odoratum & liquorem Cyrenaicum inſerenda veniunt.*

Athamãticum. Nicolai codex emẽdatus

[b Mei athamantici.] *Deprauatè legitur in manuſcripto codice* ἀλαβαντίνου *pro* ἀθαμαντικοῦ. *Sic enim eſſe legendum, Paulus in primis oſtendit, qui habet* μήου ἀθαμαντικοῦ. *Dein Dioſcorides etiam qui ita ſcriptum reliquit,* μῆον τὸ καλούμενον ἀθαμαντικόν. *Id eſt, Meum quod Athamãticũ vocatur.*

" Antidotus è Lycio, optima ad iocineroſos. Capit 440
" gentianæ, chamæpityos, petroſelini, marrubij, fellis vrſini, ſinapi, ſcolopendrij, radicis panacis, rubricæ ſinopicæ, rubiæ, ſeminis braſsicæ, ariſtolochiæ longæ, piperis albi, ſpicæ nardi, coſti, erucæ ſeminis, eryngij, polij, echij, eupatorij, baccarum iuniperi, iecoris lupi, helenij, æquam portionem. Mellis, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Confice probè. Datur nucis ponticæ magnitudine, cum mulſo non coctò.

Antidotus Theodoretos, aut ex anacardijs. Habet 441
anacardij. ʒ.j. Croci, caſiæ, folij, ſpicæ nardi, caryophylli, mei, agarici, floris iunci odorati, rhei, epithymi, ſingulorũ ℥.ij. Acori, piperis, ſingulorum. ʒ.ij. Aloes. ℥.j.ß. Saxifragi, maſtiches, iridis illyricæ, ſingulorum. ʒ.j. Myrobalani. ℥.ij. Mellis, aut ſacchari, quod ſatis eſt.

Antidotus Theodoretos, vel ex anacardijs. Recipit 442
aloes. ʒ.xv. Agarici. ʒ.vj. Croci, caſiæ, rhei pontici, acori, cinamomi, maſtiches, ſin. ℥.j.ß. Coſti, ſeminis rutæ, piperis albi, ſingul. ʒ.ij. Xylobalſami, aſari, chamædryos, mei, ſingulorum. ʒ.j. Spicæ nardi, grana. vij. Aliqui etiam ijs adijciunt anacardia duo. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt.

eſt.Dantur de ea.ʒ.ij.ex melicrato.

443 Antidotus [a] Leonis Drongarij,ex centaurio nomina-
ta.Eſt autem valde bona. Accipit chamædryos, ariſtolo-
chiæ longæ & rotundæ,centaurij,ſing.℥.ß.Gentianæ.℥.j.
Mellis attici, vel ſacchari,quantum ſatis eſſe videbitur.

[a Leonis Drongarij.] *Græcè legitur*, κατὰ λέοντος δρογ-
γαρίου.

444 Antidotus nephritica,ſtomacho & ad inflatiões vti-
lis,diſſoluit callos,& inteſtinorum dolore à craſſo humo-
reorto vexatis prodeſt.Eſt etiam ad colicos experta. Ca-
pit ſpicæ,coſti,caſiæ ligneæ,ſingulorum.ʒ.ij.Seminis fœ-
niculi.ʒ.iij.Piperis communis,acori,aniſi,ſeminis apij,iri-
dis,xylobalſami,radicis mandragoræ, ſingulorum. ʒ.iiij.
Radicis capparis.ʒ.v. Vuarum paſſarum ſine acinis. ʒ.x.
Mellis.℥.ix.aut ſacchari,quod ſatis eſt. Dantur. ʒ.iij.cum
droſato quod habet ſtillaticij roſarum liquoris boni, ℔.ß.
Aceti,libræ ſextam partem, & ſacchari ℔.ß. Præbe de ea
℥.j.cum aqua,cui incocta ſit radicis capparis, calaminthæ,
ſingulorum.℥.ß. Commixtis omnibus & contritis da co-
chlearium manè, & deinde iube ægrotantem quieſcere
vſque ad ſequens tempus matutinum. Bibat autem diebus
decem.Dein fac huiuſmodi aquam quæ habet, hyſſopum,
vuas paſſas,ſenam,epithymum,ſtichaden,careum,aniſum,
chamæmelum,& nucem moſchatã.Hæc coquito in aqua,
poſteaq; colato,& è decocto accipiens, immitte in ipſum
agarici.ʒ.j.Mellis roſacei.℥.j.Subacta prębe media nocte.
Aut pro melle roſaceo,inijce aceti ſcillitici quod ſatis eſt.

445 Antidotus,Italica lingua vocata Pancala aurea, vti-
lis ad inflatos,dolore inteſtinorum vexatos,colicos, & ne-
phriticos. Habet foliorum rutæ . ʒ. x. Ameos , cumini,
[a]nigellæ , libyſtici, origani, carei alexandrini, amygdala-
rum amararum , piperis nigri & longi , mentaſtri, hoc eſt Menta-
dauci,acori,baccarum lauri,caſtorij, ſingulorum.ʒ.ij. Sa- ſtrum
gapeni.ʒ.iij. Opopanacis.ʒ.iij.Mellis attici, aut ſacchari, quid.
quantum ſufficit. Datur auellanæ quantitate ijs qui non
febricitant ex vino, febricitantibus autem cum aqua tepi-
da, cui incocta ſint radix fœniculi, apij, macedoniſij, &
aſparagi,ſemina ameos,apij, aniſi & fœniculi. Decoquens
igitur da ieiunis manè:& ſi volueris,etiam veſperi,

[a Nigellæ.] *Manuſcriptus codex corruptè legit* νιτζίλου *pro* νιγίλλου. *Exponit autem quid per vocem* νιτζίλου *intelligat, inquiens,* ἤτοι ὡς οἶναι μελάνθιον. *id eſt, vt puto, melanthium.*

Antidotus ex Adianto à veteribus medicis nominata, cõferens tuſsientibus, & ſuppuratis. Eſt experta, & prodeſt ijs qui capitis deſtillatione laborant. Recipit adianti. ʒ.x. Amygdalarum amararum. ʒ.v. Iridis. ʒ.iij. Radicis capparis, farinæ eruinæ, ſingulorum. ʒ.ij. Apij, fœniculi, gẽtianæ, ariſtolochiæ, ſingulorum. ʒ.v. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Dantur media nocte. ʒ.iij. cũ aqua tepida, cui incoctæ ſint caricæ decem, palmulæ decem, fœnigræci. ʒ.v. Glycyrrhizæ. ʒ.x. Adianti. ʒ.vij. Radicis fœniculi & apij, ſeminis vrticæ, ſingulorum. ʒ.v. Hyſſopi. ʒ.x. Calaminthæ, iridis, marrubij, ſing. ʒ.v. Aquæ lib. iij. Hęc probè decoquantur vſq; ad tertias. Deinde præbeto. 446

Benedicta laxa uita.

Antidotus [a] benedicta laxatiua. Accipit turpeti, ℥.iij. Roſarum, violarum, ſingulorum. ℥.j. Galangæ, maceris, granorum ſolis, maſtiches, thuris, cardamomi, myrobalanorum emblicorum, ameos, ſingulorum. ʒ.ß. Seminis aſparagi, & ruſci, ſingulorum. ℥.j. Dacrydij. ℥.j. Caryophylli, ſpicæ, zingiberis, croci, ſaxifragi, piperis, longi, amomi, macedoniſij, [b] ſalis gemmæ, cinamomi, ſingulorũ. ʒ.ij. Hermodactyli. ℥.ij. Polypodij. ℥.j.ß. [c] Ellebori mauri, id eſt myrobalani. ℥.j. Gentiapolis, id eſt, [d] ſeminis fœniculi, aſari, opopanacis, colocynthidos, ſingulorum. ℥.j. Ariſtolochiæ rotundæ, tragacanthæ, ſingulorum. ℥.ij. Iridis illyricæ, cumini, ſileris, ſingulorum. ℥.j. Anacardij. ℥.ij. Mellis attici, vel ſacchari, quod ſatis eſt. Si verò plurimum eius facere volueris, ad vnamquamuis libram adijce dacrydij. ℥.j.ß. & turpeti repurgati, boni. ℥.iiij. Et confectam præbeto. 447

[a Benedicta laxatiua.] *Nicolaus corruptè ſcripſit* μπιγνιδίκτα λασατίβα, *pro* βινιδίκτα λαξατίβα. *Et in vulgatis codicibus in hac deſcriptione multa deſiderantur.* [a Salis gemmæ.] *Manuſcriptus codex legit,* σαλτζίμα, ἤτοι γαγγρίνου ἅλατος, *pro* σάλις γίμμα, *hoc eſt foßilis ſalis.* [b Ellebori mauri.] *Græcè eſt* ἐλλεβόρου μόυρου, *quod interpretarer, nigri ellebori: niſi ipſe ſtatim ſubijceret,* ἤτοι μυροβαλάνου. *Sed fortè ita interpretandum, ellebori nigri, ſiue myrobalani, vnc. i. Sed infra, ſectione nimirum nona, annotatione* 23.

Sal foſsile.
Sal gemmæ.

*23.etiam myrobalanum vocauit elleborum: vt ſuſpicio ſit, ἐλλέβορον pro μυροβαλάνον ſcriptum eſſe.* [d Gentiapolis.] *In Nicolao eſt, ζεντιάπολις, ἤτοι, & ſtatim vacuũ eſt relictum ſpatium. dictionem deeſſe quæ quid per gentiapolin intelligendum ſit exponat, innuens. Quum verò hæc in latinis exemplaribus deſiderentur, ex meliore codice locus hic reſtituendus erit, quem adhuc deſideramus.*

Gentiapolis.

448 Antidotus drangæa ad iocineroſos, lienoſos, vitioſum corporis & faciei colorem. Capit turpeti repurgati, exagia.iij. Senæ, exagia.ij. Rhei barbari, exagia.ij. Epithymi. exagia.iij. Tartari, exagia.ij. Dacrydij [a] præualidi, exagia.ij.ß. Hermodactyli, exagiũ.j.ß. Maceris, cinamomi, zinziberis, nucis moſchatæ, caryophylli, ſingulorum, exag.ß. Croci, exagiũ.ß. & quartam partem. Fœniculi, aniſi, ſingulorum, exag.iij. Sacchari, quantum aliarum ſpecierum duplum. Dantur exagia duo, aut duo &.ß. pro viribus media nocte: non febricitantibus cum vino, febricitantibus autem ex aqua tepida.

[a Præualidi.] *Codex Nicolai habet γινάτου. Deprauatam verò hanc eſſe lectionem iudico, & legendum γινναίου.*

Librarij lapſus.

449 Confectio decocti magni ad melancholicos, quando flaua bilis nimis cum ſanguine aduſta fuerit, & in nigram mutata. Eſt autem admodum vtile. Habet epithymi, exagiũ.j. Glycyrrhizæ.℥.ß. [a] Hordei nudi.℥.j. Myrobalani citrini, exagium j. Seminum cucumerum, ſingulorum.℥.j Seminis lactucæ, & intybi, ſingulorum exagia.iij. Scolopendrij, exagia.iiij. Aſari, ſenæ, cuſcutæ, ſingulorum exagium.j. Florum borraginis, exagia.ij. Damaſcena.xx. Ceraſia.xxx. Sebeſtenas.xl. Adianti.℥.j. Floris iunci odorati, ſtichadis, ſingulorum.℥.ß. Aniſi, fœniculi ſeminum, ſingulorum exag.ij. Hæc decoquãtur in aqua ad tertias. Dein accipe ex hoc decocto.℥.v. [b] Dulcis calami repurgati.℥.j. Rhei.ʒ.j. Oxyphœnici, mannæ, ſingulorum.℥.ß. [c] Saccharirosati laxatiui, exagia ij. Hæc omnia ſubacta reconde in vaſe, & da media nocte exag.ij. aut.iij. pro viribus, ex aqua tepida. Cibus ſit concoctu facilis, & boni ſucci, in vniuerſumq; flatus expers. Vinum prębe tenue, album, & exiguũ.

Decoctũ magnum.

[a Hordei nudi.] *Græcè eſt γυμνοκριθῆς. Per hordeum verò nudum intelligit id quòd decorticatum eſt.* [b Dulcis calami repurgati.] *Græcè eſt γλυκοκαλάμου. Per calamum verò dulcem re-*

Hordeũ nudum.

Dulcis calamus

*purgatum intelligere Nicolaum, vt ſuprà, quoq; nempe annotatione.175.eſt dictum, Cenſeo Caſiæ fiſtularis medullam, quam hodie caſiam extractam facientes medicinam vocant.* [c Sacchari roſati laxatiui.] *Nicolaus vulgari more dixit* σουκοροζάρω λαξατίβω, *quum dicendum eſſet,* σούχαρι ῥοζάτου λαξατίβου.

Alia cõfectio decocti ad melancholica mala. Eſt admodum bona, vt præcedens. Recipit quinq; radicũ, epithymi, hyſſopi, ſingul. ℥.ij. Coriandri, exag.iij. Damaſcena.xx. Ceraſia.xxx. Senæ, cuſcutæ, ſingul.exag.iij. Hermodactyli, exag.ij.ß. Violarum, borraginis floris, ſingul. exag.ij. Adianti, manipulum j. Seminum cucumerum.℥.ij. Agarici, exag.ij Polypodij.℥.ij. Mannæ.℥.j. Caſiæ fiſtularis repurgatæ.℥.ij. Oxyphœnici.℥.j. Radicis capparis.℥.j.ß. Seminis agni, exag.iij. Turpeti puri.℥.j. Santali citrini. ℥.ß. Violarum, roſarum, ſingulorũ exag.ij. Glycyrrhizæ, ℥.j. Seminis fœniculi.℥.ß. Aſari, exag.ij. Scolopendrij. manipulum.ß. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. 450

Antidotus Dianthon [a] Galeni, ad imbecillitatem corporis, animi defectionem, ſyncopen, cardiacos, eos qui faciſe diſcutiuntur: & in ſumma, ad omnem animi defectum efficaciſsima. Accipit roſmarini florum.℥.iij. Oſsis cordis ceruini, berberis, roſarum. violarum, florũ borraginis, nymphææ, ſingulorum.ʒ.iij. Maceris, ligni aloes, cardamomi, aniſi, anethi, ſingulorum.ʒ.vj. Caryophylli.ʒ.j. Ambaris, gran.ij. Nucis indicæ, cinamomi, ſpicæ, zedoariæ, ſingul. ʒ.iij. Galangæ, nucis moſchatæ, ſingulorum. ʒ.j.ß. Lapidis ſaphiri, exagia j. Iaſpidis lapidis, [b] ſubuiridis lapidis, ſingulorum exagium.j.ß. Margaritarum perforatarum & non perforatarum, ſingulorum, exagiũ.j. [c] Oſsis naris purpuræ, exag.j. Croci, ſiliq.iij. Tragacanthæ, exagium.j.ß. Trium ſantalorum, ſingulorum. ℥.ß. Serici vſti.ʒ.ij. Seminis portulacæ, exagium.j.ß. Raſuræ eboris. ℥.ß. Auri puri, exagium.j. Cryſtalli, corallij rubei, ſingul. exag.j.ß. Sacchari, penidiorum, & ſtillaticij roſarum liquoris, quantum ſatis eſſe videbitur. Datur.℥.ß. in prædictis malis, atq; in triſtitia, timore, multisq; alijs malis. 451

[a Galeni.] *Non rectè referri ad Galenum hanc antidotum, ſimplicia quædam quæ illi incognita & ignota fuerunt, abunde teſtãtur.* [a Lapidis ſubuiridis.] *Græcè eſt,* λίθου τοῦ ὑποχλώρου.

Intel

*Intelligit verò haud dubiè lapidem nominatum Praſium, aut Smaragdum.* [ c Oſſis naris purpuræ. ] *Blattium byzantu hodie appellant, vt dictum eſt aliquoties ſuprà.*

452 Antidotus alia ex adianto, vt præcedens. Inuenies autem huius facultates curatorias cap. 446. Capit polytrichi, ſucci glycyrrhizæ, hyſſopi, ſingulorum . ʒ.x. Seminis carei, & apij, amygdalarum amararum, ariſtolochię, ſeminis vrticæ Romanæ, & fœniculi, ſing. ʒ.v. Calaminthæ, iridis, ſeminis vrticæ mollis, ſing. ʒ.iij. Seminum cucumerum, ſing exag.j. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Prodeſt tuſsientibus, difficulter ſpirantibus, ſuppuratis, & deſtillatione capitis laborantibus.

453 Antidotus lingua Italica cognominata Pancala aurea. Inflatis, & dolore inteſtinorũ laborantibus, colicis, nephriticis, viſcerum obſtructionibus, & malo corporis habitu affectis confert. Habet rutæ, ʒ.v. Ameos, thymi, melãthij, libyſtici, baccarum lauri, ſeminis dauci, acori, ſingulorum ʒ.j. Sagapeni. ʒ.ij. Opopanacis, ʒ.j. ſemis. Mellis attici, aut ſacchari, quantum ſufficit. Datur nucis auellanæ quantitas cum aqua calida temperata, in qua decocta ſint radix fœniculi, apij, macedoniſij, ameos, apij, aniſi, & fœniculi ſemina. Datur ieiunis.

454 Antidotus Dianthon, conferens valde tuſsientibus, & arteriacis. Recipit roſmarini floris, roſarum, florũ borraginis, violarum, ſin. ʒ.iij. Caryophylli, nucis indicæ, galangę, cinamomi, myrrhę. ſin. ʒ.iij. Maceris, ligni aloes, cardamomi, aniſi, & anethi, ſing. ʒ.vj. Tragacanthæ. ℥.j. Sacchari, & penidiorum, quod ſatis eſt. datur manè & veſperi, & poſtquã ſumpta fuerit, præbeto aquam tepidam.

455 Antidotus è Saphiro, eiuſdem cuius dianthon' vſus. Accipit berberis, ʒ.j. Borraginis florum, roſarũ, nympheę, maceris, ſing. ʒ.ß. Ambaris, ſitarium j. Cinamomi, ſpicæ, ſpodij, ſin. ʒ.ß. Caryophylli, nucis moſchatæ, ʒ.ß. & quartam partem. Cryſtalli, corallij, floris bugloſsi, margaritarum, ſin. ʒ.j. Oſſa cordis ceruini ſex. Auri puri, exag.j. Trium ſantalorum. ℥.j. Glycyrrhizę, ſeminis portulacæ, ſing. ſitaria. ij. Seſellis, ſitarium. j. Saphiri, lapidis iaſpidis, ligni aloes, ſin. exag.j. Oſsiũ naris purpuræ, exagi. ß. Serici vſti, exag.j. Sacchari, & ſtillaticij roſarum liquori.

quantum ſufficit. Datur vt dianthôn quæ prædicta eſt.
Antidotus ad eos quos virtus deficit, tuſsientes, & de- 456
ſtillatione capitis laborantes. Capit nucum pinearum. ℥.
viij. Amygdalarum, ʒ. v. Cinamomi, ℥. j. Caryophylli,
maceris, ſingul. ʒ. vij. Ligni aloes. ʒ. vj. Santali citrini, ʒ.
v. Ambaris, ʒ. j. Moſchi, ſitarium j. Sacchari, lib. iiij. & ſtilla
titij roſarum liquoris, quod ſufficit.
Antidotus ad animi defectiones, & corporis imbecilli- 457
tates, ſtomachicos, læuitatẽ inteſtinorum, ſyncopem cor-
dis, & carnis diſſolutionem. Habet ſucci cotoneorum, ſac-
chari, libras ij. Adijce ſucci quod ſatis erit, & coque vſque
ad conſiſtentiam: dein inijce piperis, longi, zingiberis, cina
momi, ſing. ʒ. j. Caryophylli, ligni aloes, ſin. ℥. j. Moſchi,
gra. xx. Oſſa cordis ceruini. iiij. Ambaris, exag. ß. Galliæ
Berberis quid. moſchatæ, ʒ. ß. Blattij bizantij, exa. j. Berberis, hoc eſt ſe-
minis oxyacanthæ. ℥. ß. Sacchari, & ſtillatitij roſarum liquo
ris, quantum ſufficit.
Antidotus è myrobalano, ad malum melancholicũ, 458
& hypochondriacum nominatum conferens. Accipit myro-
balanorum omnium, demptis flauis, ſing. ℥. ß. Polypodij
recentis, epithymi, ſing. exag. ij. Stichadis arabicæ, exag. j.
ß. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſſe videbitur. Da-
tur cubitum ituris veſperi ſemuncia, aut plus, aut minus
pro viribus.
Antidotus alia è myrobalano, vtilis ad pituitoſos, fla- 459
ua bile abundantes, & melancholicos. Turbationis & mole
ſtiæ expers eſt. Recipit myrobalani flaui & nigri, ſing. exa.
iij. Turpeti repurgati. ℥. ß. Aniſi, exag. j. Zingiberis, exag.
j. ß. Rheibarbari, exag. j. Sacchari puri, quod ſatis eſt. Hæc
in farinã, hoc eſt drangæã redigito. Dantur de ea exagia
duo, aut duo & ß. aut tria, pro virium diuerſitate.
Drãgæa quid. Antidotus ex ſulphure nominata. Prodeſt ad elephã 460
ticos, & immundiciã totius corporis, admodum laudata.
Capit croci, myrrhæ, thuris, ſing. ʒ. ij. Cardamomi, opij,
ſingul. ʒ. ij. Sulphuris ignem non experti, xylobalſami, py
rethri, radicis panacis, liquoris tithymali, calaminthę, liquo
ris peucedani, ſing. ʒ. vj. Piperis albi. ʒ. ij. Calami odorati,
zingiberis, ſin. ʒ. iij. Succi glycyrrhizę. ʒ. ij. Scillę aſſatę. ʒ.
ij. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Datur ægyptiæ
fabæ

fabæ quantitate ex temperati liquoris, aut decocti abſintij cyatis quatuor.

461 Antidotus regia vocata, confert caput dolentibus, oculorum hebetudini, aluoq; adſtrictæ. Humores attenuat, ſtomachũ purgat, arthriticos iuuat, iocineroſos, nephriticos, colicos, obſtructionẽ, podagricos, lienoſos, malaq; muliebria vterina, Præterea, Dei gratia, omnibus morbis vtilis eſt. Datur citra obſeruationem quouis tempore, neque frigore neque æſtu obſeruato. Habet piperis communis & longi, zingiberis, cinamomi, ſing. ℥. ij. Cariophylli, ſpicæ, cancryos, ſing. ℥. j. ß. Turpeti. ℥. ß. Rhei, exag. ij. Hermodactyli. exag. j. Dacrydij. ʒ. j. Croci, exag. j. Sacchari, & ſtillatitij roſarũ liquoris, quod ſatis eſt. Dantur exagia duo, aut duo & . ß. aut tria pro viribus. Præbeto verò media nocte, & à ſumptione eius non febricitantibus præbe vinum, ijs verò qui febricitant, aquam tedidam.

462 Antidotus de zingibere, vtilis ijs quibus iecur citra calorem dolore afficitur. Recipit nardi ſyriacæ, ſpicæ, zingibe beris, coſti, petroſelini, mei, ſing. ℥. j. Acori, mãdagoræ, pipe ris albi, ſeminis papaueris, croci, ſigilli lemnij, ſingulorum ℥. j. Styracis, opij, aniſi, dauci cretici, apij ſeminum, hyoſcyami, ſeſelis, ſingulorum ℥. j. ß. Cinamomi. ℥. j. Margarita rum, exag. j. ß. Blattij bizantis, exa. j. Oſſa cordis ceruini quinque. Eupatorij, papaueris albi, roſarum, ſingulorum ℥. ß. Caryophylli, exag. j. Rheibarbari, exag. ij. Sacchari, & & ſtillatij roſarum liquoris quantum ſatis eſſe videbitur. Dantur manè exagium vnum ß. aut duo pro viribus. Sinẽdum etiam vt à ſumptione dormiat æger, daq; diebus decem, ſi voluerit. Poſt hæc vbi oportet purgatorium præbeto medicamentum.

463 Antidotus ex hermodactylo, conferens ad podagricos, arthriticos, & quoſuis dolores, omne denique vulnus, & ad omnes actiones. Accipit hermodactyli, exag. j. ß. Cumini æthiopici, colocynthidis, ℥. v. Chamædryos. ℥. ij & quartam partem. Centaurij. ℥. ij. Ariſtochiæ rotundæ, gẽtianę, ſing. ℥. j. ß. Hyperici, ℥. ij. & quartam partem. Petroſelini. ℥. j. Agarici, mei, ſin. exa. j. ß. Turpeti repurgati, ℥. ß. Rhei barbari, exag. ij. Dacrydij, croci, ſingulorum exag. ß, Sacchari, quod ſatis eſt. Datur media nocte pondere. ʒ. vnius,

aut.ʒ.j.& ß.pro virium ratione. Pòſt dato nō febricitantibus bibere [a] aquam, febricitantibus autem aquā tepidā.

Nicolai locus reſtitutus.

[a Aquam.] *Græcæ eſt ὕδωρ, ſed legendum eſſe cenſeo οἶνον, id eſt vinum. Nam vt cætera medicamenta carentibus febre cum vino dantur, ita etiam præſens exhibendum erit.*

Antidotus vtilis ad ſitim immodicam, feruorem ie- 464
coris, febres acutas & ardentes. Vocatur autem è rheo barbaro, eſtq; valde bona. Capit trium ſantalorum, ſingu. ℥.ß. Seminis lactucæ, & intybi, ſingul.ʒ.ij. Roſarum, violarum, ſingulorum, exag.iij. Seminum cucumerum, ſingu. ʒ.iiij. Aſari.ʒ.j. Rhei barbari, exag.j. Papaueris albi, exag. ij. Eupatorij.ʒ.iij. Petroſelini.ʒ.ij. Caphuræ, exag.ß. Seminis portulacæ.ʒ.ij Glycyrrhiyæ.ʒ.j. [a] Melitzani ſylueſtris ſeminis.ʒ.j.ß. Pſyllij, exag.ß. Floris borraginis, exagium.j. Sacchari candi.℥.ß. Seminis cotoneorum, exag.ß. Sacchari, quod ſatis eſt. Fermenteſcant hæc cum decocto ſcolopendrij, ſebeſtenæ, roſarum, violarum, damaſcenorum, intybi, borraginis Datur nucis ponticæ magnitudine, aut pro viribus. Poſt eius ſumptionem bibenda aqua cum droſato Alexandrinorum.

Melitzanum.

[a Melitzani ſylueſtris.] *Nicolaus habet ἀγριομελιτζάνου. Quid autem Melitzanon illi ſignificet, ſcire nequeo.*

Diaſenę

Antidotus è ſena, valde bona ad elephantiacos. Habet 465
ſenæ, nucū auellanarū, ſing.ʒ.j. Raſuræ eboris.ʒ.iij. Serici crudi vſti.ʒ.j.ß. Boli armenij, paſtilli ſcillitici, paſtilli theriaces, hedycroi magmatis, [a] lapidis lizi, lapidis Iaſuli, aſari, ſin.ʒ.j. Lapidis ſmaragdi, iaſpidis, ſaphiri, [b] apelaxij, ſin.ʒ.j. Raſuræ aciei ferri.ʒ.iiij. Styracis boni, paſtillorū diarhodon, & de violis, galliæ moſchatæ, ſin.ʒ.ij Thuris, cinamomi, cubebæ, ſin.ʒ iiij. Triū ſantalorū, ſin.℥.ß. Corallij rubei.ʒ.iiij.ß. Margaritarū, blattij bizātis, ſing.exa.j.ß. Caryophylli, maceris, ſpicæ, ocimi, ſeminis portulacæ, zingiberis, aniſi, ameos, fœniculi, ſin.ʒ.ij.ß. Calaminthæ mōtanę, auri puri, ſing.ʒ.iij. Folij, cardamomi, zedoarie, croci, floris roſmarini, & borraginis, piperis albi, ligni aloes crudi, ſing.ʒ.iij. Oſſa cordis ceruini.iiij. [c] Aſimij repurgati, exa. iiij. Berberis. gentianę, ſing.ʒ.j. Moſchi, gra.xij. Coquātur hæc cum ſucco malorum dulciū. In ſucco autem illo prius ferueāt ſerici recens è grano ilicis tincti.℥.iiij.cū ſtillatitio roſar

roſarum liquore,quoad vniuerſa ſerici tinctura exeat. Deinde exime hoc ipſum, & conijce in ſuccum ſacchari, quantum volueris. Vbi ad cōſiſtentiam venerit, accipe ſpecies omnes benè tritas, & inijce illi, datoq; ieiuno exagia duo, & poſt ſumptionē ſorbendum præbe vinum cum modica aqua, in qua ferrum ſæpius extinctum ſit.

[a Lapidis litzi. ] *Hoc in loco lapis litxi accipitur pro armenio vocato lapide, vt è latinis colligitur codicib. Quippe in ijs ſcriptum reperitur, Lapidis armeniaci drac.j. Lapidis laxuli, drachmas.iij. Niſi malis praſium intelligere lapidē, vt ſuprà aliquoties.*[ b Appellaxij. ]*Græcè eſt* ἀπιλαξίου. *Qualis autē lapis Apelaxius ſit, me ignorare fateor. Suſpicor tamen hic vocem hanc, quemadmodum ſuprà annotatione.* 2 0 2.*quoque diximus, idē quod loti ſignificare.*[ c Aſimij.] *Quid ſit Nicolao* ἀσιμιον, *ſcire non poſſum.* Appelaxius. Aſimiō.

466 Antidotus ex acoro cōferens nephriticis, iocineroſis, obſtructionibus, neruorū imbecillitati, & diſtētioni à craſſis humoribus factæ. Recipit acori, exagia iiij. Pyrethri, exagia.iij. Zingiberis, caryophylli, galangæ, ſingulorum.ʒ.iij. Piperis lōgi.ʒ.ij. Croci, maceris, ſing.ʒ.j. Apij, aniſi, ſing. ʒ.ß. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſufficere videtur. Datur ſemuncia cum vino tēperato, & aqua, cui incoctæ ſint radices acori, apij & fœniculi.

467 Antidotus è cinamomo cōcoquens. Appellatur autē ab Italis Manus Dei. Græce χεὶρ κυρίου. Eſt valde laudata. Accipit cinamomi, ʒ.vj. Folij, galangæ, maceris, caryophylli craſsioris, caryopylli, ſingulorum drachmā.j. Zingiberis, ℥.iij. Cardamomi.ʒ.iiij. Menigetis.ʒ.iij. Spicę, carei, maſtiches, piperis lōgi, ſing.ʒ.ß. Nucis moſchatę, cubebę, ſin. ʒ.iij. Moſchi, ſiliq.vj. Ambaris.ʒ.ß. Croci exa.j. Sacchari, & ſtillatitij roſarum liquoris, quod ſatis eſt. Datur cum uino [a] monēbaſiatico. Eſt ad animi defectū, & corporis imbecillitatem valde bona. Manus Dei.

[a Monēbaſiatico.] *Græcus Nicolai codex habet* μονιμβασιωτικοῦ. *Quod verò uini genus per corruptā hāc dictionē intelligat Nicolaus, diuinare ſatis nequeo. Suſpicio tamē eſt illū hoc nōīe appellaſſe vinum quod hodie etiā deprauata voce Maluaticū. & Maluaſinū vocatur* Monenbaſiaticum.

468 Antidotus alia è cinamomo vtilis ijs qui ſtomachi dolore vexantur, & cibum euomunt. Capit cinamomi. ʒ.vj. Trium Piperum, aniſi, croci, fœniculi,

niculi,apij,ameos,folij,galangæ,maceris, caryophilli craſſioris,ſing.ʒ.j. Zingiberis.℥.ij.ß. Cardamomi.ʒ.iiij. Menigetis.ʒ.iij.Spicæ,carei, maſtichis,ſingul.ʒ.j.Caryophylli,nucis moſchatæ,cubebæ,ſing.ʒ.iij. Calaminthæ, pulegij,petroſelini,ſingul.ʒ.ij.ß. Ligni aloes boni [a]crudi.ʒ.j. Sacchari ℔.ij & ſtillaticij roſarum liquoris,quantum ſufficit. Moſchi.ſiliq.iij. Datur ieiuno, & à cibo ſemuncia, ex bono vino.

Crudũ lignum aloes qd

[ a Crudi. ] *Sæpe crudi ligni aloes mentionem facit Nicolaus, ideóque hoc loco quæ noſtra de illo ſit ſententia, exponemus. Per crudum itaque lignum intelligo id quod non putruit. Nam vt teſtis eſt Symeõ Sethi, eius regionis in qua prouenit, incolæ idipſum concidunt, & ſub terram multo puluere obruunt & poſt aliquot temporis ſpacium, quãtum ſcilicet ſufficere videtur, ligni partes educunt, & mercatoribus vendunt. Crudum itaque erit, quod terra non obruitur, ſed ſtatim ab arbore exciſum, ad vſum rapitur.*

Antidotus ex acoro, vt præcedens, vtilis admodum & 469
laudata. Habet acori, rubiæ, ſingul.℔.ij. Pyrethri, libræ quartam partem. Piperis longi.℥.ß. Coſti, pæoniæ, galangæ,ſingul.ʒ.ij. Zingiberis.℥.ß. Cariophylli.ʒ.j.ß. Maceris,croci,ſingul.ʒ.j.Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt. Poſt decoctionem ſufficientem inijce nucum pinearum repurgatarum.℥.ij.& da, vbi voluerit.℥.j. Eſt aũt experta ad ſtomachicos, [a]nephriticos, quartanarios, malo corporis habitu laborantes, & omnes obſtructiones viſcerum à craſsis humoribus natas, reſolutos, trementes, abortientes, & è colico morbo in copore factam reſolutionem.

Librarij erratũ.

[ a Nephriticos. ] *Manuſcriptus codex corruptè legit* νιυρικοὺς *pro* νεφριτικοὺς.

Antidotus ad epilepticos, apoplecticos, inſaniẽtes, & 470
quartanarios. Vocatur aũt è zingibere, eſtq; admodũ ad prędicta laudata. Recipit roſarũ rubearũ.ʒ.iiij.ß. Lapidis lazuli, [a]lapidis armenij, lapidis [b] antimonij, ſin.ʒ.iij. Carnis foliorũ citri.ʒ.iiij. Aſari, eupatorij, betonicę, triũ ſãtalorũ ſin.ʒ.j.ß. Margaritarũ, exa.iij. Blattij, bizãtij exa.ij. Maceris exa.j. Floris roſmarini exa.j.ß. Ligni aloes crudi caryophylli, zedoariæ, galãgæ, zingiberis, ſin.ʒ.j. Paſtilli ex [c]cniãboris, diarhodon, & ex violis, ſin.ʒ.j. Aliptæ moſchatæ, galliæ moſchathæ, ſingulorũ.ʒ.j. Radicis pæoniæ.℥.ß. Maſtiches

ches,ſeminis pæoniæ,ocimi,cinamomi,cardamomi, cyperi ſeminis dauci,ſeminis apij,ameos,petroſelini,ſin.ʒ.j. Ana cardij,exag.j. Sanguinis anatis.℥.ß.Rhei.ʒ.ij. Foliorum. ʒ.ß.Styracis calamitis,caryophylli craſsioris,acori,corallij rubei,pyrethri,croci,ſing.ʒ.j.Oſſa cordis ceruini.iiij.Ambaris crudi,exag.j.Moſchi,gran.x. Serici recẽs è grano ilicis tincti.℥.ij.Roſarum ſtillaticij liquoris,& malorũ dulciũ ſucci,quod ſatis eſt. Decoque ſericum donec rubedo eius [d]exierit. Dein confice cum ſacchari lib. ij. aut quantum ſufficiet. Adijce verò etiam auri puri,exag.ij. Poſtremum inijce etiam moſchum cum ſtillaticio roſarum liquore. Prodeſt etiam hæc antidotus ad animi defectionem.

[ a Lapidis armenij.] *Nicolai codex habet* λάπις λίτζι.*Hic autem ſignificare lapidem armeniũ,ex ijs quæ paulo antè annotauimus manifeſtum eſt. Niſi praſium vocatũ intelligere malis.* [ b Lapidis antimonij.] *More Serapionis & aliorũ quorundam,* Antimoniũ, *quod Græcis* στιμμι *dicitur, inter lapides recenſet. Attribuunt aũt illi facultatem roborandi neruos recentiores*[ c Ex criamboris.] *Manuſcriptus codex legit,* τροχίσκου τοῦ διὰ κριαμβόρουμ.*De quibus quid dicam, nunc non habeo. Vox enim deprauata ac planè barbara eſt, vt quid ſignificet, diuinare nequeam.* [ d Exierit.] *Græcè eſt* ἐναπολυθῇ.*Sed fortè legendum, vt paulo ſuprà* ἐξιλθῇ.

Antimonius lapis.

Criãborum.

471 Antidotus purgãs è rheobarbaro. Accipit ſantali albi & rubei,ſingul.℥.ß.Maceris,exag.ij.Spodij. ſiliquas.vj.Maſtiches,croci,ligni aloes,ſpicæ,cardamomi,aſari,gallię moſchatæ,berberis,caryophylli , ſing.℥.ß. Dacrydij.℥.j.&.ʒ.j. Turpeti repurgati.℥.j. Seminis fœniculi,ocimi,cinamomi boni,ſing.℥.ß.Caphuræ,ʒ.ß. Oſſa cordis ceruini, duo. Tragacãthę,gũmi arabici,rhei barbari,ſin.℥.ß.Aniſi,intybi, ſeminis portulacæ ſeminis cucumeris,ſin.℥.ß.roſarum, exa.ij.Senæ.℥.j.Hermodactyli.℥.ß.Tartari.℥.j.Sacchari, & ſtillaticij roſarũ liquoris qđ ſatis eſt.Dãtur media nocte exa.ij.&.ß.aut tria ꝓviribus.His q̃ nõ febricitãt ex vino tẽperato,febricitãtibus aũt cũ aqua tepida. Prodeſt ad mala ex defluxionibus nata,ad podagricos & arthriticos.

472 Antidotus è Sena,vtilis ad podagricos, arthriticos, & omnem neruorum affectum. Capit roſarum,glycyrrhizæ,ſingulorum,ſiliquas.v.Cinamomi.ʒ.iij.ß. Caryophylli,nar

li,nardi,ſagapeni,galliç moſchatæ,nucis moſchatę,zingiberis zedoariæ,ſenæ,cardamomi,aſari ſeminis apij, ſingul.ʒ.ß.Croci.ʒ.j.Turpeti,rhei,dacrydij,ſingul.exag.j.Sacchari, quantum ſufficit,& roſarum liquoris ſtillaticij. Dantur media nocte exagia tria,aut tria &.ß.pro virium ratione. His qui vacant febre cum vino temperato,febricitantibus verò cum aqua tepida.

Antidotus de ſampſucho,conferens iocineroſis & cholericis,ijs qui neque victum neq; frigus,neque æſtum obſeruāt,regibus, & præfectis.Ei autem qui hoc vtitur, bonum colorem cōciliat,& ſanitatem: neque laxitatem, neq; compreſsionem efficit,neq; anguſtiam aliquam fieri ſinit. Habet cinamomi,maceris,ſampſuchi, trium ſantalorum,glycyrrhizæ,roſarum,corallij rubei,florum borraginis & roſmarini,oſsis cordis ceruini,margaritarum,ambaris, tragacanthæ,ſingul.ʒ.j.Turpeti,rhei barbari, ſing.ʒ.j.ß.Senæ agarici,ſing.ʒ.ij.ß.Croci.gran.vij.Zingiberis.ʒ.j. Nuces moſchatas,duas.Dacrydij.℥.ij.Sacchari, & ſtillaticij roſarum liquoris,quod ſatis eſt.Moſchi,ſiliq.iiij.Dantur media nocte exagia tria,aut tria &.ß.pro virium ratione: ijs qui non febricitant cum vino,febricitantibus autem cum aqua calida. 473

Antidotus alia purgatoria ex berberis nominata,cōferens vt prædicta. Habet ſantali rubei & albi, ſingul.ʒ.j. Spodij.ʒ.ij.Maceris.exag.j. Maſtiches,croci.ſpicæ, ligni aloes,cardamomi,aſari, galliæ moſchatæ, ſingulorum.ʒ.j.Cinamomi.℥.ß.& quartam partem.Caphuræ, gran.xv. Oſſa cordis ceruini.iiij.Tragacanthæ,gummi arabici, ſin.℥.j.Rhei barbari.℥.ß.Aniſi,intybi,& portulacæ ſeminum, ſingul.℥.j.Seminum cucumerum, ſingulorum.℥.j.Roſarū ℥.j.ß.Senæ.℥.ij.Dacrydij.℥.ij.Sacchari, & ſtillaticij roſarum liquoris,quantum ſufficit. Dantur media nocte exagia duo &.ß.aut tria,pro virium varietate. 474

Antidotus alia ex chanchry,eiuſdem vt prior vſus.Recipit roſarum, glycyrrhizæ,ſingul. ℥.j. Cinamomi.ʒ.v. Caryophylli, nardi,cāchryos ,ſagapeni,galliæ moſchatæ, nucis moſcathę,zædoariæ,ſenæ,cardamomi,aſari ſeminis apij,ſin.ſiliq.v. Dacrydij.exag.iij.Turpeti,exag.ij. Rhei bari,exag.j.ß, Sacchari, & ſtillaticij roſarum liquoris, 475

quod

quod ſatis erit. Dãtur media nocte exagia tria, aut tria & ß. ꝑ viribus. His qui febre vacant, ex vino temperato, febricitantibus autem cum aqua tepida.

476 Antidotus alia purgatoria, vt prædicta, conferens mirificè ad podagricos, arthriticos, & omnes morbos ex defluxione natos. Accipit cinamomi. ℥. j. Croci, exag. ij. Zingiberis. ℥. ß. & quartam partem. Caryophylli, exag. j. Aniſi fœniculi ſeminum, ſingul. exag. j. ß. Ameos, exag. j. Nuces moſchatas, duas. Turpeti puri. ℥. ij. Hermodactyli. ℥. j. Rhei barbari, exa. ij. Dacrydij. ℥. j. Sacchari, & ſtillaticij roſarum liquoris, quantum ſatis eſſe videbitur, Dantur media nocte exa. tria, aut tria & ß. ꝑ viribus. Febre vacantibus cum vino temperato, febricitantibus autem cum aqua tepida. Prodeſt ad tertianas, & quotidianas.

477 Antidotus ad cardiacos & febricitantes. Somnum etiam inducit. Capit caryophylli, cinamomi croci, ſing. exag. j. Spicæ, galangæ, ligni aloes, ſingulorum exag. ß. Glycyrrhizæ, exag. j. Nucem moſchatam, vnam. Margaritarum, exag. ß. Zingiberis, exag. j. Corallij rubei, exa. j. ß. Ambaris. ʒ. ß. Blattij bizantij exagij quartam partem. Moſchi. gran. ij. Seminis ocimi, exag. ß. Caphuræ, ſiliq. iiij. Papaueris albi. ℥. ß. Trium ſantalorum, ſingulorum. ʒ. ß. Sacchari candi vocati. ℥. ß. Oſſa cordis ceruini. ij. Spodij, exag. ß. Pſyllij. ʒ. ß. Seminum cucumerum, ſingulorum, exag. ij. Sacchari, & roſarum ſtillaticij liquoris, quod ſufficit. Datur ad arbitrum ægrotantis, quocũque tempore.

478 Antidotus alia purgans ex hermodactylo, conferens omnibus malis à defluxione natis, podagricis, arthriticis, & malo corporis habitu correptis. Habet cinamomi vnciã ſemis. Croci, exagium. j. Zingiberis vnciam. ſemis. Caryophylli, exagia. ij. Aniſi, fœniculi ſeminum, ſingulorum exagium. j. Ameos. ʒ. j. ß. Amomi. ʒ. j. ß. Nuces moſchatas, duas. Turpeti repurgati. vnciam. j. ſemis. Moſchi, gran. iij. Senæ vnciam ſemis. Epithymi. ʒ. j. Dacrydij. ℥. j. ß. & quartam partem. Santali rubei. ʒ. ij. Rhei barbari. ℥. ß. Cubebæ. ℥. ß. Hermodactyli. ʒ. j. Myrobalani citrini, exag. ij. Sacchari, & ſtillaticij roſarum liquoris, qđ ſatis eſt. Dãtur media nocte, exa. iij. aut tria & ß. ꝑ viribus

bus: nõ febricitantibus ex vino temperato, febricitantibus autem cum aqua tepida.

Antidotus valde bona, ad dyſentericos, & leuitate in- 471 teſtinorum laborantes. Recipit cinamomi, ʒ.j.ß. Caryophylli, galangæ, maceris, caryophylli craſsioris, ſingulorũ ſiliq.v. Zingiberis. ℥.ß. Cardamomi. ʒ.j. Menigetis. ʒ.ß. & quartã partem. Spicæ, carei, maſtiches, berberis, piperis longi, ſing. ſiliq.iij. Nucis moſchatæ, cubebæ, ſing. exag.ß. Spodij. exag.j. Blatti bizantij. ʒ.j. Corallij. ℈.j. Interiores tunicas ventriculi galli tres. Palmularum, oſſa tria. Boli armenij. ʒ.j. Ligni aloes, exag.ß. Moſchi, gran.iij. Fœniculi, aniſi, & ocimi ſeminum, croci, ſingulorum. exag.j. Lemnij ſigilli, papaueris albi, ſingul. ʒ.j. Rhei vſti, exag.j. Baccarum myrti, roſarum, ſing. ℥.ß. Oſſa cordis ceruini iiij. Succi cotoneorũ, & ſtillaticij roſarum liquoris ſacchariq́;, quantum ſufficit.

Antidotus ad melancholichos, ſyncope & animi defe- 472 ctione laborantes, omnemq́; cordis affectum admodum laudata. Accipit [a] lapididis litzi, hoc eſt lapidis lazurij. ℥.ß. Lapidis lazuli, hoc eſt cærulei ambaris crudi, ſing. ʒ.ij. Ligni aloes crudi, cinamomi boni, ſin. ʒ.iij. Moſchi, exa. quartam partem. Margaritarum, exag.j. Auri puri. exag.ß. Serici recens è grano ilicis tincti. ℥.iii. decocti cum ſucco malorũ dulcium, & ſtillaticio roſarum liquore, ſaccharoq́; ſufficienti. Datur pro arbitratu.

Lapis litzi.

[a Lapidis litzi.] Ex *hoc loco manifeſtum fit omnibus, lapidẽ litzi Nicolao, vt ſuprà quoq; dictũ eſt, variè accipi.* N*ũc pro lapide, lazuli, nũc* p *Lizurio, qui eſt alius à lapide lazuli.* Id *qđ è verbis* Nicolai *manifeſtè etiã colligitur. Quippe iniquit,* λάκις λίτζι, τουτέστι λίθου λαζουρίου ὀυγ΄. ς΄. *Et ſtatim ſubijcit,* λάκιζ λάτζουλι, τουτέστι λίθο κυανίου. *Perperam autem legitur in manuſcripto codice* γιρανίου. *In quæ iam diximus conſentiunt, quæ ſcribuntur in explicatione quarundam* Nicolai *vocum. Illic enim ita habetur* λάκις λίτζι τὸ λαζούριον, ὁ λίθος πράσιος λάκις λάτζουλι λίθος κυάνεος. *Legitur autem corruptè* κίρανος *in manuſcripto exemplari. E quibus omnibus palam fit, lapidẽ litzi, lazurium, & praſium, apud* Nicolaum *eſſe eundẽ lapidem.* N*iſi malis* πράσιον *pro viridi interpretari, ac* Armenium, *qui colore viridis eſt, intelligere.* L*azuli autem lapis non eſt niſi* κυάνεος, *id eſt, cæruleus vetuſtioribus* Græcis *dictus.*

Librarij lapſus.

Lapis lazurius.

Lapis lazuli.

Anti

481 Antidotus alia purgatoria experta, vt cæteræ. Capit cinamomi.ʒ.j. Croci. ʒ.j. Zingiberis. ʒ.ß. Caryophylli, fœniculi & aniſi ſeminum, ſin.ʒ.j. Ameos, ʒ.j. Nuces moſchatas duas. Turpeti.℥.ß. Senæ, exag.ij. Agarici, exag.j.ß. Rhei, exagia.ij. Moſchi, ſiliq.x. Dacrydij. ℥.j. Maceris. ʒ.j. Roſarum, exagium.j. Hermodactyli. ʒ.j.ß. Ariſtolochiæ rotundæ. ʒ.ij. Stillaticij roſarum liquoris & ſacchari, quod ſatis eſt. Dantur media nocte exagia.iij. aut tria &.ß. pro viribus.

482 Antidotus ad tuſsientes, defluxione capitis laborantes, & ad imbecillitatem corporis admodum bona. Habet nucum pinearum.℥.viij. Amygdalarum.ʒ.v. Cinamomi.℥.j. Caryophylli, maceris, ſingulorum.ʒ.vij. Ligni aloes.ʒ.vj. Santali citrini. ʒ.v. Ambaris crudi. ʒ.j. Seſami repurgati. ℥.j. Seminis vrticæ. ℥.ß. Goſsipij ſeminis. ℥.ß. Moſchi puri, ſiliq.iij. Sacchari, & ſtillaticij roſarum liquoris, quantum ſufficit. Datur verò quando lubet.

483 Antidotus ad animi defectionem, imbecillitatem corporis, ad tuſsientes, læuitate inteſtinorum laborantes, cordis ſyncopem, & carnis diſſolutionem. Recipit ſpodij.℥.j. Zingiberis, cinamomi, ſingulorum.ʒ.j. Caryophylli, ligni aloes ſing.ʒ.vj. Maceris. ʒ.v. Oſſa cordis ceruini, ſex. Ambaris, alipeæ moſchatæ, galliæ moſchatæ, ſingu.ʒ.j. Blattij byzantij.ʒ.ij. Berberis.ʒ.vj. Margaritarum, exagia.ij. Moſchi, ſiliq.iiij. Succi malorum dulcium, & ſtillaticij liquoris roſarum, quod ſatis eſt: & ſucci cotoneorum quantum oportet, ſacchari ℔.ij. Datur pro arbitratu.

484 Antidotus ad melancholiam, quæ à veteribus medicis Hypochondriacum malum nominata eſt. Capit myrobalanorũ, exceptis flauis, ſing.℥.ß. Polypodij, epithymi, ſtichadis, ſing. exag.j.ß. Sacchari quod ſatis eſſe videbitur. Datur veſperi ſemũcia, aut plus aut minus, ꝑ viriũ ratiõe.

485 Antidotus alia ſimilis, vt præcedens habet myrobalani flaui, & nigri, ſingul.℥.ß. Turpeti boni, exag.iiij. Aniſi, exagium.j. Zingiberis, exag.j.ß. Rhei, exagium.j. Sacchari, quod ſatis eſt. Datur melancholicis, bilioſis, & pituitoſis, purgans citra moleſtiam, & turbulentiam.

486 Antidotus ad cardiacos, ſyncope correptos, & corporis colliquationem. Recipit [a] lapidis armenij, lapidis

lazuli, ſing. ℥. ß. Ligni aloes, blattij byzantij, ſing. ʒ. j. Galliæ moſchatæ, aliptæ moſchatæ, ſing. ʒ. iij. Paſtillorũ diarhodón, & de violis, ſingu. ʒ. iij. Ambaris, exag. j. Maceris, caryophylli, nucis moſchatæ, zingiberis, ſing. ʒ. iiij. Cinamomi, ſenæ, ſin. ʒ. iij. Moſchi. ʒ. ß. Spicæ, galangæ, ‡been albi & rubei, ſing. ℥. ß. Oſſa cordis ceruini. iiij. Ramenti eboris, nucis Indicæ, glycyrrhizæ, ſingu. ℥. ß. Corallij rubei. ʒ. iij. Coquãtur cũ ſucco malorũ dulciũ: & inijce carnis foliorũ citri. ℥. ß. Serici recẽs è grano ilicis tincti. ℥. iij. Margaritarum, exag. j. Sacchari, & ſtillaticij roſarũ liquoris, quod ſatis eſt. Datur, vbi lubet. ʒ. j. aut ſemuncia.

[a Lapidis armenij.] *Codex Nicolai habet* λάπις λίτζι, λάπις λάτζουλι. *Vnde omnibus perſpicuum ſit, lapidem litzi à lazuli lapide diuerſum eſſe. Nec aliud quam armeniũ, vel praſium, vt priore annotatione diximus, ſignificare.*

Antidotus ad podagricos, arthriticos, & eos q omnia 487
ſunt experti, gratia Dei. Accipit baccarũ lauri. ℥. j. Myrrhę. ℥. ß. Ariſtolochiæ lõgæ & rotundæ, ſing. ℥. ß. Rhei, exag. j. Turpeti, ſcammoniæ, zingiberis, ſing. ℥. ß. Hermodactyli, tartari, ſing. ℥. j. Croci, exag. j. Caryophylli, maceris, ſing. exag. ij. Moſchi, ſiliq. iiij. Nuces moſchatas duas. Aniſi, exa. j. Sacchari, & ſtillaticij roſarũ liquoris, quantum ſufficit. Dantur media nocte exag. iij aut tria & ß. pro viribus.

Antidotus laxatiua ad podagricos, & arthriticos. Ca- 488
pit hermodactyli, turpeti, ſing. ℥. ß. Zingiberis, galãgæ, ſpicę, cinamomi, croci, caryophylli, ſin. exa. ij. Aniſi. ℥. ß. Rhei barbari, exag. ij. Scãmoniæ. ʒ. j. Sacchari & roſarũ ſtillaticij liquoris, quód ſatis eſſe videbitur. Dantur manè ieiuno exagia iij. aut tria & ß. vacantibus febre cum vino: febricitantibus, ex aqua tepida.

Antidotus è rheo barbaro purgatoria. Habet ſantali 489
albi, & rubei, ſing. exag. iij. Maceris, exag. j. Spodij, exag. ij. Maſtiches, croci, ligni aloes boni, ſpicæ, cardamomi, galliæ moſchatæ, aſari, berberis, caryophylli, ſingul. ℥. ß. Scammoniæ. ℥. ij. Turpeti. ℥. j. Seminis fœniculi & ocimi, cinamomi veri, ſingulorum. ℥. ß. Caphuræ, exag. ß. Oſſa cordis ceruini, duo. Tragacanthæ, gummi arabici, ſingul. ℥. ß. Rhei barbari, exag. iij. Aniſi, intybi, & portulacæ ſeminũ, cucumerum ſeminum, ſing. exag. ij. Roſarũ, exag. j. Senæ,

ʒ. j.

ʒ j. Hermodactyli, ʒ. ſ. Sacchari, & roſarũ ſtillaticij liquoris, quantũ ſufficit. Moſchi. ℈. j. Dantur media nocte exag. ij. aut tria, pro virium varietate. Poſteà da ſorbendum ijs qui febre vacant vinum temperatiſsimum, febricitantibus autem aquam tepidam. Confert verò bilioſis & pituitoſis.

490 Antidotus Diaſenæ purgatoria, vtilis podagricis, arthriticis, & pituitoſis. Recipit roſarũ rubearũ, glycyrrhizę, ſiliq. v. Cinamomi. ʒ. vj. Caryophylli, nardi, ſagapeni, galliæ moſchatæ, nucis moſchatę, zedoariæ, cardamomi, aſari, ſeminis apij, ſingul. ʒ. ij. Croci, exag. ſ. Senæ, exag. ij. Turpeti, puri, exag. iij. Rhei barbari, exag. j. Dacrydij, exag. ij. Roſarũ rubearum, exa. ſ. Sacchari, & ſtillaticij roſarum liquoris, quod ſatis eſt. Moſchi, gran. iij. Dãtur media nocte exagia duo &. ſ. aut tria pro viribus. Vacãtibus febre cum vino temperato, febricitantibus verò cum aqua tepida.

491 Antidotus purgatoria de corallio, vtilis iocineroſis, colicis, tertiana correptis, & omnibus malis è defluxione natis. Accipit cinamomi, maceris, [a] maioranæ, ſantali albi & rubei, glycyrrhizæ repurgatæ, roſarum rubearũ, corallij rubei, florũ borraginis, oſsis cordis ceruini, margaritarũ, ambaris, tragacãthæ, ſing. ʒ. j. Turpeti, exag. j. Rhei, ſenę, agarici, ſin. ʒ. ij. Croci, zingiberis, nucis moſchatæ, ſin. ʒ. j. Scãmoniæ. ℥. j. ſ. Sacchari, & ſtillaticij roſ. liquoris quantum ſufficit. Dãtur exag. ij. & ſ. vel tria pro viribus.

[a Maioranæ.] *Nicolai codex habet, μαγγυράναρ. Quæ vox ſi illi non maioranam ſignificat, quid aliud denotare poſsit, diuinare nequeo.*

492 Antidotus è croco, valde laudata. Dantur manè ieiuno exag. ij. aut duo & ſ. prout ea iuxta vires ſuas corpus indiguerit. Capit aniſi, [a] fœniculi, ſingu. exag. j. zingiberis, ſenæ, ſing. exag. iij. Croci, caryophylli, turpeti, rhei, ſingul. exag. ij. Cinamomi vulgaris, exag. ij. ſ. Nucis moſchatæ, exa. j Dacrydij aſſati, exag. iij. Sacchari, quod ſatis eſt.

[a Fœniculi.] *Manuſcriptus codex legit φινόυλυρ. Quam quidem vocem corruptam eſſe, & φενίκουλουμ legendum, vt ſuprà annotauimus, cenſeo. Quippe in ſequenti etiam ſtatim antidoto aniſum & fœniculum copulat. Id quod ſæpe etiam aliàs facere ſolet.*

493 Antidotus alia laudata, ad iocineris & lienis obſtructionem data pondere exagiorũ duorũ, aut duorum & ſ.

pro viribus. Datur autem manè ieiuno non febricitanti-
bus ex vino temperato, febricitantibus autem cum aqua te
pida. Habet myrobalanorum magnorum & paruorum,
ſingulorum, exag.ß.Turpeti, exag.ij.Piperis communis,
maceris,cinamomi,zingiberis,caryophylli,nucis moſcha-
tæ,floris iunci odorati,ſingulorum, exag.ß.Senæ, exag.j.
Seminis fœniculi,aniſi, ſingulorum, exagium.ß. Croci.ʒ.
j.Rhei.exagia.ij. Seminis eryngij. exagiũ.ß. Epithymi,
exagium.j.Dacrydij,exag.ij.Hermodactyli,exag.j. Car-
damomi,exagium.ß.Sacchari,quantum ſufficit.

Antidotus drangæa conferens ad podagricos,athri- 494
ticos,& omnem imbecillitatem neruorum. Recipit tur-
peti, hermodactyli,ſingulorum.℥.ß. Seminis apij, & fœ-
niculi,ſingulorum exag.j.Scammoniæ,exagiũ.j.ß. Croci,
zingiberis,aniſi,ſingulorum exag.ij.Sacchari,quantum o-
mnium ſpecierum.Dantur exag.ij.aut.ij.& ß.pro virium
ratione media nocte.Porrò non febricitantibus da poſtea
ſorbendum vinum temperatum, febricitantibus autem a-
quam tepidam.

Antidotus drangæa magis varia,conferens vt præce- 495
dẽs. Accipit turpeti,exag.j.Agarici ʒ.ß.Hermodactyli. ʒ.
j.Zingiberis.ʒ.ß.Aniſi.fœniculi ſeminũ, ſin.exa.ß. Rhei,
exag.j.Cinamomi vulgaris,zingiberis, caryophylli, croci,
ſin.exa.ß.Sacchari, quãtũ omniũ ſpecierũ. Dat̃ vt p̃cedẽs.

Antidotus drãgæa vtilis iocineroſis,lienoſis,& malè 496
coloratis,data media nocte pondere exag.ij.aut trium. Ca
pit aniſi,exag.j. Zingiberis,exa.iij.Seminis fœniculi, exa.
j.Caryophylli,exa.ß.& quartã partẽ.Senæ,exag.iij.Aga-
rici,exag.j.Turpeti.℥.ß.Rhei,exag.ij. Cinamomi vulga-
ris,exag.j.ß.Nuces moſchatas, duas.Dacrydij, exagia.iij.
Croci,exag.j.Sacchari,quantum omnium ſpecierũ. Dan-
tur exagia duo, aut tria pro viribus media nocte vacanti-
bus febre ex vino temperato,febricitãtibus verò cũ aqua.

Antidotus ad cruditatẽ ſtomachi,inflationes, deſtil- 497
lationes à frigiditate factas. Nominatur Græcis χεὶρ κυρίου,
ab Italis autẽ manus Dei.Habet cinamomi.ʒ.iij.Folij,ga-
lãgæ,maceris,caryophylli craſſioris, ſing.ʒ.ß. Zingiberis
purgati.ʒ.ß.Caryophylli,nucis moſchatæ,cubebæ,ſin.ʒ j.
ß.Cardamomi.ʒ.ij.Menigetæ.ʒ.j.ß.Moſchi,gr.iij.Croci,
exag.

exag.j.Roſarum rubearũ,exa.ß. Aniſi,fœniculi ſeminum, ſing.exag.ij. Piperis albi.℥.ß.Sacchari & vini, & ſtillaticij roſarum liquoris,quod ſatis eſt. Datur in prædictis malis ante cibum & poſt cibum pro arbitratu.

498 Antidotus ad dyſentericos,leuitate inteſtinorum cor reptos,iecorariam dyſenteriã,& ad omnẽ excretionẽ [a] ſan guinis,plurimamq; imbecillitatẽ. Recipe vinũ rubeum bonum,coque cum baccis myrti & ſumach ad tertias,dein colato,& rurſus adijce ſtillaticij roſarum [b] campeſtriũ liquoris quantum vini,& commiſce vino feruefacto,et adijce roſarum rubearum aridarum,mentæ, & ſucci cotoneorũ, ac ſacchari,quantum ſufficit, & decoque ad conſiſtentiam. Poſtea ab igne amoueto, & accipe ſpecies has benè tritas, nẽpe betonicæ exagij quartam partẽ.Spodij, exa ß.Maceris,gr.xv.Cinamomi,caryophylli,ſingul.ʒ.ß. Zingiberis, croci boni,corallij rubei,ſing.gran.xv.Boli armenij, ſigilli lemnij,ſanguinis draconis, ſingul.ʒ.ß. Subactis omnibus fac [c] electuarium.& da manè ieiuno exagiũ.j. aut duo pro viribus,vacantibus febre cum vino temperato, febricitantibus autem cum droſato myrtino, aut ſaccharo roſacco, cum aqua pluuia,& ſine vt dein paulùm dormiat.

[a Sanguinis.] *Græcè eſt,* ἔκκρισιν σαρκὸς,*id eſt excretionem carnis.Sed quis non videt corruptam eſſe lectionem, atq; pro* σαρκὸς, αἵματος *ſcribendum potius eſſe?* [b Campeſtrium.] *Nicolaus habet* κομπρίων,*fortè pro* καμπρίων, *vel* κάμπρι, *vt ſuprà etiam monuimus.*[c Electuarium.] *In Nicolao legitur* λατουάριν *corruptè,pro* ἐλικτουάριον. Nicolai locus reſtitutus.

499 Antidotus drãgæa,valde bona ad iocineroſos,lienoſos, malũq; corporis & faciei colorẽ. Accipit turpeti,exag.iij.Senæ,rhei barbari,epithymi,tartari, ſing. exa.ij. Polypodij. ℥.ß.Dacrydij,exag.iij. Hermodactyli,exag.j.ß. Maceris, cinamomi,zingiberis,nucis moſchatæ,caryophylli,ſingu. exag.ß.Croci,exag.j.Seminis fœniculi,aniſi, ſing.exag.j. Sacchari,quãtũ omniũ ſpecierũ duplũ. Dãtur manè ieiuno exa.ij.&.ß.vel tria,pro viriũ diuerſitate: febre vacantibus ex vino temperato:febricitantibus autem,cũ aqua tepida.

500 Antidotus latinè nominata [a] Age vita, Græcè νέρον τῆς ζωῆς.Saracenicè Melchagee. Prodeſt ad oẽs frigidos affectus,reſolutos,ſtomachicos,tremẽtes,malo habitu corporis

correptos, hydropicos, cruditatem ſtomachi, inflationes, omnẽ imbecillitatẽ & frigiditatẽ ſtomachi ac corporis: ad vuluæ inflationes, teneſmũ alui, mala ex defluxione nata, nempe podagrã, arthritin, atq; ad omnia neruorũ mala à cruditate & humiditate multa facta. Capit vini boni ru bei, [b] aut rhaſpæ [c] mẽſuras ſex. Adijce illi trita, & per tenue cribrũ trãſmiſſa hæc, nempe Galangæ ℥.ij. Piperis lõgi, piperis albi, ſing. ℥ j. Saluiæ ℥.j ß. Zingiberis, cinamomi vulgaris boni, ſing. ℥.j.ß. Croci, exag.ij. Caryophylli, exag.j. Hæc coniecta in vinum probè decoque, vt à ſex menſuris vini remaneat menſura.ß. & recõde in vaſe. Datur vſu exigente cum vino ſemuncia manè ieiuno. Eſt verò, gratia Dei, vtilis ad prædicta.

[a Age vita.] *Nicolai codex habet,* λεγομένη λατινιστὶ ἀιοῦγα βίτα. *Hac verò loquendi formula etiam in alijs compoſitionibus vtitur, ita tamẽ vt pro* ἀιοῦγα *ſcribatur* ἄγι *interdũ* ἰοῦγα. *Quid verò per hãc vocẽ deprauat.ĩ ſit intelligẽdũ, nemo facile diuinabit. Suſpicio tamẽ eſt, hãc cõpoſitionẽ latinè dictã eſſe Iugẽ vitã, propter mirificã in cõſeruãda ſanitate, adeoq; vita, efficaciã, vt* ἰοῦγα *ſit vox corruptè ſcripta pro* ἰούγις. [b Aut Rhaſpe.] *Græcus manuſcriptus codex legit* ἢ ῥάσπι. *Quũ verò dictionẽ hãc cõſtet eſſe barbarã & corruptã, quid certò ſignificet, mõſtrare haud poſſum. Satis verò ex vltima antidoto cõſtat, Nicolaũ genus aliquod vini per hãc vocẽ intelligere. quale verò, diuinare ſatis nõ poſſum.* [c Menſuras.] *Codex Nicolai habet* κανάτια. *Per hanc verò vocẽ videtur innuere menſurã. Nam quod hic* κανάτιον, *id in vltima antidoto* μινζόραμ *vocat. Vt* κανάτιον *nõ eſſe aliud putem, quàm Germanis noſtris* kantem. *Vt menſuræ ſex, ſint ſex* kantem *vuein, oder ſechs maß vuein.*

Iugis vita.

Rhaſpe.

Antidotus laxatiua ad melãcholicos, vitioſo colore pͦdi- 501
tos, furioſos, omnẽq; corporis malitiã, lienẽ, & mala à melãcholia facta. Habet tryphieræ ſaracenicæ, exag.j. Diagalangæ, exag.ß. & quartã partẽ. Sacchari, roſati laxatiui, exa.j. Turpeti puri ʒ.j. Zingiberis ℈.j. Hermodactyli ʒ.j. Rhei barbari, exa.ij. Hæc trita diligẽter & ſubacta, fac vt Diacydoniũ, & reconde in vaſe, & dato exag.iij. aut tria &.ß. pro viribus cum aqua tepida. Datur autem media nocte: poſt verò eius ſumptionem os aqua & aceto abluito.

Catholica.

Antidotus Catholica, hoc eſt vniuerſalis, ſeu omnes hu- 502
mores purgãs. Vtilis eſt podagricis, arthriticis, iocineroſis,

lieno

lienoſis, tertianis,quartanis,quotidianis, dolorib. capitis, febrib. acutis,ardentibus,& omnib. corporis morbis. Eſt autem vtilis & miranda,ſi citra obſeruationem frigoris & æſtus fuerit aſſumpta. Gratia autem Dei eſt admodum vtilis. Recipit polypodij puri,& tempeſtiui.℥.j.ß.& quartam partem. Senę, violarum, aniſi, ſeminis fœniculi, radicis capparis,ſing.℥.j.[a] Pruna refrigerata,xx. Ceraſia,xxx Sebeſten,40. Epithymi puri ,℥.ß.Roſarum rubearum.℥.j. Trium ſantalorum, ſing.ʒ.ij. Ramorũ tamaricis.℥.ij. Glycyrrhizæ purgatæ.℥.j.Seminũ cucumerũ.ſin.℥.j. Polytrichi, manipulum ſemis. Turpeti boni.℥.ß.Hæc omnia probè in mortario tuſa,inijce in lebetem, cum aquæ lib.v. & decoque benè ad droſati conſiſtentiã leni igne, donec de ſucco remanſerint libræ duæ:dein colato,& iterum accipe ſenæ bonæ puræ,caſiæ fiſtularis repurgatæ, tamarindorũ, ſin.℥.j.Polypodij purgati, & tẽpeſtiui.℥.j.ß Rheibarbari boni,℥.ß.Glycythizæ repurgatæ, ſeminum cucumerum, ſing.℥.ß.Sacchari candi,penidiorum,ſin.℥.j.Radicis capparis,exa.ij.Aniſi,violarũ.℥.j.Turpeti puri.℥.j. Dacrydij probi,exag.ij. Hermodactyli repurgati. ℥.ß. & quartam partem. Hæc omnia probè trita,in tenuiſsimum puluerem, cribro traijcito.Dein ſuccum ſupradictum ad droſati conſiſtentiam coquito,& inijcito ſacchari puri lib. ij. ſpecieſq; per cribrum tranſmiſſas, in lebete leni igne coquito, conquatiendo diligenter,vt ad cydoniati conſiſtentiam abeãt. Recõde deinde in vaſe,& da media nocte exag.iiij. aut.v. In viris autem quibus difficulter aluus deijcit,dato vnciã vnã, prout ſufficit ægrotãti. Vacanti febre cum vino & aqua tepida,febricitanti verò cum ſola aqua tepida.

[a Pruna refrigerata.] *Nicolai manuſcriptus codex legit* κορίμκλα, φοντὰ *mea quidem ſententia non rectè.Cenſeo enim legendum* Librarij lapſus.
*eſſe* κοκκίμηλα.

503 Antidotus alia Catholica nominata.Accipit ſenę,caſiæ fiſtulæ,tamarindorũ ſing.℥.j .Polypodij puri.℥.j.ß.Rheibarbari, exa.j.ß.Glycyrrhizę repurgatę.℥.ß.Seminũ cucumerũ, ſin.℥.ß.Penidiorũ,℥.ß.Sacchari cãdi,exa.ij.ß. Radicis capparis,exa.j.ß.Aniſi, violarũ,ſingulorũ.℥.j. Turpeti.℥.ß.Dacrydij,exagia.ij. Trita hæc probè per cribrum traijcito, dein rurſus accipe polypodij repurgati tempeſti- Catholica vſitata.

 ui.

ui.℥.ij.Senæ bonæ,violarum,aniſi,fœniculi ſeminum,radicis capparis,ſin.℥.j.Pruna refrigerata.xx. Ceraſia.xxx. Hæc probè liquata conijciantur in lebetem cum aquæ lib. iiij,& coquantur penè,dein colentur,poſt accipiatur decoctum,& conijciatur in libetē,atque cum ipſo ſacchari puri lib.j.ß,& decoquantur ad droſati conſiſtentiam:& ijs quæ prædicta ſunt ſuprà irrigatis, conquaſſatis, & omnibus probè ſubactis,fac vt cydoniatū,& recōde in vaſe. Dātur media nocte exa.v.ex vino & aqua tepida nō febricitantibus.His verò qui febricitant, cum ſola aqua tepida. Aut da quantum ægrotanti ſuffecerit.

Antidotus è rheo barbaro. Eſt verò [a] laxatiua mixtu- 504
ra conferens bilioſis,caput dolentib.iocineroſis,lienoſis, vitioſo corporis colore præditis,podagricis,arthriticis, pręcipuè verò ad difficultatē vrinæ,& nephriticos. Vocatur autem à prudentibus medicis Sanitas. Capit cydoniati laxatiui, ſacchari,roſacei laxatiui, ſing.℥.ij.Trypheræ ſaracenicæ.℥.iij.Rhei barbari,exag.iiij.Diagalangę.℥.j.ß. Dacrydij boni.℥.ß. Turpeti puri.℥.j.ß. Hermodactyli.℥.j. Tartari boni.℥.ß.Arida omnia in pollinem terantur ſubtiliſsimum,& irrigatis omnibus ſimul ſubigantur ſubinde cum droſato laxatiuo,aut ſucco roſarū,vt poſsit cydoniati fieri confectio.Dātur media nocte exagia tria, aut tria & ß,aut quatuor, aut quantum ægrotanti ſatis ſit: Carentibus febre cum vino, febricitantbus autem ex aqua tepida. Qui verò ſumpturus hanc eſt pondere exagij vnius, huic confert vt aluus eius quatuor vicibus egerat. Caueat autē ſibi ab omni [b] actione,& vehementi ira.

[a Laxatiua mixtura.] *Codex manuſcriptus habet* λασατίβα μουσοῦρα, *pro* λαξατίβα μισουρα. *Sic perpetuò vocibus barbaris,& hodie in officinis medicorū vſitatis, vtitur* Nicolaus.[b Actione.] *Græcè corruptè legitur* δροσίας *pro* δράσιος, *trāſpoſitiōe literarū* ο *&* α *Vult. enim* Nicolaus, *vt is qui hanc antidotum ſumit, deuitet vehementem tum corporis, tum animi motionem.*

Nicolai locus reſtitutus.

Antidotus Diaſene purgatoria vtilis tuſsientib.pleu- 505
riticis,abſceſſu & deſtillatione laborātib.iocineroſis,lienoſis,& duriciei viſcerum. Purgat autem vniuerſum corpus, & thoracem.Habet nucum pinearum,amygdalarum, papaueris albi,ſing.℥.iiij.Cinamomi, caryophylli,glycyrhizæ,traga

Diaſcene purgatoria.

zæ,tragacanthæ, zingiberis, gummi arabici, amyli, cucumerũ ſeminũ,ſin.ʒ.iij Thuris puri,exa.ß. Seminis vrticæ, ʒ iij.Goſsipij.ſeminis.ʒ.ß.Caphuræ℈.j.ß.Polypodij.℥.ß. Violarum.ʒ.iij.Roſarum,ſantali rubei,ſin.ʒ.ij.Portulacę &intybi ſeminũ,ſin.ʒ.j.ß. Aniſi,apij ſeminum ſingulorũ exag.ij.Sacchari candi.℥.ij.Cinamomi vulgaris.℥.ß. Nucis moſchatæ,exa.j.Seminis ocimi,dacrydij,ſin.exa.j.Hęc probè trita decoque cum [a] nero tuſsilaginis & ſtillaticio roſarum liquore,quod ſatis eſt.Adijce etiam droſati violarũ, ℥.iij.Sacchari,lib.j.& penidiorum lib.v.atque decoquens probè,fac electuarium.Datur media nocte pondere ſemũciæ,aut exagiorum trium & .ß.aut quatũ ſatis erit ægrotanti.Poſtea da bibendam aquam tepidam febricitantibus, carentibus autem febre cũ vino,& ſine vt ſubinde dormiat.

[ a Nero tuſsilaginis.] *Nicolai codex legit* μετὰ νίρου καμπτιουζας.*Quid autẽ illi vox* νίρου.*quæ haud dubiè corrupta eſt,ſignificet, ſcire non poſſum. Pro* καμπιουζας *verò,legendũ erit* σκαμπτιούζας, *ita enim appellat tuſſilaginem,vel vt hodie officinæ vocant, Vngulã caballinam,vt antidoto 171.diximus.*

506 Antidotus de cinamomo.Eſt autem laxatiua. conferẽs tuſsientibus,pleuriticis,abſceſſu correptis, deſtillationi, lienis,iecoris,& viſcerum obſtructioni, efficitq; totius corporis ſanitatẽ.Recipit tragacãthæ albę ℥.ij.Gũmi arrabici.℥.j ß.Cinamomi vulgaris.ʒ.ij.Amyli.℥.ß.Glycyrrhizę,hyſsopi ſin.ʒ.ij.Cucumerũ ſeminũ ſin.℥.ß.Vrticę ſeminis.ʒ.j. ß.Seminũ aniſi,apij,ſin.exa.j. Croci.ʒ.j. Caphuræ, ℈.j. Thuris puri.ʒ.ij.Amygdalarum,nucum pinearum,ſin.℥. ß.Zingiberis.ʒ.ij.Papaueris albi.℥.ß. Roſarum.ʒ.jß. Rhei barbari,exa.ij.Turperi.℥.ß.Tartari,exa.ij.Senæ.℥. ß.Polipodij.℥.j.ß. Dacrydij,exag.j.ß.Sacchari candi.℥.ij Sacchari,li.j.penidiorum,li.ß.Hæc probè trita irriga cum nero tuſsilaginis , & ſtillaticio roſarum liquore bono,quãtum ſufficit,& decoque ad conſiſtentiam,& fac electuariũ. Dantur media nocte exagia tria,aut tria & ß carẽtibus febre cũ vino,febricitantibus autẽ cũ aqua,& ſine vt dormiat.

507 Antidotus Benedicta laxatiua, vt; præcedens. Accipit rhei barbari,exa.iij.Turpeti,ſacchari, ſin.ʒ.xx. Dacrydij, ʒ.x.Roſarum,hermodactylorũ,ſin.℥.j.Caryophylli , ſpicæ,zingiberis, croci, ſaxifragi,piperis longi, ſeſelis,apij.ſe-

minum,ſin.ʒ.ij.Epithymi.℥.j.Polipodij.℥.j.ß.Agarici.℥.
ß.Senæ,exag.iij.Carnabadij,ſeminis rutæ & ruſci, granorum ſolis,ſin.ʒ.ij.Trita benè cum melle attico quod ſufficit irrigentur,Dantur manè ieiuno,cum aqua tepida,exagia tria,aut tria & ß.pro viribus.

Antidotus benedicta ſimplex. Capit [a]turpeti,ſaccha- 508
ri,ſin.ʒ.x. Polipodij, folij, ſing.ʒ.vj.Cardamomi, ſpicæ, pulegij,calaminthę,ſaxifragi,caryophylli,hyoſcyami ſeminis,ſin.ʒ.iiij.Piperis albi,& lōgi,ſin.ʒ.j.Rheibarbari,exa.ij.Amomi,cinamomi,hermodactyli,ſin.℥.j.Epithymi,agarici,ſenæ,ſin.℥.j.Benè trita irrigato cum melle attico,quātum ſufficit. Dātur manè ieiuno exagia tria,aut quatuor cum aqua tepida.

[a Turpeti] *Manuſcriptus codex legit τόρ.pro τόρπιτι.*

Antidotus altera benedicta ſimplex admiranda. 509
Habet hermodactylili,iridis,ſing.℥.iiij.Eſulæ.℥.ij.ß.Turpeti.℥.ß.Rhei barbari,exag.j.ß. Caryophylli, zingiberis, cinamomi,galangæ,carci,pſyllij,coſti,ſing.℥.j. Spicæ,zedoariæ,cardamomi,aniſi,ſeminis apij,croci,ſeminis ocimi, ſing.℥.ß.Sagapeni.℥.j.Dacridij.℥.ß. Epithymi.℥.j.Senæ, agarici,ſin.℥.ß.Sacchari,lib.5.Mellis attici,qđ ſatis eſt.Dātur manè ieiuno exagia tria &.ß.aut.iiij.ex aqua tepida.

Antidotus laxatiua nominata [a] Rial armenigos, hoc 510
eſt,de myrobalano,vtilis tertianis,quartanis, quotidianis, duplicib.tertianis, continuis, & ardentibus febribus.Item iocinerofis,lineoſis,& colicis. Præterea ijs quæ à mulierum omnigenis malis moleſtantur, ſummè auxiliatur.Similiter podagricis, arthriticis, deſtillatione laborantibus, omnium neruorum incontinentiæ, omnibus abſceſsibus, & vniuerſis morbis vtilis & idonea eſt,data quouis tempore,& morbo. Prodeſt ad melancholicum malum, pariter etiam ad pituitoſos eſt admodum laudata.& experta.Purgat enim hæc omnia, gratia Dei. Facit eos qui hanc aſſumunt pulchros & hilares,immunesque ab omni putrido & prauo humore. Appellatur autem à nonnullis medicis Sana. Recipit caryophylli, nucis moſchatæ, ligni aloes, galange, cinamomi, folij, cariophylli craſsioris, cardamomi, ſpicæ, zingiberis, carpobalſami, aniſi, fœniculi, & anethi ſeminum, cumini, ameos, [b] milij ſolis,

lis,maioranæ,[c]balſamitæ,ocimi ſeminũ. Baccarum myrti, foliorũ citrij,glycyrrhizæ,ſtyracis calamitis, piperis longi, floris iunci odorati,croci,roſarum rubearum,violarũ,ſing. ℨ.ij.Lactucæ,intybi, & portulacæ ſeminũ,ſing.ℨ.v.Myro balanorum, exceptis flauis, ſing.ℨ.ij. Papaueris albi.ℨ.ij. Probè tritis adijce aquæ & ſtillaticij roſarũ liquoris, quod ſatis eſt,ſacchari, ℔ .ij.ß.& decoque ad conſiſtentiam. Dein adijce moſchi,ambaris,margaritarum, ſingulorum. ℨ.j.Turpeti boni probè triti.℥.j.ß.Senæ.℥.j.Rhei barbari. ℨ.ij.Polypodij.℥.j.Hermodactyli.ℨ.ij.Dacrydij.ℨ.iij.Epi thymi.℥.j.Tartari.℥.j.Auri puri. exag.ij. Hæc benè trita cum ſuperioribus ſpeciebus conijce in lebetem.Dantur me- dia nocte exagia tria,aut.iij.&.ß.aut.iiij.pro viribus. Va- cantibus febre cũ vino,febricitantibus autẽ cũ aqua tepida.

[ Rial armenigos.] *Nicolai codex habet* ῥιαλ ἀρμένιγος. *voces ſent barbaræ quid verò ſingnificent ex ijs quæ ſubiungũtur à* Nicolao *ſit manifeſtum. Ait enim* τριχικὰ δὲ διὰ μυροβαλάνου,*id eſt, de myro balano.* [ b Milij ſolis.] *Codex manuſcriptus legit* μιλισολις, *pro* μιλίου σολις. [ c Balſamitæ.] *Falsò legitur* βαλσαβῖτα,*pro* βαλσαμῖτα. Librarij error.

511 Antidotus vocata latine[a] Age vita, Gęrcè νεροῦ τῆς ζωῆς. Saracenicè Meelchagee, Conficitur autẽ hoc modo. Accipe vini Rhaſpe valde boni[b]mẽſuras.v.inijce in vocatũ[c]arga lion.& decoque lento igne[d]conuerſũ ebullitionib.quatuor aut quinque, vt fiat menſura.ß.Si verò vis facere efficacius conijce in hoc vinum trita & cribrata benè huiuſmodi: Ci namomi.℥.ij.Zingiberis puri.℥.j.ß.Caryophylli.℥.ß.Ga- langæ.ℨ.j.Cardomomi.℥.ß.Piperis albi & longi,ſing.℥.j. Seminis fœniculi.℥.ij.Calaminthæ,mentæ,ſing.℥.ij.ß.Da tur manè ieiunis ſemuncia cum vini albi puri boni.℥.iiij. Eſt autẽ vtilis frigidis & humidis tẽperamẽtis, & omnis ge neris defluxionibus,ad podagrã,articulorũ morbũ ex frigi da & humida intemperie natũ,ad venenata, frigida & hu- mida omnis generis mala. Ad eos etiam qui nihil appetunt, nec concoquunt, ad cibum vomentes, omnemq; ſtomachi cruditatẽ eſt admodum vtilis. Datur vt prædiximus cap. 500.Vtere vt ea quæ experta eſt.

[ a Age vita.] *Supra etiam eſt deſcripta, cap.videlicet.* 500. *Vbi de eius nomine quædam annotauimus. Eſt autẽ multis in locis depra-*

*uata*

*nata hæc antidotus, ideoq́; præſtat illam ex loco iam citato cõponere.*

[ b Mẽſuras.] *Codex græcus Nicolai legit* μουζούρας, *pro* μοδζούρας. *Atq; hinc palam ſit,* κανάτιον *illi idem quod* μοδζούραν *ſignificare.*

[ c Argalion.] *Græcè eſt* ἀργαλεῖου. *Quid verò ſit* ἀργαλεῖον *certò ſcire non poſſum. Vaſculi tamen aliquod eſſe genus, apparet.*

[ d Conuerſum ebullitionibus.] *Græcè eſt* ἐπιστρέφοντα ἴσον φοραῖς δ΄. ἢ καὶ κλυτι *Quorum verborum niſi is, quem in noſtra conuerſione expreſſimus, ſenſus fuerit, quid præ ſe ferant, intelligere non poſſum. Plenus eſt eiuſmodi locorum noſter manuſcriptus codex, qui niſi adhibito meliore exemplari corrigi & emendari nequeunt.* Nos *paſſim in iis locis cõuertendis, ſenſum potius quàm verba ſpectauimus.*

FINIS.

## INDEX SALIVM.

*Sal purgatorius, bilem & pituitam purgans.* Chap. 1
*Sal purgatorius, admodum expertus.* 2
*Sal ſtomachi cõcoctionem iuuans, & viſcerum affectum* 3
*Sal ſacer, concoctionem adiuuans, & viſui conferens.* 4
*Sal concoctioni vtilis, & vitio ſuccorum,* Magni *ſophiſtæ.* 5
*Sal Iamblichi, iecur, lienem, & alia purgans.* 6
*Sal purgatorius, periculo vacans.* 7
*Sal incomparabilis, theriacus ad nephriticos.* 8
*Sal purgatorius, quo papa* Nicolaus *vſus eſt.* 9
*Sal purgatorius ad vitium humorum, & deſtillationes.* 10
*Sal concoctionem iuuans,* Dodecatheos Apollonij, *ad tuſſes.* 11
*Sal* Theodotius, *faciens ad viſum.* 12
*Sal theriachus valde bonus.* 13
*Sal compoſitus à ſancto Gregorio theologo.* 14
*Sal ſanctorum Apoſtolorum, viſum vſq; ad ſenectam conſeruans.* 15
*Sal ſancti apoſtoli & euangeliſtæ* Lucæ, *vt prior, vtilis.* 16
*Sal mirabile quo vtuntur eleganter ſcribentes, quando obtuſe vident.* 17
*Sal* Stephani *ſtomachicus, concoctionem iuuans, aluum ſubducens, & viſum conſeruans.* 18
*Sal concoctionem iuuãs.* 19
*Sal* Ioanis *ſophiſtæ, admodum bonus,* 20
*Lotio ad deſtillationes, & capitis grauitatem.* 21

NICO

# NICOLAI MYREPSI
## ALEXANDRINI DE SALIBVS.
### Sectio Secunda.

1 SAL purgatorius bilem, & pituitã purgans. Recipit zingiberis, ſilphij, folij libyſtici, ſingu. ʒ. i. Epithymi, gran. xv. Salis ammoniaci, exag. ij. gran. xj. Cumini, dacrydij, ſing. exag. iiij. ß. Contũdantur hæc, & per tenue cribrum traijciantur. Vtere eo cum omni cibo, vt farina, pondere cochlearij, vnius. Eſt mirabilis.

2 Sal purgatorius, expertus admodum. Accipit dacrydij. ʒ. iij. Zingiberis, ſalis ammoniaci, ſeminis apij, aniſi, ſilphij, piperis communis, ſing. ʒ. iiij. Trita, & per tenue cribrum tranſmiſſa dantur cum omni cibo, vt farina.

3 Sal concoctioni ſtomachi conferens, & omnem affectum viſcerum ſanans, peculiariter autem tabidis vtilis, & iis qui cibum non concoquunt. Appetentiam excitat, & viſum exacuit. Capit ſalis ammoniaci ℔. ß. Piperis communis. ℥. j. ß. Hyſſopi. ℥. ß. Origani, thymi, aſari, ſingulorũ. ℥. iij. Aniſi. ℥. ß. Cumini, fœniculi ſeminis coriãdri aridi, ſeminis apij, ſeminis ſtaphylini, ſeminis erucæ. ſingulorũ exag. j. ß. Contundãtur, & per tenue cribrũ traijciantur. Dantur cum omni cibo, vt farina.

4 Sal ſacratus, concoctioni vtilis. Hic quotidie comeſtus viſum conſeruat, & vt ad ſenectam vſque acutè videant efficit. Prohibet ne in thorace pituita coaceruetur. Tuſsi & difficultati ſpiritus vtilis. Non ſinit dentes per vniuerſum vitæ tempus putreſcere, ſed ſanos conſeruat. Immune & incorruptum ab omni morbo corpus tuetur. Habet ameos, exag. j. ß. Cumini, exag. iij. Pulegij aridi. exag. iiij. ß. Hyſſopi, aniſi, ſingulorum exag. j. ß. Spicæ nardi. ℥. j. ß. [a] Thymbræ ſatiuæ. ℥. ß. Salis ammoniaci. ℥. iij. Salis communis toſti. ℔. ß. Hæc trita dantur cum cibo. Codex Nicolai emendatus.

[a Thymbræ.] *Codex manuſcriptus hic, & aliàs ferè ſemper, trãſpoſitis literis θρόμβου, pro θύμβρας ſcribit.*

Sal

Sal concoctioni accõmodatus, optimus Magni ſophiſtæ, confert ad vitium humorum, caput purgat, & viſum acuit, ventriculo & viſceribus prodeſt. Tuſsim & difficultatẽ ſpirandi ſanat. Dolorem articulorum ſedat, rigorem, & typos per circuitum reuertentes. [a] Vehementer iucundum reddit guſtum, halitũq; oris commendat. Recipit ſalis communis torrefacti, ſalis ammoniaci, ſing. ℔. ß. Piperis, zingiberis, ſing. ℥. j. Ameos, hyſſopi, thymi, folij, ſeminis apij, aniſi, ſilphij, petroſelini, ſing. ℥. ß. Erucæ, rutæ ſiccæ, euforbij, ſingul. ℥. j. Calaminthæ. ℥. ß. Trita & cribrata vt farina, dantur cum omni cibo manè & veſperi. 5

Librarij errata. [ a Vehementer. ] *Manuſcriptum exemplar legit corruptè σφῖρα pro σφόδρα.*

Sal Iamblichi, admodum præſtans. Pituitam à capite deducit, nec ſinit noxã aliquã fieri corpori. Viſum acuit omnium maximè, neq; humores bilioſos vt noxam inferant emergere permittit, neq; aquoſos humores ſinit conſiſtere. Iecur, lienẽ, tuſſes, & ſpirandi difficultatem ſanat. Gingiuarum viciatarum eſt [a] fulcimentum. Appetentiã facit, & ad venerẽ ſtimulat. Articulorum dolorẽ demulcet, & rigores. Ad circuitus, & quotidianas febres efficax eſt, & cõcoctionẽ valde iuuat. Accipit ſalis cõmunis & cappadocici. ſin. ℥. iiij. Salis ammoniaci ℥. viij. Piperis communis. ℥. j. Zingiberis, exagia. iiij. Spicæ nardi, exagia. ij. Seminis cnici. ℥. ij. Seminis vrticæ. exag. iiij. Erucæ, ameos, hyſſopi, cumini, ſilphij, opij, folij, thymi, fœniculi ſeminum, ſingul. exa. ij. Seminis apij, exag. iij. Epithymi origani comę ſin. exag. ij. Tuſa & cribrata inſtar farinæ præbe cum omni cibo comedenda. 6

[ a Fulcimentum.] *Græcè eſt ὕρειμα ſcriptum falſò pro ἔρεισμα.*

Sal purgatorius ſine periculo. Stomachum nõ ſinit euerti datus quouis tempore, & omnibus, pueris etiam quatuor annorum, demptis tamen mulieribus grauidis; abortum enim procreat. Excernit omne ſtercus duratum, bilem, & omnem materiam morbiferam. Purgat à capite vſq; ad pedes, atq; omne genus lumbricorum, omnemq; corporis malitiã, ſiue extra, ſiue intra corpus fuerit, educit. Mẽſes, & fœtus citra periculũ euocat. Datur verò etiã quartana conflictatis, quotidiana, & tertiana, in ipſis intermiſsionibus, & 7

in

in prima, aut in circuitibus ſanabuntur. Capit ſylphij, piperis communis, ſing. ʒ.iij. Hyſſopi. ʒ.j. Seminis apij, aniſi, ameos, fœniculi, folij, coſti, caſiæ, pulegij, ſing. ʒ.j. Zingiberis. ʒ.ij. Euforbij. ʒ.vj. Salis ammoniaci. ℥.iij. Salis communis toſti. ℥.iij. & quartam partem. Tuſa & cribro tranſfuſa da comẽdenda cum omni cibo.

8 Sal incomparabilis, theriacus, facit ad veſicam lapide laborantẽ, neprhiticos: lapides enim atterit, & per vrinam expellit, nec ſinit vt alij rurſus in renibus generentur. Facit ad eos qui comitiali morbo laborant, ſi per anni ſpaciũ eo fuerint vſi: ad ſtomachicos, iocineroſos, caput dolẽtes, podagricos, in vniuerſum conducit ſi quis eo fuerit vſus. Ad ſuffuſiones, viſus acumen, ac lippitudines. Propriũ verò & præcipuum hoc obtinet, vt eo vtentes, multos annos à morbis tueatur. Cõducit etiam colicis, & ad bonã corporis habitudinẽ: vrinã ducit plurimã. Ad medicamenta letalia prodeſt Præſumptus verò & potus bis die, hebetat vires letalium. Dãtur cochlearia duo in cibo, cũ carnibus boni ſucci, & auiculis. Habet ſeminis rutæ ſylueſtris, hyſſopi cretici, ſin. ʒ. ix. Seminis fœniculi, nardi celticæ, petroſelini macedonici, amomi. ſingulorum. ʒ.iij. Silphij. ʒ.j.ß. Thymbræ, folij, ſingulorum. ʒ.j. Tuſa & cribrata inſtar farinæ dantur.

9 Sal purgatorius quo [a] Papa Nicolaus eſt vſus. Recipit ſalis ammoniaci. ℥.iij. Scãmoniæ. ʒ.iij. Seminis papaueris albi. ʒ.ij. Iridis illyricæ. ʒ.iij. Piperis gra. xiij. Palmularũ ſyriacarum, vnam, & quartam eius partem. Nucum pinearũ repurgatarum, grana. xxv. Scillæ aſſatæ. ʒ.ij. Mellis quod ſatis eſt. Datur põticę nucis quãtitate ante cœnã & à cœna. Datur verò ieiunis, & robuſtis. Similiter lippitudine laborãtibus, & lumbricos habentibus. Hic ſal [b] neque dolores neq; tormina concitat. Ego autẽ in validioribus, ac febribus & in alijs qui malis affecti erãt, abſinthij decoctum admiſcui, & ſummè contulit.

[a Papa Nicolaus.] *Græcè eſt ὁ πάππας νικόλαος. Quum verò plures fuiſſe Nicolaos cõſtet, vter illorum fuerit, non ſatis conſtitui poteſt. Apparet tamen fuiſſe tertium, quandoquidem Meſue poſterior fuerit Nicolaus Myrepſos, vetuſtior tamen quàm vt ad Nicolai quarti tempora peruenerit.* Nicolai papę plures.

[ b Neq;

Nicolai codex emēdatus

[ b Neque dolores.] *Codex Nicolai corruptè legit, ἔτι δὲ καὶ ἀνίτιον, καὶ ἄστροφον, pro ἀνόσιτον καὶ ἄστροφον. Nam ἀνόσιτον Græcis idem etiam quod ἄπονον, id eſt, dolore carens ſignificat. στρόφος verò tormen, & cruciatum. Hinc ἄστροφος ſal, non excitans tormina dicitur.*

Sal purgatorius ad cacochymiam, & bilis purgationem. 10
ad eos qui defluxione laborant, præterea ad ſtomachum de ſtillatione capitis vexatum, ad robur, & appetentiam ſtomachi, & humorē vētriculo implicitū. Accipit ſalis cōmunis toſti. ʒ. xij. Salis ammoniaci. ʒ. xxiiij. Piperis albi. ʒ ij. Piperis cōmunis. ʒ. iij. Zingiberis. ʒ. ij. Seminis cnici. ʒ j. ß. Seminis erucæ. ʒ. j. Hyſſopi, ſilphij, thymbræ, ſingul. ʒ. j. ß. Folij. ʒ. j. Trita & cribrata dantur in prædictis malis pro arbitrio. [a] Facit etiam ad inflationes, ad pulmonis, cōpreſſionem, & coli frigiditatem emendat. Hemicrania vexatos curat. Facit vt ij qui obſcurè vident, acutiùs cernant. Menſes mulierum & puerperarum educit. Capit ſalis ammoniaci, dacrydij. ſingul. ℥. j. ß. Piperis cōmunis. ℥. ß. Seminis apij, epithymi, ſingulorum. ℥. iij. Zingiberis. ℥. ij. ß. Aniſi, libyſtici, ſilphij, cumini, ſingul. ʒ. iij. Trita & cribrata dantur pro arbitratu.

[ a Facit etiam.] *In manuſcripto codice ſimpliciter ſine vlla inſcriptione legitur, ποιεῖ καὶ πρὸς ἐμπνευμάτωσιν, &c. Quem planè & in noſtra conuerſione ſequi coacti ſumus.*

Sal concoctioni conueniens, Dodechateos Apollonij, 11
faciens ad tuſſes mirabiliter. Viſum conſeruat, auditum acuit. Facit etiam ad abolitam appetentiam. Capit hyſſopi cretici. ℥. ß. Cumini ęthiopici, exagij quartam partem. Pulegij. ℥. j. ß. Origani. ℥. j. ß. Ameos. ℈. j. ß. Salis cōmunis toſti. ℥. j. ß. Ttrita & per cribrum transfuſa inſtar farinæ dantur cum omni cibo.

Sal Theodotios, faciens ad viſum, hunc vſque ad ſene- 12
ctam conſeruans. Pituitam & bilem non ſinit coaceruari, non defluuium capillorum, nō ſtomachi aciditatem, [a] non deſipere, non conuelli, non podagra vexari, non dentes dolere, non in vniuerſum defluxione aliqua capi, non os fœtere. Anteuertit etiam, compeſcere potens epilepſiam. Habet hyſſopi. ʒ. iiij, Pulegij. ʒ. iij. Cucumini æthiopici, ameos, ſingul. ʒ. ij. Salis toſti communis. ʒ. xij. Trita & criba

cribrata in tenuiſsimum pollinem dantur cum omni cibo, manè & veſperi.

[ a Non deſipere. ] *Græcè legitur,* οὐκ ἄλλως φρονῆσαι. *Sed ſcribendum fortè erit,* οὐκ παραφρονῆσαι. *Atque ita etiam infra in ſale.18.legitur.* Nicolai locus expenſus.

13 Sal theriacus, admodum bonus. Recipit ſalis ammoniaci, interioris ſcillæ, ſingulorum, ℔.ß. Silphij, piperis albi, ſingulorum. ℥.ß. Piperis nigri, ℥.j. Zingiberis, exag.ij. Coſti.℥.ij. Cyperi, baccarum lauri, dauci cretici, ſingulorũ exagia.ij.℈.ij. Ammoniaci thymiamatis.℈.vj. Petroſelini, paſtilli, theriaci, ſingul. exag.ij. Salem cum ſcilla contunde, & alia cum ijs conficiens dato.

14 Sal confectus à Sancto Gregorio theologo. Lippitudinem prohibet vſque ad ſenectam, dentes dolere non ſinit, tuſsim fieri haud permittit, non capillos defluere, mentem viſumq; acuit, non ſinit pituitam in ſtomacho redundare, non bilem, non alium humorem, non pedum dolorem, nõ lienem intumeſcere. Accipit hyſſopi cretici. ʒ.j.℈.j.ß. Cumini æthiopici.ʒ.j.ß.℈.ij. Salis ammoniaci.ʒ.ij.℈.iij. Dacrydij.℈.iiij.ß.ʒ.iij. Zingiberis, ſeminis apij, ſingulorum. ʒ.j.ß.℈.ij. Pulegij, origani, ſingulorum.ʒ.iij.℈.iiij.ß. Petroſelini macedonici.ʒ.j.ß.℈.ij. Ameos. ʒ.j.℈.j.ß. Salis communis.ʒ.ij.℈.iij. Piperis communis, folij, ſingulorum. ʒ.ij.ß.&.℈.iij.& tertiam partem. Hæc omnia tuſa & cribrata probè inſtar farinæ, dantur cum omni cibo manè & veſperi.

15 Sal ſanctorum Apoſtolorum, viſum ad ſenectam vſque conſeruans, eiuſq; acumen efficiens. Tuſsire non ſinit, ſpiritus difficultatem cohibet, capillos defluere non permittit, oris fœtorem fieri nõ ſinit. Capit hyſſopi. ℥ ij. Ameos. ℥.ß. Cumini thebaici.℥ j. Pulegij.℥.j.ß. Piperis communis ℥.ß. Salis communis torrefacti.ʒ.j. Tuſa & cribrata farinæ modo dantur cum cibo manè & veſperi.

16 Sal ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ Lucæ, viſum ad ſenectutem vſque conſeruat, tuſsim & ſpirandi difficultatem fieri non permittit, viſus acumen facit. Hinc monachi Aegyptiorum hoc vtuntur ad ſatietatem vſque, vt ſemper lectionibus vacare queant. Pituitam in thorace fieri non ſinit, neque lippitudinem, neq; dentiũ dolorẽ. Vellicationem

n ſedat,

ſedat, & pedum dolorem fieri prohibet. Habet hyſſopi cretici, exag. iij. Pulegij, exag. ij. Cumini æthiopici, exag. iij. Epithymi, exagium. j. ß. Zingiberis, exagium. j. Dauci cretici, exag. ij. Spicæ, exagium. j. Ameos, exag. j. Salis ammoniaci. ℥. ij Salis communis. ℥. j. Folij indici, exag. j. Origani, exagia ij. Hæc tuſa & cribrata dantur cum cibo.

Sal mirabilis, quo vtuntur qui benè pingunt, ſcribũtúe, 17
vbi iam obtuſiùs vidẽt. Purgat enim viſum, & videndi acumen præſtat. Recipit hyſſopi, pulegij, ſingulorum. ℥. ij. Ameos. ℥. ß. Salis torrefacti. ℥. ij. Origani, ſpicæ, ſingulorũ ℥. j. Piperis communis. ℥. ß. Cinamomi, exag. j. ß. Epithymi, ℥ ß. Tuſa hæc & cribrata comede cum omni cibo.

Sal Stephani ſtomachicus, cõcoctionem iuuans, aluum 18
deijciens. Conſeruat viſum vſque ad ſenectutem, viſuſq; acrimoniam præſtat. Tuſsientes, & difficile ſpirantes non ſinit fieri. Non pituitam in thorace, non bilem redundare, non deſipere, ſed ad finem vitæ vſque ſanitatem facit. Accipit hyſſopi, origani, pulegij, ſingulorum. ℥. ij. Cumini æthiopici, aut thebaici. ℥. j. ʒ. ij. Salis communis toſti, ameos, ſingulorum. ℥. ij. Tuſa & cribro transfuſa comedantur cum omni cibo.

Sal concoctioni accommodus. Capit aniſi, dauci fœ 19
niculi, cumini, apij, petroſelini, ſingulorum. ℥. j. Hyſſopi, origani, pulegij, thymbræ, thymi, epithymi, ſingulorum. ℥. ij. Salis ammoniaci, lb. ß. Salis communis lb. j. Datur vt prædicti ſales.

Sal ſophiſtæ Ioannis valde bonus. Habet cinamomi, 20
ſpicæ nardi, caryophylli, zingiberis, piperis longi, fœniculi, coriandri ſeminum, carnabadij, aniſi, petroſelini, ſing. ℥. j. Salis communis toſti, lb. j. Trita comede cum omni cibo.

Lotio ad deſtillationes, & capitis grauitatẽ. Cape ana- 21
cardium & balſamitã, proijce ex æquo[a] in ollam tripedem, & lauato faciem multoties iam dormituri.

Librarij erratũ. [a In ollam tripedem.] *Manuſcriptus codex legit εἰς ἀνθρακίαν. Sed haud dubiè ſcribendum erat ἀνθράκιον. Eſt autem, teſte Phauorino, ἀνθράκιον, τὸ μικρὸν τριπόδιον.*

FINIS.

INDEX VNGVENTORVM.

*Vnguentum ad reſolutos, & omnem neruorum affectum.* 1

Vng

*Vnguentum è caſtoreo, ad tremontes.* 2
*Vnguentum* Marciaton *ad reſolutos, hydropicos, & omnem neruorum affectum.* 3
*Vnguentum aliud* Marciaton *expertum, ad eadem valens.* 4
*Vnguentum* Marciaton, *ſimile.* 5
*Vnguentum acopon, ad reſolutos, & diuturnos iſchiadicos.* 6
*Vnguentum acopon ad iſchiadicos, in poſteriora conuulſos, & omnem neruorum affectum.* 7
*Vnguentum acopon è caſtorio, in trementibus vtile.* 8
*Vnguentum acopon ad eos qui in ſcapulas conuelluntur, fractos, reſolutos, & exiccatos.* 9
*Vnguentum è ſampſucho multis accommodatum.* 10
*Vnguentum relaxans admiratione omnino dignũ ad reſolutos.* 11
*Vnguentũ ad neruorũ incõtinẽtiã, & omnẽ eorundem affectum.* 12
*Vnguentum ex euphorbio, ad iſchiadicos, & alia multa mala.* 13
*Vnguentum, firmitas nominatum, admodum bonũ, & efficax.* 14
*Vnguentum ex abietino ſemine,* Galeni, *ad podagricos & arthriticos.* 15
*Vnguentum ex abiete, vt præcedens.* 16
*Vnguentum è populo nigra, ad eadem mala.* 17
*Vnguentum Zoſimi ad tremores celebre.* 18
*Vnguentum* Dropax *cognominatum,* Oribaſij. 19
*Vnguentum,* Dropax *ſimplex cognominatum.* 20
*Vnguentum è* Stacte, *ad iſchiadicos, arthriticos, & œdemate vexatos.* 21
*Vnguentum è nitro, ad abſceſſus, & duros tumores.* 22
*Vnguentum è ſalibus, admodum bonum.* 23
*Vnguentum aliud è ſalibus.* 24
*Vnguentum è perna, poros ſoluens.* 25
*Vnguentum ex vrina mulæ ad podagricos.* 26
*Vnguentum è lapide aſij,* Philagrij, *ad duricies.* 27
*Vnguentum huiuſmodi* Galeni. 28
*Vnguentum è flore ſalis, arthriticis in declinatione conueniens.* 29
*Vnguentum carnem in vlceribus producens.* 30
*Vnguentum* Italicum, *purgans ſordida, & carnem producens.* 31
*Vnguentum* Chryſæ, *cruentis vulneribus accõmodum, mirabile.* 32
*Vnguentum fracturis conueniens,* Oribaſij. 33
*Vnguentum fracturis cum vulneribus accommodum, & ſine vulneribus, ex* Heracleti *libris.* 34

Vnguentum è ſtercore caprino, vocatũ Spongium, ad hydropicos. 35
Vnguentum è ſampſucho bonum. 36
Vnguentum Erythræum, valde bonum. 37
Vnguẽtũ acopon ex euphorbio, Artemidori Pergæi medici, bonũ. 38
Vnguentũ Lyſiponion ad rupta, cõuulſa, pulſata, & deſluxiones. 39
Vnguentum acopon, Orionis pectinatoris. 40
Vnguentum ad omnem laßitudinem & dolorem corporis. 41
Vnguentum è citrijs, ad liuores, lentes faciei, cicatrices, & ſolis vſtiones. 42
Vnguentum Grypa cognominatum, ad hydropicos, lienoſos, & ventris dolores. 43
Vnguentum iecori impoſitum, ad febres continuas & ardentes, fronti verò ad phreniticos. 44
Vnguentum Populei ſomniferum, ad febrientes, ad dolores capitis à calore natos. 45
Vnguentum magnum Marciati ad refrigerationem capitis, thoracis, ſtomachi, lienis, iecoris, & ad alia. 46
Vnguentũ ad vigilantes, dolentes caput à calore, & phreniticos. 47
Vnguentum ad omnem dolorem ſtomachi, & alui, ad vteri vitia, diſtentiones & quartanas. 48
Vnguentum Dialtheas ad neruorum ſciſſuras, lateris dolores, & ad reſolutos. 49
Vnguentum aluum' ſoluens, ad ſtillicidium & difficultatem vrinæ, calculoſosq́;. 50
Vnguentum ad ſtillicidium, & difficultatem vrinæ, ac calculoſos, bonum valde. 51
Vnguentum nigrum, carnis efficiens ſanitatem, & putridam demoliens, ad vulnera. 52
Vnguentum album ad mala in cute excitata à pituita ſalſa. 53
Vnguentum album magis varium. 54
Vnguentum ad excreſcentias, experientia optimum. 55
Vnguentum ad excreſcentias, vt id quod præcedit. 56
Vnguentum ad lumbricos. 57
Aliud ad lumbricos omnino expertum. 58
Vnguentum ad lumbricos in ſtomacho exiſtentes, & ad fauces nareſq́; aſcendentes. 59
Vnguentum & ipſum ad lumbricos. 60
Vnguentum Alabaſtrum ad vterina mala, nephritica, & contuſos locos. 61
Vnguen

*Vnguentum* Praſion *ad plagas putrefactas.* 62
*Vnguentum ad aurium dolorem mirabile.* 63
*Vnguentum lieni accommodum, è ciclamino.* 64
*Vnguentum lieni congruens* Maiſtromelani. 65
*Vnguentum lieni conueniens præclarum.* 66
*Vnguentum ad malitiam & rubedinem faciei.* 67
*Vnguentum ſimile efficax.* 68
*Vnguentum ad cilia non habentia pilos.* 69
*Vnguentum ad reſolutos, arthriticos, podagricos, bilioſos, tremebundos, & omnem neruorum incontinentiam.* 70
*Vnguentum ad tuſsientes, tabidos, & ſuppuratos.* 71
*Vnguentum ad pleuriticos, ſuppuratos, & tuſsientes.* 72
*Vnguentum acopon in balneo, veluti inſperſile.* 73
*Vnguentũ acopon* Heracles *cognominatum, ad iſchiadicos, & omnem reſolutionem.* 74
*Vnguentum ad lienem admodum bonum.* 75
*Vnguentum neruos relaxans, valde bonum.* 76
*Vnguentum relaxans ad tenſionem neruorum, omnem refrigerationem, & dolorem.* 77
*Vnguentum* Trophimon, *ad carnis in plaga generationem.* 78
*Vnguentum ad abſceſſum.* 79
*Vnguentum* Perſicum *omne repurgans vulnus: potiſsimum ea quæ à gladij ictu ſunt facta.* 80
*Vnguentum mirum, abolens affectum vniuerſum.* 81
*Vnguentum ad iecoris obſtructionem, & duriciem, frigidosq; affectus.* 82
*Vnguentum ad* Elephanticos, *valde bonum.* 83
*Vnguentum ſimile.* 84
*Vnguentum & ipſum ſimile.* 85
*Vnguentum lieni congruens, præclarum.* 86
*Vnguentum ad lienis obſtructionem.* 87
*Vnguentum* Diaſaponij, *ad eos qui elephantia correpti ſunt.* 88
*Vnguentum ſimile, valde bonum.* 89
*Vnguentum ad linguam hominis non potentis fari præ imbecillitate, aut alia quauis ratione.* 90
*Vnguentum ad ſcabiem, valde bonum.* 91
*Vnguentum ad podagricos à caliditate & ſiccitate, & omnem neruorum affectum.* 92
*Vnguentum curatorium, vocatum* Droſeron. 93

*Vnguentum ad ſcabiem è melācholico humore natā, & pituita ſalſa putrefacta.* 94
*Vnguentum curatorium, & ipſum vocatum* Droſeron. 95
*Vnguentum ex lithargyro.* 96
*vnguentum ad ſcabiem, vt primum, efficax.* 97
*Vnguentum tale præclarum.* 98

# NICOLAI MYREPSI

## ALEXANDRINI DE VNGVENTIS SECTIO TERTIA.

VNGVENTVM ad reſolutos, & omnē 1
neruorum affectū, valde bonū. Recipit olei melini, olei cyprini, olei myrtini, olei orini veteris, ſingul. ℥. ß. Terebinthinæ, exag. j. ß. Propolis, coſti, euphorbij, ſing, exagij quartā partem. Ceræ albæ puræ. ℥. j. Nitri Alexandrini, olei laurini, ſing. ℥. ß.

Vnguentum è caſtorio ad trementes. Accipit [a] hyſſopi 2
humidæ, amoniaci, galbani, ſingulorum. ℥. j. Caſtorij, euphorbij, ſagapeni, adarces, ſingulorū exag. iiij. Nitri, exag. ij. Opopanacis, exag. iiij. Olei veteris. ℥. iiij. Styracis, olei irini, ſing. exag. ij. Ceræ. ℥. iiij. Petrolei, vel pro petroleo, vnguenti [b] ſancti Barbari. ℥. j.

Hyſſopus humida.

[ a Hyſſopi humidæ.] *Græcè eſt* ὑσσώπου ὑγροῦ. *Per hyſſopum autem humidam intelligit œſypum veteribus Græcis dictam. Vocat autem ita œſypum non tantum* Nicolaus, *ſed &* Paulus *aliquot locis. Et hanc appellationem officinæ medicorum in hunc vſque diem retinuerunt. Non eſt itaque vt errore acciderit aliquo, quod multis in locis recentiorum græcorum medicorum* ὕσσωπος ὑγρὸς *ſcribatur, vt plerique cenſent, ſed relinquenda in contextu verborum hæc lectio tanquam legitima. ſic enim ipſi lanam ſuccidam appellarunt, non vt veteres conſueuerunt, œſypum.*

[ b Vnguenti ſancti Barbari.] *De ea re plura ſuprà, Annotatione ſcilicet.* 86. *diximus.*

Vngu

3 Vnguentũ Marciati ad reſolutos, hydropicos, & omnẽ neruorum affectũ. Capit lachrymæ [a] ligæ̨æ.ʒ.iiij. [b] Nardini.ʒ.vij. Oeſypi, maſtiches, ſingul.ʒ.iij. Ceræ albæ.ʒ.x. Gleucini.ʒ.viij. Olei omphacini.ʒ.ix. Medullæ ceruinæ, opobalſami terebinthinæ, ſing.ʒ.ij.

[a Liggææ.] *Græcus Nicolai codex habet* λιγάιας. *Quid autem* λιγάια *ſit, me ignorare fateor.* [b Nardini.] *Græcè eſt* νάρδου. *Nardus autem ſæpe Græcis medicis pro nardino vnguento accipitur, vt pluribus è locis comprobari poteſt, quos lubens prætereo, quòd multis teſtimonijs in re omnibus nota non ſit opus. Nardum autem hoc loco ſignificare nardinum, è Paulo Aegineta ſit euidentiſsimum, qui lib.7.cap.18. legit* ναρδίνου. [c Opobalſami.] *Codex Nicolai legit.* βαλσάμου, *ſed Paulus, cuius lectionem ſecuti ſumus, habet* ὀποβαλσάμου. Nardus pro nardo vnguento.

4 Vnguentum aliud Marciati, expertum ad eadem. Habet myrrhæ, bdellij, galbani, ammoniaci, aloes flauæ, opopanacis, maſtiches, butyri, nardi, cyperi, gleucini, reſinæ terebinthinę, ſing.exag.j. Euphorbij, ceræ, colophoniæ, ſin. ſtag.j.ſiliq.ij. Seui taurini, exag.ij. Adipis ſuilli, exag.j. Rutæ, exag.ß. Adipis vrſini, exag.ij. Medullæ ceruinæ, bituminis, ſingul.exag.j. Olei laurini, exag.ij. Balſami, exa.j. Olei è teda, exag.iiij. Olei communis.℥.x. Ceræ albæ.℥.vj.

5 Vnguentum Marciati, ſimile. Recipit ſcillæ.℥.ß. Ferueſacito cum oleo, & contunde ipſam probè, dein adijce canchryos, ſtruthij, ceræ, ſingul.exag.j.ß. Galbani, propolis, ſingul.℥.ß. Caſtorij.ʒ.j. Adarces, euphorbij, nitri, ſingul.ʒ.j. Pyrethri.grana.xv. Foliorum lauri, opopanacis, ſinapi, peucedani, ſingul.ʒ.ß. Mentæ, ſaluiæ, ſingul.℥.ß. exagij dimidij quartam partem. Reſinæ, terebinthinæ, ſing.℥.j. Foliorum rutæ, cinamomi, ſing.exag.ij. & quartam partem. Coſti.℥.ß. Adipis vrſini, ſuilli, medullæ ceruinæ, ſing.℥.ß. Ceræ.℥.ij.

6 Vnguentum ad reſolutos, & iſchiadicos diuturnos. Accipit olei veteris.℥.iiij. Olei irini, ſtyracini, ſing.℥.j. Terebinthinæ, ammoniaci, piperis communis, caſtorij, euphorbij, opopanacis, galbani, medullæ ceruinæ, ſingul.exag.ij. Olei laurini.℥.j. Ceræ.℥.ij.

7 Vnguentum acopon ad iſchiadicos, conuulſos in ſca-

n iiij pulam,

pulam,& omnem neruorum affectum. Capit ceræ.℥.j. Terebinthinę.℥.ij. Ammonaici,exag.iiij. Opopanacis,galbani,medullæ ceruinæ,taurinæ,ſing.exag.ij. Hyſſopi teneri,mellis,ſing.exag.iij. Olei boni.℥.ij.

Vnguentum acopon,è caſtorio,ad eos qui tremunt. Habet hyſſopi humidi,medullę ceruinę,ammoniaci,galbani,ſing.exag.iij. Caſtorij,euphorbij,adarces,opopanacis,ſing.exag.ij. Nitri,olei irini,ſing.exag.j. Olei veteris,ſtyracini,ſing.℥.ij. 8

Vnguentum acopon ad conuulſos in ſcapulas,fractos, reſolutos,exciccatos,motu deſtitutos,& omnem dolorem. Accipit olei è teda, laurini,cyprini,lentiſcini,irini, ſingul. exag.vj. Nardini boni.℥.ij. Butyri,terebinthinæ,ſing.℥.j. Hyſſopi humidæ,medullæ ceruinæ,ſingul.exag.iij. Adipis taurini,ſuilli,& anſerini,ſing.℥.j. Galbani,exag.iiij. Opopanacis,exag.iij. Euphorbij, exag.ß. Caſtorij, amoniaci, ſtyracis,ſing.exag.iij. Piperis,exag.ij. Bdellij, exag.iij. Ceræ,lib.ß. Colophoniæ.℥.ij. Myrrhæ,exag.ij. Olei veteris, ſextarium.ß. 9

Vnguentum è ſampſucho panchreſton,ad omnes neruorum dolores, & muliebres labores pro peſſo,molliens & [a]educens,faciem inſtaurat,& in ea bonum colorem efficit,eidemque ſplendorem inducit. In præclaris corporibus vtuntur experti. Capit ſampſychi,fœnogręci, myrti ſylueſtris,quam aliqui Libanotida vocant,ſing.ſext.ß. [b] Vini boni Italici,ſext.j. Hæc macerata ſimul diebus quatuor conijce in ollam recentē,& coque cū italico oleo, mouens ſine intermiſsione. Vbi verò [c]vinū abſumptū fuerit,adijce ceræ lib.ß.donec perueniat ad lib.j.ß.& probè concutiens amoueto ab igne, & ſine vt refrigeretur, & repone in vas figulinū. Vbi verò vis hoc ipſum efficere magis emolliens, & odoratius,adde meliloti partes duas, caſiæ.ʒ.v.& cum prædictis coquito. 10

Locus nicolai expenſus.

[ a Educens.] *Manuſcriptus codex habet* κατίγον. *Sed fortè legendum erit* κατάγον. [ b Vini boni Italici.] *Græcè eſt,* οἴνου καλοῦ ἰταλικοῦ. *Sed ſuſpicio eſt locum hunc eſſe deprauatū,legendumq́; potius,vt ſequentia ferè conuincunt,* ἐλαίου ἰταλικοῦ. *Nā ſtatim ſubijcit,* καὶ ἕψαι μετὰ ἐλαίου ἰταλικοῦ. [ c Vinum.] *pro* οἶνος *fortè* ἔλαιον *legendum:ad vnguēti enim confectionē oleum cū cera aptius*

mul

*multò quàm vinum adhibetur.*

11 Vnguentũ relaxans, & prorſus admiratione dignum, ad reſolutós, & labore nimio defatigatos, & omnẽ refrigerationẽ iſchiadis. Habet adipis leonini, lemnij ſigilli, polij, medullæ ceruinæ, peucedani, galbani, opopanacis, euphorbij, caſtorij, ſing. ℥. j. Maſtiches, ſtyracis, dictami cretici, caſiæ, ſing. exag. j. Ceræ tyrrhenicæ, & ceræ albę, ſing. ℥. iiij. Olei veteris lib. iiij.

12 Vnguentũ admodũ bonum ad neruorũ incontinentiã, podagricos, arthriticos, omnemq́; neruorum affectum, & eorundem ſiccitatem. Accipe vulpem viuam, & cõijce cum ipſa in lebetem olei libras xx. & adijce ſeminis anethi, ameos, ſtichadis, carnabadij, fœnigraci, & apij, ſingulorum ℥. ij. Hæc decoque in oleo cum viua vulpe, donec vniuerſa eius caro fuerit diſſoluta: dein colato oleum, [a] inq; aliud vas traijcito, & de eo accipe libras iiij atque in lebetem cõijce, additis cinamomi. ℥. ß. Spicæ exagijs. ij. & iterum probè feruefacito, ac oleũ quod relictũ fuerit colato iterũ, inq́; lebetem conijcito: & cum eo olei nardini, & laurini, ſingulorum ℥. ij. Adipis leonini, ſtruchiocamęli, [b] asbi, anatis, anſeris, tauri, vrſi, ſuis, gallinæ, ſingulorum ℥. ij. ß. Butyri veteris, ℥. iij. Terebinthinæ. ℥. j ß. Medullæ ceruinæ, drachmam j. Galbani. ℥. ij. Opopanacis, caſtorij, amoniacis, ſtyracis calamitis, bdellij, ſingulorũ. ℥. j. Calami odorati, ℥. ij. Myrrhæ, exagia. iij. Sagapeni, medullæ oſsis aſinini, [c] nepos, cati, ſingul. ℥. j. ß. [d] Diletææ. ℥. iij. & alios adipes quos inueneris, ſing. ℥. j. Hi omnes cũ prædicto oleo feruefiant, donec diſſoluantur. Dein amoue ab igne, & iuſta hora quo ad refrigerẽtur cõmoueto, ac repone in vaſe atque vbi vſus exigit, inunge tepidum neruis incontinentibus.

[ a Inq́; aliud vas traijcito.] *In codice manuſcripto ſcriptũ erat* μιταρᾶσου ἀρου. *sed corruptã hãc eſſe lectionẽ, nemo nõ videt. Nos, in aliud vas traijcito, cõuertimus. Grecis enim medicis* μετεράσαι, *&* κατεράσαι *eſt, ex vno vaſe in aliud transferre. Sed legitimã lectionẽ meliores codices fortè aliquãdo monſtrabũt, qui nũc ab inuidis occultantur.* [ b Asbi.] *Gracè eſt* ἄσβου. *Quale autẽ ſit animal, quod hoc nõie appellat* Nicolaus, *ſcire nõ poſſum* [ c Nepos.] *Nicolaus habet ſimpliciter* νίπος. *ſed quid hæc vox ſignificet, certò cõſtituere nequeo. Legendũ fortè* νίποδος. *Sunt autẽ* νίποδες *piſces pedibus carẽtes. Vt*

n v *per*

*per hanc vocẽ piſciũ pinguedinẽ intellexiſſe Nicolaum, ſit veriſimile.*

Dilytça [d Dilytææ.] *Græcè eſt* διλυτάιας. *Qua voce iterum pinguedinẽ intelligit, ſed cuius animantis, nondum aſſequor.*

Vnguentũ ex euphorbio barbaricũ ad iſchiadicos, & alia multa mala. Recipit opopanacis. ℥. ß. Ceræ tyrrhenicæ, lib. ß. Terebinthinæ lib. j & ℥. iij. Galbani. ℥. ß. Amoniaci thimiamatis, euphorpij, caſtorij, piperis albi, ſing. ℥. j. Medullæ ceruinæ. ℥. ij. Hyſſopi humidæ, ℥. ij. ʒ. ij. Adarces. ʒ. ij. Olei ſtyracini, irini, laurini, & amaracini, ſin. ℥. v. Olei veteris, lib. j. Hedycroi. ℥. iij. 13

Vnguentum [a] Pyxis vocatũ, admodũ bonũ & efficax. Accipit colophoniæ ceræ, ſing, lib. ß. & quartã partẽ. Terebinthinæ. ℥. iiij. Amoniaci thymiamatis. ℥. j. ß. Thuris ℥. iiij. Olei veteris. ℥. ij. Succi ſeminis lini, lactis bubuli, ſin. lib. ß. Adipis [b] anſerini. ʒ. iij. Butyri. ℥. iiij. [c] Ouorũ. xxiiij. albumina. Confectum reponitur in vaſe buxeo. 14

[a Pyxis.] *Codex manuſcriptus habet* πύξις, *ſed falſò: legẽdũ enim, Pau. teſte,* πυξίς. *Sic aũt dictũ eſt hoc vnguẽtũ, à buxo, qđ nimirũ in buxeo vaſe ſit recõdẽdũ.* [b Adipis anſerini.] *Nicolaus legit* χοιρίου *hoc eſt, porcini. Pau. verò, quẽ in noſtra cõuerſiõe ſecuti ſumus* χηνείου. [c Ouorũ xxiiij. albumina.] *Manuſcriptus codex habet ſimpliciter* ὠῶν τὰ λευκὰ, *nõ expſſo nũero. Sed paulus diſertè ait* ὠῶν κδ' τὰ λευκά.

Vnguentum ex abiete. Vnguentum ex abiete Galeni, ad podagricos & arthriticos. Capit ſeminis abietis [a] cocti modium italicũ vnũ, hoc eſt, ſextarios xvj. Olei communis, lib. vij. ß. Ceræ puræ, lib. ß. Reſinæ ſtrobilinæ, aut [b] terebinthinæ, lib. ß. Contuſum abietis ſemen oleo inijcitur. Vbi quadraginta dies in coſiueris, expreſſum proijcito: mixtis reliquis cũ oleo, & probè confectis, repone in vaſe. Confert ad ſpontaneos labores, reſolutiones, & articulorũ refrigerationes. Si verò neceſsitas vrgeat coquere ſemen abietis cũ oleo, ne nimium aduratur, aquæ ſextarios duos admiſcere oportet. Melius autẽ eſt irinum oleum inijcere. 15

Locus Nicolai emẽdatus. [a Cocti.] *Codex Nicolai perperã legit* πιφαινῆς μοδικῆς. *Scribendum enim erat, vt ex Paulo, qui hoc vnguentũ lib. 7. deſcribit ad verbũ, ſatis liquet,* ἐλάτης σπέρματος πεφθέντος μόδιος ἰταλικὸς α', τουτέστι ξέσ. ις'. *Sed animaduertẽdũ hoc loco erit, in Paulo nõ rectè legi* ß.

Librarij erratũ. [b Terebinthinę.] *Nicolaus hic, & aliàs crebro,* τριαντίνης *legit. Paulus habet* τερεβινθίνης, *vt hinc palam fiat oĩbus, paſsim apud.*

Nico

*Nicolaũ per τρεμβῦτινόρ eſſe accipiendam terebinthinam.*

16 Vnguentũ aliud de abiete, vt præcedẽs. Habet olei cõmunis, ſexta .vj. & quartã partem. Seminis abietis. ℥.iij. Reſinæ ſtrobilinæ, aut terebinthinæ. ℥.iiij. Ceræ albæ. ℥.iij.

17 Vnguentũ è nigra populo ad eadem mala. Recipit loco fructus abietis, nigræ populi fructus æquã portionẽ, adijcitur & olei quod ſatis eſt, & probè feruefacta colantur, dein adduntur ceræ puræ. ℥.iij. Terebinthinæ, ſtrobilinæ reſinæ, ſingulorum. ℥.iiij. Probè confectum reconditur.

18 Vnguentũ[a] Zoſimi ad tremulos celebratũ. Accipit reſinæ pineæ. ℥.viij. Ceræ. ℥.ij. Olei veteris, lb.ß. Opopanacis. ℥.j. Adarcæ, euphorbij, ſingul. ℥.ß. Nitri, aphonitri teneri, ſingu. ℥.ij. Nitrũ, euphorbiũ & adarce in leuorẽ cum vino teruntur, deinde adijcitur opopanax, & ſimul in leuorẽ teritur. Poſtea Anchuſa additur ad colorẽ accipiendũ, & cõficitur. Sequentia fiunt etiã emplaſtra.

[a Zoſimi.] *Codex Nicolai habet ζωσιμᾶ. Sed Paulo atteſtante, legendum ζωσίμου.*

19 Vnguentũ Dropax, Gallus dictus, Oribaſij. Capit colophoniæ thus redolentis, pineæ, & lignoſæ dictæ, quæ ſola in Italia naſcitur[a] apochymatis, picis aridæ, ceræ puræ, ſin. lb.ij. Reſinæ frictæ. ℥.vij.ß. Picis brutiæ. lb.vj. Nitri. lb.ß. Bituminis, galbani, adarces, pyrethri. ſing. ℥.iij. Opopanacis, euphorbij, ellebori albi, piperis communis, ſing. ℥.ij. Sulphuris viui. ℥.j.ß. Caſtorij, ammoniaci, [b] ſtaphidis agreſtis, ſing. ℥.j. Olei ſicyonij, lb.ß. Opobalſami. ℥.iij.

[a Apochymatis.] *Eſt autem ἀπόχυμα nihil aliud quàm pix nauibus deraſa* [b Staphidis agreſtis.] *Nicolai codex perperã legit ταφνίδος ἀγρίας pro ϛαφίδος ἀγρίας, vt ex Paulo ſit manifeſtum.*

Codex. Nicolai emaculatus.

20 Vnguentũ aliud, Dropax ſimplex nominatum. Habet ceræ. lb.ß. Picis aridæ. ℥.j.ß. Brutiæ, li.ß. Reſinæ pineæ. ℥.ij.ß. Frictę. lb.ß. ℥.j.ß. loco prius intro ex terſo imponitur.

21 Vnguẽtũ Diaſtactes, hoc eſt, è lixiuio ſtillatitio ad iſchiadicos, arthriticos, & œdematodes. Recipit ceræ, puræ, olei veteris, [a] lixiuij protoſtacti, ſin. lb.ß. Reſinę frictę, nitri Alexãdrini, nitri albi, ſin. [b] ℥.iij. Nitra in leuorẽ terãtur [c] lixiuio

[Lixiuij protoſtacti.] *Manuſcriptus codex, mirificè in hoc emplaſtro deprauatus, legit ϛακτῆς καλῆς, quum tamen ſcribendum ſit Paulo teſte, κονίας πρωτοϛάκτου. Eſt autem lixiuium protoſtacton,*

Lixiuiũ protoſtacton.

Paulo

Loca aliquot in codice nicolai reſtituta.

*Paulo lib. 7. teſte, vbi calx etiam cineri additur.* [ b Vnciæ. iij.] *poſt hæc verba Paulus addit,* τερεβινθίνης, ἀνὰ γο. ςʹ. *id eſt, terebinthinæ vnc. vj. Sed hic tantū tres ſunt accipiēdæ vnciæ.* [ c Lixiuio.] *Codex Nicolai habet* σὺν τῷ κώνῳ, *quum tamen Paulo admonente legendum ſit* τῇ κονίᾳ. *Atque ex hoc, & ſimilibus emplaſtris, quæ ex Paulo & alijs emendare licet, quiuis, quàm mendoſo exemplari ſimus vſi animaduertet: nobisq́; ſi non paſſim ſingula emendare potuimus, veniam dabit, boniq́; hanc noſtram qualemcunque operam conſulet.*

Vnguentum ex nitro ad abſceſſus, & duros tumores valde bonum. Accipit olei veteris, ceræ puræ, aphronitri, ſaponis, lixiuij protoſtacti, ſing. lib. ß. Terebinthinæ. ℥. iij. Galbani, ꝑpolis, ammoniaci [a] thymiamatis, ſin. ℥. ß. Rectè paratum recondatur in vaſe, & detur. 12

[a Thymiamatis.] *Nicolaus habet* χυλοῦ, *ſed malè: ſcribendum enim erit, Paulo teſte,* θυμιάματος.

Vnguentum è ſalibus valde bonum & vtile. Capit ceræ, puræ. ℥. ij. Olei lib. ß. Salis cõmunis, aphronitri, ſing. ℥. ij. Ceruſſæ. ℥. iiij. Aceti. ℥. ij. 13

Vnguentum aliud è ſalibus. Habet ſalis communis, nitri, ſing. ℥. ij. Ceræ [a] olei veteris, ſing. ℥. iij. Aquæ marinę, quod ſatis eſt. 14

[a Olei veteris.] *Manuſcriptus codex legit* κυροῦ παλαίου συγ. γ. *Sed falſo, legendum enim erit* κήρου ἐλάου ἀνά. *Quam lectionē eſſe legitimam, Paulus confirmat.*

Vnguentum ex perna, callos diſſoluens. Recipit pernę porcinæ veteris pinguis, amoniaci, thymiamatis, caſei veteris bubuli aut caprini, adipis taurini, apochymatis, [a] hoc eſt raſuræ nauis, ſing. ʒ. ß. Medullæ ceruinæ. ℥. iiij. [b] Hyſſopi cerati, ℥. j. ß. Cyprini olei. ℥. iij. Vini Aegyptij, qđ ſatis eſt. 1

[ a Hoc eſt, raſuræ nauis.] *Nicolaus habet,* ὅπερ ἐστι πλίου ξύσμα, *pro* πλοίου ξύσματος. *Teſtis eſt Paulus qui hoc, vt alia ferè omnia vnguēta, etiam deſcribit.* [ b Hyſſopi cerati.] *Et hinc clarū eſt, Nicolaū, & alios poſteriores Græcos,* ὕσσωπον ὑγρὸν *appellare, quod Galenus* οἴσυπον *ſimpliciter nominat. Nā medicamētū ex œſypo cōpoſitū Græci veteres aliquādo* οἰσυπον φάρμακον, *aliquādo* οἴσυπον κηρωτὸν, *vt. 14. li. the. me. ca. 7. Galenus, & interdū* οἰσυπον κηρωτοειδῆ, *interdū etiā* οἰσυπον ὑγρὸν *nominãt. Quæ ſanè oēs appellatiões à forma medicamēti, quod cerati liquidi inſtar paratur, ſunt deductæ,*

Com

*Cōponēdi rōnē & modū, tradit Pau.li. 7.ca.17. Quod itaq; alij græci ὄσυπος κηρωτὸς idipſum Nicolaus ὕσσωπος κηρωτὺς, appellat.*

26 Vnguentum ex vrina muli, podagricis vtile. Capit vrinæ muli maris, ſext.ij. Lithargyri, lb.j. Olei, [a] minam.ß. Trita diu omnia vt ſtrigmēti craſsitiē acquirāt, [b] coquito, donec digitos nō coinquinēt. Reponatur in vaſe & detur,

[ a Minam.ß.] *Græcè eſt μνᾶς ς. Paulus habet myſtrum. Mina autem duplex veteribus fuit. Maior, quam quidam Alexandrinam vocant, quòd in vſu fuerit medicorum eorum qui medicinā Alexandriæ exercuerunt. vnciarum viginti, ſeu drachmarum centum ſexaginta fuit, vt teſtis eſt lib. primo & ſecundo de Comp. medic. generalium Galenus. Attica verò erat vnciarum duodecim & dimidiæ, ſeu drachmarum centum. Romana erat vnciarū ſexdecim, hæc etiam medica dicta eſt. Minor mina fuit drachmarū quinq; & ſeptuaginta.*

[ b Coquito, &c.] *Codex Nicolai hanc vocem deſiderat. Reſtituendus itaque ex Paulò is locus ita erit, ἑψεῖ ἕως ἀμολύντου.*

Mina duplex. Maior. Attica. Romana. Minor. Nicolai locus reſtitutus.

27 Vnguentum ex lapidis Aſij [a] flore, Philagrij, ad durities Accipit radicis peucedani, floris lapidis Aſij: [b] ſi verò non adſit, ſalis ammoniaci, propolis maturæ, ſing. ℥.j. Lanarū ſuccidarum crematarum, ſingu. ℥.ß. Ariſtolochiæ rotundæ pumicis, canini ſtercoris, æruginis raſilis, [c] ſquamæ æris, miſyos ſing. ʒ.ix. Caſtorij. ℈.ix. Myrrhę. ℥.j.ß. [d] Viſci quercini. ℥.j.ß. Ceræ. ℥.vj. & quartam partē. Reſinæ pineę. ℥.vij. & tertiam partem. [e] Picis brutiæ. ℥.ix. ℈.ij. Olei veteris, & aceti acerrimi, quod ſatis eſt.

[ a Flore.] *Manuſcriptus codex legit λίθου ἀσίου φιλαγρίου. Sed addēdū poſt ἀσίου ἄνθους.* [ b Si nō adſit.] *Paulò teſte legendū, εἰ δὲ μὴ παρείη. In codice Nicolai παρείη non eſt integrè exaratum.*

[ c Squammæ.] *Nicolaus corruptè λίπους pro λεπίδος legit.*

[ d Viſci quercini.] *Græcè ἰξοῦ δρυΐνου, Paulus habet ὄξους δριμυτάτου, id eſt, aceti acerrimi, ſed falſò, quia in fine tandem adijcitur, καὶ ὄξους δριμυτάτου τὸ ἀρκοῦν.* [ e Picis brutiæ.] *Nicolaus legit βρυτυίνης, pro βρουτίας.*

Librarij lapſus. Pauli locus emēdatus. Librarij erratum

28 Vnguentum ſimile Galeni. Habet ceræ, terebinthinæ, reſinæ ſingul. libr.ß. Lapidis aſij, mannæ, ſingul. ℥.j.ß. Cyprini olei. ℥.j. [a] Aquæ lixiuiæ è luto factæ, quod ſatis eſt.

[a Aquę lixiuię è luto factæ.] *Græcè eſt, ὕδατος πηλοποιοῦ, id eſt, aquæ figuli. Quippe πηλοποιὸς idē quod πηλόπλαθος, hoc eſt figulus, ſignificat. Cæterū quod hic à Nicolao ὕδωρ πηλοποιοῦ, id à Galeno*

*lib.*

*lib.x.de comp.medic .localiũ.cap. vltimo* ὕδωρ πηλοποιητικὸν, *id eſt aqua figulina vocatur.Libro autem.vj.cap.de lacte coagulato,* Dioſcorides κονίαν πηλοποιητικὴν, *hoc eſt lixiuium figulinũ appellat.*Tale *verè eſt quod non ex cinere,aut calce,ſed luto potius fit.* πηλὸς *enim,* Phauorino *teſte,* ἡ βεβρεγμένη γῆ, *id eſt, terra aqua irrigata, vel lutũ aqua irrigatũ dicitur.* Proinde *vt nos ſignificanter* Nicolai *hoc loco mentem exprimeremus,* A*quæ lixiuæ è luto factæ,conuertimus.*

Vnguentũ ex ſalis flore,arthriticis in declinatione vti le. Recipit, reſinę terebinthinæ, reſinæ frictæ,pineæ,ceræ, puræ,ſing.℔.ß.Picis ſiccę,aluminis ſciſsilis,ſalis floris,ſing. ℥.iij.Coquantur in diplomate,& detur. 29

Vnguentum nutriens ad carnis generationem in vlceribus vtile. Accipit roſacei,reſinæ terebinthinæ,mellis, ſing. ℥.j.ß.Ceruſſæ,butyri,thuris,ſing.℥.ß.] 30

Vnguẽtum Italicum purgãs ſordida, & carnem producens. Capit [a] erinæi(dico autem ſylueſtris ficus) tenerum corticem oleo excoctum, proijcito corticem, & liquefacito in oleo ceræ rufæ,quod ſatis eſt,& datur. 31

Aliud.

[ a Erinæi &c.]*Codex* Nicolai *ſimpliciter habet* ἐρινέου. *Sed legendum,* P*auli codicibus ita monentibus.* ἐρινεαίου. λέγω δὲ τῆς ἀγρίας συκῆς.

Vnguentum [a] Chryſe, cruentis vulneribus accommodum. Habet thuris,aluminis ſciſsilis,ſing.℥.j. Colophonię reſinæ,ceræ,ſing.℥.j.ß.Olei veteris,℔.ß.[b] Auripigmenti. ℥.j.Arſenicum teratur in aceto. 32

Nicolai locus reſtitutus.

[ a Chryſe.]*Locus hic totus in* Nicolao *deprauatus,eſt habet enim* χρυσὴ ἔνυμον θαύσον, L*egendum autem eſt* ἡ χρυσὴ ἔναιμον θαυματὸν P*aulò teſte.*[ b Auripigmenti.] H*æc omnia in* Nicolai *codice deſiderabantur.* A*diecta verò ſunt ex* P*aulo,in quo ita ſcribitur,* ἀρσενικοῦ γο. β. ὀξυλίου τὸ ἀρσενικὸν.

Vnguẽtum fracturis idoneũ Oribaſij. Accipit picis bru tię,℔.ß.℥.ij.Lithargyri,℔.ß.℥.ij.[a] Thuris ℥.iiij. Terebinthinę.℥.ij.ß.Adipis taurini,℔.ß.℥.ij.Galbani,opopanacis ſingulorum.℥.ß.Ceræ.℥.ij. Olei veteris, ℔.ß.Aceti quod ſatis eſt. 33

Loca aliquot in Nicolao emendata.

[ a Thuris.]*Quæ ſequuntur,propemodum omnia in codice* Nicolai *manuſcripto deſiderantur.* A*diecta verò ſunt è* P*aulo, qui habet* λιβάνου γο. δ. τερεβινθίνης γο. β∠. στέατος ταυρείου λι. α. γο. δ.

Vnguentum ad fracturas cum vlcere, citraque vlcera 34

fa

factas,ex cōmētarijs[a] Heracleti. Capit picis aridæ, minam ß. Mannæ,minæ quartam partem Adipis vituli,lithargyri,ſingul.minam.ß. Ceræ tyrrhenicæ.℥.xiij. Opopanacis.℥.iiij.[b] Aeruginis raſæ,æris cyprij, ſing.minas.x. & ſextā partem. Therebinthinæ,minę.ß.quartam portionem.[c] Aeris.℥.ß.[d] Ricini,aut olei veteris,& aceti,quod ſatis eſt.

[a Heracleti.] *Nicolai codex falſo legit* ἡρακλίους, *pro* ἡρακλίτου. [ b Aeruginis raſæ.] *In codice Nicolai deficiunt. Paulus autem habet*, ἰοῦ ξύστου. [ b Acris.] *In Nicolao deſideratur in Paulo eſt*, χάλκου,γο.ς [ c Ricini.] *Codex Nicolai legit corruptè* κύκαιος. *pro* κίκιως. Nicolai codex emendatus.

35 Vnguentum è ſtercore caprino, vocatū Spongion, hydropicis efficax. Habet picis brutiæ.lb̄.j.℥.iij.Nitri lb̄.ß.[a] Colocynthidis medullæ .℥.j.ß.[b] Pyrethri.℥.j.ß. Capparis radicis corticis. ℥.iij. Baccarum lauri,ſextarij. quartam partem. Thuris,iridis.ſingul.℥.iij.Farinæ fœnogræci,opopanacis,ſingul.℥.j.ß. Adipis taurini.℥.iij.Fellis taurini.℥.j. Elaterij.ʒ.ij.Squamæ,æris.℥.iij.[c] Seminis apij,lathyridis, ſingulorum.℥.iij.Cocci gnidij.℥.j.ß.Olei cyprini,ſextarij quartam portionem.Ceræ.℥.iij. Reſinæ frictæ,lb̄.j.ß.Caprini ſtercoris montani.℥.j.ß.Cancryos,cyperi, ſing.℥.iij. Cardamomi,ſext.j.ß.

['a Colocynthidis medullæ.] *Nicolaus ſimpliciter legit* ἐντεριώνης *ſed Paulus* κολοκύνθιδος ἐντεριώνης. *Hinc manifeſtum ſit, in alijs etiam compluribus Nicolai locis vbi ſe ſolo* ἐντεριώνης *ſcribitur, ſemper aliquid eſſe adijciendum, verbi gratia, colocynthidis, aut aliquid aliud.*[ b Pyrethri.] *In Nicolao non eſt, ſed ex Paulo adiectum, qui habet* πυρέτρου. [ c Seminis apij.] *In manuſcripto codice non erant. Paulus verò habet* σελίνου σπέρματος λαθυρίδων. *Sic paßim librarij culpa multa in Nicolai codice omiſſa ſunt.* Librarij mendū.

36 Vnguentem ex Sampſucho. Recipit ceræ,lb̄.ß.Terebinthinæ,lb̄.j.Sāpſuchi,baccarū lauri,fœnogræci, ſingulorum ſextar.ß.Olei nardini,quod ſatis,eſt.

37 Vnguentum [a] Erythrium,valde bonum. Accipit ſtyracis,malorum cotoneorum,ſing.℥.iij.Maſuaphij,croci ſing.ʒ.v.Pſichorum.℥.ij.ß. Cypheos.℥.ij.ß. Oenanthes,[b] caſami,[c] abſinthij,ſingulorum.ʒ.v.[d] Caryophylli.℈.xv.Ammoniaci thymiamatis. ℈.x. Opobalſami. ℈. vj. Nardi.℥.iij.

iij. Colophoniæ. ℥. v. Gleucini, propolis. ſin. ℥. ij. ſ. Terebinthinæ. ℥. v. ſ. Folij. ʒ. v. Spicæ nardi. ʒ. v ſ. Vini falerni, aut Aminæi, quod ſatis eſt.

[a Erythriũ.] *Manuſcriptus codex legit* ἐρυθραῖον *falſo p* ἐρυθρίον

Caſamũ in Nicolao errore librarij, nõ rarò.

[b Caſami.] *Sic vocare Græcos recentiores Cyclaminum, ſuprà eſt à nobis annotatum.* [c Abſinthij.] *Codex manuſcriptus habet* ψιμυθ´. *hoc eſt, ceruſſæ. Paulus* ἀψινθίου *legit. Et puto errorem hunc in manuſcripto codice frequẽtẽ eſſe vt ſcilicet* ψιμίνθιον, *pro* ἀψίνθιον, *ſit ſcriptum. Sæpe enim ad internos vſus adhibet ceruſſam, ſi modo lectio legitima, eſt, Nicolaus. At haud dubiè librarij negligentia & imperitia ſcriptum ita eſt, quum* ἀψίνθιον *ſcribendum potius foret, quam* ψιμίνθιον. [d Caryophylli, &c.] *Hæc ex Paulò adiecta ſunt, qui habet* καρυοφύλλου γρ. ι̅. ἀμμωνιακοῦ θυμιάματος γρ. ι̅. ὀποβαλσάμου γρ. ϛ.

Vngentũ acopõ de Euphorbio ab Artemidoro Pergęo 38
medico cõpoſitũ, Capit opopanacis, ammoniaci, euphorbij, piperis albi, galbani, œſypi, ſin. exag. ij. Medullæ ceruinæ exag. iiij. Ceræ. ℥. ij. Olei laurini, ſtyracini, ſin. ℥. j. Olei veteris. ℥. ſ. Quæ liquari poſſũt, cũ oleo liquefiãt, deinde amoueantur ab igne, & opopanacem ſeorſim liquatum in exiguo oleo affunde, & inijce ceram ac commoue. Poſtremũ commixtis [a] aridis probè in mortario concutito.

[Aridis.] *Codex Nicolai legit malè* μᾶρα, *pro* ξηρά.

Loca aliquot reſtituta.

Vnguentũ Lyſiponium ad rigores, conuulſiones, pulſa 39
tiones, defluxiones, lienoſos, nephriticos, capitis dolores, colicos, fiſtulas, [a] caſus ex alto, cõtuſiones, & alia quædã. Habet pyrethri, piperis, adarces, ſing. exag. j. Opopanacis, galbani, ſing. exa. ij. Euphorbij, exag. j. Caſtorij, exag. ij. Terebinthinæ reſinæ, exag. iiij. Oeſypi, medullæ ceruinæ, exag. ij. Olei ſtyracini, irini, myrrhini, ſingu. ℥. j. Cyprini. ℥. viij. Amaricini. ℥. j. Olei laurini, opobalſami, ſingul. exag. iiij. Ceræ. ℥. ij.

[a Caſus ex alto.] *Manuſcriptum exemplar habet corruptè* κατακώματα *pro* καταπτώματα.

Vnguentum acopon Orionis Cteniſti. Recipit ceræ ℥. 40
j. Propolis. ℔. ſ. Iridis illyricę, terebinthinę, ſin. ℥. viij. Opopanacis, ℔. ſ. Olei veteris. ℥. viij. Galbani. ℥. iiij. Olei lentiſcini, myrtini, ammoniaci, medullæ ceruinæ, ſingulorũ. ℔. ſ. Oeſypi, ℔. j. [a] Olei laurini. ℥. ij. Olei ſtyracini, adipis

vitu

vituli, ſingul. lb. ß. Adipis leonini, opobalſami, ſingul. ℥. iij. Parato vtere vt optimo medicamento. Mulieribus maxime eſt vtile quibus in vtero factæ ſunt phlegmonæ, aut duritiės, in peſsi forma appoſitum. Facit etiam ad aurium dolores. Oportet autem hoc medicamentum miſcere cum roſaceo, aut cyprino oleo.

[a Olei laurini.] *Græcè eſt* ἐλαίου δαυνίνου *pro* δαφνίνου. *Galenus autem lib. 7. de compoſ. medic.* κατὰ γένη, *vbi idem deſcribit medicamentum, habet* δαφνίδων, *id eſt, baccarum lauri.*

41 Vnguentum ad omnem dolorem, & laſsitudinem corporis, valde bonum & vtile. Accipit opopanacis, galbani, ſingulorum. ℥. ß. Caſtorij, maſtiches, ſingul. exag. iij. Euphorbij, rutæ aridæ, ſingul. exag j. Medullæ ceruinæ, olei laurini, ceræ puræ, terebinthinæ, ammoniaci, colophoniæ, ſingulorum. ℥. j. Nardini olei, cyprini, irini, ſingulorũ. ℥. ij. Opobalſami, exag. j. Piperis communis, adipis anſeris, gallinæ, ſingulorum, exagia. iiij.

42 Vnguentũ è citrijs ad liuores, & lẽtigines faciei, & cicatrices, a ſole factas vſtiones, impetigines, & [a] puſtulas à ſalſa pituita in cute, vt impetigines, apparẽtes. Capit [b] lapidis borachij. ʒ. ij. Caphuræ. ʒ. i. Corallij albi. ℥. ß. [c] Amianti, [d] vmbilici marini, tragacãthę, amyli, cryſtalli, [e] Antali, Dẽtali, thuris albi, nitri, ſing. ʒ. iij. Marmoris albi puri. ʒ. ij. Ceruſæ præparatæ cum Dracontio. ℥. j. Ceruſæ alterius præparatæ cum plumbo. ℥, vj. Terantur in mortario cum adipe ſuillo. dein cauato citri carnẽ, adipe diſſoluto, & ſine vt coquãtur [f] ebullitione vna in cauitate citri: poſtea accipiant̃ ſpecies ſuprà dictæ, tenuiter tritæ, & inijciãtur in [g] cauitatẽ citri cũ adipe, & ſubacta probè repone in vaſe, atq; dato. Citrinũ officinarum.

[a Puſtulas &c.] *Manuſcriptus codex malè legit,* καὶ ψαχνίδας, καὶ ὑς ἁλμυρὸν φλέγμα ἐν τῷ δέρματι ὡς λιχῆνες, φαινομένας. *Scribendum enim erat,* καὶ ψύδρακας διὰ τὸ ἁλμυρὸν φλέγμα ἐν τῷ δέρματι, ὡς λιχῆνες, φαινομένας. *Sic enim eſſe legendum, latini* Nicolai *codices ſatis oſtendunt, in quibus ita ſcribitur.* Et *puſtulas in quacunq; corporis parte ortas ſalſi phlegmatis.* ψύδρακας *autem, &* ψυδράκια *medici Græci,* vt *teſtis eſt* Iulius Pollux, *exiguas puſtulas bullarum inſtar* in *cute eminentes, vocant.* [b Lapidis borachij.] Græcè *eſt* λίθος βοραχίου. Intelligit *autem* Chryſocollam, *quam* Boracem *hodie vulgus medicorum vocat.* V*tilis eſt ad pur-* Lapis borachius.

Amiantus.

*gandas cicatrices, purgat, & adſtringit.* [c Amianti.] *Græcè eſt* ἀμιάντου. *De Amianto verò lapide vide Dioſcoridem libro quinto. Nicolai latini codices perperam legunt Amenti dulcis.* [d Vmbilici marini.] *Nicolaus habet* μπιλίριοι θαλασσίου. *Barbari medici*

Belliculi

*Belliculos nominant. ſunt lapilli, ex illorũ traditione, exigui & candidi, in litore maris reperti, vmbilicum hominis referentes. Abſtergendi facultate præditi ſunt, vt ijdem teſtantur.* [e Antali & Dentali.]

Antali, Dētali.

*Nicolai codex legit* ἄνταλι, τίνταλι. *Nemo autem eſt qui non videat barbaras eſſe voces. Sunt lapidum nomina, vt barbaram ſectantes medicinam tradunt medici, eiuſdem cum priore facultatis. Antalum dum frangitur, venulas in longum protenſas oſtendere aiunt. Dentalum verò, denti aſſimilari. Sed quis hodie ſeplaſiariorum, hos lapides agnoſcit? Et tamen interea hoc vnguento frequenter vtuntur medici, neglectis interim melioribus, quæ apud Galenum & alios probatos autores reperiuntur. Videntur autem potius eſſe è concharum, quàm lapidum genere. Dentale enim Plinio lib. 9. cap. 36. Buccinum vocatum eſſe iudico. Antale autem, purpuram. Certi tamẽ nihil ſtatuo. Ellingerus pharmacopola Noricus nuper ad me miſit Dentali, quod intus concauum eſt, & cornu, aut radicis dentis effigiem præ ſe fert: ac conchæ eſſe pars, non lapidis, apparet.* [f Ebullitione vna.] *Græcè eſt* χυρὰρ μίαρ. *Qua loquendi ratione quid intelligat Nicolaus, certò conſtituere nequeo. Nos ad ſenſum potius, quàm verba reſpicientes, reddidimus Ebullitione vna. Sed fortaſſis pro* χυρὰρ *legendum erit* ὥραρ. *Aut quod magis placet,* λιαῖῳ πυρὶ, *hoc eſt lento igne, vt infrà vnguento 45 legitur.* [g Cauitatem].

Nicolai codex emēdatus

*Codex manuſcriptus habet,* ὡς τὸ κοῦφορ, *corruptè haud dubiè, pro* κοῖλορ.

Agrippę vnguētũ vulgo dictum.

Vnguētũ[a] Grypa nominatũ, ad hydropicos, lienoſos, & 43
ventrē dolētes, ijs enim abſterſoriũ fit, vtile. Habet bryoniæ, lb. j. Radicis altheæ ſylueſtris, ſcillæ, ſin. lb. v. Iridis. ℥. j. ß. Radicis filicis, ebuli, tribuli, marini, ſing. ℥. j. Tuſa hæc imponantur in olei lb. j. & ſubigãt ſimul, ac reponãtur in vaſe dieb. tribus. Dein inijciant in lebetē, & bulliãt, ſubactaq; iã ꝓbè colētur, ſiccaq; abijciãtur. Liquidũ aũt in lebetē conijciatur, & ceræ puræ. ℥. vj. Sic paratũ recōde in vaſe.

[a Grypa.] *Græcè eſt* γρύπα ὀνομαζόμινορ. *Latini codices Agrippa legũt, & ad regem Agrippam autorem referunt. num rectè, ſcire ſatis non poſſum.*

Vnguentũ, iecori imponendũ in cōtinuis & ardentibus 44
febrib

febribus, in phreniticis verò & capitis doloribus à calore factis frõti. Recipit ſucci ſeminis lini, pſyllij, portulacæ, olei violacei, nenupharini, caphuræ, ſantali rubei, roſarũ, mandragorini olei, aut foliorũ eius, aut fructus, ſucci ſolani, ſeminis hyoſcyami farinã recentẽ. Papaueris albi & nigri, ceræ albæ, ceruſæ, ſpodij. Tritis ijs & ſubactis ſimul, diſſoluatur cera cum oleis, & ſuccis, inijcianturq́; arida trita, & probè cribrata. Parato vtere in ijs quæ dicta ſunt malis. Iuuat etiam hecticas febres, & ardentes, atque vigilantes.

45 Vnguentum Populæon ſomnum conciliat, febrientibus ac dolentibus caput propter calorem inunctum temporibus prodeſt. Febricitantibus, plantę manuum ac pedũ, & pulſus inunguntur: irrigãdum autem cum oleo roſaceo, aut violaceo. Accipit oculorum in ſummo arboris populi quando floret apparentium, ℔. j. ß. Foliorum papaueris nigri, foliorum mandragoræ, foliorum rubiæ, foliorum hyoſcyami, foliorum ſolani, [a] vermicularis, lactucæ foliorum, ſemperuiui, hoc eſt Sedi minoris, foliorum violæ, [b] Cymbalij foliorum, nominati Cortali, naſcentis in figulinis & muris, ſingulorum ℥. ß. Adipis ſuilli recentis [c] ſalis experti. Paratur autem in hunc modum. Accipiuntur herbæ, & cum adipe in mortario tunduntur, fiuntq́; veluti fermentum, & ſinuntur ſub ea forma diebus octo. Dein cum gladiolo inciduntur in tenues partes, inq́; lebetem conijciuntur, & lento igne bulliunt cum vini boni ℔. j. donec totum abſumptum fuerit Poſtea per linteum tenue colantur, & reponuntur in vaſe.

Vnguentũ populæon.

[a Vermicularis.] *Nicolaus etiam barbara voce βερμικουλάρι vſus eſt, vt crebrò alìas.* [b Cymbalij foliorum.] *Intelligit Acetabulũ alterũ, quod alio nomine vmbilicus Veneris dicitur. Cymbalariam etiam in hodiernũ diẽ nominant, & Cymbalon, herbarij.* [c Salis experti.] *Codex Nicolai habet ἀχάτου, id eſt ieiuni, ſed latini codices legunt Sine ſale. Quare Nicolai lectionem eſſe corruptam conſtat, & legendum potius ἄνευ ἅλατος.*

Vermicularis, Acetubulum alterum. Cymbalaria.

45 Vnguẽtũ magnũ Marciatõ, cõferẽs ad refrigerationẽ capitis, pectoris, ſtomachi, lienis, iecoris, alioſq́; dolores à frigiditate natos, & lienẽ induratũ. Præcipuè verò ad hydropicos, & lienoſos exptũ eſt. Capit ceræ albæ, ℔. j. Olei cõmunis, ℔. iiij. Roſmarini, foliorũ lauri, ſin. ℥. iiij. Tamari-

cis.℥.iij. Rutæ.℥.iiij.[a] Ebuli,ſabinæ,balſamitæ,ocimi, ſaluiæ, polij,calaminthæ,artemiſiæ,helenij,betonicæ,brancæ vrſinæ,[b]ſpargulæ,[c]herbæ venti,[d]pimpinellæ, agrimoniæ, abſinthij,herbæ ſancti Petri,ab Italis dictæ herbæ paralyſis,coſti herbæ,ſambuci foliorũ,ſemperuiui minoris,herbæ millefoliæ,ſemperuiui maioris,chamædryos, quinquenerulæ,centaurij,[e]fragariæ,quinquefolij,ſin.℥.ij.ʒ.ij.Maluę ſylueſtris radicis,cumini,myrrhæ,ſing.℥.j.ß. Fœnogræci, exa.iiij.ß.Butyri.℥.ß.ʒ.ij.Seminis vrticæ,violarũ, papaueris albi,mẽtæ,rubiæ,mẽtę agreſtis,lapathi,polytrichi,[f]cardiobotani,[g]matriſyluæ, [h] herbæ moſchatæ, florum chamæmeli.ſcolopendrij,[i] criſpuli,[k] herbæ camphoræ,ſtyracis,medullæ oſsium cerui,ſingulorum. exag.j.ß. Axungiæ vrſinæ,gallinæ,& anſeris,maſtiches,ſingulorum.℥.ß.Thuris.ʒ.ij.Olei nardini. ʒ.j.gran.xv. Herbas tritas impone vino bono die vno,altero autem die aufer è vino herbas, & contunde,conijcitoq; in alterum vinum bonum, & illic ſinito diebus ſeptem. Octauo autem die accipe has cum vino,& decoque,donec dimidium eius abſumatur. Dein inijce oleum,& denuò decoquito quo ad totum vinum conſumatur. Poſthæc amoueto ab igne,& colato,atq; oleum rurſus in lebetem conijce: & vbi parum lento igne fuerit excal factum,inijce ſtyracem,poſtea butyrum, & adipes, oleum nardinum,maſtichen, thus,poſtremò omnium ceram,omnibuſq; lento igne diſſolutis,aufer tandem ab igne, reconditoq; in vaſe,& vtere.

Ebulus. [a Ebuli.] *Nicolaus habet* ἴμβουλι *adiectione vnius literæ, pro* ἔβουλι. *Latini codices falſo legunt* Esbrij. [b Spargulæ.] *Codex*
Spargula. *Nicolai* σπάγουλι, *ablatione vnius literæ pro* σπάργουλι *legit. Eſt autem Spargula herba,quæ Græcis & latinis Aparine vocatur. Hāc primum Aſperulam,quod aſperitate ſua veſtimentis quas contingit pertinaciter hæreat, dixerunt. Quam ſubinde vocem imperitiores in Aſpergulam, vnius literæ adiectione, mutarunt, & tandem in*
Herba venti. *Spergulam,& Spargulam.* [c Herbæ venti.] *Græcè eſt* ἀνεμοχόρτης. *Herbam autem venti variè interpretantur. Sunt enim qui Vmbilicum veneris eſſe dicant. Alij helxinen, ſeu parietariam. nonnulli conſolidam minorem vocatam. Aliqui verò Anemonem. Vt certè quid ſit in iſta diuerſitate ſententiarum faciendum, Seplaſiarij vix conſtituere poſsint. Sciant itaq;, hęc in loco herbam venti ſignificare*

Anem

*Anemonem, ſylueſtrem præſertim, cuius pictura & hiſtoria eſt in altero noſtrorum de Stirpium hiſtoria commentariorũ tomo. Hæc enim calefaciendi & diſcutiendi vim habet, adeoq; ad præſentia mala idonea eſt.* [d Pimpinellæ.] *Nicolaus corruptè hanc vocem μπιπινίλλι extulit. Habent autem latina exemplaria omnia Pimpinella: vt non ſit dubium, in Nicolao legendum eſſe μπιμπινίλλι.* [e Fragariæ.] *Niiolaus corruptè dixit φράουλι, pro φράγουλι. Et in quibuſdam latinis codicibus etiam Fragula legitur.* [f Cardiobotani.] *Græcè eſt καρδιοβοτάνου. Latini codices habent Carduncelli. Per Carduncellum autem intelligunt Carduum benedictum vocatum, Ego verò cenſeo, per Cardiobotanon Nicolaum intelligere herbam vulgò Cardiacam vocatam. Hæc enim pulchrè ad nomen καρδιοβοτάνου quadrat, & craſſos humores incidere, extenuare ac diſcutere poteſt, vt ex primo noſtrorum de Stirpium hiſtoria commentariorum tomo liquet.* [g Matriſyluæ.] *Nicolaus habet ματριτζίρβια, pro ματρισύλβια. Vſus eſt autem hac voce etiam Scribonius Largus. Nam quod Græcis alijs περικλύμενον, huic Mater ſylua dicitur. Alio nomine Caprifolium nominatur. Habet & hæc herba exiccandi diſcutiendiq; facultatem, vt loco iam citato fuſius diximus.* [h Herbæ moſchatæ.] *Græcè eſt μοσχαβότανον. Herba verò Moſchata Geranij prima eſt ſpecies, vt tomo primo noſtrorum de Stirpium hiſtoria commentariorum eſt dictum.* [i Creſpulæ.] *Nicolaus κρέσπουλι habet, hoc eſt Creſpuli. Barbari autores oculum bouis interpretantur. Quare nõ eſt niſi Buphthalmum Græcorum & latinorum, cuius hiſtoria & pictura eſt in tomo primo.* [k Herbam camphoræ. [ *Græce eſt καμφορᾶ βοτάνης. Latini codices Camphoratam habent. Barbari interpretantur Abrotonum ſylueſtre. Non eſt autem aliud hoc Abrotonum, niſi id quo hodie paſſim pro mare vtuntur officinæ.*

Pimpinella. Fragaria. Carduncellus. Cardiobotanõ. Cardiaca. Matriſylua. Caprifolium. Moſchata. Creſpula. Herba caphorę Caphorata.

47 Vnguẽtũ ad vigilãtes, caputq; à calore dolẽtes, phreniticos, & ſimpliciter ad omnẽ vigiliã, inunctũ in linteo, & frõti impoſitũ. Habet fructus mandragoræ, caphuræ, ſeminis lactucæ, ſeminis papaueris albi, ſeminis hyoſcyami, farinæ eruinæ, pſyllij, violarum[a], pinguedinis ſuis, olei nenupharini, amygdalini, ſeminis portulacæ, ceræ albæ. Hæc trita & ſubacta calefiant, vt cera diſſoluatur. Reponatur in vaſe.

[a Pinguedinis ſuis.] *Codex Nicolai legit λίπος ὕου, ſed minus rectè. Puto autẽ ſcribendũ fore, λίπους σύος: humectat enim plurimũ ſuillus adeps, adeoq; ad ſanãdas vigilias è ſiccitate natas admodũ ido*

Librarij error.

*neus eſt. Niſi quis malit legere* λεπίδος σιδήρου, *id eſt, ſquamæ ferri.*

Vnguentum ad omnem dolorem ſtomachi & ventris, 48
ad vterina mulierum mala, diſtenſiones, quartanas, comitiales, ſpinæ dolores, & renum. In quartana, ante inuaſionem inungantur ſpina & ſcapulæ. Recipit roſmarini, ſampſychi, iridis, ſerpylli, rutæ, radicis maluæ ſylueſtris, ſingul. ℥.ij. ʒ.ij. & quartã partem. Foliorũ lauri, ſaluiæ, ſabinæ, ſing. ℥.j.ß. Lauriolæ. ℥.iiij.ß. Calaminthæ. ℥.iij. Maſtiches, thuris, ſing. ʒ.iij. Pyrethri, euphorbij, ſing. ℥.ß. Zingiberis, piperis communis, ſing. exag. iiij.ß. [a] Olei moſchati, exagiũ. j.ß. Petrolei, aut pro eo olei ſanctæ Barbaræ. ℥.ß. Adipis vrſini, olei laurini, ſing. ℥.j.ß. Butyri. ℥.ij. Olei communis. ℔.ij.ß. Ceræ albæ puræ, ℔.ß. & quartã partẽ. Herbæ vnà cum radicibus proijciantur in vinum die vno, altero verò die eximantur, & in mortario probè tũdantur, dein oleo inijciantur, & illic diebus ſeptem permittãtur. Poſtea probè decoquantur, & colentur, rurſusq; bulliant, atq; imponantur butyrũ, adipes, & cera: omnibusq; liquatis, inijcito ſanctæ Barbaræ oleũ, moſcatum, & laurinum. Dein imponito thus, zingiber, piper, pyrethrum. probè trita: omnibusq; ſimul benè in mortario ſubactis tollantur, & in vaſe recondantur.

[a Olei moſchati.] *Nicolaus habet* μουσιλάτου. *Vide quæ ſupra annotatione 272. diximus.*

Dialtheę vnguentũ.

Vnguentum Dialthææ ad neruorum interciſionem, 49
lateris dolores, omnem incontinentiam & duritiem neruorum, atque reſolutos vtile. Accipit radicis maluæ ſylueſtris. ℔.j. Seminis lini, fœnogræci, ſingulorum, ℔.ß. Scillæ. ℥.iij. Radices benè tuſæ conijciantur in ℔.iij.ß. aquæ, deinde dies tres in ea ſinens ebulliant, donec ſucci craſſitudinem acquirant, & per linteum tenue colentur. Pòſt accipiatur ſucci huius ℔.j. & inijciantur ei olei ℔.ij. & rurſus bulliant, donec ſuccus abſumptus fuerit. Dein adijciatur ceræ ℔.ß. Terebinthinæ, galbani, gummi hederæ, aut eius ſucci, ſingulorum. ℥.j. Poſtremum imponatur colophonia bene trita, & reſina alba pura. Concuſſa agitataq; probè vt in lebete eliquentur, ab igne remoueto, & iuſto tempore vt refrigerentur conquaſſata in vaſe recondito.

Vnguentum laxatiuũ.

Vnguentum aluum ſoluens, ad ſtillicidiũ & difficulta- 50
tem

tem vrinæ, ac calculoſos. Capit ſucci bryoniæ, ſucci ſcillæ, ſucci cyclamini, ſucci radicis tithymali, ſucci radicis ebuli, ſucci corticis radicis ſambuci, lactucæ, tithymali parui, ſucci chamæmeli, ſing. ℥. j. Violarũ, ſucci cucumeris ſylueſtris, mercurialis, polypodij ſucci, lauriolæ ſucci, capnij, [a] berberis, lathyridis, elaterij, ſing. ℥. j. Dacrydij. ℥. ß. ʒ. j. Nucis, indicæ, euforbij, ſing. ℥. ß. Succos & herbas valde tuſas & tritas cum olei lib. j. & ß. inijce, & illic diebus ſeptẽ ſinito. Octauo autem die eouſque coquantur, quoad ſucci abſumantur. Dein adijce ceræ, albæ ĩb. ß. Fellis taurini. ℥. j. Poſtremò vnguẽtaria trita imponantur, irrigata & ſubacta reconde in vaſe.

[a Berberis.] *Nicolaus habet* βίρβιρις. *latinus autẽ codex,* Capilli *veneris.*

51 Vnguentum bonũ ad ſtillicidiũ, & difficultatẽ vrinæ, ac calculoſos. Habet caſtorij, ſcordoraſari, id eſt Aſæ fœtidæ, ſing. ℥. ß. Fœnogræci, & ſucci ſeminis lini, ſingul. ℥. iij. Olei chamæmelini, irini, butyri, ſing. ℥. ij. Zingiberis. ℥. j. Adipis anſerini, & gallini, ſing. ℥. j. ß. Camæmeli. ℥. ß. Ceræ puræ. ℥. iiij. Reſinæ terebinthinæ, ſing. ℥. j. Olei rutacei ℥. j. ß. Omnibus his calefactis & probè ſubactis, colẽ & pudenda inunge, ac fortiter frica vſque ad anum. Hoc crebrò faciendum erit.

Scordoraſarum quid.

52 Vnguentum nigrum ad vulnera, carnẽ creans, carnẽq; putridam depaſcens. Recipit olei communis ĩb. ß. ℥. iij. Ceræ puræ. ℥. ij. Colophoniæ, [a] zopiſſæ, ſagapeni, ſingul. ℥. j. Maſtiches, thuris, galbani, reſinæ terebinthinę, ſingul. ℥. ß. Oleum cum cera bulliat: & vbi probè eliquaueris, impone colophoniã, deinde picem naualẽ, ſagapenũ, terebinthinã, maſtichen, thus, & galbanũ, recondeq; in vaſe, & dato.

Vnguẽtum fuſcum.

[a Zopiſſæ.] *Nicolaus legit* γλυκομισσῆς, *ſed falſo, legendum enim erit* ζωπίσσης. *In latinis etiam codicibus ſcribitur picis naualis. Tamen ſi quis rem rectè expendat, pix naualis non eſt niſi pix liquida.* Zopiſſa *verò, reſina cum cera nauibus deraſa, vt alibi copioſius diximus*. Ideoq; *fortè quis pro* γλυκοπίσσης, *legere poſſet* ὑγροπίσσης.

Zopiſſa Nicolai codex emendatus.

Pix naualis.

53 Vnguentum album ad mala cutis à ſalſa pituita orta, [a] puſtularum eruptiones, & pruritus carnis mitigans. Accipit ceruſæ. ℥. j. Lithargyri. ℥. ß. Thuris. ʒ. j. ß.

Maſtiches.ʒ.ß. Contuſis omnibus ſimul fricato cum roſaceo oleo, donec ad ſucci craſsiciem redigantur. dein adijce lac mulıebre, & ſtillaticium roſarum liquorem purum, & iuſto tempore conquaſſato, vt ſucci craſsiciem nanciſcantur, repoſitoque in vaſe.

Error librarij indicatus.

[a Puſtularum eruptiones.] *Nicolai codex habet ψαχνίσματα minus rectè, pro ψυδρακνίσματα. Nã vt ſupra ψαχνίδας, pro ψύδρακας, ita hoc loco ψαχνίσματα pro ψυδρακνίσματα dixit. vide annotationem huius ſectionis. 52.*

Vnguentum aliud album, magis varium. Capit capita papauerum magnorũ integra quatuor. Roſarum perſicarum foliorum tantũ, foliorũ plantaginis, ſing.℥.ß. Ari ℥.j. Hęc omnia probè lota ſint. Meliloti.℥.ß. Palmularum pinguium, exemptis membranulis.xxiiij. Vuarũ paſſarũ chiarum ſine acinis.℥.ß. Fœnogræci decies loti cum feruenti aqua fluuiali. Hæc ſimul cum aqua duci bulliant, & recentium rubi foliorum.ʒ.j.& aquæ lib.j.ß. Bulliant autem donec remaneat [a] ceraſia vna parua. Poſthæc teratur cerufa hſpanica, & lauetur in cortice [b] iuglandis cum muſto calido, quoad acrimonia eius eluatur, & inijciatur ſuccus exiguus quantum vtique capere poterit, & adeps anſeris recens. vt fiat delicatum ceratum. 54

Ceraſia.

[a Ceraſia.] *Græcè eſt κεράσια. Quid verò, & quális menſura ſit Ceraſia, ſcire non poſſum. Totus hic locus in manuſcripto codice deprauatus eſt. vt hũc ſine melioris codicis ope nemo facile reſtituere queat. Ego quidem puto non κεράσια, ſed potius κεράφιον legendum eſſe, quod menſuræ genus eſt ijs qui coquinariam faciunt perfamiliare.*

Nicolai locus expenſus.

[b Iuglandis.] *Manuſcriptus codex habet καρίας. Non puto autẽ hanc lectionem eſſe legitimam: ideoq́; καρύας potius eſſe ſcribendum ſuſpicio eſt. Quanquam ne ſic quidem ſatis benè conſtare ſententiam videam. Quare hoc etiam loco ad fidem melioris codicis recurrendum erit.*

Vnguentũ ad hæmorrhoidum eminentias expertum, optimumque. Accipe aloes flauæ contritæ in polinem tenuiſsimum, & ſulphuris ignem non experti tenuiſsimè triti, ſing.℥.j. Subigantur probè cum aceto acri. & inungantur. Idque aſsiduè faciendum. 55

Vnguentũ aliud ad hæmorrhoidũ eminẽtias. Recipe colocynthidẽ aridã, & vrito, cinereq́; eius accipiẽs inſparge hæ 56

hæmorrhoidibus,prius eas cũ ſpongia fouendo:aut eluito has probè cum ſucco harũ herbarũ,folij nimirũ,roſarum, pilularũ cypariſsi,ſidiorũ,balauſtiorũ,rubi extremitatum, myrti ſylueſtris,rhois culinarij,rhois coriarij,abſinthij vini boni. Vbi bullierint ad tertias,foue aſsiduè tepido,cum ſpongia impolluta.Poſtquã foueris,ſine iuſto tẽpore, dein rurſus eluito cũ ſucco herbarũ multoties tepido:dein ſpongia abſtergito,& inungito roſaceum:poſthæc inſperge cinerem colocinthidis.

57 Vnguentũ ad lumbricos.Habet aloes flauæ,lithargyri, ſandarachæ,hydrargyri,ſpecies, hoc eſt tartari, ſulphuris ignem nõ experti,maſtiches,thuris,cumini,adipis galinæ, anſeris,aceti acris,olei communis,ſucci lapathi.

58 Vnguentum aliud ad lumbricos,admodũ expertũ.Recipit tartari,nitri,ſandarachæ,aloes,veratri albi,& nigri,iridis,fumi terræ,hoc eſt capnij,ſulphuris ignẽ non experti, cuminj toſti,æris vſti,[a] fulginis foci puræ,ſing.℥.ß.Lithargyri,[b] pilæ marinæ vſtæ,quæ reperitur in mari rotũda, vt lana congeſta:ſtactes,corticis ligni fraxinij:calcis viuę,ſin. exag.j·ß.oculorum ranæ terreſtris,adipis porcini, ſing.℥. j.Olei nucum.℥.ß. Olei communis ℥.iij. Lapathi magni. ℥.ij.Fellis bubuli.℥.j.ß.

[a Fuliginis,&c.] *Græcè legitur,* κάπνου τις ἴσιας καθαροῦ*:quanquam* ἰδίας *in manuſcripto codice ſcriptũ ſit.* κάπνου *verò pro* ἀσβολῆς *dixit, nempe efficiens pro effectu.Neque enim fumũ vncijs aut alijs ponderibus metiri licet.* Neceſſe *itaque eſt vt intelligamus per* κάπνον *fuliginem à fumo factam,& foci parietibus adhærentem.Si* ἰδίας *rectè ſcriptum eſt,qui ſignificet planè ignoro.legendum itaque* ἴσιας,*aut* ἴσιας *erit.* [b Pilæ marinæ.] *Nicolai codex habet* πάλι μαρίναι. Et *in hodiernũ vſq; diẽ deprauata voce ballam marinã vocant,quum tamen dicendũ eſſet* Pila *marina:ſic enim vocat* Galenus *lib.1 de* Compoſ.*medic.localiũ,cap.2.inquiens,* σφαῖραν θαλασσίαν κικαυμένην.*vt hinc etiam euidentiſsimũ fiat,* Nicolaũ *ſæpe barbaris vocibus,quod iam centies ferè monuimus,vſum fuiſſe.* Pulchrè *autem* Nicolaus *pilã ſeu ſphærã marinã deſcribit,dicens:*Inuenitur *in mari rotunda,vt lana cõgeſta.*Nam *ex maris ſpuma ad litora colliſa, ex cuiuſdã herbæ minutiſsimis feſtucis ſeu pilis fit,quæ ad litus detruſæ, ob motũ ex fluctu collidente in gyrũ & pilæ formã tranſeunt,vt alibi,nempe altero noſtrorũ de* Stirp.*hiſt.cõmentariorũ tomo,fuſius di-*

Nicolai obſcurus explicatus.

Pila marina.

 *ximus:*

*ximus, vbi & picturā, & vniuerſam eius hiſtoriā ſtudioſi offendent.* Nōnulla *etiam in lib.* 1. *de cōpoſ. med. de hac pila annotauimus.*

Vnguētū ad lūbricos in ſtomacho exiſtētes, & ſurſum repētes ad fauces, & nares, naribus & vertici capitis inunctum. Accipit [a] ſalis ſtypſis vocati vſti, ſulphuris ignē nō expertí, ſin. ℥. ij. Salis ammoniaci. ʒ. j. Aeris vſti, & triti floris, lapidis reperti in antiquis parietibus, pilæ marinæ, quā dicunt maris lanā rotūdā, vſtę, ſtactes, corticis ligni fraxini, ſin. ʒ. iij. Myrrhæ, aloes flauæ, ſing. ʒ. ij. Ranę terreſtris dictæ oculorum, fuliginis foci, ſing. ʒ. j. ß. commixtis omnibus ſimul cum oleo & adipe ſuis, & lapathi ſucco quantum ſufficit, paratum repone in vaſe. 59

Pila marina.

[a Salis ſtypſis vocati.] *Nicolaus ſimpliciter habet* στύψιν κικαυμένην. *Vocare autē* στύψιν Nicolaū *ſalis genus, ex ſequentibus palàm fit. Quale tamen hoc ſit genus, certò explicare non poſſum.* Fortè *ſciſsile intelligit, quod* σχιστὸν *Græci appellant, adeoq; legendum erit* σχιστοῦ κικαυμένου.

Vnguentū ſimile ad lumbricos. Capit gūmi ceraſiæ nigræ, hoc eſt ceraſia nigra producentis. ℥. ij. Liquoris ficus. ℥. ß. Gūmi & liquor ebulliāt in aceto dolo carēte, quoad gummi diſſoluatur: dein cola, & decoque ad mellis craſsitudinem, & irrigans [a] ſtupa, deinceps inſparge vmbilico & faucibus. 60

Librarij lapſus.

[a Stupa.] M*anuſcriptus codex legit* στιχίω, *pro* στυπίω, *vel* στυππίῳ.

Vngueutū Alabaſtron, quo Maria Dominū inunxit, cōferens ad mala vterina, & nephritica, & locos contuſos, gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti. Habet ſabinæ viridis, ℥. ij. ß. Cypariſsi pilularū. ʒ. ij. ß. Roſmarini viridis, ſaluię, foliorū hederæ terreſtris, millefolij, artemiſię, herbę [a] Benedictę nominatę viridis, fœnogræci, lini ſeminis, ſin. ℥. ij. ß. Omnia ſimul in mortario tuſa, iniice aquæ lib. xij. & concoque. Dein adijce olei, lib. ij. ß. & iterū ebulliant, donec vniuerſa aqua abſumatur. Colētur, rurſusq; bulliāt: & adijce ceræ, colophoniæ, terebinthinæ, galbani, [b] gūmi hederę, picis hiſpanicę, reſinę, thuris, maſtiches, ſin. ℥. ij. ß. Styracis calamitis, thymiamatis, ſpicę, ſin. lb. ß. olei balſamini ℥. j. ß. 61

Vnguētum Alabaſtron.

Benedicta herba.

[a Benedictę.] *Nicolaus habet*, βοτάνης μπινιδίτας ὀνομαζομένης. *Vt videas* Nicolaū *etiā hodie tritis herbarū vocibus vſum eſſe. Benedictā enim herbā appellāt in hodiernū diem, quā alio nomine* Caryo

*phyl*

*phillatã dicunt.* [ b Gummi hederæ.] *Nicolaus habet corruptè ad modum* γουμίδιερι, *pro* γόυμμι ἴδιερι. *Vocant autẽ in hodiernum vſq; diẽ officinæ Gummi hederæ, rẽ nullius momẽti, qua pro lachryma hederæ vtuntur, vt in lib. de Cõpoſ. medic. primo fuſius monſtrauimus.* Gummi hederæ.

62 Vnguentũ Praſium ad plagas putrefactas, malignã carnem demoliẽs, & carnẽ ſanã reddens, præclarũ & vtile. Recipit olei cõmunis. ℥.ß.ʒ.iij. Adipis anatis, hirundinis, coaguli lactis, camæmeli, libyſtici, [a]centri gallinæ, ſaluiæ, ſin. ℥.ß. Ceræ puræ, reſinæ terebinthinæ, ſin. ʒ.iij. Berderami, hoc eſt iari. ʒ.j.ß. Maſtiches, thuris, ſingul. ʒ.ß.℈.j.gra.v. Herbæ contundãtur, & miſceãtur cũ adipe & oleo, dimittãturq; diebus ſeptem. Die octauo bulliãt, & per ſaccũ tranſmittantur: inijciantur cera, maſtiche, thus, terebinthina, & poſtremum iarum. Berderamon qd

[ a Centri gallinæ.] *Nicolaus deprauatè dixit* τζιντεγαλλι, *pro* κίντρον γαλλίνι. *Eſt autem Centrum gallinæ officinis ea herba, quã alio nomine Gallitricum ſylueſtre vocant. Vulgus ſaluiam ſylueſtrẽ, Græci orminum ſylueſtre nominant.* Centrũ gallinæ.

63 Vnguentũ ad aurium dolorẽ mirabile. Accipit radicis maluæ ſylueſtris, phu, mei, ſing. ℥.iij. Ariſtolochiæ longæ, & rotũdæ, helenij, hyſſopi, pulegij artemiſiæ, pentaphylli, rutæ, acori, lauri, herbæ venti, roſmarini, chamædryos, ſaxifragi, zingiberis, aſparagi, & ruſci radicis, ac fœniculi, ſin. ℥.iij. Seminis apij, iridis, libyſtici, granorũ ſolis, petroſelini, ſeſelis, cardamomi, anethi, baccarũ lauri, iuniperi, lapathi, ſing. exag. iij. ℈.j.gra.ij. Seminis citri, ocimi, ſinapi, euphorbij, ſing. ℥.j. Adipis vrſini, & vulpini, olei laurini, petrolei, vel olei ſanctæ Barbaræ, ſing. ℥.ß. Floris iunci odorati, coſti, pyrethri, thuris, maſtiches, myrrhæ, ſing. exa. j.ß. [a]Muſini olei. ℥.ß. Olei cõmunis, & ceræ, quod ſatis eſt.

[ a Muſini. ] *Codex Nicolai habet* μουσίνου ἐλαίου, *haud dubiè pro* σουσίνου. *Niſi quis* μουσίλατον *intelligere malit, de quo ſuprà ſatis eſt dictum.* Librarij erratum

64 Vnguentũ lieni cõferẽs mirabile, ex cyclamino. Cape cyclaminũ, & excauato interiora eius, dein folia & radicẽ capparis, & radicẽ filicis, æqualẽ vtriuſq; portionẽ, tundens in mortario. deinde cũ ipſis inijce oleum commune ac butyrum: ſubactisq; his vt in ſucci craſsitudinẽ redigãtur, inijce in cauitatem cyceamini, ac [a]cooperiens ſine vt in calido

cine

cinere bulliant. Dein amoueto ab igne, & colato per linteũ ſubtile, reconditoq́; in vaſe, & vtere.

[ a Cooperiens. ] *Manuſcriptus codex legit* ὀχώσας, *ſed minus rectè. Scribendum enim erat* πωμάσας. *Vel certè* ὀπτήσας, *vel* ὀκήσας, *hoc eſt, aſſando & conquendo, vel ſenſim mouendo. Sed prior lectio videtur eſſe melior.*

Vnguentum lieni conducẽs[a] Maiſtromelani nobile. Ha 65
bet radicis filicis, & bryoniæ, ſing. ℥. j. Brancæ vrſinæ, cyclamini, myrices, [b]chelidonij, hoc eſt capnij, iuniperi, radicis maluæ agreſtis, ſcolopendrij, marrubij, caricarum, ſampſychi, abſinthij, ſcillæ, chamædryos, chamæpityos, foliorũ ſalicis, radicis dracunculi, ſingul. ℥. j. His probè tuſis affunde olei quantum herbis ſatis eſt, & modicum aceti, ac ſubactis permitte ſimul macerari diebus tribus. Deinde bulliãt, & per linteum ſubtile colentur, & adijciantur terebinthinę radicis capparis benè tritæ, bdellij, fœnogræci, thuris, ſing. ℥. ij. Aloes flauę, colophoniæ. ſing. ℥. iij. Ammoniaci, galbani, dialtheæ, adipis gallinæ, anatis, vulturis, vrſi, & anſeris, ſing. ℥. iij. Omnia ſimul ſubigantur, & bulliãt, perq́ue ſubtile linteum colentur & recondantur in vaſe.

[ a Maiſtromelani. ] *Nicolaus habet* μαιστρομαλλένου. *Corruptam autem eſſe hanc dictionem, ſatis conſtat. Alibi dicit* μαῖστροῤούσιου. *Primum nigrum, alterum rubeum aliquid portendit. Nam* ῥούσιου *ſæpe pro* ῥούβιου *in Nicolai codice ſcriptum eſt. Certum autem eſt* μαΐστρου *vocem alibi illi idem quod nobis magiſtri ſignificare. Quũ itaque quid hæ voces ſignificarent, non ſatis intelligerem, placuit integras in cotextu relinquere. Poteſt tamen pro illis reponi, magiſtri nigri & rubei. Aetius etiam lib. 13. cap. 126. Magiſtriani cuiuſdam meminit, vt fortè pro Maiſtromelani ſit legendum. Magiſtriani.*

[ b Chelidonij. ] *Hic locus monſtrat. Nicolao Capnion etiam eſſe dictum Chelidonium.*

Vnguentum lienoſis efficax. Accipit ſucci cyclamini, 66
butyri, dialtheæ, olei laurini, chamæmelini, roſacei, anethini, & vnguenti magni Marciati, ſing. ℥. j.

Vnguentum ad maliciam ac rubedinẽ faciei, ita vt ſa- 67
net carnem, & candidam faciat. Capit ſulphuris ignem non experti. ℥. j. Thuris, myrrhæ, maſtiches, caphuræ, ſing. exag. j. Hæc trita, & per denſum linteum tranſmiſſa, miſceãtur cum ſtillaticio roſarum liquore, in que vnguenti formã

red

redigantur, & reponantur. Prodeſt etiam ad ſuperuacuæ carnis generationem, & totius corporis rubedinem.

68 Vnguentum ſimile, nobile. Habet ſulphuris ignem non experti, ceruſæ, thuris puri, caphuræ, maſtiches. Trita hęc omnia, & per lintheum ſubtile tranſmiſſa, irrigentur cum roſaceo & ſtillaticio roſarũ liquore ſufficicienti, & ſubigãtur donec albeſcant.

69 Vnguẽtũ ad palpebras nõ habẽtes pilos, & ad faciei rubedinẽ mirabile. Recipit aloes flauæ, ſucci lycij, caphuræ athutię ſin. ℥.ij. Ceruſę. ℥.iiij. Tritis his & leuigatis adijce adipẽ porcinũ recẽtem, & vinum bonum purum quod ſufficit.

[a Thutię.] *Nicolaus habet τουσίας. Vt hinc iterũ perſpicere liceat omnibus, Nicolaũ barbaris & hodie vſitatis crebrò vſũ fuiſſe vocibus.* Thutia.

70 Vnguentum ad reſolutos, arthriticos, podagricos biliosos, tremẽtes & ad omnẽ neruorũ & articulorũ incontinentiã. Capit ſabinę, ſaluię, calaminthæ, pulegij, rutæ, chamęmeli, ſcillę, peucedani abſinthij, iridis, acori, hyſſopi, anethi, lauri foliorũ, ſambuci florũ, radicis maluæ ſylueſtris, mentæ ſylueſtris, roſmarini, betonicæ, marrubij, abrotoni, ariſtolochiæ rotundæ foliorũ, helenij, ſerpilli, ariſtolochiæ lõgę foliorũ & radicis, artemiſię, ſin. ℥.ij. Hęc tuſa coniice in vinũ bonũ diebus tribus dein ebulliãt & colẽtur, herbęq; proijciãtur. Vino autẽ admiſceãtur olei lb.ix. & coquãtur benè. Poſtea inijce ſeminis lini farinæ, lb.j. Cumini triti. ℥. iij. Fœnogræci, lb. ß. Hęc ſubacta cum oleo & vino ſine die vno. Dein decoquãtur, & adijciantur adipis bubuli, lb.ij. Adipis ouilli lb.j. Adipis anſeris, anatis. & gallinæ, ſing. ℥. iij. Adipis vrſini, lb. j. ß. Diſſolutis omnibus ſine horã vnã. Dein adijce ammoniaci, galbani, ſin. ℥.ij. Terebinthinę, gũmi hederę, ſin. ℥.iij. Ceræ puræ, lb. j. Omnibus per ignẽ irrigatis, & ſubactis, tandẽ remoueto: & adijciatur caſtorij boni triti & iridis. ſin. ℥.ij. ſubacta iuſto tempore reponãtur.

71 Vnguentũ ad ſuppuratos, tabidos, tuſsiẽtes pectori inũctum. Habet ſucci ſeminis lini & fœnogræci, ſin. ℥.j. Adipis gallinæ, anſeris, butyri, ſin. ℥. j. ß. Styracis calamitis. ℥. j. ß. Olei violacei, quod ſatis eſt.

72 Vnguentum valdè vtile ad pleuriticos, ſuppuratos, & tuſsientes. Recipit ſucci fœnogræci, ſeminis lini, ſingul. ℥.ij. Adipis anſeris, gallinæ, anatis, bubuli, & medullæ oſsis

oſsis eiuſdem, butyri, ſin. ℥. iij. Olei chamæmelini. ℥ ij. Olei
rutacei, œſypi, olei violacei, ſingulorum. ℥. iiij. Ceræ. ℥. ij.

Vnguentum acopon, ſiue Paſma, hoc eſt, inſperſile me- 73
dicamentum in balneo. Capit ſampſychi. ʒ. v. Piperis com-
munis, lauri, pyrethri, ellebori albi, ſing. ʒ. j. Trita & [a]cri-
brata dato.

[ a Cribrata.] *Manuſcriptus codex legit δήσας, pro σήσας*

Vnguentum aliud acopon, Heracles nominatũ. Valde 74
calefacit, facitq; ad iſchiadicos, & omnem reſolutionem.
diuturnas refrigerationes, & ſtupefacta, omnẽ neruorũ cõ
ſenſũ, difficileq; corporis motũ. Valet etiã vbi aliquid calefa
cere, aut à ꝓfũdo xtrahere & diſcutere, atq; ex alto corporũ
fluxiões euocare, ac [a]meatus immutare conaris. Habet ſuc
ci thapſię. ℥. ß. Euphorbij. exa. j. ß. Pyrethri, piperis, ſing. ℥.
ß. Cãtharidum. ℥. iij. Cãchryos. galbani, opopanacis, adar
ces, ſing ℥. iij. Carpobalſami. ℈. iij. Caſtorij, iridis, ſtaphi-
dis agreſtis, ſing. ℥. ß. Coſti, caryophylli, ſing. ℥. iij. Spicæ
nardi. ℈. j. ß. Cardamomi. ℥. iij. Sampſychi, ammoniaci, ſty
racis, ſin. ℥. ß. Maſtiches. ℈. iij. Medullæ ceruinę, therebĩthi
næ, ſingul. ℥. ß. Oeſypi. ℥. j. ß. Olei laurini, & nardini, ſing.
℥. ij. Ceræ. ℥. ß. ʒ. ij. Opobalſami. ℥. ß. Olei anethini, & olei
communis veteris ſingulorum. ℥. vj.

[ a Meatus immutare.] *Græcè eſt μετασυγκρῖναι. Eſt autem μετασυγκρῖναι, ex alto euocare, & transferre, adeoq; meatus immutare.*

Vnguentum ad lienem admodum bonum. Recipit am- 75
moniaci, galbani, maſtiches, thuris, ladani, zopiſſæ, ceræ,
ſin. ℥. j. Adipis, quẽ volueris. Accipe autẽ prius capparis &
ſalicis folia, ramos tamaricis, & corticis fraxini decoq;, cum
oleo & aceto ad tertias, colato, & herbas abijcito. Oleum
verò cum ſupradictis ſpeciebus decoque probè ad conſiſten
tiam. Amoto ab igne, adijce vnguenti marciati, grypæ,
ſingulorum. ℥. j. Dialtheæ. ℥. ß. Probè mota repone.

Vnguentũ neruos relaxans, valde bonum. Accipit myr- 76
rhę, bdelli galbani, ammoniaci, aloes, opopanacis, maſtiches
butyri ſingulorum. ℔. ß. Euphorbij. ℥. iiij. Olei cyprini,
nardini, gleucini, ſingulorum, ℔. ß. Reſinę, ℔. j. ß. Terebin
thinæ, ℔. j. Ceræ, ℔. iiij. Colophoniæ, adipis porcini, ſing.
℔. j. ß. Adipis vrſini, ℔. j. Adipis tauri, ℔. iij. Medullæ cer

uinæ

uinæ, olei laurini veteris olei è tæda, olei ſeminis lini, lb.j.ß. Olei rutacei, bituminis ſingulorum. lb.ß. Olei communis, lb.iiij.

77 Vnguentum neruos relaxans, & emolliens, à Petro confectum. Prodeſt ad tenſiones neruorum, & omnem refrigerationem ac dolorem, & in quacunq; corporis parte fiat. Ad podagricos, arthriticos, iſchiadicos, & colicos, expertũ. Capit [a] olei fœnogræci, lb.ß.

[ a Olei fœnogræci, &c.] *Reliqua, hoc eſt verſus propemodum quatuor, in manuſcripto codice deſiderantur, quos reſtituere nobis integrum non fuit.*

78 Vnguentum nutriens, ad carnis in plaga generationẽ vtile. Habet myrrhæ, thuris, reſinæ, maſtiches, ariſtolochię, ceruſæ, melle excepta illine. Si verò volueris implere carne, reſinã aridã inſperge prius tritam, dein impone hoc inſtar emplaſtri.

79 Abſceſſum ſi vis confeſtim ſedare, impone polygonon herbã cõtuſam, & illine deſuper, & aut rũpit, aut diſpergit.

80 Vnguentum perſicum expertum, purgans omne vulnus, & generans carnẽ, maximè vbi à gladio plaga inflicta fuerit. Recipit ſarcocollæ, ſanguinis draconis, picis, therebintinhæ, galbani, cerę [a] fuluæ, lithargyri, adipis [b] hircini, bituminis, olei omphacini. Hęc leuigata conijce in vas cũ oleo ſine lithargyro, & adipe hircino, quæ poſtremò adijcito. Poſtquã verò decocta fuerint & mediocriter refrigerata admiſce. [c] Moueto quoq; ollã ipſã donec perfectè cõereſcat vnguentũ. Si verò poſt alia inieceris, abũdè aridũ fit vnguẽtũ.

[ a Ceræ fuluæ.] *Codex Nicolai legit* κηροῦ πυῤῥοῦ. *Sed fortè legendum erit* καθαροῦ. [ b Hircini. *Manuſcriptus codex habet* ταυρίου, *ſed perperam, ſcribendum enim eſt* τραγίου, *vt ex ſequentibus patet. Nã ſtatim ſcribitur,* καὶ τῶν τραγίου σίατος. [ c Moueto.] *Nicolaus habet* κινιθρωκῖνον. *Quid verò ſit* κινιθρωκίνη, *ſcire nõ poſſũ Quare corruptam eſſe lectionẽ puto, legendũq;* καὶ κίνει τὸ ἀντράκιον.

81 Vnguentum præclarum Patrocli Cæſaris, demoliens vniuerſum affectum. Vtendum eo quotidie manè & ante balneũ, acipiẽdo de eo quod ſatis eſt, & diſſoluẽdo inungẽdoq; pedes, & affricãdo citra moleſtiã. Accipit thuris. ℥.v. Piperis albi. ℥.v. Aphonitri. ℥ iiij. Myrr. ℥.ij. Ammoniaci thymiamatis. ℥.iij. Arida tũdito, & cribrato tenui cribro, reliqua

aceto

aceto diſſolue & ſubigito, omniaq; ſimul cōmiſce. Poſtquam ſubegeris inijce oleū cyprinū, & ſubacta accipe, & ijs vtere.

Vnguentū ad iecoris obſtructionē & duritiā probatū: 82 cōfert ad frigidos affectus, tollit obſtructionē à frigidis & & lentis crudisq; humoribus factam. Capit iridis, cinamomi, ſpicæ, caryophylli, abſinthij, roſarū, ſantali rubei, ſpodij cancrorū fluuialiū, olei chamæmelini, & roſacei, ac[a] ceræ, quod ſatis eſt. Decoquātur primū cancri cū oleis, donec omnino in cinerē vertātur, dein, colentur, & inijciātur reliquę ſpecies in oleum, ferue factæ ſufficienter colentur, dein imponatur ceræ quantum oportet. Paratum recondc in vaſe.

[ a Ceræ.] *Nicolai codex habet* κηρίου, *hoc eſt faui. Sed cenſeo legendum* κηρου.

Vnguentum ad eos qui elephantia laborāt, valde bo- 83 num. Habet ſaluiæ, corticis radicis capparis, fœnogræci, cicerum nigrorum farinæ, cumini farinæ, ſordis balneorum. Hæc cum roſaceo oleo ſubacta inunge.

Vnguentum aliud ſimile. Recipit ſordis balneorū, cimo 84 liæ, olei roſacei, polentæ, alborum oui. Hæc cum ſtillaticio roſarum liquore bono parata inunge.

Vnguentū aliud ſimile. Accipit, meliſſophylli, polentæ, 85 adipis gallinæ, violarū, cimoliæ, roſarum optimarū. Hæc trita in ſubtiliſsimū pollinē, irrigato cum bono ſtillaticio roſarum liquore, & oui albo, atque inunge.

Vnguentum lieni accommodatū, valde bonū, Cape ſum 86 mitates ſparti, tundito & cōquaſſato, atq; accipe ſucci, ℥. ß. Succi cyclamini, ſucci radicis aſpodeli, ſingulorum ℥. ij. radicis pœniæ radicis aſparagi, chamæleucæ, chamædaphnes, capparis, & tamaricis corticum radicis, ſimiliter corticum fœniculi, apij, & [a] limaturæ ligni. Hæc coquātur cum aceto & aqua, donec dimidia pars relinquatur: & accipiatur ſuccus cyclamini, & radicis aſphodeli, atque cū priori decocto irrigentur, & imponantur in ollam. Adijce adipem gallinæ, & anſeris, butyri recentis. Bulliat probè donec vniuerſa humiditas ſuccorum abſumatur. Dein admiſceatur vnguentorū grypę & marciati, ſing. ℥. j. & vtere.

Limatura ligni. [ a Limaturę ligni.] *Græcè eſt* κουφοξυλίας: *quam quidem dictionem aliter interpretari non poſſum, niſi pro tenuibus ac leuibus aſſulis è ligno lima aut dolabra detractis.*

Vng

87 Vnguētū ad lienis obſtructionē mirabile. Habet foliorum ſalicis, ramorū tamaricis, radicis capparis. Tundantur hæc tenuiter, & ferueant cū oleo & aceto ad tertias, dein colentur. In oleum conijciantur ammoniaci, galbani, maſtiches, ladani, terebinthinæ, ſingulorum. ℥.j. Ceræ. ℥.ij. Vbi ſatis ebullierint, tollātur ab igne, & admiſceatur marciati, grypæ, dialtheæ, ſingulorū. ℥.j. [a] Farinæ tenuiter tritæ. ℥.ß. Olei laurini & butyri.

[a Farinæ tenuiter tritæ.] *Græcus Nicolai manuſcriptus codex legit*, ἀλεύρου βρίζας ψιλοῦ. *Sed videtur locus eſſe corruptus.* Nos *ſenſum potius quàm verba ſpectātes cōuertimus, farinæ tenuiter tritæ.*

88 Vnguentum nominatū Diaſaponiū, ad eos qui elephātia correpti ſunt. Recipit ſaponis cōmunis, lib.j. Eius quæ primas obtinet, lb.j. ℥.iij. Hæc mixta cōcutiātur, quoad alba reddātur. Hoc crebrò accipe, & inūge tales: poſtea cum ſucco lupinorū ablue, idq; ſpōgia pura, & ſine vt dormiant. Vinum verò ſemper exhibe cum aqua in qua ſena, epithymum, polypodium, & damaſcena communia incocta ſint.

89 Vnguētū ſimile, valde bonū. Accipit butyri veteris, arſenici, reſinæ terebinthinæ, ꝓpolis, ſin. ℥.ß. Vitri [a] maſſæ cādidæ, ſulphuris viui albi, thuris, lithargyri, maſtiches, thymiamatis, ſing. exag.j.ß. Pinguedinis bouis veteris, medullæ ceruinæ, ſing. ℥.ij. Ceruſſæ bonæ. ʒ.ij. Olei roſacei, & amygdalarum amararum, ſingul. ℥.j ß. Succi calaminthes montanæ, ſucci radicis dracontij, fracturæ ipſius. ℥.j. Aceti primi dolo vacantis quod ſufficit, ceræ albæ quod ſatis eſt. Inunge tumores in balneo.

[a Maſſæ candidæ.] *Codex Nicolai habet*, ὑαλίου δοραχῆς λευκῆς. *Nullo planè ſenſu. neque enim quid ſit* δοραχῆ, *conſtat. Quare quum Plinius lib. 36. cap. 26. maſſæ vitri cādidi mētionem faciat, de ea fortè & hoc loco Nicolaus locutus eſſe videri poteſt, Certi tamen nihil affirmamus.* Nicolai locus obſcurus.

90 Ad linguā hominis nō potentē loqui præ imbecillitate, aut è quauis alia ratione. Cape caſtoriū & theriacā, ac contere vtraque, & vacantibus febre cū modico vino, febricitantibus autem cū aqua illine interiorem partem linguæ, aut vniuerſam. Dein accipe theriacæ bonæ, & caſtorij, ſingul. ſiliq.j. Suppone linguæ, gratiaq; Dei miraberis.

91 Vnguentū ad ſcabiē, admodū bonū. Accipe [a] plūbi cumu-

lum,quo [b] Gaſtrades vtuntur,& tere in pila, ac commiſce illi modicū olei,& aceti acris, & contere iuſto tempore vt fiat aquoſum,ac in ſuccum vertatur.Dein adijce illi argēti viui quod ſatis eſt,& ſæpius tere vt argentum viuum diſſoluatur:dein reconde in vaſe,& inunge manè ac veſperi.

Plumbi cumulū.

[a Plumbi cumulū.] *Manuſcriptus codex legit corruptè μολιβδοχωμα,mea ſentētia,pro μολίβδου χῶμα.Nā terræ ſeu lapidū cumulum,plumbū in ſe continentē* Nicolaus *intelligere videtur, quū plumbum ad* vlcera *& ſcabiem ſanandam idoneum admodum ſit medicamentum.* [b Gaſtrades.] *Græcus codex habet γαςράδις,quid verò hæc dictio* Nicolao *denotet,nondum intelligo.*

Vnguentū valde laudatū,regibus & pręfectis, cōferens 92
ad podagrā à calido & ſicco,frigido & humido natā, & ad omnē neruorum imbecillitatē,morbūq; corporis. Vocatur autē à latinis [a] Gutta,& eſt gratia Dei vtile. Recipe corticē radicis maluæ ſylueſtris,decoque in aqua ad cōſiſtentiā,cōtunde in mortario ad ſucci formā. Dein accipe ex ipſis.ʒ. vj.& ex ſucco decocto cū maluis.ʒ.vj.Radicis brancæ vrſinæ manualē faſciculū vnum, [b] farinæ fœnogræci,& ſeminis lini,ſing.ʒ.iiij.Seminū cucumeris,ſeminis maluæ,ſing. ʒ.iij.Cotoneorū ſeminis.ʒ.j.Hæc cōtuſa cōcoque in aqua ad cōſiſtentiam dimidiatæ aquæ,& ſine cōſiſtere in lebete diebus duobus,& totidem noctibus. Dein colato per linteū tenue,& acceptis è ſucco lb̄.iiij.impōnito lebeti,poſtea prædictarum maluarū radicū.ʒ.vj.& ſucci earundē. ʒ.vj. in lebetē cōijcito,& cōquaſſatis probè, ſine ibidē iuſto tempore,dein accipe tragacāthæ tenuiter tritæ.ʒ.v.Olei violacei,lb̄.ij.Adipis gallinæ,anſeris,& anatis.ſing.ʒ.ij. Adipis vrſini,& porcini,& quoſcunq; inueneris adipes citra ſalem, ſingulorum.ʒ.iij. Medullæ oſsis aſini.ʒ.ij.ß. Adipis cati.ʒ.ij.Butyri recentis.ʒ.iij.Hæc omnia bulliant probè cum prædictis ad conſiſtentiam. Dein accipe ceræ puræ.ʒ. iiij.conquaſſato legitimo tempore,donec diſſoluatur cera. reconde in vaſe,ac vtere.

[a Gutta.] *Nicolaus corruptè legit γᾶτα pro γοῦτλα.* [b Fœnogræci.] *Manuſcriptus codex habet μοσχοσιτάρου,Sic autē appellare videtur* Fœnū *græcū,quod eius granis ac ſemine, vituli ac boues paſcātur,vt ſit μοσχοσίταρον idem quod boum pabulū. Quæ quidem appellatio pulchrè fœnogræco quadrat, vt quod à Columella lib.*

*lib. 2. cap. 11. inter pabula iumentorum connumeretur.*

93 Vnguentum curatoriũ, vocatum Droſeron. Capit olei violacei, roſacei, nenupharini, ſing. ℥. ß. Terræ cimoliæ puræ, ceruſſæ, ſingul. ℥. j. Caphuræ. ʒ. ß. Lithargyri. ℥. ß. Betonicæ. ʒ. j. Thuris albi, & maſtiches, ſingulorũ. ʒ. ij. Succi ptiſanæ, pſyllij, ſingulorum. ℥. j. Adipis recentis anſeris, gallinæ, & ſuis, ſing. ℥. j. ß. Amianti. ʒ. j. [a] Sarcocollæ. ʒ. ij. Aloes flauæ, exagia. j. Ceræ puræ quod ſatis eſt.

[a Sarcocollæ.] *Nicolaus habet* ἀντζαροῦτ. *Significat autem illi vox barbara* ἀντζαροῦτ *nihil aliud, quàm Sarcocollam: ita enim in interpretatione quorundam vocabulorum* Nicolai *ſcribitur,* ἀνζαρουτ, σαρκόκολλα. Sarcocolla.

94 Vnguentum ſimile, vocatũ etiã Droſeron. Habet amianti, ſarcocollæ, caphuræ, vitri albi, thuris puri, maſtiches, cimoliæ puræ, lotæ cum aqua roſmarini. Hæc trita irrigentur cum roſarum liquore ſtillaticio puro, roſaceo, & lithargyro, & conquaſſata iuſto tempore ſine, ijsq. vtere.

95 Vnguentũ ſimile, nominatũ & ipſum Droſeron. Accipe folia [a] cholococeæ & [b] rhodaceneæ. lauato primum cum aqua, dein cõtundito & colato per tenue linteũ. dein accipe ceruſſæ, amianti, ſarcocollæ, cimoliæ puræ, & aloes flauæ, quod ſatis eſt. Hæc trita & cribrata irrigato cum ſuperiore ſucco, & ſubacta probè reponantur ad vſum.

[a Colococeæ.] *Manuſcriptus codex habet* χολοκοκάιας. *Quã ſanè vocẽ corruptã eſſe iudico, & pro ea ſcribendum eſſe* κολοκασίας. *Sic enim Aegyptiã fabam, Dioſcoride lib. 2. cap. 96. teſte, appellãt.* Colocaſia.

[b Rhodaceneæ.] *Græcè etiam legitur* καὶ ῥοδακινίας. *Per Rhodaceneam autem non intelligit niſi perſicam malum. Hanc enim nominatam eſſe Rhodaceneam, teſtatur Aetius lib. 1. vbi apertè Rhodacenon perſicæ mali fructum appellari ſcribit.* Rhodacenea.

96 Vnguentũ ad omnimodam ſcabiẽ carnis ex melancholico humore factã, & ſalſa putrefacta pituita, admodũ vtile. Et vocatur ex lithargyro, purgat melancholicũ humorem per vrinam. Recipit ſalis cõmunis puri. ʒ. viij. Adipis ſuilli puri. ʒ. v. Thuris puri ʒ. ij. ß. Lithargyri. ʒ. iij. Succi quinquenerniæ. ʒ. iiij. Olej laurini, ʒ. iij. Succi chelidonij, hoc eſt capnij. ʒ. ij. ß. Trita hæc ſimul & irrigata tenui igne calefacito, & adijce ceræ albæ, exagium. j. formeturq; vnguentum, quo inungito plantas manuum & pedum prope

lenem ignem, & frica fortiter iuſto tempore, ac vtere.

Vnguentum ad ſcabiem, vt præcedens, mirabilæ. Accipit terebinthinæ. ℥.ß.[a] Argenti vini, exag.ij. Lutea ouorum.iiij. Plumbi cumuli. ℥.ß. Farinæ eruinæ, exag.ij. Subactis his omnibus fac vnguentum, inunge corpus validè, bis & ter per diem. 97

[a Argenti viui.] *Nicolaus hic & ſæpe alias τρίχοῤ, id eſt currens, habet. Per hanc autem vocem argentum viuum intelligit, non alia ſanè de cauſa, quàm quòd hinc inde currat, & moueatur, nec ſtabile maneat.*

Vnguentũ ſimile, mirabile. Radicem inulæ benè lotã, poſtea in mortario tuſam, decoquito in aqua ad conſiſtentiã, dein colato: eandemq; radicem benè tunde, & admiſce adipis ſuilli puri, & argenti vini quantũ oportet, & tere fortiter, vt fiat vnguentum album, inungeq; aſsiduè carnes. 98

FINIS.

## INDEX CONFECTIONVM APOmelitis, & apophlegmatiſmorum.


*Apomelitis confectio admodum bona.* 1
*Apomelitis altera confectio, vt præcedens.* 2
*Apomelitis confectio ex Philagrio.* 3
*Apytis vini confectio, admodum bona.* 4
*Catapotiũ ſitim reſtinguẽs, ad febricitãtes ac multo potu indigẽtes.* 5
*Apophlegmatiſmus vernus pituitam in capite, & humores in ſtomacho attrahens.* 6
*Apophlegmatiſmus æſtiuus, bonus.* 7
*Apophlegmatiſmus autumnalis.* 8
*Apophlegmatiſmus hyemalis.* 9
*Apophlegmatiſmus oculos purgans ab omni lippitudine, & hebetudine.* 10
*Apophlegmatiſmus caput & oculos purgans.* 11
*Apophlegmatiſmus ſimilis, admodum bonus.* 12
*Apophlegmatiſmus omnibus magis varius.* 13
*Apophlegmatiſmus ſimilis admodum laudatus.* 14


# NICOLAI MYREPSI

## ALEXANDRINI DE APOMELITE & apophlegmatiſmis, Sectio quarta.

Apom

1 APOMELITIS confectio, admodum bona. Accipe mellei faui, habentis mel tenuiſsimum, exprime, eiusque mellis expreſsi accipe exag. j. ß. Aquæ fontanę, ſextarios. iiij. ß. Deinde fauos ablutos aqua, colatos & concuſſos decoque in teſtaceo vaſe ad lentũ ignem, donec vniuerſa ſpuma conſumpta fuerit: & colans per linteum denſum & ſolidum, præbeto.

2 Apomelitis confectio, priori ſimilis. Habet mellis attici deſpumati, ſex. j. ß. Aquæ fontanæ puræ, ſex. ij. ß. Decoque ad tertias.

3 Apomelitis cõfectio ex philagrio. Recipit faui melle ſcatentis, lb. j. Aquæ fontanæ, lb. iij. ß. Confringe fauum & [a]vnito: ac concoque aquã cum melle, dum & ſpuma ipſius, & [b]id quod veluti ceroſum ſuppernatat, particulatim relinquatur. atq; tunc [c] refrigerata diligenter transfunde, & vtere.

[a Vnito.] *Manuſcriptus codex hic mirificè deprauatus eſt: legit enim,* καὶ στρώσον ὡς ὕδωρ, *quũ potius, Paulo ipſo, qui lib. 7, hoc apomeli deſcribit, teſte, ſcribendũ ſit,* καὶ ἐκώσας ἕψι τὸ ὕδωρ. [b Id quod veluti ceroſum.] *Nicolaus habet* κοπρῶδις, *id quod veluti ſtercus eſt. Paulus verò* κηρῶδις *legit. Aliqua etiã exẽplaria* κιῤῥῶδις *hoc eſt, giluũ, quod idẽ eſt ac ceroſum: giluũ enim colorem cera præ ſe fert. In Nicolao igitur* κηρῶδις, *nõ* κοπρῶδις *legendũ.* [c Refrigerata.] *Nicolaus legit* ἑψήσας, *decocta. Paulus,* καὶ πότι ψύξας. Loca aliquot Nicolai emédata.

4 [a] Apitis, id eſt è pyris facti vini cõfectio, valde bona. Accipe tempeſtiua [b]pyra, incidito in tenuia cũ gladio, & tolle ſemen internũ. Solius igitur carnis ipſorum accipe lb. v. & aquæ lb. x. Decoque in puro vaſe, dum vires reponant in aquã. Dein proijciẽs ipſa, inijce in aquã mellis attici lb. j. & vtere ad febricitãtes, & dyſentericos, & defluxione ſtomachi laborãtes. Quippe roborat ſtomachum & aluum.

[a Apitis.] *Nicolaus habet corruptè* ἀπιδίτου, *quum Dioſcoride lib. 5. cap. 21. teſte, legendum ſit* ἀπίτου. [b Pyra.] *Nicolaus legit* ἀπιδίων *pro* ἀπίων. *Vide Dioſcoridem.* Apitis.

5 Catapotiũ ſitim reſtinguẽs, faciẽs ad febricitãtes, & ad eos qui febre ardẽte laborãt, & multo indigẽt potu. Capit cucumeris ſatiui ſeminis. ℥. iij. Succi glycyrrhizæ. ℥. iij. ß. Albi ouorũ recentiũ quantũ ſatis eſt ad excipiendũ. Fingan-

tur catapotia quæ ſub lingua detineantur,& ſaliua degluti atur.

Apophlegmatiſmus vernus Stephani Athenæi philoſophi,attrahēs pituitā in capite cōtentam,& in ſtomacho humores. Habet hyſſopi.℥.ij. Origani. ℥.j.ſ. Pulegij.℥.j. Calaminthes.℥.ſ.Sapæ, ſext.ij. Aceti, ſextar.ij.ſ. Decoquantur ad tertias,& pituitam detrahe in ſole. 6

Apophlegmatiſmus æſtiuus bonus. Recipit hyſſopi, ℥.ij.Pulegij.℥.j. Origani.℥.j.ſ. Calaminthes. ℥.ſ. Spicæ nardi.℥.ſ. Caryophylli. ℥.j.Cinamomi. ℥.j.ſ. Baccarum lauri.℥.ij.Sapæ,ſext.ſ.Aceti,ſext.ij.ſ. Decoque vt præcedentia,& vtere. 7

Apophlegmatiſmus autumnalis. Accipit hyſſopi.℥.ij. Origani,pulegij,caryophylli,ſingul.℥.j. Calaminthæ, ſpicæ nardi, ſingulorum.℥.ſ.Cinamomi, iridis, ſingulorum. ℥.j.ſ.Marrubij.℥.ij.Cyperi.℥.j. Pyrethri.℥.ſ.Sapæ, ſext. ſ.Aceti,ſext.ij.ſ.His probè decoctis vtere. 8

Apophlegmatiſmus hyemalis.Capit hyſſopi.℥.ij.Origani. ℥.j.ſ. Calaminthæ, ſtaphidis agreſtis, ſingulorum. ℥.ſ.Pyrethri.℥.j. Zingiberis. ℥.ij. Piperis communis.℥.j. ſ.Cinamomi boni.℥.ij. Cardamomi. ℥.j.ſ. Caryophylli. ℥.j.Spicæ nardi.℥.ſ.Sapæ,ſextar.ſ.Aceti,ſextar.ij.ſ. Decoquantur. 9

Apophlegmatiſmus capitis, purgans oculos ab omni lippitudine,& hebetudine.Habet origani,hyſſopi, ſtaphidis agriæ,ſingul.℥.j.ſ.Sapæ, ſext.ſ.Aceti, ſext.j.ſ. Decoquantur & moueantur cum ligno tedaceo. 10

Apophlegmatiſmus caput purgans, & oculos.Recipit glycyrrhizæ repurgatæ,epithymi,pulegij, cardamomi,ſeminis ſinapi,ſtaphidis agriæ,ſingul.℥.ſ.Iridis.ʒ.ij.Sapæ, ſexta.ſ.Aceti,ſext.ij.Decoque & vtere. 11

Apophlegmatiſmus ſimilis, admodum bonus. Accipit nitri.ʒ.iij. Staphidis agriæ.ʒ.j.ſ.Aniſi.ʒ.ij. Lauri foliorum viridium.ʒ.j.Vuarum pinguiū exemptis acinis. ʒ.ij. 12

Apophlegmatiſmus omnibus alijs magis varius. Capit hyſſopi,pyrethri,ſtaphidis agriæ, ſingulorū.ʒ.ij.Vuarum pinguium exemptis acinis, quod ſatis eſt, Poſt huius vſum,ſalem & mel cum aqua tepida miſcens dato, os ſæpius cum eo abluens. 13

Apoph

14 Apophlegmatiſsimus ſimilis, valde laudatus. Habet ſampſuchi aridi, iridis illyricæ, pyrethri, hyſſopi, nitri, piperis, ſeminis apij, radicis panacis, ſtaphidis agriæ, ſing. ʒ.ij. Et ſi augere placet, admiſce etiam myrrhæ. ʒ.ij. Hæc ſimul cõtuſa irrigato cũ calida aqua, & exiguo melle attico, & finge paſtillos. Vſus tẽpore irrigato mel cum aqua: & paſtillo diſſoluto, da vt æger gargariſet tepidũ. Et ſi volueris, cum aceto tepido exiguo etiam naribus infunde.

FINIS.

## INDEX BECHICORVM.


*Bechica antidotus, dicta Paulina.* 1
*Bechica antidotus, nominata* Diaphœnicon. 2
*Bechica antidotus refrigerato ſtomacho vtilis.* 3
*Bechica antidotus* Dioſpoliti, *ad eos qui ægrè ex thorace expurgantur, & difficulter ſpirant.* 4
*Bechica antidotus è butyro.* 5
*Bechica antidotus è glycyrrhiza.* 6
*Bechica antidotus è tragacantha.* 7
*Bechica antidotus ad tuſſes recentes, eſtq́; ſtomacho grata.* 8
*Bechica antidotus* Cyptarion, *hoc eſt placentula cognominata.* 9
*Bechica antidotus ad tuſſes diuturnas, & in ſtomacho lumbricos.* 10
*Bechica antidotus admodum bona & experta.* 11
*Bechica antidotus purgans pituitam.* 12
*Bechica antidotus ex hyſſopo, valde bona.* 13
*Bechica antidotus ad diuturnas tuſſes, ex pulegio.* 14
*Bechica antidotus ad thoracis affectus, bona.* 15
*Bechica antidotus concoquens, ad vetuſtas tuſſes vtilis.* 16
*Bechica antidotus ex ſtyrace.* 17
*Bechia antidotus ad diuturnas tuſſes egregiè faciens, & humidos, atq; omnino diuturnos affectus.* Sedat *verò etiam febres.* 18
*Bechica antidotus ad tabidos.* 19
*Bechica antidotus alia è ſtyrace.* 20
*Bechica antidotus ex chamæleuce.* 21
*Bechica antidotus.* 22
*Bechica antidotus ad orthopnœan efficax.* 23
*Bechica antidotus ad orthopnœan eximia.* 24
*Bechica antidotus ad ſuppuratos, tapidos, & ſanguinem reijcientes.* 25
*Bechica antidotus ex hyſſopo.* 26

Bechica antidotus ad ſanguinem reÿcientes. 27
Bechica antidotus ad arteriacos. 28
Bechica antidotus bona admodum. 29
Bechica antidotus è terebinthina. 30
Bechica antidotus è glycyrrhiza, præclara. 31
Bechica antidotus. 32
Bechica antidotus altera. 33
Bechica antidotus ad ſuppurationes, tabem, & abſceſſus. 34
Bechica ex duobus piperibus. 35
Bechica antidotus ad eos qui ſpuunt ſanguinem. 36
Bechica antidotus, ad tuſſes noctu magis moleſtantes vtilis. 37
Bechica antidotus, ad eos qui non niſi recta ceruice ſpirant, & aſperam arteriam impletam obtinent, thoracem expurgans. 38
Bechica antidotus ex ſtyrace. 39
Bechica antidotus ad arteriacos, & non niſi recta ceruice ſpirantes, ex ſcilla. 40
Bechica antidotus ad aſthmaticos. 41
Bechica antidotus præclara. 42
Bechica antidotus ad aſthmaticos, experta. 43
Bechica antidotus polychreſtos ad aſthmaticos, & difficulter ſpirantes. 44
Bechica antidotus ad eos qui non niſi recta ceruice ſpirant, nephriticos, & guttatim vrinam excernentes. 45
Bechica antidotus ad aſthmaticos. 46
Bechica antidotus ex albo pipere. 47
Bechica antidotus ex caſtorio. 48
Bechica antidotus ex myrrha. 49
Bechica antidotus ex caſtorio. 50
Bechica antidotus Andromachi ad aſthmaticos, & difficulter ſpirantes. 51
Bechica antidotus ex ſulphure ignem non experto. 52
Bechica antidotus Philagrÿ, ad aſthmaticos. 53
Bechica antidotus ad eos qui deſtillatione capitis laborant, & non niſi recta ceruice ſpirant, thoracisq; expurgationem. 54
Bechica antidotus ad vocem amiſſam, & deſtillatione correptos. 55
Bechica antidotus ad ſanguinem ſpirantes. 56
NICO

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI DE BECHICIS SECTIO QVINTA.

1 BECHICA antidotus Paula nominata, quam aliqui Paulinam vocauerunt. Eſt auté conueniens tuſsientibus, tabidis, ſuppuratis, peripneumonicis, conuulſis, ruptis, ſanguiné reijciétibus, ſtomachi ſubuerſionibus, & pluribus malis. Aduerſatur etiam letalibus medicamentis, & ictibus venenũ iaculantium beſtiarũ. Eſtq; confectio eius huiuſmodi. Recipit caſiæ. ʒ. ij. ſiliq. ij. Caſtorij. galbani, opij, piperis albi & nigri, ſtyracis puri, coſti, ſing. ʒ. j. ſiliq. j. Myrrhæ, ſpicæ nardi, ſingul. ʒ. ß. ſiliq. ß. Croci. ʒ. j. ſiliq. j. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſufficere videtur. Datur fabæ quantitate cum temperato liquore, aut aqua mulſa, [a]inſtillando irrorandóve acetum bonum digito decies.

Micolai codex reſtitutus.

[a Inſtillando.] *Manuſcriptus codex legit* ἐπισρίνων *pro* ἐπιῤῥαίνων. *Sic enim eſſe legẽdũ, ſatis oſtendit lib. 7. de cõpoſ. med. loc. ca. 5. Galenus, vbi ita ſcriptũ reliquit*, ἐπιῤῥαινομένων τῷ δακτύλῳ ὄξους σταγόνων θ'.

2 Bechica antidotus Diaphœnicon, præclarè cõducens. Accipit hyſſopi cretici, marrubij aridi, iridis, pulegij ſicci, glycyrrhizæ, ſing. ʒ. ij. Pinearũ viridium, calaminthæ, ſing. ʒ. iiij. Palmularum pinguium. ʒ. xxiiij. Caricarum pinguium ʒ. vj. Farinæ, fœnogræci, tragacanthę, ſing. ʒ. ij. Mellis aut ſacchari, quantum ſufficit.

3 Bechica antidotus è malis, & cotoneis, cõferens refrigerato ſtomacho. Capit malorũ & cotoneorũ carnis repurgatæ, lb. j. Zingiberis. ℥. ij. Piperis cõmunis, aniſi, ſingul. ℥. j. Spicæ nardi. ℥. ß. Mellis attici, lb. ij. Cotonea & mala tuſa in partes minutas in aceto decoquãtur. Sit auté aceti lb. j. Poſtea mel adijciatur, & bulliant ad conſiſtentiam, & imponantur ſpecies. Datur de ea cochlearium vnum.

4 Bechica antidotus Dioſpoliti, ad eos qui ægrè ex thorace excrementa educunt, & difficulter ſpirant. Habet rutæ ſiccæ. ʒ. ij. ℈. ij. Cumini torrefacti. ℈. j. gran. j. Nitri alexandrini, gran. ij. Excipiantur melle attico.

Bechica antidotus ex butyro. Recipit butyri recentis cum melle puro, ſing. lb. ß. Bulliant ad mellis craſsitudinē. Datur manè & veſperi. 5

Bechica antidotus ex glycyrrhiza. Habet nucū pinearum, amyli, glycyrrhizæ, ſeminis vrticæ, ſeminis lini, ſing. ℥. ij. Iridis, piperis, cardamomi, hyſſopi, amigdalarum amararum, ſing. ℥. j. Mellis attici, quod ſatis eſt. 6

Bechica antidotus ex tragacantha. Accipit nucū pinearum repurgatarū. ʒ. xij. Seminis lini torrefacti. ʒ. viij. Tragacanthæ. ʒ. xij. Palmularū pinguiū. ʒ. viij. Iridis. ʒ. xij. Amigdalarū dulcium. ʒ. xvj. Mellis attici quod ſatis eſt. Tragacantham in vino dulci exiguo maceratā & dilutā, primùm cum melle priùs deſpumato coquito. Vbi verò ſemel inferbuerint, affunde [a] reliquis probè admodū in mortario tritis. Datur manè & veſperi quantū volueris. Incijēdum verò tantum mellis, vt lingi queat medicamentum. 7

Nicolai locus e- ma c us.

[ a Reliquis, &c.] *Codex Nicolai legis* ἐπίχει τάλοιπά, *ſed malè: ſcribendum enim erat*, ἐπίχει τοῖς λοιποῖς, *Aetio lib. 8. cap. 54. vbi eandem deſcribit antidotum, teſte.*

Bechica antidotus linctus, conferens ad recentes tuſſes, eſtq́; ſtomacho grata. Capit vini dulcis veteris, ſext. ß. Mellis attici, lb. ß. Decoque aſsiduè mouens cum ramis rutæ. Datur myſtrum vnum. 8

Bechica antidotus [a] Cyptariū cognominata. Habet ſeminis lini tuſi & cribrati, vuarū pinguiū exemptis acinis, ſing. ſextar. italicū. ß. Pinearū torrefactarū, nucis ponticæ repurgatæ, ſing. ſextarij quartā partē. Piperis. ℥. j. Myrrhę, ℥. ß. [b] Croci. ℥ ß. Mellis attici optimi, [c] ſext. ij. Semen lini cōtuſum cum melle coquito: & vbi coierint, adijciātur reliqua tenuiſsime trita. Datur nucis ponticæ magnitudo. 9

[ a Cytarium.] *Nicolaus, perinde atque loco ſuprà citato Aetius, legit* κοπτάριον. *Galenus lib. 7. de compoſ. medic. loca. cap. 2. vbi eandē antidotū ad verbū deſcribit*, κυπτάριον *habet. Quam quidem lectionē ego veriorē eſſe cenſeo. Nam ſic haud dubiè vocarunt placentulas lunata & inflexa ſpecie cōfectas.* κύπτω *enim græcis eſt incurvo, & inflecto. Hinc cyptariū, placētula curua, & inflexa. Cæterū* κοπτάριον *nō eſſe legendū, hinc conijcio.* κοπτάριον *enim diminutiuū à voce* κόπτον *eſt. quod Græcis medicamentū ſignificat quod non coquitur, ſed tunditur. Coqui verò lini ſemen cum melle, in hac antidoto*

eſt

*eſt manifeſtum.* De *placentula itaque, quam* κυπτάριον, *non* κοπτάριον *vocat, loquitur* Nicolaus. [ b Croci.℥.ß.] *Hæc ex Galeno & Aetio adiecta ſunt.* Nam *vterque habet* κρόκου .γο.α. [ c Sext.ij. Semen lini contuſum cum melle coquito.] *Hæc in Nicolai codice deſiderabantur, & neceſſariò ex Aetio ſunt inſerta, qui habet,* τὸ λινόσπερμα κεκομμένον ἕψει μετὰ τοῦ μέλιτος.

10 Bechica antidotus, vtilis ad diuturnas tuſſes, & in ſtomacho lumbricos, vbi nimirum moleſtantes tuſsim excitant. Recipit cumini, piperis, ſeminis vrticæ, ſingulorum.℥.ß. Mellis attici, deſpumati, ſext.ß. ſpecies tenuiſsimè tritæ, & cum melle ſubactæ, parum bulliant. Datur cochlearium vnum.

11 Bechica antidotus, admodum bona & experta. Accipit piperis, pulegij, hyſſopi, calaminthæ, ſing.ʒ.ij Butyri recentis.ʒ.iij. Cumini ſubtiliſsimè triti.ʒ.iiij. Melli prius deſpumato admiſce butyrum, & calefaciens parum inſperge reliqua. Datur cochlearium vnum.

12 Bechica antidotus, expurgans pituitam. Capit hyſſopi, pulegij, ſing.ʒ.ij. Iridis, ſinapi, cardamomi, ſeminis aniſi, piperis, ſingulorum.ʒ.j. Tuſa & cribrata excipiuntur melle attico ſufficienti. Datur cochlearium vnum. Si verò hyems fuerit, & is qui vſurus eſt febre vacauerit, dato piperis.ʒ.ij. & pro ſemine aniſi adijce fœniculum, aut cuminũ & pro cardamomo, ſinapi.ʒ.ij. Et præbeto.

13 Bechica antidotus ex hyſſopo, valde bona. [a] Acholij. Habet hyſſopi, pulegij, ammeos, piperis, erui, iridis, ſing.ʒ.vj. Terebinthinæ.ʒ.iiij. Spicæ nardi.ʒ.iij. Butyri recentis.ʒ.ij. Mellis attici.ʒ.xviij. Datur cochlearium vnum.

[ a Acholij.] *Manuſcriptus codex hoc loco mirificè deprauatus eſt.* Locus
*legit enim,* ἔχει μακωλίου, *quaſi verò* μαχώλιον *ſit medicamentum.* Nicolai
*Quum Aetio atteſtante* ἀχολίου *ſit legendum. habet enim,* βηχικὸν emacula
ἀχολίου. ὑσσώπου, *&c. Ita paſsim* Nicolai *codex quo vſus ſum, innu-* tus.
*meris ſcatet mendis: vt nihil mirum ſit nos interdum etiam impegiſſe nec paſsim genuinum ſenſum aſſecutos fuiſſe. Quis enim adeò oculatus erit, quem non aliquando codex mendoſiſsimus fallat.*

14 Bechica antidotus ad diuturnas tuſſes vtilis, ex pulegio. Recipit hyſſopi, gummi. pulegij veteris, ammeos, piperis, eruorum decorticatorum, iridis, ſingulorum.ʒ.vj. Spicæ nardi.ʒ.iij. Terebinthinæ.ʒ.iiij. Butyri recentis.ʒ.

ij.

ij. Mellis attici ,,quod ſatis eſt. Butyrum & terebinthinam miſce cum melle, & vnito reliquis, ac vtere.

Bechica antidotus, ad affectus thoracis valdę bona. Accipit cumini torrefacti, tenuiſsimè triti. ℥. vij. Seminis lini in pollinem triti, ℥. vj. ß. Iridis ſubtiliſs. leuigatæ. ℥. iij. Pinearum torrefactarum. ℥. ij. Glycyrrhizæ tenuiſsimè tritæ ℥. j. ß. Gummi. ℥. ij. Pulegij tuſi. ℥. j. ß. Seminis vrticæ. ℥. j. Piperis albi. ℥. j. ß. Mellis attici, quod ſatis eſt. Mel verò prius deſpumetur, & adiciantur farinæ, ac modicè decoquãtur, reliqua in mortario vniantur. Ex confecta iam antidoto datur cohlearium vnum. 15

Bechica antidotus cõcoquens, ad diuturnas tuſſes. Capit mellis attici deſpumati. ℥. xvj. Terebinthinæ. ℥. viij. Galbani. ℥. iiij. Decoquito mel cum terebinthina, poſtremũ inijcito galbanum, & vtere. 16

Bechica antidotus, ex ſtyrace. Habet amomi, caſiæ, ſing. ℥. ij. Styracis. ℥. j. ß. Spicę nardi. ℥. j. ß. Croci, piperis ſin. ℥. j Penidiorũ. ℥. iij. Mellis, qđ ſatis eſt. Datur cochleariũ vnũ. 17

Bechica antidotus ad diuturnas tuſſes egregiè faciẽs, & ad humentes ac diuturnos omnino affectus. Finit etiam febrem, & cognominatur Symphonos. Ea vſi ſunt optimi quiq; medici. Recipit piperis albi, opij, cardamomi, ſingulorum. ℥. j. Croci, myrrhæ, hyoſcyami albi ſeminis, ſingulorum. ℥. iiij. Mellis attici. ℥. vj. Datur nucis ponticæ magnitudine cum aquæ mulſæ cyathis tribus. Nos quidẽ ſic conficimus. Alij verò adijciunt etiam ſulphuris ignem non experti. ℥. iiij. Gentianæ, & dauci, ſing. ℥. ij. 18

Bechica antidotus ad tabidos, [a] Iſoſtathmos dicta. Accipit folij, petroſelini, [b] hyſſopi, roſarum aridarum, aniſi, opij, croci, coſti, ſeminis hyoſcyami, myrrhæ troglodyticę, ſpicæ nardi, iridis ſin. ℥. iij. ℈. iiij. gra. vij. Mellis attici, quod ſatis eſt. Datur fabæ quantitate ad noctem. 19

[ a Iſoſtathmos. ] *Sic dicta eſt, quaſi æqualis ponderis, quòd ſcilicet quæ hanc antidotum conſtituunt, pari pondere accipiantur.* [ b Hyſſopi. ] *Nicolai codex habet νάπυος, id eſt, ſinapi. Sed Aetius loco citato cap. 55. legit ὑσσώπου.*

Bechica antidotus ex ſtyrace. Capit ſtyracis, croci, ſucci glycyrrhizæ, gummi, ſpicæ nardi, opij, folij, amyli, ſingulorum. ℥. ij. Nucum auellanarum, amygdalarum, ſingulorum 20

rum.ʒ.iij. Nonnulli verò neque amylum,neque auellanas neque amygdalas adijciunt,ſed prædicta duntaxat .Somnum inducit, & vtilis eſt.

21 Bechica antidotus ex chamæleuce. Leporis ſtercus bibendum præbe cum vino tepido, craſsitudinæ ſordiũ : aut cum decocto chamæleuces, quæ lingua latina Vngula ca- Chamæ
ballina nominatur. Ne contemnas vtilitatem huius medi- leuce qd
camenti,eſt enim vtile.

22 Bechica antidotus. Habet ſtyracis,croci,thuris, myrrhæ,opij,ſingul.℥.ß.Mellis attici,quod ſatis eſt.

23 Bechica antidotus ad orthopnœam , præclara . Recipit iridis.℥.ij.Piperis albi.ʒ.ß.Seminis apij.℥.ij.Succi chamæleuces.℥.j.Mellis attici,quod ſatis eſſe videbitur.

24 Bechica antidotus, & ad orthopnœam egregia. Accipit opij,myrrhæ,ſeminis hyoſcyami,croci,ſing.ʒ.ij.Thuris maſculi,euphorbij,gentianæ,cardamomi,ſing.ʒ.j.Datur febræ vacantibus cum vino dulci : febricitantibus autẽ cum aqua tepida per interualla.

25 Bechica antidotus ad ſuppuratos,tuſsientes , tabidos , & ſanguinem reijcientes , Somnum etiam conciliat. Capit erui torrefacti,ʒ.v. Cumini æthiopici,aniſi , ſeminis apij, opij,ſingulorũ.ʒ.j.Mellis attici,quantum ſufficit,& vtere.

26 Bechica antidotus , ex hyſſopo. Habet pulegi,thymbræ,thymi, anethi, ſeminis apij,ſinapi, hyſſopi,cardamomi,piperis albi,ſingul.ʒ.j.Salis,aniſi,fœniculi,opij,ſingu. ʒ.j.Mellis attici,quod ſatis eſt.

27 Bechica antidotus, ad ſanguinis reiectionem præclara, ex cinamomo. Recipit coſti,rhei, cinamomi.ſing.ʒ.j. Hæc in farinam trita dantur dormituro laboranti dum ieiunus eſt,cum vino tepido,aut vt volueris.

28 Bechica antidotus ex iride,ad arteriacos vtilis . Accipit ſinapi,iridis, tragacanthæ , caricarum albarum carnium, hyſſopi,altheæ ſeminis, [a] ziziphorum,glycyrrhizę,violarũ, vuarum paſſarmm,carnis palmularum. Decoquito hæc in aqua,& præbe dormituris cum penidijs,aut ſerapio chamę leuces tepido.

[a Ziziphorũ.] *Nicolaus legit* ζινζίφων. *Sũt autẽ Zinzipha ſiue zizipha recẽtioribus Græcis fructus Arabibus & officinis* Iuiubæ *dicti.*

29 Bechica antidotus admodum bona, capit terebinthinæ

gly

UNIVERSIDAD DE GRANADA Hospital Real Biblioteca

glycyrrhizæ,tragacanthæ,penidiorum,ſingulolorum.℥.j.
Mellis attici,quod ſatis eſt.

Bechica antidotus ex terebinthina.Habet terebinthinæ, 30
penidiorum,ſing.℥.ß.Mellis attici quantum ſufficit.

Bechica antidotus ex glycyrriza,egregia . Recipit nucũ 31
pinearum,amyli,glycyrrhizæ,& ſucci eius , ſin.ʒ.j.Iridis,
piperis albi,hyſſopi,amygdalarum amararum & dulcium,
ſing.ʒ.vj.Penidiorum.℥.j.Mellis attici,quod ſatis eſt.

Bechica antidotus. Accipit amyli.exag.iij.Penidiorum, 32
olei amygdalini,ſin.℥.ij.Decoquito hęc probè.Dantur ma
nè ieiuno,& veſperi.

Bechica antidotus , admodum vtilis . Capiantur cepæ 33
magnę,& exculpantur interiora earum,& inijciatur buty-
rum,penidia , & oleum amygdalinũ dulce, & imple totam
cauitatem ceparum cum eis,& [a] ſenſim mouens in calido ci
nere dimitte bullire,donec omnia probè elixentur. Dein
ab igne remotæ,& in exterioribus earum repurgatæ, dãtur
comedendæ dormituris : neq; deſuper quicquam potus aut
cibi exhibetur. Eſt enim expertum ad diuturnas tuſſes.

Librarij lapſus. [ a Senſim mouens.*Codex Nicolai iterum,vt ſupra, ὀχώσας falſo pro ὀχλάσας legit.*

Bechica antidotus ex ſtyrace , vtilis etiam ad tabidos , 34
ſuppuratos [a] egregiè,item abſceſſus , in quibuſcunque locis
fiunt.Habet amomi,croci,coſti,opij,amyli,ſtyracis, vuarũ
exemptis acinis , ſingulorum.℥.ß. Petroſelini macedonici,
iridis illyricæ,galbani,ſingulorum.℈.vj. Carnis palmula-
rum,therebinthinæ, ſingulorum.℥.j. Mellis quantum ſa-
tis erit.Styracem,galbanũ,opium , irin, palmulas , & vuas
cum melle ſubigito,& arida tuſa inijce,& diſſolue diligen-
ter,& excipiens vtere cum melle. Datur cochleariũ paruũ.

[ a Egregiè.] *Præter ſpem & opinionem.In manuſcripto codice legitur παραδόξεις pro παραδόξως aut παράδοξα, hoc eſt mirabiliter, vel præter ſpem & opinionem.*

Bechica antidotus,ex pipere. Recipit cardamomi, caſto 35
rij,opij,zingiberis,coſti,piperis albi & longi,galbani,croci
ſing.ʒ.iij.Mellis quantũ ſufficit. Aliqui verò ꝓ zingibere
inijciunt myrrham . Datur exagium vnum cum aqua
tepida,cui incocta ſunt chamęleucæ,hyſſopus,glycyrrhiza
zizipha,carnes caricarum vndecim,& hordeum,

36 Bechica antidotus,ad ſanguinem ſpuentes vtilis. Filicē tuſam & cribratam inſperge paſſo, aut ſorbendā præbe cū droſato Chamæleuces.

37 Bechica antidotus, vtilis ad eas tuſſes quæ noctu magis infeſtant. Accipit mentæ ramos tres,contuſos, iniectos in aceti cochlearium,& irrigatos. Datur ſorbenda dormituris. Concoctionem iuuat,ſtomacho grata eſt,craſſosq; incîdit humores.

38 Bechica antidotus ad eos qui non niſi recta ceruice ſpirāt & aſperam arteriā plenam habēt. Expurgat thoracem, vtiliſq; eſt ad raucitatem. Capit alliorū,lb.j. Butyri recentis, lb.j. Mellis attici puri,lb.j. Hæc coquantur ſimul, donec ſubſtantia aliorum diſſoluatur:dein per ſaccum tranſmiſſa recondito,& dato. Si verò hoc bibere noluerit,accipe ex allijs quod per ſaccum tranſmiſſum eſt, & butyri & mellis boni.ſin.lb.j.Coquantur probè,vt fiat ecligma,quo vtere.

39 Bechica antidotus ex Styrace. Scillam albam fermento obductam aſſato in calido cinere ad conſiſtentiā, amota ab igne,accipe medullæ eius.℥.j.ß.Styracis puri.℥.ß. Nucum pinearū.℥.j.Tragacanthæ,hyſſopi,glycyrrhizæ,iridis calaminthæ,ſingulorum.℥.ß.Mellis attici, quod ſatis eſt. Datur manè & veſperi.

40 Bechica antidotus ex ſcilla,ad arteriacos, & non niſi recta ceruice ſpirantes. Scillam albam aſſato cum fermento in cinere calido ad conſiſtentiā, dein accipe eius medullæ, partem vnā.Eruinæ farinæ,part.ij.Ammoniaci thimiamatis,opopanacis,ſingulorum.ʒ.iiij. Iridis illyricæ,ſummitatum abrotoni,ſingul.ʒ.ij.Piperis,ſiliq.xx.Exceptis omnibus finge paſtillos, quorū ſinguli pendeant.ʒ.ij. Dantur cum lacte caprino,aut cum aqua.

41 Bechica antidot.ad aſthmaticos.Habet opopanacis.ʒ.j.Piperis albi,myrrhę,caſtorij ſin.ʒ.vj.Excipiūt melle & dātur

42 Bechica antidotus mirabilis.Scillę crudę albę ſuccū exprime cū mellis attici.℥.iij.Decoque ad prunas vt fiat ecligma. Datur ante & poſt cibum muſtrum.

43 Bechica antidotus ſūmè cōducēs. Eſt etiā ad aſthmaticos ab Archigene experta. Recipit cētaurij magni radicis& petroſelini, ſin.℥.vj. Ammoniaci thymiamatis.℥.iij.Sulphuris igne nō experti,bituminis cardamomi, radicis panacis, ſemi

ſeminis vrticæ, iridis illyricæ. ſing. ℥.ij. Thuris,[a] myrrhæ, caſtorij, nitri, ſagapeni, abrotoni, polij, chamępityos, ſaluię ſing. ℥.j. Piperis albi. ℥.ij. Hæc trita cum melle attico ſufficienti miſceantur. Datur cum aquæ mulſæ calidæ cyathis. iiij. hoc eſt. ℥.viij. Hæc aſsiduè pota, perfectè ſanat, ſineq; moleſtia efficax eſt ad morbos.

Cornarius. [ a Myrrhæ. ] *Græcè eſt* σμύρνης, *etiam apud Aetium: vbi tamen Cornarius falſo Zingiberis conuertit.*

Bechica antidotus polychreſtos, ad aſthmaticos, difficilè ſpirantes, ex ſcilla. Scillam[a] albam fermento oblitam in furnum, vt quàm optimè aſſetur, conijcito: dein vbi molliſſima facta fuerit, abijce quæ in ſuperficie vſta ſunt: & acceptis interiorib. eius tenuiſsimè tritis, adijce erui albi decorticati farinæ, tantum quantum duæ aſſatæ ſcillæ partes ponderāt: ammoniaci thymiamatis, radicis panacis, ſing. ℥. iiij. Iridis, abrotoni, acori, ſin. ℥.ij. Nōnulli verò pro abrotono & acoro, adijciunt melanthij & calaminthæ montanæ, ſing. ℥.ij. Piperis, ſiliq. xx. His tritis & vnitis, effingantur orbiculi pōdere ſeſquiobolares. Datur vnus aut duo cū cyathis trib. lactis aſinini, aut caprini recens mulcti, aut aquę mulſæ. Pueris verò datur vnus tantum orbiculus. Aluū igitur mouet moderata hæc menſura. Si verò plus dederis,[b] vrinā etiā ſæpe ciet. Cōtinuas acceſsiones diſſoluit data, comitialē ſanat,[c] vteri ſuffocationes, & lumborū, lāguidos dolores, debiles, & per circuitum repetentes febres. Menſes mulierū ducit ob craſſos humores ſupreſſos, ad quos cōſequuntur vertigines, vocis interceptio, cōtractiones, articulorū dolores,[d] pigrities, & difficiles ſpirationes. Statim enim, ſi ex hoc medicamento bibatur, ſanguis allicitur, & confeſtim omnibus moleſtantibus malis liberat. Ne itaq; huius medicamenti vtilitatem contemnas. 40

Nicolai codex emēdatus. Cornarij erratum. [ a Albā.] *Aetius lib. 8. cap. 57. non* λευκὴν *vt* Nicolaus, *ſed* κιῤῥὰν *hoc eſt fuluam legit.* [ b Vrinam etiam, &c.] *Nicolai codex non rectè legit* καὶ οὖρον πολλάκις ποιεῖ, *pro* οὔρησιν, *vt ſatis ex Aetio liquet, qui habet* οὔρησιν. [ c Vteri ſuffocationes. ] *Manuſcriptus codex habet ſimpliciter* πνιγμοὺς. *Sed Aetio atteſtante adijciendū erit* ὑστερικούς. *is enim legit,* πνίγας ὑστερικάς. [ d Pigrities.] *Tam Aetius quàm* Nicolaus *legunt* ὄκνοι. *Cornarius autem ineptè ad articulos referēs cōuertit articulorū lētores. Sed ſunt eius hominis innumera alia*

in

*in Aetij conuerſione errata, etiam ab Oroſcio non animaduerſa, aut ſtudio prætermiſſa.*

45 Bechica antidotus ad eos qui nõ niſi recta ceruice ſpirant, nephriticos, & ſtillicidio vrinæ laborantes. Dicta ex coſto. Capit piperis albi, & communis, petroſelini macedonici, ſingulorum. ʒ.iij. Coſti, ſeminis fœniculi, aniſi, calaminthæ, pyrethri, ſeminis apij, ſpicæ nardi, ſtyracis, ſingul. ʒ.ij. Mellis attici quod ſatis eſt, & vini boni.

46 Bechica antidotus, ad aſthmaticos. Habet polij, abrotoni, caſtorij, chamæpityos, ammoniaci thymiamatis, ſing. ʒ.xvj. Mellis attici, quantum ſufficit. Datur [a] dimidiæ fabæ quantitate.

[a Dimidiæ fabæ.] *Aetius habet* κυάμῳ ἴσον, *hoc eſt, fabæ æquam portionem dato.*

47 Bechica antidotus ex pipere albo. Recipit [a] aphonitri. ʒ.ix. Piperis albi, ſilphij, ſingulorũ. ʒ.ß. Datur cochleare vnum cum aqua calida.

[a Aphonitri.] *Nicolaus hic & ferè ſemper aliàs ſcribit* ἀφονίτρου, *quum tamen Aetius vbi ſuprà legat* ἀφρονίτρου: *vt hinc palàm omnibus fiat, Aphonitrum non differre ab Aphronitro. quod alibi copioſius demonſtrauimus.* Aphonitrum & aphronitrũ idẽ.

48 Bechica antidotus ex caſtorio. Accipit caſtorij, ammoniaci thymiamatis, ſingulorũ. ℥.ß. Piperis, ſiliq. v. Excipiẽs peſſo, dato fabæ quantitatem cum aqua mulſa.

49 Bechica antidotus ex myrrha. Capit piperis communis, myrrhæ, petroſelini, helenij, libyſtici, ſing. ʒ.iij. Mellis attici, quod ſatis eſt. Datur cochlearium vnum.

50 Bechica antidotus ex caſtorio. Habet abrotoni. ʒ.ij. Radicis bryoniæ. ʒ.ß. Comæ bryoniæ. ʒ.iiij. Rutæ ſatiuæ. ʒ.viij. Caſtorij. ʒ.iiij. Artemiſiæ, epithymi, ammoniaci, thymiamatis, ſingu. ʒ.iiij. Datur ex ea. ℈.j. & dimidius, cum oxymelitis cyatho vno.

51 Bechica antidotus Andromachi, ad aſthmaticos, & difficilè ſpirantes, admodum nobilis. Recipit ſcillę aſſatæ, medullam quàm optimè aſſam, ſulphuris ignem non experti, bituminis, ſingul. ℈ j. Datur cum oxymelite.

52 Bechica antidotus ex ſulphure ignẽ nõ experto. Accipit ſulphuris ignẽ non experti. ʒ.j. Ammoniaci thymiamatis, melãthij, caſtorij, ſin. ʒ.ij. Aniſi, obolũ.j. Terantur hæc, &

ſingantur paſtilli, quorum ſinguli pendeant obolos tres cum aqua. Dantur dormituris cum aquæ [a] calidæ cyathis duobus.

[ a Calidæ. ] *Nicolaus ſimpliciter habet* μεθ' ὕδατος, *ſed Aetius addit* θερμοῦ.

Bechica antidotus Philagrij ad aſthmaticos, ex centau- 53
rio. Capit radicis ſymphyti petræi, centaurij magni radicis, iridis illyricæ, ſingulorum. ℥.j. Aquæ, ſexta. ß. Radices contuſas biduum in aqua macerato, deinde coquito ad tertias, & per colum traijcito. Adijce mellis parem decocto quantitatem, & decoquito vſque ad conſiſtentiam. Dein rhei pontici tuſi & cribrati. ℥.j. inſperge, & vnito. Dantur prima hora [a] diei cochlearia. ij. Si verò deſtitueris rheo, adijce pro eo centaurij magni. ℥. ß. [b] vel radicis ſymphyti. ℥. ß. Hoc medicamētum robur pulmoni, & thoraci præbet, [c] ſimulq; humores ad eum delatos repurgat, exiccat, & [d] repellit.

Veterũ Rheum nullam purgandi facultaté habet. Cornarij error.

[ a Diei. ] *Nicolai codex ſimpliciter habet* περὶ πρώτην ὥραν: *ſed Aetius adijcit*, τῆς ἡμέρας. [ b Radicis ſymphyti. ] *Nicolaus habet* συμφύτου ῥίζης *ſed nō rectè. Legendũ enim Aetio ſuffragãte*, ἢ συμφύτου, *&c. Atq; ex hoc loco euidentiſsimũ fit, veterum Rheum nullam habuiſſe purgandi facultatē: quum eius ſuccidanea ſint tum centaurij magni, tum ſymphyti radix, quorũ neutrum ne minimam quidem purgandi vim obtinere manifeſtius eſt, quàm vt demonſtratione aliqua egeat.* [ c Simulq;. ] *Manuſcriptus codex legit* ἐν τῷ, *perperam: ſcribendum enim erat. Aetio monente*, σὺν τῷ. [ d Repellit. ] *Græcè eſt* ἀποκρούεσθαι. *vt mirum ſit, Cornarium, tantum, ſi dijs placet, leonem, conuertiſſe in Aetio Expellit. Qui enim medicinæ periti ſunt, ſciunt quantum differant repellere, & expellere. Repelluntur non rarò, quæ tamen è corpore non vacuantur. Expelluntur autem ea tantùm, quæ vacuantur.*

Bechica antidotus ex fœnogræco, ad eos qui defluxio- 54
ne laborant, tuſsientes, & non niſi recta ceruice ſpirantes. Repurgat etiam thoracē. Accipe fœnogræci puri. ℥. iij. & probè in aqua pluuiali decoquito, perq; colum transfuſam aquã effunde: & rurſus aliam affunde, & coquito vt prius, iterũq; effunde, & aliã affunde, coquito ſimiliter. atq; poſtquã in tertia aqua decoctũ probè fuerit, colato, accipitoq; ab eo decocto lb. ij. & adijce mellis boni deſpumati. ℥. vj. atq;

atq; ad lentũ igñẽ decoquito, donec ad mellis cõſiſtentiam veniat. Tandem adijce butyri boni recentis cochlearium. ß. Terebinthinæ. ℈. j. ß. Vnito & ſubigito benè ad cõſiſtentiam. Datur cochlearium vnum.

55 Bechica antidotus ex lini ſemine, vtilis ad vocem abſciſſam, tuſsientes, & deſtillatione laborantes. Recipit ſeminis lini torrefacti. ℥. ij. Vuarum pinguium ſine acinis, nucum pinearum, ſingulorum. ʒ. iij. Glycyrrhizæ. ʒ. j. ß. Carnium pinguium palmularum. ℥. j. Tragacanthæ. ʒ. j. Seminis vrticæ. ʒ. ß. gran. vij. Penidiorum, exagia. iiij. ß. Mellis attici, & ſacchari, quod ſatis eſt.

56 Bechica antidotus, data ſanguinem ſpuẽtibus prodeſt. Succum mentæ, ſuccum polygoni, cum corallio rubro dato ex vino. Aut mentæ ſuccum cum vino myrtite dato bibendum ieiuno diebus tribus, & ſanabitur.

FINIS.

## INDEX GLANDIVM, ET MEDICAmentorum quæ vmbilico imponuntur.


*Glans, hoc eſt ſuppoſitorium bilem & pituitam deducens.* 1
*Glans, ſeu ſuppoſitorium ventrem ſubducens.* 2
*Glans ventris ſubductiua.* 3
*Glans admodum bona.* 4
*Glans ad dyſentericos.* 5
*Glans aluum ſubducens.* 6
*Glans ad dyſentericos.* 7
*Glans alia ad dyſentericos.* 8
*Glans ad eos qui dyſenteria correpti ſunt.* 9
*Glans ad dyſentericos, diuites.* 10
*Glans ad eos qui dyſenteria laborant.* 11
*Glans ad dyſentericos.* 12
*Hirudines deuoratæ, & ſerpentes vt eijciendæ.* 13
*Glans ad aluum adſtrictam.* 14
*Glans aluum deijciens.* 15
*Glans valde bona.* 16
*Glans purgatoria.* 17
*Glans ad dyſentericos, & ani dolores bona.* 18
*Glans ad dyſentericos.* 19
*Medicamentum quod vmbilico imponitur aluũ mouẽs, expertũ.* 20
*Epomphalion benè admodum purgans.* 21

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI DE GLANDIBVS ET EPOMPHALIIS, SECTIO SEXTA.

GLANS ſeu, [a] ſuppoſitorium bilem & pituitam ſubducens. Recipit ellebori nigri. ʒ.ij. Aloes flauæ. ʒ.j. Muſcerdarum . ʒ.iij. Excipiantur melle coꝯto, & vſurpentur. 1

[a Suppoſitoriū.] *Nicolaus habet ὑπόθετον.*
Suppoſitorium. *Quam vocem nos barbara, & vulgo medicorum vſitata, quod pulchrè græcæ quadraret, dictione exprimere coacti ſumus. Quod monere voluimus, ne quis ſponte hanc nos vſurpaſſe dictionem exiſtimaret.*

Glans ventrem ſubducens. Accipit ſeminis rutæ ſylueſtris, agarici, ſingulorum. ʒ.iij. Cumini aridi, turpeti, ſingulorum. ʒ.j.ß. Dacrydij. ʒ.ß. Salis foſsilis, exagiū.j. Excipiantur melle coꝯto. 2

Glans aluum deducens. Capit ſucci cyclamini. ℥.j. Foſsilis ſalis, exagium.j. Mellis cocti, quod ſatis eſt. 3

Glans valde bona. Habet colocynthidis medullæ, exagia.iij. Polypodij recentis repurgati, exagia.iij. Fellis taurini. ʒ.j. Mellis cocti, quantum ſufficit. 4

Glans ad dyſentericos. Recipit opij, myrrhæ, caſtorij, croci, thuris, hypociſtidis, ſingulorum. ʒ.vj. Styracis. ʒ.iij. excipiantur vino, & melle coꝯto. 5

Glans aluum mouens. Accipit ſucci cyclamini, ſalis foſsilis, & mellis, quod ſatis eſt. 6

Glans ad dyſentericos vtilis. Capit opij, crocj, ſingulorum. ʒ.j. Myrrhæ. ʒ.ij. Acaciæ. ʒ.vj. Excepta lacte caprino coquantur ad conſiſtentiam. 7

Glans ad eos qui laborant dyſenteria. Habet croci, opij, myrrhæ, caſtorij, lycij, thuris, ſingulorum. ℥.j. Excipe vino adſtringente, & vtere. 8

Glans ad eos qui ſunt correpti dyſenteria. Recipit opij, croci, aluminis ſciſsilis, myrrhæ, ſingulorum. ℥.ß. Vini odorati veteris adſtringentis, quod ſatis eſt. Sit autem glans quæ ſupponitur, pondere. ℥.j. Eſt præclariſsima. 9

Glans

10 Glans ad dyſentericos, & diuites. Opobalſamum excipe tomento lanæ puro, impone, & miraberis.

11 Glans ad dyſentericos. Capit myrrhæ, thuris, croci, maſtiches, ſingulorum. ℥. j. Excipe cum luteo oui, & ſoli exponito, ac vtere.

12 Glans ad dyſentericos. Habet opij, myrrhæ, croci, ſanguinis draconis, boli armenij, lemnij ſigilli, maſtiches, ſingulorum. ℥. j. Succi hypociſtidis quinqueneruiæ, quod ſufficit.

13 Hirūdines deuoratæ, & ſerpentes quomodo eijciendæ. Oleum ex immaturis oliuis expreſſum potato. Similiter acetum & butyrum recens miſce, dein feruefacito cum ferro ignito, extinguendo ferrum in lacte caprino, & aceto, donec probè inferbuerint, & benè diluta bibenda dato. Similiter [a] muriam dato cum oleo potandam, eſt enim vtilis.

[a Muriam.] *Nicolaus habet* αλμυρ δασι. *Non eſt autem dubium quin* δασι *dictio nō ſit integra. Quare quum diuinare nequeamus quomodo legendum ſit, ſimpliciter muriam conuertimus, quod ea etiam hirundines expelli, Paulus lib. 5. cap. 37. tradat.* Muria.

14 Glans ad aluum adſtrictam. Alumen humidum melle ſubactum decoque quoad [a] firma fiant, & ex ijs inunge ſedem internam, aut inijce vt glandem, ijs ſtupam purā imbuens. Facile quidem multa ſtercora arida educet. Parum autem dolent, qui ea vtuntur glande.

[a Firma.] *Nicolaus habet* ἀχιρς ἂρ κῦρα γίνηται. *Sed legendum fortaßis* ἄνικμα. *id eſt, humiditate carentia ſeu deſtituta: vel certè* ξηρὰ. *hoc eſt ſicca.*

15 Glans aluum ſubducens. Mercurialis viridis trita, & in glandis ſiccæ formam redacta & appoſita, probè operatur.

16 Glans admodum bona. Accipit ſaponis italici; elaterij, mellis, ſalis foſsilis, ſalis communis, cumini, agarici, medullæ colocinthidis, ſingulorum. ℥. j. Mellis, quod ſatis eſt. Finge glandes quatuor digitorum longitudinem æquantes, & vtere.

17 Glans purgatoria. Capit comæ abſinthij, nitri, ſingulorum. ℥. iiij. Elaterij. ℥. j. Excipe melle cocto, & finge glandes, ſubijce, ac locis prius fomentatis, vmbilico impone butyrum, faſciaq; conſtrictum ligato.

Glans ad dyſentericos, & ſedis dolores bona. Habet terræ aſteris, amyli, ſing. ℥.j.ß. Croci. ℥.j. Acaciæ, tragacanthæ, ſing. ℥.ß. Caſtorij, thuris, lycij, ſingul. exag. j.ß. In calidioribus verò temperamẽtis adijce opij exag. j.ß. Succi pſyllij, exag. j. Maſtiches, exag. j. Excipe, & finge. 18

Glans ad dyſentericos. Recipit opij, myrrhæ, ſanguinis draconis, boli armenij, maſtiches, thuris, ſumach, croci, caſtorij, ſing. exag. ß. Excipe cum ſucco quinqueneruiæ & polygoni, ac vtere. 19

Epomphalion, hoc eſt, vmbilicare, ſeu mendicamẽtum vmbilico imponendum, expertum, aluum ſubducens. Accipit cyclamini. ʒ.iiij. Nitri. ʒ.iij. Ellebori nigri, & albi, ſingul. ʒ.ij. Colocynthidis. ʒ.iiij. Scammoniæ. ʒ.ij. Succi elaterij. ʒ.iiij. Grani cnidij. ʒ.iiij. Caricarum pinguium. ℥.ij. Excipe cum felle taurino. 20

Epomphalion purgans, admodum bonũ. Capit ſtaphidis agriæ, fellis taurini, amygdalarum amararũ, ammoniaci, [a] cocci cnidij, ariſtolochiæ rotundæ, nitri, ſing. ℥.ß. Ellebori nigri. ℥.ß. Colocinthidis. ℥.j. Ceræ. ℥.viij. Amygdalas, & coccũ cnidium tere cum ammoniaco, & oleo irino. Fel autẽ & alia liquabilia inijce: quæ ſicca ſunt inſperge. Imo autem ventri vniuerſum impone, & alligato. Purgat enim valde. Mulieribus verò ſuper lumbos pone. Si enim vẽtri appoſitũ fuerit, fœtus excutit, & mẽſes mouet. 21

Nicolai locus emaculatus.

[a Cocci cnidij.] *Nicolaus habet* κρόκου κνίδης σπέρματος: *ſed eſſe hãc lectionem deprauatam, præcedentia & ſequentia manifeſtè euincunt. In præcedente enim glande etiam legitur* κόκκου κνίδης: *quanquã* κνίδου *ſcribendum foret. & in hac glande ſtatim ſubijcit,* τὰ ἀμύγδαλα, καὶ τὸν κόκκον κνίδον λεῖα, *Vt & hoc in loco* κρόκου κνίδης, *pro* κόκκου κνίδου *ſcriptum eſſe, ſit manifeſtiſsimum.*

FINIS.

## INDEX DE MVLIEBRIBVS, & linguæ malis.

*Mulier ſi non purgatur.* 1
*Mulier non concipiens vt concipiat, etiam ſi fuerit ſterilis.* 2
*Mulier haud concipiens vt concipiat.* 3
*Mulier non concipiens vt concipiat, etiam ſi fuerit ſterilis.* 4

Mu

*Mulieri vt euocandi menſes celeriter.* 5
*ulieri menſtrua vt citò ferantur.* 6
*Mulieri, ſi barbata ſit, vt capilli ſpontè cadant.* 7
*Lingua reſoluta, & palatum febricitãs, vt curanda.* 8
*Mulieri vt menſes celeriter decurrant.* 9
*Ad linguã reſolutam, & apoplecticos gargariſmus.* 10
*Vt mulier non concipiat, & ſterilis fiat.* 11
*Mulierem quomodo ſterilem, & ad conceptum inhabilẽ facias.* 12
*Mulier vt à viro non ſecedat.* 13
*Mulierem à viro ſtupratã rurſus vt virginem facias.* 14
*Mulier à viro polluta, rurſus vt virgo fiat.* 15
*Mulieri vt confiteatur à quot viris ſtuprata ſit.* 16
*Linguæ aſperitas vt læuiganda.* 17
*Lingua aſpera, & ſaliuam emittens, vt ſananda.* 18
*Lingua reſoluta vt emendanda.* 19
*Ventris profluuium vt ſiſtendum.* 20
*Mulieri vt lac auertatur.* 21
*Mulieri lac ſiſtens, vt præcedens.* 22
*Mulieri mamma ſi infletur.* 23
*Mulier ſi parturiens parere non queat.* 24
*Mulier ſi à partu inflatas mammas habuerit.* 25
*Mulier ſi vinum non bibat,* 26

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI, DE MY-LIEBRIBVS, ET LINGVAE MORBIS SECTIO SEPTIMA.

1 MVLIER ſi parcius purgatur. Recipe pulegij tuſi, & cribro tranſmiſsi, ℥.ß. Da bibendum ex poſca.

2 Mulier non concipiens, vt concipiat etiã ſi ſterilis ſit. Herbam dracũculi decoquito quater aut quinquies, & [a] vbi abſolueris, cõdito [b] œnogaro, oleo & ouis cũ ſaluia trita, quantũ ſatis eſt. Datur ieiunæ vt comedat. Potu & cibo abſtineat pluribus horis, cõcumbatq́; cum marito; concipiet enim ſtatim. A cibo autem vſque ad

ad tertium diem mulier ſe non lauet. Eſt expertum medicamentum.

[a Vbi abſolueris.] *Nicolaus habet,* καὶ παύσας πυτίλιῳ. *Sed pro* πατίλιῳ *cenſeo legendum* παντιλῶς. [b Oenogaro.] *Manuſcriptus codex legit* οἰνογάρῳ. *Oenogari autem confectionem habet Apicius Cælius de obſonijs & condimentis lib. pri. cap. 31.*

Oenogarum.

Mulier haud concipiens, vt concipiat. Vuluam leporis 3
vſtam & tritam bibendã mulieri præbeto cum vino. Mulier autem prius lauet, & ab egreſſu balnei da bibendam.

Mulier non concipiens, vt concipiat, quanquam ſterilis 4
eſt. Satyrium herba aſsiduè trita, & cum vino pota. Aliud. Semen vuæ ſylueſtris, cum dulci vino potum. Aliud. Semen erucę cum dulci vino tritum, & potum. Si verò mulier marem vult concipere, Mercurialis maris folia & germina ieiuni comedant tam vir quàm mulier, & deinceps vinum bibant.

Mulieri vt menſes ſtatim educantur. Cape Erigerontis 5
herbæ folia probè contuſa: [a]redige ad olerum contuſorum formam cum condimentis adurentibus: & vbi probè aſſata fuerint, da comedenda, & poſt præbe bibendum vinum conditum.

[a Olerum contuſorũ.] *Codex Nicolai legit,* λαχανόπηκτα: *ſed cenſeo ſcribendum eſſe,* λάχανα κνιστά, *vt eſt apud Athenæum. Sic autem vocantur olera contuſa, Phauorino etiam teſte.*

Mauromarſon quid.

Aqua ſãctarũ apparitionũ Dei.

[redacted] 6

Mulieri barbatæ vt pili ſua ſponte defluant. Accipe 7

bup

buphthalmum ſyluestrem, ſtercus caprinum, & nitrum. Hæc trita & aqua irrigata excipe, ac inunge. Et paulo poſt in balneo ablue. Ingreſſa verò balneum, in eo moretur. Vbi egredietur, pilos euulſos reperies, nec amplius creſcent.

8 Lingua reſoluta, & palatum febricitans, vt curanda. Glaucium in cote cum aqua læuigatum inunge, & confeſtim os ſanabis.

9 Mulieri vt euocentur menſes, & concipiat, etiam ſi ſterilis fuerit. Habet ſatyrij, aut ſeminis eius. ℥. iiij. Mellis attici. ℥. iij. Veſiculæ fellis capreæ quantum humidi obtinet. His commixtis fac peſſum, & ſubijce in ſinum eius. [redacted]

10 Ad linguam reſoluta[redacted] vtilis. Sinapi, caricas, & hyſſopum feruefacito. Dabis autem deuorandum etiam caſtorium, & opopanacē; & chamædrios decoctum.

11 Mulier vt non concipiat, ac ſterilis fiat. Semen cypariſsi cum aqua poſt purgationem eius potum. Caſtorium cum ſordibus auriculæ mulæ ex aqua potum. Leucę folia & fructus ex aqua luna deficiente pota.[a] Myricæ flos cum aqua potus luna deficiente. Librarie

[a Myricæ.] *Manuſcriptus Nicolai codex legit μόριγγου, ſed perperam, mea quidem ſententia: ſcribendum enim fuit. μυρίκης.* lapſus

12 Mulierem vt ad concipiendum inabilem & ſterilē reddas.[a] Thęlypterion potum luna deficiente à purgatione [b]puerperij. Myricæ folia & flores & fructus in aqua decocta, pota poſt purgationem luna deficiente. Librarij

[a Thelypterion.] *Manuſcriptus codex falſò legit λιθοπτέριον pro θηλυπτέριον. Eſt autē θηλυπτέριον, ſiue θηλυπτερὶς, filix fœmina, quam Dioſcorides etiam ſterilitatem efficere teſtatur.* [b Puerperij.] *Codex Nicolai habet, ζαφάιδρου perperam, pro ἀφίδρου. Niſi quis malit legere ἐξάιφνης, id eſt confeſtim à purgatione.* error. Codex Nicolai emendatus.

13 [redacted]

Mulierem à viro ſtupratam rurſus vt virginem facias 14
Ea dein hora qua rem habebit vir cum muliere, ſolano accepto idipſum cũ oleo ablue, & adhibe initio pudendi mulieris. Deinde recipe gallarum immaturarum, cyperi, caſię, roſarum albarũ, piperis albi, & ſeminis vrticæ, ſing. exag. j. Omnia probè trita, & per cribrum tranſmiſſa, prius abluto pudendo, deſuper vt farinam inſperge.

Mulierem pollutam rurſus vt virginem facias. Se- 15
men herbæ oxylapathi tritum in vteri ſinum imponito. Similiter gallam in aceto maceratam, & exiccatam tere in pollinem, & abluatur ſinus, ac ſubinde inſpergatur deſuper pollen.

[redacted] 16

Linguæ aſperitas vt læuiganda. Linguam læuigato 17
menta tuſa & contrita. Similiter valet lini ſemen tritum molli incluſum lintheo, & melle calefacto irrigatũ. Vbi autem lingua ſatis maduerit, caricarũ decocto abluenda. Pariter ſucco mentæ cum roſaceo oleo, & chamæmelino illinenda, & decocto eiuſdem lingua abluenda.

Linguam aſperam ſaliua redundantẽ vt ſanare opor- 18
teat. Coriandri ſemen læuigatum cum vino inunge, & ablue. Saliua verò multa exiſtẽte, gallam tritam cum ſolano & aceto ad colluendam linguam adhibe.

Lingua reſoluta vt emendãda. Aphonitrum cum pa- 19
ne mixtum ex æquo, & vehementer cõmanducatum. Expertum eſt.

Ad profluuium ventris ſiſtendum, probatum, Iecur 20
hircinum cum vino auſtero coquito, & da bibendum cyathum vnum, & confeſtim ſiſtet.

Lac muliebre ita auertes. Fabæ farinam, fœnogræci 21
farinam miſceto cum oleo communi, & aqua, & vt emplaſtrum deſuper impone.

Lac muliebre ſiſtens, vt præcedens. Recipe cumini, 22
rutæ, ſeminis agni, ſing. ℥.ij. Contuſa dantur bibẽda cum aqua. Comedat autem poſtea lentem.

Mu

23 Mulieri vbi mammæ inflantur. Accipe[a] ſpõgiam mollẽ aceto imbutam, impone crebrò. Aut lini ſemen cum aceto tritum, & illitum. Si verò inflatio in illis eſt impacta, accipe farinam fabarum, & melilotũ, tunde, & cõmiſce cum oleo ſeſami, & aqua tepida, atq; inunge. Si verò contra inflatio feruet, accipe pſyllij ſemen mixtum cum droſato [b] liquiritiæ, & aqua, concute vtraq; donec efficiatur ſpuma, quam accipe & inunge. Aliud. Cancros, fluuiales viuos cõtunde & fac emplaſtrum, quod imponatur. Similiter terræ inteſtina contudens, finge emplaſtrum, & deſuper imponito.

Aliud. Lithargyrum ſolue cum roſaceo oleo, & inunge.

Aliud Cuminum validè contuſum melli & aceto miſcens inunge. Si verò inflatio concocta fuerit, accipe micam panis imbutam aqua ſolani, & roſaceo oleo, ac impone. Sin verò eſt [c] excreta inflatio, recipe cuminum tuſum cum aqua apij, aut cum roſaceo oleo, inunge.

[ a Spongiam mollem. ] *Nicolai codex legit, πάνιον σοῦ χόσον quid verò ijs verbis velit, nemo intelligit. Ideo ex Paulo legendũ potius eſſe conijcimus σπόγγον ἁπαλὸν. Niſi πάνιον vocet panem, vt ſupra fecit, & tum conuertendum, panem cum aceto, &c.* [ b Liquiritiæ. ] *Nicolaus legit τὸν τζικυζιπὰν. Verùm barbaram eſſe vocem, nemo non animaduertit. Quid verò ſignificet diuinare nequeo niſi droſatũ ſeu ſerapium ex liquiritia barbarè vocata intelligat. Eſt quidem hoc caput mirificè multis in locis depratum, quod vtcunque potuimus, aliqua, ſi nõ integrum, ex parte ſaltem emendauimus.* [c Excretum ] *Manuſcriptus codex falſo habet, πρήσμα κρίον, pro κριτὸν. Et πρῆσμα vſurpat pro inflatione. Nam πρήσοντος Phauorinus interpretatur φυσῶντος· & πρῆσιν ἐφύσησι*

24 Mulier quæ è partu laborat, & parere non poteſt. Hyoſcyami radicẽ ſiniſtro femori alligato & pariet, & purgabitur. [a] Aufer, neque relinquas.

[ a Aufer, &c. ] *In codice Nicolai legitur ἆρον μὴ δὲ τὰ ἐγκαταρίψῃ. Sed puto lectionem hanc non eſſe legitimam, & ſcribendum potius, ἆρον, μὴ δὲ ἐγκαταλίπῃ. Vt ſit ſenſus, hyoſcyami radicem eſſe tollendã, & non diu femori alligatã relinquendã. Vtinã autẽ meliore codice hic, & alij multi loci rectiſſimè aliquãdo ab alijs reſtituantur. Nobis certè qui vnicũ habuimus codicẽ & hũc quidẽ deprauatiſſimũ*

non

*non licuit niſi coniecturis,quæ ſæpe fallere poſſunt,vti.*

Mulieri ſi mammæ inflentur à partu.Suillum ſtercus cum aqua tritum inunge. 25

Mulier ſi vinum non bibat. Florem calami cum vino albo bibendum præbe,& vinum bibet. 26

FINIS.

## INDFX DROSATON, ſeu Serapiorum.

*Droſaton Serapiumùe ad tuſsientes vtile,& ad eos qui deſtillatione à calore laborant.* 1
*Droſaton ad tuſsientes,& eos qui abſceſſu laborant.* 2
*Droſaton ad articulorum dolores,& omnem affectum à defluxione natum.* 3
*Droſaton ad eos qui malo habitu laborant,iocineroſos lienoſos,& vitioſo colore præditos.* 4
*Droſaton ad iecoris obſtructionem & duriciem,atq; lineoſos.* 5
*Droſaton ad tuſsientes,& deſtillatione correptos.* 6
*Droſaton ad tuſsientes.* 7
*Droſaton ad tuſsientes.& eos qui abſceſſu laborant.* 8
*Droſaton tabidis vtile,lienoſis,& peripneumonicis.* 9
*Droſaton ad continuas & ardentes febres.* 10
*Droſaton cœliacum,admodum vtile.* 11
*Droſaton ad iocineroſos,lineoſos,ſtomachicos , hydropicos , & cholericos.* 12
*Droſaton ad melancholicos,alioſq; morbos,è fumaria.* 13
*Droſaton ad lienoſos,iocineroſos,hydropicos,& inflatos.* 14
*Droſaton ad hydropicos,lineoſos,iocineroſos, & calculoſos.* 15
*Droſaton iocineroſum,& ventrem emolliens.* 16
*Droſaton ad cœliacos,& dyſentericos.* 17
*Droſaton ad continuas & ardentes febres.* 18
*Droſaton ad quartanas.* 19
*Droſaton ad tuſsientes propter frigiditatem , & deſtillatione laborantes.* 20
*Droſaton ad tuſsientes,febricitantes à calore, & ſiccitate.* 21
*Droſaton ad tuſsientes,& deſtillatione laborantes,nec potentes rectè expuere,* 22
*Droſaton ad ſuppuratos,& eos qui abſceſſu laborant.* 23
*Droſaton ad ſuppuratos,abſceſſu correptos,& tuſsientes.* 24
*Droſaton ad ſuppuratos,tuſsientes,& tabidos.* 25

Dro

*Droſaton ad tabidos, & eos qui abſceſſu laborant.* 26
*Droſaton ad pleuriticos, & tuſsientes.* 27
*Droſaton ad cardiacos, & defectione animi laborantes.* 28
*Droſaton ad cardiacos, & nephriticos.* 29
*Droſaton ad lumbricos, valde vtile.* 30
*Droſaton ad dyſentericos, & cœliacos.* 31
*Droſaton ad eos qui calido ſunt temperamento. Reſtinguit etiam ſitim.* 32
*Droſaton ad calida temperamenta, & iecoris ac ſtomachi calidos affectus.* 33
*Droſaton ad eos qui calido ſunt temperamento. Reſtinguit quoq; ſitim.* 34
*Droſaton ad pleuriticos, peripneumonicos, deſtillatione laborantes, & calido temperamento preditos* 35
*Droſaton ad dyſentericos, cœliacos, & imbecillitatem ſtomachi.* 36
*Droſaton lingua latina dictum compoſitum.* 37
*Droſaton ad febres continuas, & ardentes, duplices tertianas, & quotidianas continuas.* 38
*Droſaton ad abſceſſus in renibus, veſica & vrinarijs partibus.* 39
*Droſaton ad colicos, nephriticos, inflatos & lienoſos.* 40
*Droſaton ad febres continuas, & ardentes, nominatasq; lipyrias, & typhodes.* 41
*Droſaton ad tuſsientes, & ſuppuratos.* 42
*Droſaton ad tuſsientes, ſuppuratos, deſtillatione laborantes ex acribus humoribus.* 43
*Droſaton purgatorium ad continuas febres, hecticas, & mala corporis ex defluxione nata.* 44
*Droſaton ad ſtillicidium & difficultatem vrinæ, ac calculoſos.* 45
*Droſaton compoſitum, admodum bonum, purgatorium.* 46
*Droſaton ſcilliticum ad omnis generis morbos.* 47
*Droſaton ad lumbricos in ſtomacho & inteſtinis detentos,* 48
*Droſaton ad ſtillicidium & difficultatem vrinæ.* 49
*Droſaton ad difficultatem vrinæ valde bonum.* 50
*Draſaton ad ſtillicidium, & difficultatem vrinæ.* 51
*Droſaton ad eadem mala.* 52
*Droſaton ad eos qui abſceſſu laborant & tuſsiunt.* 53
*Droſaton ad pleuriticos, & tuſsientes.* 54
*Droſaton ad continuas febres, & tertianas.* 55
*Droſaton ad choleram, diarrhœam, lienteriã, cruentam dyſenteriam*

& te

& teneſmum. 56
Droſaton ad quotidianas, ſitimq́; inferentes febres, & ad omnẽ febrẽ cum rigore inuadentem. 57
Droſaton ad tuſsientes & pleuriticos. 58
Droſaton ad pleuriticos, diſtentiones neruorum, brachiorum, femorũ & interfœminei, à craſsis & lentis humoribus ortas. 59
Droſaton ad carnis diſſolutionem, imbecillitatem corporis, ſuppuratos tuſsientes, & eos qui abſceſſu laborant. 60
Droſaton ad calorem corporis, iecoris, cordis, & omnem animi defectionem à calore natam. 61
Droſaton purgatorium, & ventrem emolliens, podagricis, arthriticis & neruorum affectibus vtile. 62
Droſaton ad eos qui malo habitu corporis laborant, ſtomachicos, lienoſos, vniuerſas viſcerum obſtructiones. 63
Droſaton purgatorium è rheo barbaro. 64
Droſaton ex ſena purgatorium. 65
Droſaton ad eos qui quotidiana febre correpti ſunt, & hemitritæo laborant. 66
Droſaton acetoſum compoſitum. 67
Droſaton ad tertianarios, & continuas febres. 68
Droſaton ad iecoris & lienis obſtructionem. 69
Droſaton ad omnimodam lienis & iecoris obſtructionem, maloq́; colore infectos. 70
Droſaton purgatorium viſcerum, & alui. 71
Droſaton ad podagricos, arthriticos & omnẽ malitiam corporis. 72
Droſaton ad iecoris à calore ortam obſtructionem, doloremq́; ſtomachi, vteri, renum, & imi ventris 73
Droſaton ad dolorem oculorum, eorundemq́; ardores, & omnem defluxionem ad oculos delatam, ac hebetudinem. 74
Droſaton ad arthriticos, podagricos iſchiadicos, & mnem infirmitatem neruorũ à malignis humoribus ortam. 75
Droſaton ad iocineroſos, & lienoſos, & abſceſſu laborantes. 76
Droſaton ad reſolutos, arthriticos, & mala neruorum. 77
Droſaton ad eos qui bibunt moderatè vinum, & hoc ipſum odiſſe volunt. 78
Droſaton ad elephanticos. 79
Droſaton ad hydropicos. 80
Droſaton ad iocineroſos. 81
Doſaton ad iocineroſos, ſtomachicos, & cœliacos. 82

*Droſaton ad cœliacos, & tuſſientes.* 83
*Droſaton ad eos qui iecur dolent ob calidam intemperiem.* 84
*Droſaton ad dyſentericos, & cœliacos.* 85
*Droſaton ad podagricos, & arthriticos.* 86
*Droſaton ad cœliacos, & dyſentericos.* 87
*Droſaton ad dyſentericos, & lientericos.* 88
*Droſaton ad continuas febres, & ardentes, & lipyrias nominatas.* 89
*Droſaton ad ſtillicidium & difficultatem vrinæ, ac calculoſos.* 90
*Droſaton ad febres acutas & ardentes, calidam iecoris intemperiem, & ictericos.* 91
*Droſaton ad lienoſos, ictericos, & omnigenum iecoris calorem.* 92
*Droſaton ad lienoſos, ictericos, omnem caliditatem iecoris, obſtructionem lienis & viſcerum.* 93
*Droſaton ad diſtentiones neruorum, brachiorum, & femorum: item à craſſis & glutinoſis humoribus natas reſolutiones* 94
*Droſaton ad neruorum diſtentiones, podagricos, & reſolutos à craſſis & lentis humoribus.* 95
*Droſaton ad lienoſos, iocineroſos, nephriticos, colicos & inflatos,* 96
*Droſaton ad tuſſientes, ſuppuratos, & deſtillatione laborãtes.* 97
*Droſaton ad lienoſos, maloq; corporis habitu laborantes.* Purgat *etiam per aluum.* 98
*Droſaton ad iocineroſos, & lienoſos.* 99
*Droſaton ad iocineroſos, lienoſos, malo corporis habitu correptos, & omnes viſcerum obſtructiones.* 100
*Droſaton ad ſuppuratos, tuſſientes, tabidos, febricitantes, & deſtillatione & abſceſſu laborantes.* 101
*Droſaton ad lienoſos, ictericos, & omnem caliditatem iecoris.* 102
*Droſaton ad eos qui abſceſſu laborant, & vlcera in renibus & veſica habent.* 103
*Droſaton ad colicos & nephriticos.* 104
*Droſaton ad colicos, & nephriticos, optimum.* 105
*Droſaton ad iocineroſos, lienoſos, obſtructionem & duriciem viſcerum.* 106
*Droſaton ad obſtructionem iecoris, lienis, ac colicos.* 107

*Droſaton ad melancholicos, cholericos, elephantia correptos & ad alia mala.* 108
*Droſaton ad iocineroſos, lienoſos & hydropicos.* 109
*Droſaton ad hydropicos, lienoſosq́; Purgat etiam aluum.* 110
*Droſaton ad colicos & nephriticos.* 111
*Droſaton ad colicos, nephriticos, lienoſos, ſtomachicos, & viſcerum obſtructiones, optimum.* 112
*Droſaton ad tertianas, duplices tertianas, & quotidianas, purgatorium.* 113
*Droſaton ad dyſentericos & cœaliacos, per totum diem potum.* 114
*Droſaton ad iocineroſos à calore factos, vitioſo colore præditos, furioſos, colicos & nephriticos.* 115
*Droſaton ad quartanas, expertum.* 116
*Droſaton ad quatranas, probatum.* 117
*Droſaton ad omnem corporis maliciam.* 118
*Droſaton purgatorium, ad exanthemata in vniuerſo corpore à melancholico humore & ſalſa pituita nata.* 119
*Drangeæ confectio ad eos qui cibum non appetunt, & ſtomacho refrigerati ſunt maleq́; concoquunt ac vomunt, vtile.* 120
*Droſaton ad tertianas, quartanas, duplices quotidianas, febres continuas hecticas, & immodicam ſitim.* 121

# NICOLAI MYREPSI

## ALEXANDRINI DE DROSATIS.

### SECTIO OCTAVA.

DRoſaton [a] ad tuſsientes, & deſtillatione à calore laborantes. Recipit ſeminis cotoneorum, ſeminis maluæ, ſingulorum .℥.ß. Vuarum corinthiacarum .℥.j. Glycyrrhizæ purgatæ. ℥.j.ß. Tragacanthæ. ℥.j. Zizipha numero.xx. Sebeſtenæ. xxx. Adianti, manipul.j. Papaueris albi capitis integri.℥.j. Hyſſopi, manip.ß. Radicis fœniculi, apij macedoniſij, boraginis & intybi, ſing.℥.ij. Roſarum ℥.j. Succi, aut foliorum chamæleuces, gummi arabici, ſing. ℥.j. Aquæ quantum ſufficit. Coquantur ad conſiſtentiam. Deinex decocto accipiantur lb.iij. Sacchari, lb.j. Penidio- 1

rum

rum, ℔.ß. Sacchari violacei ℥.iij. Coquantur ad conſiſtentiam Droſati. Datur bibendum cum decocto tuſſilaginis.

[a Droſatum.] *Nicolaus* δροσάτος *appellat quod Actuarius Serapium, noſtri Syrupum, vt ſuprà quoque eſt annotatum.* Droſaton.

2 Droſaton ad tuſsientes, & eos qui abſceſſu laborant. Accipit violarum, polytrichi, ſing. ʒ.iij. Caricas albas, decem. Vuarum corinthiacarum. ℥.ij. Decocti vngulæ caballinæ, ℔.ß. Carnium palmularum decem, Glycyrrhizæ purgatæ. ℥.j.ß. Zizipha. xx. Iridis ℥.ß. Seminis maluæ, exagium. j. Seminis papaueris albi. ℥.ß. Seminis [a] bombacij emundati. ℥.j. Tragacanthæ, ſeminis cotoneorum, ſingulorum. ℥.ß. Hyſſopi, manipulum. ß. Radicis fœniculi, apij, & macedoniſij, ſingulorum, ℥.ij. Seminis vrticæ, exagiū. j. Aquæ quod ſatis eſt, Sacchari, ℔.j. Penidiorum ℔.j.

[a Bombacij.] *Nicolaus habet* βαμβάκιον. *Eſt autem barbara vox, quæ hodie etiam in officinis durat, & barbaris medicis vſitata eſt. Nam quod latini Goſsipium & xylon, hoc illi Bombacem, bombaſum, bombacium, & cotum vocant.*

3 Droſaton ad dolorem articulorum, arthriticos, & omnē affectum à defluxione natum. Purgat etiam ventrem. Capit violarum, roſarum, radicis fœniculi, apij, macedoniſij, aſparagi, borraginis, & ruſci, ſeminum cucumerum, ſingulorum. ℥.j.ß. Polytrichi, ſcolopendrij, ſingulorum manipulum. ß. Chamæmeli, vuarum, ſingulorum. ℥.j. Aniſi, fœniculi, & apij ſeminum, ſingulorum. ℥.ß. Hermodactyli. ℥.ß. Polypodij. ℥.ij. Senæ, epithymi, ſingulorum. ℥.ß. Agarici, exagia. ij. Rhei barbari, exagia. ij. Decocti borraginis & bugloſsi. Aquæ quantum ſatis eſſe videbitur, & ſacchari. Datur. ℥.j. aut. ℥.j.ß. cum aqua tepida.

4 Droſaton ad eos qui malo corporis habitu præditi ſunt, iocineroſos, lienoſos, & malè coloratos. Nominatur è roſis, & purgat ventrem. Habet radicis apij, fœniculi, macedoniſij, aſparagi, & borraginis, ſingulorum. ℥.ij. Decocti apij. & intybi, ſingulorum. ℥.j. Radicis bugloſsi. ℥.j.ß. Eupatorij. ℥.j. Senæ, cuſcutæ, aſari, ſingulorum. ℥.ß. Santali rubei, & albi. ℥.ß. Roſarum, violarum, iridis, ſingulorum. ℥.j. Borraginis floris. ℥.ß. Adianti, ſcolopendrij, ſingulorum manipulum. j. Spicæ, am- Droſatō è roſis.

meos,ſingulorum exagium.j.Seminum cucumerum, ſingulorum.℥.ß.Polypodij.℥.ij. Seminis apij, aniſi, & fœniculi,ſingulorum exagium.j.Agarici, exag.ij.Aquæ quod ſatis eſt,& ſacchari,& rhei barbari.℥.ß.Turpeti. ℥.ß.Dantur manè.℥.ij.ex aqua tepida.

Droſaton ad iecoris obſtructionẽ & duriciem, lienoſosq; 5
bonum. Recipit decocti apij,intybi,& quinqueneruiæ, ſingulorum.℥.vj.Succi eupatorij,abſinthij, & capnij, ſingulorum.℥.iij.Seminis apij, fœniculi, & intybi, aſari,floris iunci odorati,ſpicæ,ſenæ,maſtiches, phu, cyperi, aniſi, ſingulorum.ʒ.j.Inijciantur hæc benè trita in prædicta decocta,& macerentur die & nocte. Poſtea inijciantur iterum cuſcutæ.℥.j.Fœniculi radicis, apij, macedoniſij, aſparagi, borraginis, intybi, & bugloſſæ, ſingulorũ.℥.j. Ramorum myrices,manipulus.ß.Roſarum.℥.j.Santali rubei ℥.ß.Polypodij.℥.j.Hæc decoquantur in aqua ad tertias,& colentur.De hoc decocto accipe lb.iij.& adijce aceti lb.ß.rurſusq; colato. Dein impone ſacchari lb.j.ß. & rhei barbari benè triti.℥.ß.atq; ad Droſati conſiſtentiam decoque.Datur manè ieiuno.℥.j.ß.cũ decocto phu, cyperi, & ſeminis apij.Datur verò in eiuſmodi malis etiam hæc antidotus. Eſt enim admodum bona. Accipit croci, opij, myrrhæ,caſtorij,coſti,hyoſcyami,carei,rubiæ,[a] lupinorum,cornu ceruini, aut caprini.ʒ.ij.Mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſt.Datur cum decocto intybi, aut apij manè ieiuno. Datur etiam in eiuſmodi malis paſtillus de rha barbaro, aut de berberis cum Droſato ſuprà dicto, manè ieiuno ex aqua tepida.

[ a Lupinorum. ] *Codex Nicolai habet* λουμπιναρίωμ, *haud dubiè pro* λουπινόρουμ. *Latinam enim dictionem corruptè exarauit.*

Droſaton ad tuſsientes,& deſtillatione laborantes. Ca- 6
pit zizipha.xx. Sebeſten.xxx. Vuarum.ʒ.x. Violarum.ʒ.iiij.Glycyrrhizæ.ʒ.v.Caricarum,nume.x.Hyſſopi,manipulum.ß.Palmulas.vj.Tuſsilaginis,manipulum.ß. Iridis.℥.ß.Roſarum.℥.j Hæc decoquantur in aquæ lib.iiij quoad duæ remaneant. Dein adijce caſiæ.ʒ.vij. Mannæ. ʒ.x. Decoquantur probè,ac colentur,adijcianturq; ſacchari.℥.iij.Penidiorum.℥.iij.Datur manè.℥.j.ex aqua tepida.

7 Droſaton ad tuſsientes, mirabile. Habet ziziphorum, violarum, glycyrrhizæ, aniſi, fœniculi, polytrichi, ſebeſten, ſeminis maluæ, vuarum corinthiacarum, cubebę, tuſſilaginis, fœnogræci, florum chamæmeli, iridis, ſeminum cucumerum, ſingulorum. ℥. ß. Aquæ quod ſatis eſt, & ſacchari, & penidiorum. Da bibendum diebus ſeptem, ſingulis diebus. ℥. j. ß. cum aqua tepida. Dein adijce mannæ. ℥. ß. Caſiæ purgatæ. ℥. j. Et de hoc Droſato. ℥. ij. Datur manè ieiuno tepidum. Si autem volueris, commiſce huic aquæ, violarum, ſeminis maluæ, & cotoneorum, vuarum, hyſſopi, pſyllij, ſingulorum. ʒ. v. Zizipha. xx. Sebeſten. xxv. Aquæ, lib. iij. Decoquantur donec remaneat ℔. j. Dantur autem, ſi vires validæ ſint, ſingulis ſeptimanis[a] ter ſine agarico. Verùm cum agarico[b] per menſem ſemel, ſi plethoricum, aut deſtillationi obnoxium, & craſſum fuerit corpus.

[a Ter.] *Græcè eſt φορὰς τρεῖς, tres oblationes. Ter itaque, hac loquendi ratione, ſingulis ſeptimanis droſatum hoc eſſe offerendum, ac exhibendum, innuit Nicolaus.* [b Per menſem ſemel.] *Græcè eſt τὸν μῆνα ά.*

8 Droſaton ad tuſsientes, quòd è chamæleuce nominatur, quæ ab Italis vngula caballina dicitur. Eſt etiam admodum bonum ad eos qui abſceſſu laborant. Recipit chamæleuces ſucci, ℔. ij. Decoquatur & deſpumetur benè. Inijciatur ei ſacchari, & penidiorum, ſingulorum. ℔. ß. Decoquantur benè Datur manè ac veſperi cum decocto hyſſopi, glycyrrhizæ, & carnium palmularum. Camæleuce qd

9 Droſaton ad tabidos, tuſsientes, & peripneumonicos optimum. Capit aquæ, ℔. iiij. Violarum, glycyrrhizæ: papaueris albi, ſingulorum. ℥. ß. Seminum cotoneorum, maluæ, & bombacij, cucumerum, portulacæ, tragacanthæ, gummi arabici, ſingulorum. ʒ. iij. Hæc decoquantur ad tertias. Accipe de ipſo decocto quantum volueris, & adijce ſacchari, ℔. j. & præbeto.

10 Droſaton ad continuas febres & ardentes. Accipit ſucci portulacæ, & peponis hyemalis ſucci integri, ℔. j. Cucumerum quoque ſemina contunde, & cum aqua irrigato, ac per ſaccum tranſmitte. [a] Lacteum quod per ſaccum tranſmiſſum eſt accipe, & miſce. Adijce herbæ hepa-

r ij ticæ.

ticæ, capilli veneris, ceterach, hoc eſt ſcorpiden. Decoquantur, & abijciantur herbæ. Dein accipiatur decoctum, & illi adijciatur glycyrrhizæ, tragacanthæ, violarum, damaſcenorum, ceraſiorum, ſebeſten, ſemperuiui, ſingul. ʒ.ij. Decocta probè per ſaccum tranſmittantur, & reliqua abijciantur. Inijce in ipſum decoctum haſce ſpecies tritas, in linteo ſubtili ligatas, pſyllij nimirum & cotoneorum ſeminum, ſingulorum. ℈.j. Santali rubei & albi, ſpodij, berberis, roſarum, portulacæ ſeminis, lactucæ, intybi, papaueris albi, ſingulorum. ʒ.ß. Sacchari, lib.j.ß. Vbi ab igne remouere volueris, inijce rhei barbari tuſi & cribrati, exagiū.j. ac modicè decoquito, perq; ſaccum tranſmittens recōdito. Da bibendum quouis tempore ex aqua frigida.

[a Lacteum.] *Græcè eſt γαλακτῶδις, quod hic lacteum illum ſuccum qui ex cucumerum ſeminibus exprimitur, ſignificat. Alijs Græcis idem quod tepidum denotat.*

Droſatōn cœliacum valde vtile. Habet ſacchari lb.j. 11
Aquæ pluuialis, lb.ij. Stillaticij roſarum campeſtrium liquoris, lb.ß. Granorum myrti, roſarum, rhois culinarij, acaciæ, rhois ſyriaci, balauſtiorum, hypociſtidis, ſpodij, ſingulorum. ℥.ß. Meſpila immatura. x. Sorbas immaturas. v. Corna. x. Glycyrrhizæ, tragacanthæ, ſing. ʒ.ß. Succi cotoneorum. lb.ß. Decoquantur hæc, donec lb.j. remaneat. Adijce ſacchari. lb.j. & dato.

Droſatō abſinthite.

Droſaton Abſinthite cognominatum, ad iocineroſos, 12
lienoſos, ſtomachicos, hydropicos, & cholericos bonum. Recipit abſinthij. ʒ.xx. Cuſcutæ, violarum, glycyrrhizæ, vuarum corinthiacarum, floris borraginis, ſingulorum. ʒ.x. Polytrichi, manipulum. ß. Floris iunci odorati, marrubij ſemen, aniſi, ſeminum cucumerum, ramorum tamariſcis, ſcolopendrij, intybi ſeminis, radicis capparis, quinque radicum, ſingulorum. ʒ.v. Radicis bugloſſi. ʒ.iiij.ß. Spicæ, eupatorij, coſti, caſiæ ligneæ, ſeminis apij, folij, calaminthes, ſing. ʒ.iij. Hæc decoquantur in aquæ lb.viij. quoad remaneant quatuor. Dein per ſaccum tranſmiſſis, inijce ſacchari lb.iiij. Si verò placuerit, pro ſaccharo accipiātur gari lb.iij. Adde cardamomi, ſantali rubei, croci, maſtiches, cinamomi, aſari, ſeminis portulacæ. Hæc in farinam trita ligato in linteo ſubtili, atque in decoctum conijce cum ſaccharo,

charo,adijce etiam aceti ſcillitici quod ſatis eſt.Quòd ſi efficere volueris vt ventrem ſubducat, inijce dacrydij triti. ℥.ij.Datur pro viribus,ex aqua tepida.

13 Droſaton è fumaria ad melancholicos, cholericos, flaua bile refertos,lienoſos,elephantia laborantes, prurigine moleſtatos,ſcabie contaminatos, impetiginoſos, ad malitiam lienis & iecoris,tabidos, vitioſum corporis & faciei colorem,lataq; exanthemata bonum. Accipit myrobalani citrini,violarum,abſinthij,cuſcutæ, ſingulorum.℥.ij.Decoquantur hæc in aquæ lib.viij.donec tertia pars abſumatur.Deinde accipe ſucci fumariæ decocti & depurati, lb. v.aut quantum oportet cum ſupradicto decocto. Adde dacrydij.℈.ij.Sacchari,lb.j.Datur pro viribus ex aqua tepida ieiunis.℥.j.ß. Serapiũ è fumaria.

14 Droſaton ex Iride,vtile ad iocineroſos,lienoſos,hydropicos,& inflatos,præſtãs.Capit iridis.ʒ.xv.Floris iũci odorati,glycyrrhizæ,calaminthæ, marrubij, ſing.ʒ.vij.ß.Polij,oxyphœnici,aniſi,petroſelini,ſingul.ʒ.ix. Dauci, ammeos,eupatorij,aſari,ſpicæ,rhei barbari,ſing.ʒ.j.ß.Decoquantur hæc in aquæ lib.x.donec dimidiũ remaneat, dein colentur,& adijciantur ſacchari lb.v.aut gari.lb.v.mellis attici,lb.ij.ß.Poſtea adijce maſtiches,piperis longi,cinamomi,caryophylli, ſingul.gran.vij. Dein probè in mortario cõtunde,& pſyllij quantum volueris liga in linteo,& inijce decocto.Et vbi benè ebullierint,per ſaccum transfunde, & reconde in vaſe.Datur.℥.j.ex aqua calida.

15 Droſaton ad hydropicos,lienoſos, iocineroſos, calculoſos,datum cum decocto apij,aut intybi, aut aniſi, aut fœniculi,aut ocimi,aut ſaxifragi,aut milij ſolis.Eſt vero[a].Habet radicis fœniculi,apij,petroſelini, intybi, borraginis,aſparagi,& bruſci,ſin.℥.ij.Nucleũ oſsis rhodaceni ſeu perſici,aſpleni herbæ,adianti,ceterach,hoc eſt ſcorpidij,florum borraginis,coſti,ſaxifragi,granorum ſolis, floris iunci odorati,aſari,ſilphij,ſenæ,ſpicæ,corticis tamaricis,ſeminum cucumerum,ſing.℥.ß.Violarum.℥.ij. Amygdalarũ dulcium xx.Aniſi, ocimi, ſeminis aſparagi, & ruſci, cyperi, rubiæ, aſphodeli,hermodactyli,eſulæ,hoc eſt chamæpityos, ſing. ℥.iij.Ligni aloes,galãgę,maceris,caryophylli,cardamomi, libyſtici ℈.iiij.Rhei barbari.℥.ß.Hæc ſimul tuſa fermen-

teſcant cum ſucco borraginis, vt omnia in ſuccum vertantur, deinde conſice vt ſtillaticium roſarum liquorem, & accipe ex aqua quæ de ijs deſtillauit quanta eſt, fac droſaton cũ ſaccharo, quod ſatis eſt. Datur bibendũ in p̃dictis malis.

[a Eſt verò.] *Nicolaus habet.* ἐςι δὲ τοῦ μαϊςρωράσιον. *Quum verò non ſatis conſtaret quid illi* μαιςρωράσιον *ſignificaret, inconuerſam dictionem barbaram reliquimus.* De hac verò voce *ſuprà etiam quædam annotauimus.*

Droſaton iecori cõueniens, & aluum molliens. Recipit 16
polypodij viridis repurgati. ℥.j. Hermodactyli boni, eſulæ, ſingul. ℥.ß. Violarum. ℥.j. Agarici, thymi, epithymi, ſingu. ℥.ß. Nenupharis, portulacæ ſeminum, & lactucæ, ſing. ʒ.ij. Turpeti puri. ℥.ß. Floris iunci, odorati, aſari, ſingulorum. ʒ.ij. Seminum quatuor, [a]herbaceorum fructuum, ſingul. ℥.ß. Damaſcenorum. ℥.j. Senæ ℥.ß. Seminis fœniculi, & aniſi, ſingulorum exag.j. Hæc decocta ad cõſiſtentiam, colato, & adijce ſacchari, ℔.j.ß. Rhei barbari, exag.ij. Dantur. ℥.j.ß. ex aqua tepida manè ieiunis.

Librarij lapſus. [a Herbaceorum fructuũ.] *Græcè eſt* ὀπωρικῶν. *legendum autem puto* ὀπωρινῶν. *intelligit verò haud dubiè ſemina hodie maiora vocata, quod ſcilicet horum fructus herbacei, & mollioris corticis ſint. Aliàs ſemina cucumerum* Nicolaus *appellat.*

Droſaton ad cœliacos, & dyſentericos vtile. Accipit ro- 17
ſarum rubearum. ℥.j. Mumiæ, hypociſthidis, acaciæ, corallij rubei & albi, ſingulorum. ℥.ß. Maceris, ſanguinis draconis, caryophylli, ſpodij, ſingulorum. ʒ.ij.ß. Cinamomi, maſtiches, thuris, boli armenij, gummi, arabici, ſingulorum ℥.j. Myrtorum, ſorbarum, meſpilorum, ſingulorum. ℥.j. Carnium cotoneorum, ℔.ß. Sumach ℥.ß. Hæc omnia in aqua pluuia decoquantur ad conſiſtentiam. Accipe huius decocti, ℔.j.ß. & ſtillaticij roſarum liquoris, ℔.ß. Adijce ſacchari roſacei, ℔ j. Decoquantur ad conſiſtentiam. Datur cum aqua pluuia.

Droſaton ad cõtinuas febres, & ardẽtes vtile. Capit vio 18
larum. ʒ.ij. Florũ borraginis, nenupharis, cucurbitæ, ſing. ʒ.ij. Adiãti, manipulũ.ß. Seminũ cumerũ, lactucæ, intybi, papaueris albi, & portulacæ, ſingul. ʒ iij. Radicis fœniculi, apij, aſparagi, borraginis, intybi, ſing. ʒ.vj. Damaſcenorũ, ceraſiorũ, ſing. ℥.ij. Glycyrrhizæ, ſeminis cotoneorũ, tragacan

gacanthæ,ſing.ʒ.j.Santali rubei,& albi, ſing.ʒ.ij.Aquæ dulcis,lb.ij.Succi peponis ſaracenici, lb.ß. Decoquantur ſimul ad tertias,dein colentur,& abijciantur herbę.In decoctum inijce pſyllij,berberis,ſpodij,roſarum, fœniculi ſeminis,ſingul.ʒ.ß.Rhei barbari, exag.j. Hæc in pollinem diligenter trita ligentur in lintheo ſubtili.Adijce etiã decocto huic droſati limoniorum.℥.iiij. Sacchari,lb.j.ß.& per ſaccum trãsfunde,& reconde.Datur manè,& meridie cum aqua frigida.

19 Droſaton è ſcilla, ad quartanas vtile. Scillam albam decoque cum fermento in furno. Dein ea ſublata & purgata, accipe meditullij eius.℥.ij.hoc eſt, neque interiorem, neque exteriorem eius partem. Neque aſſari debet ad perfectam coctionem, ſed tantiſper ſolum, dum virulentiam ſuã abijciat. Adde etiam aceti lb.ß. Dein appone chamædryos, ariſtolochiæ, iridis, chamæpityos, ſenæ,radicis bugloſſæ, ſingulo.ʒ.ij.ß. Quinque radicum, adianti, ſingulo.℥.ß. Radicis tamaricis,& ramos eius,ſing.ʒ.j.ß.Scolopendrij,ſeminis apij,ſingu.ʒ.j. Epithymi.℥.ß.Abſinthij.ʒ.j.Aſari, calaminthæ, ſingulo. ʒ.ij.Agarici,exagium.j.ß.Cubebę,exagia.ij.Intyborum, prunorum, ceraſiorum, ſebeſtæ, trium ſantalorum, ſingulo.℥.j. Radicis capparis.ʒ.ß. Petroſelini, dauci cretici ſingulo.ʒ.j.Glycirrhizæ, marrubij, ſingul.ʒ.ß. Petroſelini ſylueſtris, aniſi, ſingulo.ʒ.j.Polypodij.℥.j. Florum, borraginis.℥.ß.Roſarum.ʒ.j. Seminis fœniculi, exagiũ.j. Berberis.ʒ.j. Spicæ.ʒ.j.ß. Cuſcutæ.ʒ.j.Senæ, exagia.ij. Aquæ, lb.iiij. Hæc decoquantur ad conſiſtentiam,& colentur. Adijciantur ſacchari, lb.ij.Rhei barbari, exag.ij. Decoquantur probè, & colo tranſmiſſa recondantur ad vſum.

20 Droſaton ad tuſsientes propter frigus, & eos qui deſtillatione laborant. Habet hyſſopi.ʒ.j.ß. Zizipha.xx. Sebeſten.xxx.Iridis,exag.ij. Caricarum albarũ.x. Vuarũ corinthiacarum.ʒ.ij. Violarum.ʒ.iij.Florum borraginis ʒ.j.ß. Seminis maluæ.ʒ.ij. Glycyrrhizæ.ʒ.iij. Seminum cucumerum,probè contuſorum & ſubactorum,expreſſorumque. Adijce de expreſſo ex eis ſucco lacteo,lb.ß. Aquę, lb.j.ß.Decoquantur ad tertias,& colẽtur. Adijce ſacchari,

& penidiorum quod ſatis eſt, & coquito ad conſiſtentiam droſati, atque vtere.

Droſaton ad tuſsientes, febricitātes à calore & ſiccitate. Recipit violarum, iridis, ſing. ℥. ß. Lactei ſucci quatuor ſeminū. ℥. v. Glycyrrhizę. ℥. ß. Zizipha. xx. Sebeſten. xxx. Maluæ ſeminis, exag. ij. Vuarum corinthiacarū. ℥. ß. Succi chamæleuces. ℥. j. Tragacanthe, papaueris albi, ſingul. exag. ij. Hyſſopi, manipulum. ß. Aquæ quod ſatis eſt. Coquito ad tertias, & adijce ſacchari, & penidiorum, ſing. lb. ß. ac præbeto. 21

Droſaton ad tuſsientes, & deſtillatione laborantes, & eos qui non poſſunt probè expuere. Accipit caricarum albarū pinguium. x. Sinapi. ʒ. ij. Glycyrrhizæ, hyſſopi, tragacanthiæ, iridis, ſin. ʒ. ij. ß. Marrubij. ʒ. j. Palmulas. vj. Seminis vrticæ. ʒ j. ß. Zizipha. xx. Hæc coquito in aqua, ad tertias. Adde ſacchari, & penidiorum, ſing. lb. ß. 22

Droſaton ad ſuppuratos, & ad eos qui abſceſſu laborant. Capit caricas albas. x. Palmulas. xx. Fœnigræci. ʒ. v. Glycyrrhizæ. ʒ. x. Radicis fœniculi, apij, macedoniſij, boraginis, & intybi, ſingulo. ℥. ij. Seminis fœniculi, apij, & vrticæ, ſing. ʒ. v. Hyſſopi, polytrichi, ſing. manip. ß. Vuarum. ʒ. viij. [a] Caraborum ſine pedibus ipſorum, calaminthes, iridis, marrubij, ſingul. ʒ. v. Scillę meditullium. ʒ. vj. [b] Fabæ repurgatæ. ʒ. vj. Amygdalarum amararum, & dulcium, ſingul. x. Bombacij ſeminis. ʒ. x. Radicis capparis, hordei decorticati, ſingul. ℥. iij. Gentianæ, ariſtolochiæ rotundæ, ſingul. ʒ. v. Zizipha. xx. Sebeſten. xxx. Seminis altheæ. ʒ. iiij. Carnabadij. ʒ. j. Papaueris albi, exag j. Lactei ſucci quatuor ſeminum. ʒ. x, Coquātur hæc probè in aqua ad tertiam, coloq; expurgentur. Adijce ſacchari. lb. 1. Penidiorum, lb. ß. Violarum. ʒ. ij. Roſarum. ℥. ß. Coquantur probè ad conſiſtentiam, & vtere. 23

Carabus [ a Caraborum.] *Nicolai codex habet* καβούρους. *Sed quum nemo alius, quod ſciam, Caburorum meminerit,* καράβους *potius ſubſtituendum eſſe iudicaui. Eſt autem* Carabus *piſcis genus, qui latinis Locuſta dicitur. De quo plura Paulus Iouius capite. 40. in libello de Romanis piſcibus inſcripto habet.* [ b Fabæ.] *Codex Nicolai legit* φάβατος. *Iudico verò hac voce aliud nihil, niſi fabam intelligere, quod ſuprà quoq; monuimus.*

Dro

24 Droſaton ad ſuppuratos, & abſceſſu laborantes, ac tuſſientes vtile. Habet ariſtolochię, hyſſopi, ziziphorum, glycyrrhizę, ſing. ℥. j. Violarum. ʒ. ij. Caricas. x. Palmulas. vj. Iridis, amineos, altheæ ſeminis, vuarum corinthiacarum, ſing. ℥. ß. Adianti, manipulum. ß. Marrubij. ʒ. ij. Succi tuſſilaginis. ℥. iiij. Aquæ dulcis, lb. ij. Coquito hæc ad tertias. Adde ſacchari lb. j. & penidiorum, lb. ß.

25 Droſaton ad ſuppuratos tuſsientes, & tabidos. Recipit polytrichi, glycyrrhizæ, hordei decorticati, ſingul. ℥. ß. Tuſsilaginis. ℥. ß. ſeminum cucumerum, ſingulo. ℥. ß. Seminis apij. ʒ. Marrubij, fabæ repurgatæ, aniſi, fœniculi ſeminū, vuarū corinthiacarū, ſeminis portulacæ, violarū, papaueris albi, hyſſopi cretenſis, amygdalarū amararū & dulcium, caricarum, ſing. ʒ. j. Seminis altheæ, granorū myrti, ſing. exag. ij. Ariſtolochiæ, chamædryos, ſing. ʒ. ij. Gummi arabici. ʒ. iij. Iridis, ziziphorū, ſingul. ℥. j. Palmulas. vj. Radicū fœniculi, apij, macedoniſij, borraginis, & intybi, ſing. ℥. j. Camæleuces, ſeminis bombacij, ſingul. ʒ. vj. Hæc coquito cum aqua ad conſiſtentiam, & colo expurgato. Adijce ſacchari, lb. j. Penidiorum, lb ß.

26 Droſaton ad tabidos, & abſceſſu laborantes. Accipit hyſſopi, ziziphorum, violarū, ſeminum cucumerū, glycyrrhizæ, ſeminis altheæ, & florum eius, ſucci florum borraginis, ſucci tuſsilaginis, & eius florum, ſeminis portulacæ, ſeminis bombacij, iridis, caricarum, pinguiū, palmularum, ſing. ℥. ß. Sebeſten. xx. Aquæ, quod ſatis eſt, & ſacchari.

27 Droſaton ad pleuriticos, & tuſsientes. Capit violarum, tuſsilaginis, phu, ſeminum cucumerum, ziziphorum, glycyrrhizæ, hyſſopi, tragacanthæ, ſing. ℥. ß. Seminis cotoneorum. ʒ. j. Iridis, exag. ij. Chamædryos. ℥. ß. Stichadis. ʒ. ij. Florum boraginis, fœnogræci, ſing. ℥. ß. Aquæ quod ſatis eſt: Sacchari, & penidiorum.

28 Droſaton ad cardiacos, & animo deficientes. Habet florum boraginis, ſantali rubei, berberis, ſpicæ, ligni aloes, foliorum citri, foliorum meliſſophylli, roſarū, croci, nucis moſchatæ, maceris, folij, ſeminis ocimi, ſing. ʒ. ij. Seminis meliſſophyili, ſeminis ſiſymbrij, corallij rubei, ſing. exag. j. Betonicæ, ℥. ß. Hermodactyli longi, rubei & albi, oſsis cordis ceruini, galliæ moſchatæ, xylobalſami, ſingul.

ʒ.j.ß.Succi foliorum borraginis,℔.v.Aquæ & ſacchari, quod ſatis eſt.

29 Droſaton ad colicos,& nephriticos.Recipit ſcillæ medullæ.℥.iij.Quatuor radicum , ſingul.℥.ß.Seminis fœniculi,petroſelini,apij,chamædryos, chamepityos, ariſtolochiæ longæ,ſing.℥.ij.Seminis altheæ , aſplenij herbæ.ʒ.j.ß.Aſari,ſenæ,florum iunci odorati, ſing.ʒ.ij. Dauci cretenſis,ammeos,ſing.ʒ.j.Spicæ celticæ.ʒ.j.ß.Folij.ʒ.j.Abſinthij.ʒ.ij.Iridis.ʒ.j.ß.Spicæ,carei,ſingul.ʒ.j.Mentæ.ʒ.ij. Corymborum thymi.ʒ.j.ß. Epithymi. ʒ.iiij. Thymbræ.ʒ.ij. Hyſſopi.ʒ.iij.Silphij.ʒ.j.ß. Radicis fœniculi,apij,macedoniſij,& aſparagi,capparis radicis, ſingul.ʒ.iiij. Aniſi fœniculi ſeminum, ſingul.exag.j. Hæc coquito in aqua,in qua ferrum extinctũ ſit multoties.Colo expurgato,& adijce radicis ſpondilij,& herbæ marrubij,ſacchariq́; ℔.j.ß.

Droſaton ad lumbricos.

30 Droſaton ad lumbricos,valde vtile.Accipit carnabadij,melanthij,ſing.ʒ.xviij.Contundito hæc probè, & cũ aqua ſubigito ac exprimito,accipeq́ue ſuccum,& inijce illi hyſſopi aridi.ʒ.ij.Cardamomi.ʒ.j.ß.Artemiſię,abſinthij, ſingul.ʒ.iij.Nitri Alexandrini.ʒ.j.Filicis.ʒ.ij.Cornu ceruini vſti.ʒ.j.ß.Foliorũ ſenecionis.ʒ.ij.Calaminthæ,mentæ,ſingul.ʒ.iij.Seminis braſsicæ.ʒ.ij.Petroſelini ſeminis, florum chamæmeli,ſing.ʒ.ij. Herbæ auriculæ muris.ʒ.ij. [a] Coriani ſeminis.ʒ.j.ß. Coriandri.ʒ.ij.Aniſi, fœniculi, carei,ſingul.ʒ.j.ß.Terræ inteſtina.vij.Putaminis oui vſti ʒ.ij.Aquæ quod ſatis eſt, & mellis,aut ſacchari. Dantur manè cum aqua tepida.℥.j.ß,aut.℥.ij.

[ a Coriani.] *Græcè eſt κοριάνου. Mirum autem eſt quòd hic Coriandrum à Coriano diſtinguat, quum tamen omnibus conſtet, has voces vnam & eandem ſignificare ſtirpem. Quare ſubeſſe errorem puto.*

31 Droſaton ad dyſentericos,& cœliacos,mirabile. Capit ſucci acaciæ,ſucci hypociſtidis , ſingul.ʒ.iij. Granorũ myrti.ʒ.ij. Succi cotoneorum.℔.ß. Balauſtiorum , roſarum , ſingulo.ʒ.ij.Polygoni,plantaginis quinqueneruiæ, ſing.ʒ.ij.ß.Pyrorum ſylueſtriũ immaturorũ, numero.10. Meſpila immatura.xx.Sorba.x. Cornea.xv. Summitatum myrti nigri.ʒ.iiij.Rhois culinarij.ʒ.iij.Fructus mori imma

ma

maturi. ʒ.ij. Glycyrrhizæ, ſpodij, ſin. ʒ.j.ß. Tragacanthæ, ſeminis cotoneorum, ſumach, ſin. ʒ.iij. Aquæ pluuialis, ℔. j. Liquoris ſtillaticij roſarum campeſtrium, ℔.ß. Commiſceantur hæc cum dimidia libra ſucci cotoneorū, & coquantur donec ℔.j. remaneat. Dein adijce ſacchari roſacei veteris, ℔.ß. & ſacchari, ℔ ß. Sanguinis draconis, corallij rubei, ſantali rubei, armenij boli, ſigilli lemnij, ſpodij, lapidis hæmatitis, ſing. ʒ.j. Hæc trita in pollinem ligato in linteum ſubtile, & ſine vt cum ſaccharo & ſucco coquantur. Deinde colato, & eximēs linteum cum ſpeciebus abijce, & colo expurgato droſaton, recondeq; in vaſe. Datur ex aqua pluuiali manè, meridie, ac veſperi.

32 Droſaton vtile ad eos qui calido temperamento præditi ſunt. Reſtinguit etiā ſitim. Habet etiā facultatem refrigerandi, & roborandi ventriculū, propter adſtrictionē roſarum. Habet roſarum rubearū. ℥.xiiij. Aquæ, ℔.viij. ℥.iiij. Sacchari, ℔.vj. ℥.ß. Coquantur hæc ſimul ad mellis conſiſtentiam, Dein amouēs, colo expurgato, & reconde in vaſe, ac præbeto.

33 Droſaton ad calidā iecoris temperiē, & ſtomachi calidū affectū, tertianas, duplices tertianas, febres cōtinuas, lipyrias, ad pulmonis & thoracis mala. Flauā bilē in ventriculo, inteſtinis, & ſtomacho arcet. Recipit violarū, ℔.iij. Aquæ dulcis, ℔.vj. Coquito ad tertias. Dein adijce ſacchari, ℔.iiij. & iterū coquito ad mellis conſiſtentiam, ac vtere.

34 Droſaton ad eos q calido ſunt tēperamēto. Reſtinguit ſitim, habetq; facultatē frigidā, vt præcedēs. Roſas ferueſacito cū aqua feruente in libete, dein tegito cum lintheis denſis, & ſinito ſic diē & noctē. Poſtea per ſaccū trāſmittito. Et ſi ſuccus eſt craſſus, adſtringens, & maturus, inijce in libram ſucci, ℔.j. ſacchari. Sin tenuis fuerit, & minus adſtringens, inijce in libram ſucci, ℔.j.ß. ſacchari, & coquito ad mellis craſsitudinem, & vtere.

35 Droſaton ad pleuriticos, peripneumonicos, deſtillatione laborātes, & calido tēperamēto præditos vtile. Roſas recentes tundito, & cōprimito. Accipe de ſucco ipſorū, ℔.iij. & adijce ſacchari, ℔.j.ß. coquitoq; ad mellis cōſiſtentiā. Aliq inijciūt aquæ ℔.ß. & ſtillaticij roſarū liquoris. ℥.iij. Sacchari, ℔.ß. Vocatur hoc ab Italis Zucarum roſatum. Saccharum roſatum.

Dro

Droſaton ad dyſentericos, cœliacos, & imbecillitatem 36
ſtomachi. Habet floris iunci odorati, cyperi, aſari, aniſi, fœniculi ſeminis: ammeos, carnabadij, ſing. ʒ.j. Abſinthij viridis. ℥.j. Roſarum. ℥.ß. Granorum myrti. ʒ ij. Succi cotoneorum. ℥.ij. Stillaticij roſarum liquoris. ℥.iiij. Succi apij feruefacti, & per ſaccum tranſmiſsi. ℥.viij. Hæc cocta ad cõſiſtentiam, colo expurga. Dein accipe roſarum. ℥.ß. Aniſi, exag.ij. Sacchari, lb.ij. Coquito ad conſiſtentiam droſati, coloq; expurgatum reconde, & vtere.

Droſaton cognominatum italica lingua [a] compoſitum. 37
Habet radicis fœniculi, apij, macedoniſij, aſparagi, boraginis, intybi, & ruſci polytrichi, ſcolopendriæ, florum iunci odorati, cuſcutæ. ſing. ℥.ij. Iridis. ℥.j. Bugloſſæ radicis. ℥.j. ß, Seminis apij, & fœniculi, ſingulorum. ʒ.j. Eupatorij, maſtiches, ſpicæ, aſari, folij, ſing. ʒ.ij. Florum borraginis, violarũ, roſarũ, ſin. ʒ.j. Polypodij. ℥.ij. Senę. ℥.ij. Epithymi. ℥.ij. Damaſcena. xxx. Ceraſia. lx. Seminum cucumerũ, ſing. ℥.ß. Coquantur hæc probè ad conſiſtentiam, & colentur. Adde trium ſantalorum tuſorum & cribratorum, ſing. ℥.ß. Sacchari, lb.ij Coquito probè, ac colo expurgato.

[ a Compoſitum.] *Nicolaus habet κομπώσω. Quæ quidem dictio corrupta eſt: ſcribendum enim potius erat κομποσιτουμ, quod infrà ex droſato. lxvij. manifeſtiſsimum fiet.*

Droſatũ acidum ſimplex.

Droſati acidi confectio, ad continuas febres & ardentes, 38
tertianas, duplices, cõtinuas, quotidianas. In litera verò O inuenies eius confectionem hac meliorẽ. Recipit ſacchari, lb.iiij. Aceti lb j. Aquæ, lb.iij. Coquito ad mellis conſiſtentiam, colo expurgato, & vtere.

Droſaton ad eos qui abſceſſu laborant, ad vlcera in reni 39
bus & veſica, partium vrinæ miniſtrantium. Accipit radidicum quinq; repurgatarum, ſeminum cucumerum, ſingu. ℥.ß. Polytrichi, manip.ß. Cicerum nigrorum, ſpicæ, chamę melli, aſari, ſeminis altheæ, ſing. exag.ij. Vuarum corinthiacarum. ℥.ß. Damaſcena. xv. Chamæpityos, chamædryos, ſeminis tribuli, ſingulorũ exag.ij. Trifolij, ſymphyti, ſingul. exag.j.ß.. Radicis ſeſeli. ℥.ß. Seminis apij, & petroſelini, ſingulorum exag.j Amygdalarum amararum. xv. Sebeſtẽ xx. Ceraſia. xxx. Cyperi. ℥.ß. Scolopendrij. ʒ.j. Seminis erucæ. ʒ.ij. Aquæ quod ſatis eſt, & ſacchari. Dantur. ℥.ij.

ex

ex aqua tepida manè ieiuno.

40 Droſaton ad colicos, nephiticos, inflatos & lienoſos. Capit radicum quinq;, ſingul. ℥. ß. Seminis fœniculi, apij, ammeos, carei, & aniſi, ſingul. exag. j. Glycrrhizæ. ℥. ß. Acori, iridis, radicis capparis, ſingul. ʒ. iij. Spicæ. ʒ. j. Ramorum tamaricis. ℥. ß. Scolopendrij, polytrichi, ſingulorum, manip. ß. Florum iunci odorati, exag. j. Aquæ quod ſatis eſt, & ſacchari, lb. j. Aceti. ℥. ß. Datur cum aqua ieiuno.

Droſaton ad iocineroſos, & lienoſos. Recipit ſex radicum, & bugloſſi, ſingul. ℥. j. Santali rubei, & citrini, ſingul. ʒ. iij. Violarum, borraginis florum, & roſmarini, ſingulorum exag. j. Eryngij. ℥. ß. Cucumerum ſeminum, ſingulorum. ℥ ij. Seminis lactucæ, & intybi, ſingulorum. ʒ. ij. Pruna xx. Ceraſia. xxx. Zizipharum, ſebeſten, ſingulorum. xxxv. Polytrichi, ſcolopendrij, ramorum myricæ, ſingulorum. ℥. j. Radicis capparis, exagia. ij. Hordei puri. ℥. j. Aſari. ℥. j. ß. Herbæ hepaticæ, exagia. ij. Glycyrrhizæ. ℥. ß. Aquæ, quod ſatis eſt. Caſiæ. ℥. j. Mannæ. ʒ. iij. Oxyphœnici. ℥. ß. Turpeti. ℥. ß. Senæ, agarici, ſingulorū. ℥. ß. ʒ. j. Polypodij. ℥. ij. Epithymi. ℥. j. Sacchari, lb. j. ß. Aceti. ℥. j. ß aut quantum ſatis erit. Datur cum aqua tepida ad arbitrium. Poſt ſumptionem huius droſati diebus ſex, ſi vis vti purgatorio medicamento, dato ex illo droſato cum aqua tepida, rhei barbari exagium. j. Sacchari roſacei laxatiui, exagia. ij. Diacidonij laxatiui, exagium. j. Datur media nocte. 99

Droſaton ad iocineroſos, lienoſos, malo corporis habitu præditos, ſtomachicos, & omnis generis viſcerum obſtructiones. Accipit ſex radicum, & bugloſſi, ſing. ℥. j. Polypodij. ℥. iij. Eupatorij, epithymi, ſenæ, ſing. ℥. j. Agarici. ℥. ß. Adianti, ſcolopendrij, ramorum myricæ, ſing. manipu. j. ſucci intybi, bugloſſi, & fumariæ. ℥. ij. Succi apij, & eupatorij, ſing. ℥. ij. ß. ſeminis fœniculi, & apij, ſingu. ʒ. iij. ſeminum cucumerum, ſingul. ℥. j. ſucci abſinthij. ℥. j. ß. ſeminis lactucæ, portulacæ, & intybi, ſingul. ℥. ß. Violarum, florum borraginis, & roſmarini, ſing. ʒ. iij. Eryngij. ℥. ß. Papaueris albi, exagia. iij. Triū ſantalorū, ſingulorum exagium. j. Radicis capparis. ℥. ß. Roſarum. ℥. j. Aquæ quantū ſufficit. ſacchari lb. j. ß. Aceti. ℥. iij. Datur. ℥. j. aut. ℥. j. ß. ex aqua tepida manè ieiuno. 100

Droſaton ad ſuppuratos, tabidos, febricitantes, deſtillatione & abſceſſu laborantes. Capit radicum ſex, ſingul. ℥. j. Violarū, borraginis florū, ſeminis maluæ, nenupharis, ſeminis vrticæ, florum roſmarini, roſarum rubearum. ſing. ʒ. iij. Adianti. ℥. j. Seminum cucumerum, ſingulorū, ℥. j. ß. 101

Papauer

Papaueris albi.℥.ß.Radicis bugloſsi. ℥.j. Damaſcena.xv. Santali rubei, & albi, ſingul.exag.ij.Tragacanthæ, gummi arabici,ſingul.℥.ß. Vuarum corinthiacarum.℥.j. Carnium palmularum.x.Iridis. ʒ.iij. Chamæleuces.℥.iij.Fabæ repurgatæ,hyſſopi,ſingul.℥.j.Bombacij ſeminis.℥.j.ß. Vngulæ caballinæ.℥.ij. Caſiæ.℥.j. Aquæ quod ſatis eſt. Sacchari,lb.j. Penidiorum, lb.ß.Roſarum.℥.j. Succi glycyrrhizæ,ariſtolochiæ rotundæ,ſingul,ʒ.iij. Datur manè & veſperi cum aqua tepida pondere.℥.j.aut.℥.j.ß.

102 Droſaton ad iocineroſos,lienoſos,ictericos,& omnem calorem iecoris. Habet radicum ſex , ſingulorum.℥.j.Ramorum myricæ,manipulum.ß. Seminum, cucumerum,ſingulorum.℥.ß.Adianti,hepaticæ herbæ,ſingulorum manipulum.ß.Trium ſantalorum, ſingulorum exagium.j.Pruna.xx.Ceraſia.xxx.Sebeſten xl. Foliorum lactucæ, & intybi,manipul.ß. Aſari,exagiũ.j.Violarum,borraginis florum,& roſmarini,ſingulorum exagium.j.ß. Succi intybi, bugloſsi, & eupatorij , ſingulorum.℥.ij. Cicerum nigrorum.℥.j.Senæ. ℥.ß. Ramorum ſalicis manipulum.ß. Cichorij.℥.j.Seminis portulacæ,lactucæ, & intybi, ſingulorum,exagium,j. Rhei barbari , exagia.iij. Radicis capparis in aceto maceratę,exagia.ij.Corticis radicis ſalicis, exagium.j.ß.Dauci,petroſelini, & ſparti ſeminum, ſingulorũ exagium.j.Radicis ſparti,exagium.j.ß.Rubiæ, exagia.iij. Sacchari,lib.ij.Datur manè pondere.℥.ij.cum aqua tepida,in qua incocta ſint radicis fœniculi, & apij, hordei, cicerum nigrorum , corticis fraxini , & ramorum myricæ quantum volueris.

103 Droſaton ad eos qui laborant abſceſſu, vlceraq; in renibus & veſica habẽt.Recipit radicum ſex , ſing.℥.j.Seminum cucumerum,ſing.℥.iij.Adianti,manip.℥. Cicerũ nigrorũ.℥.j.Spicæ.ʒ.j.Florum chamæmeli.ʒ.iij. Aſari.ʒ.ij. Vuarũ corinthiacarũ. ℥ iij. Damaſcena. xx. Ceraſia.xxx. Cyperi.℥.j. Chamædryos,chamępityos,pinearũ nucũ,ſin. ℥.ß.Trifolij.ʒ.iij. Symphyti, exa.ij.Seſelis.ʒ.j.ß.Hyſſopi,manip.ß. Zizipha.xx.Glycyrrhizæ.℥.j.Iridis.℥.ß.Seminis apij,& petroſelini,ſing.ʒ.j.Amygdalarũ dulcium.xx. Sebeſten.xv.Scolopẽdrij,manip.ß.Seminis erucæ,exa.j.ß. Roſarum.℥.j.Aquæ quod ſatis eſt. Sacchari, lb.j.ß. Datur

manè ieiuno ex aqua tepida, cui incocta ſint radix fœniculi, apij, macedoniſij, & aniſum.

Droſaton ad colicos & nephriticos optimum. Accipit radicum ſex, ſing. ℥. ij. Seminis fœniculi, apij, petroſelini, ammeos, carei, anethi, aniſi, ſingul. exag. j. Phu, cyperi, ſpicæ, zingiberis, caryophylli, ſingulo. ʒ. ß. Glycirrhizæ. ℥ j. Acori, iridis, ſing. ℥. ß. Polypodij. ℥. iij. Epithymi. ℥. j. Senæ, turpeti, ſingulorum. ℥. ß. Radicis capparis. ℥. ß. Scolopendrij, ramorum myricæ, adianti, ſingul. manip. ß. Florũ iunci odorati, exag. ij. Eupatorij. ʒ. j. ß. Aquæ quod ſatis eſt. Sacchari, lib. ij. Rhei barbari, turpeti, ſing. exag. j. Roſarum. ℥. j. Datur cum aqua tepida cui incocta ſint, radix fœniculi, apij, & macedoniſij, hordeũ mundũ, & aniſum. 104

Droſaton ad colicos, & nephriticos optimum. Capit medullæ ſcillæ. ℥. iij. Radicum ſex, ſingulorum. ℥. j. Seminis fœniculi, apij, petroſelini, ammeos, carei, aniſi, ſin. exa. j. ß. Chamædryos, chamepityos, ariſtolochiæ longæ, & rotundæ, ſingul. ʒ. ij. Seminis altheæ, aſpleni herbæ, ſing. ʒ. j ß. Senæ, aſari florum iunci odorati, ſing. ʒ. iij. Phu, dauci cretici, cyperi, ſingul. ʒ. j. Nardi celticæ. ʒ. j. ß, Folij. ʒ. j. Abſinthij. ʒ. iij. Iridis. ʒ. j. ß. Polipodij ℥. iij Spicæ. ʒ. j. Mẽtæ. ʒ. ij. Triboli ſeminis. ℥. ß. Thymi. ʒ. j. ß. Epithymi. ℥. j. Thymbrę. ʒ. ij. Hyſſopi. ℥. ß. Silphij. ʒ. j. ß. Radicis capparis. ʒ. iij. Roſarum. ℥. j Aquæ in qua ferrum extinctum eſt multoties, quantum ſufficit. Sacchari, ℔. ij. Datur manè ieiuno. ℥. j. ß. aut. ℥. ij. cum aqua tepida diebus ſeptem, cui incocta ſint radix apij, fœniculi, macedoniſij. & aniſum. 105

Droſaton ad iocineroſos, lineoſos, obſtructionẽ & duriciem viſcerum, Habet radicum ſex, ſingul. ℥. j. Seminum cucumerum, ſing. ℥. j. ß.. Intyborum, ramorũ myricæ, ſcolopendrij, polytrichi, ſingul. manipulum. ß. Violarum, florum borraginis, & roſmarini, ſingul. exag. j. ß. Succi intybi, apij, eupatorij, & bugloſsi, ſingul. ℥. ij. Cicerum nigrorum. ℥. j. Cichorij, ſparti ſeminum, & radicis, ſingul. ℥. ß. Damaſcenorum, ceraſiorum, ſebeſten, ſingul. xxxv. Seminis lactucæ, & intybi, ſingulo. ℥. ß. Seminis dauci, exag. j. Trium ſantalorum, ſingul. exag. ij. Cyperi. ℥. ß. Phu, cuſcutæ, ſingul. ʒ. iij. Senæ. ℥. ß. Aſari, exag. j. ß. Radicis ſalicis, corticis fraxini, radicis capparis, ſingul. ʒ. iij. Ramorum 106

ſali

ſalicis,manipulum.ß.Spicæ,rubiæ ſingul.℥.ß,Ammeos.ʒ.j.ß. Vuarum corinthiacarum.℥.j.Hyſſopi,manipulum.ß. Glycyrryizæ.℥.ß.Chamæmeli.℥.j.Florum iunci odorati ʒ.iij.Seminis fœniculi,aniſi, ſing.℥ j.Polipodij.℥.ij. Epithymi.℥.j.Agarici exag.ij. Roſarum.℥.j. Aquæ quod ſatis eſt.Sacchari,lb.ij.Rhei barbari,& turpeti,ſingul.exag. j.Datur manè ieiuno pōdere.℥.j.ß.cū aqua tepida,cui incocta ſint radix capparis,rami ſalicis,zizipha,damaſcena,glycyrrhiza,aniſum,fœniculū,cortex fraxini,& rami myricę.

107 Droſaton ad obſtructionem iecoris, & lienis, atque colicos,mirabile.Recipit meliloti,chamæmeli,radicis fœniculi,apij,& aſparagi,ſingulo.℥.j.Florum iunci odorati, exag.j.ß. Roſarum.℥.ß. Croci.℈.j. Ramorum myricæ, manip.ß.Aquæ quod ſatis eſt.Sacchari,lb.ß. Datur manè ieiuno pondere.℥.j.aut.℥.j.ß.cum aqua tepida.cui adijce corallij rubei.℈.j.Aqua verò incocta habeat folia piceæ, radicem apij,ramos myricæ,ſcolopendrium, ſemen fœniculi,& apij,daturq; diebus tribus.Si verò poſt hos dies dare vis purgatorium medicamentū,præbeto hanc drangæā media nocte,quæ habet,Rhei barbari.ʒ.j.ß.Seminis fœniculi,& apij, ſingul.℈.j.Tartari.ʒ.ß. Croci.℈.j.Sacchari, quantum aliarum ſpecierum. vel dato has pilulas media nocte,quæ accipiunt,aniſi,ammeos,apij,folij,calami odorati,ſeminis erucæ, ſingulo.℈.j.Sagapeni, bdellij, hieræ Galeni,ſing.℥.ij.Colocynthidis,agarici,ſing.ʒ.j. Turpeti ʒ.vj. Rhei barbari,exag.j. Dacridij.ʒ.j. Fingantur pilulæ ciceris parui magnitudine cum ſucco fœniculi, & præbe pilulas.xj.aut.xiij.aut.xv.pro viribus. Drāgęa Pilulæ.

108 Droſaton è fumaria cōferens melācholicis,cholericis, elephātia correptis,carnis pruritui,ſcabiei,lichenibus,carniſq; maliciei ad vitioſum deniq; vniuerſi corporis colorē, & faciei,ad exāthemata à prauis humoribus facta. Accipit myrobalani citrini.℥.ß.Violarū abſinthij,cuſcutę,ſin. ℥.j.Polipodij.℥.ij.Epithimi.℥.j.ſenę,agarici,ſin.℥.ß.Roſarū.℥.j.Coquātur probè in aqua ad tertias,coloq; expurgato, & accipe de decocto illo lb.ij.Adde fumariæ ſucci cocti & colati,lb.j.dein accipe ſacchari,lb.ß.Mellis attici lb. j.coquātur ad cōſiſtētiā,&dētur ſingulis diebus manè ieiuno,℥.j.ß.cū aqua tepida,Prębeto aūt etiā hæc,nēpe dacri- Droſatum è fumaria.

dij,exag.ß.Rhei barbari,exag.j. Tartari.℈.ij.Hæc in pol line trita dato cum droſato.℈.j.diebus ſeptẽ, aut nouem.

Droſaton ad iocineroſos, lienoſos, & hydropicos, admodum bonum, & vtile. Capit radicum ſex, radicis, bugloſsi, & ruſci, ſingulorum.℥.ß.Polypodij.℥.ij. Senæ ℥.ß.Epithymi.℥.j.ß.Scolopendrij.polytrichi,ſingulorum manipulum.ß.Iridis.℥.ß.Roſarum.℥.j. Stichadis.℥.ß.My robalanorum,exceptis flauis,ſingulorum exag.j. Agarici, glycyrrhizæ,ſing.℥.ß.Ramorum myricæ,hyſſopi,ſingulorum manipulum.ß. Medullæ ſcillæ aſſatæ.℥.iij.Xylobalſami,petroſelini macedonici, ſing.exag.j.ß.Mentæ,pulegij,ſing.exag.ij.Cardamomi,exag.ß. Aniſi, Apij,& fœniculi ſeminum,ſingulorum.℥.ß.Abſinthij,exag.iij. Spicæ,exag.ij.Thymbræ.℥.ß.Foliorum mandragoræ, radicis capparis,ſeminis vrticæ,ſing.exag.ij.Seminum cucumerum,ſingul.℥.j.Seminis vrticæ,exag.ij.Florum iunci odorati,tuſsilaginis,chamæmeli,ſingulorum.℥.ß.Seminis ericæ.exa.ij.Triũ ſantalorũ,ammeos,radicis phu,aſari,florũ hyperici,ſingu.℥.ß.Ramorum ſalicis,manipulum.ß.Roſmarini.℥.j.Eryngij.℥.ij.Florũ roſmarini & borraginis, ſingul.℥.ß. Rubiæ.℥.j. Calaminthæ.℥ j. Damaſcena.x. Ceraſia,xx.Sebeſten.xxx.Seminis aſparagi,& ruſci,papaueris albi,ſingul.exag.ij.Vuarum corinthiacarũ.℥.j.Herbæ aſpleni,acori, ſingulorũ exag.ij. Corticis fraxini.℥.ß. Fumariæ.℥.j.Eupatorij, violarum, ſingulo.℥.ß.Seminis ſparti,& radicis,ſingulorum exag.ij.Cichorij.℥.ß.Cuſcutæ,aſari,ſingul.℥.ß.Aquæ in qua ferrum multoties extinctum eſt,quantum ſufficit.Sacchari, lb.j.mellis attici,lb. j.ß.Datur manè ieiuno pondere.℥. vnius.ß.aut duarum cum aqua tepida in qua ferrum ſępius extinctum eſt.Dein accipe rhei barbari,exag.j.Turpeti,exag.j.ß.Dacrydij.℈. ij.Trita præbeantur cum droſato pondere.℈.vnius, aut duorum. 109

Droſaton ſcilliticum purgans aluũ,hydropicis & lienoſis vtile.Habet radicum ſex ſingul.℥.j. Abſinthij.℥.ß. Polypodij.℥.ij.Spicæ nardi, exagium.j.Scolopendrij.℥.j. Seminis fœniculi,aniſi,petroſelini,dauci cretici, ſingul.℥. ß.Pruna.xx.Ceraſia, ſebeſten, ſingulorum.xxx.Epithymi.℥.j.Iridis, glycyrrhizæ, ſingulorum.℥.ß. Roſarum, 110

rum, exag. iiij. Seminum cucumerum, ſingulorum. ℥. ß. Polytrichi. ℥. j. Trium ſanctalorum, ſingul. exag. ij. Agarici. ℥. ß. Turpeti, exag. ij. Aquæ quod ſatis eſt. Sacchari, ℔. ij. Datur manè ieiuno pondere. ℥. j. ß. aut duarum, cum aqua tepida in qua ferrum multoties extinctum eſt.

111 Droſaton ad colicos & nephriticos valde bonum. Recipit radicum ſex, & bugloſsi, ſingulorum. ℥. j. Seminis fœniculi, apij, & macedoniſij, ſingulorum exag. ij. Chamæmeli, exag. j. ß. Seminis altheæ, exag. j. Scolopendrij, manipulum. ß. Ligni aloes, exag. ß. Aſari, floris iunci odorati, ſingulorum, exag. ß. Senæ. ℥. ß. Adianti, manipulũ. ß. Polypodij. ℥. ij. Aquæ in qua ferrum pluries extinctũ eſt, quod ſatis eſt, ſacchari, ℔. j. ℥. Datur manè ieiuno. ℥. j. ß. aut duæ cum aqua tepida in qua ferrum ſæpius extinctum eſt, & cui incocta ſint radix fœniculi, apij, & aniſi.

112 Droſaton ad colicos, nephriticos, lienoſos, ſtomachicos, viſcerumq; obſtructionem præſtans. Accipit radicis bugloſsi, ſcolopendrij, ſingulorum. ſtag. iij. Caſiæ, ℔. ℥. Corticis radicis capparis, exag. ij. Seminis & florum ericæ, ſingulorum exag. j ß. Medullæ ſcillæ aſſatæ, aut crudæ. ℥. j. Foliorũ ſalicis, exag. j. Spicæ nardi, aſpleni, ſeminis agni, ſingulorum exag. ij. Comæ abſinthij, ariſtolochiæ longæ & rotundæ, gentianæ, ſingulorum, ſtag. j. Amomi, ſtag. ij. Saluiæ, radicis pæoniæ, ſingulorum, ſtag. ij. ß. Radicis aſparagi. ℥. j. Folij, ſtag. ij. Florum chamæmeli, chamædaphnes, radicis ſtruthij, ſingulorum ſtag. j. ß. Betonicæ, coſti, ſingulorum exag. j. Petroſelini, ſtag. j. ß. Sebeſten xv. Florum iunci odorati, ſtag. j. ℥. ſeminis maluæ, ſtag. j. Radicis acori, ſtag. j. ß. Radicis fœniculi, apij, macedoniſij, borraginis & intybi, ſingulorum. ℥. j. Chamædryos, chamæpityos, ligni aloes, ſingulorum. exag. ß. Radicis chamæceraſi, exag. iij. ſeminis hederæ, exag. j. ß. Corticis radicis careæ. ℥. ß. Cubebę, ſtag. ß. Seminis fœniculi, aniſi, ſingul. ℥. j. Polij, Florum iunci odorati, aſari, ſingulorum exag. ß. Epithimi. ℥ j. Romanorum myricæ, manipulum. ß. Florum borraginis & roſmarini, ſingulorum exag. j. Anthemidis, exag. ß. Damaſcena. xx. Ceraſia. xxx. Sebeſten xl. Cinamomi, exa. j. Adianti, manip. ß. Polypodij. ß. ij. Triũ ſantalorum, ſingulorum, exag, ij. Ammeos, exag. ß. Vio-

larum, exag.ij. Roſarum, ℥.ß. Aquæ in aqua ferrum ex-
tinctum eſt ſæpius, quantum ſufficit. ſacchari, ℔.ij. Rhei
barbari, exag.j ß. Turpeti, exag.ij. Datur manè ieiuno
pondere. ℥.j.ß. aut.ij. cum aqua tepida in qua ferrum mul
toties extinctum eſt, & in decoctione habente aniſum, &
ramos myricæ.

Droſaton ad tertianas ſimplices & duplices, quoti- 113
dianasque, purgatorium. Capit radicum ſex, & bugloſsi,
ſingul. ℥.ij. ſeminum cucumerum, ſingul. ℥.ß. ſeminis por-
tulacæ, papaueris nigri & albi, ſingul. exag.ij dimidij quar-
tam partem. Polytrichi, intybi, eupatorij, hepaticæ herbæ,
ſyluestris melitzanij, & foliorum lactucæ, ſing. manipulũ
ß. ſeminis lactucæ, & intybi, ſingul. exag.ij. Zizipha. xx.
Pruna. xv. Ceraſia, ſebeſten, ſing. xx. [a] ſcorpidis, roſarum,
cyclamini, ſingul. manipulũ. ß. ſeminis fœniculi, aniſi. ℥.ß.
ſeminis apij, cardamomi, ſing. ʒ.ij. Violarum, florum bor-
raginis, & roſmarini, ſing. exag.ij. Vuarum corinthiaca-
rum. ℥.j. Glycyrrhizæ. ℥.ß. Nenupharis, exa.ij. [b] Antzi-
toli. ℥ ß. Trium ſantalorum, ſingul. exag.ij. ſenæ. ℥ ß. Po-
lypodij. ℥.ij. Roſarum. ℥ j. Aquæ quantum ſufficit. ſaccha-
ri, ℔.j.ß. ſucci malorum punicorum acidorum. ℥.iij. Rhei
bari, exag.j.ß. Turpeti, exag.ij. Dantur ex aqua tepida ma
nè & veſperi. ℥.j.ß. aut duæ.

Scorpis. [a Scorpidis.] *Scorpiden vocat herbam quam alio nomine Cete-
rach ipſe, & officinæ hodie appellant.* [b Antzitoli.] *Nicolai codex
habet* ἀντζιτόλι. *Quid verò barbara hac voce intelligat, me ignora-
re fateor.*

Droſatum per totum diem potum ad dyſentericos & 114
cœliacos. Habet violarũ, exag.ij. Seminis intybi, exa.ij. Ro
ſarũ rubearũ, exag.iij. Meſpila. xx. Cotonea. vj. Cacumina
myrtorũ nigrorũ, & fructus eorũ, ſing. ℥ ß. rhois culinarij.
℥.j. Pãpinorũ vitis. ℥.ß. [a] Pira immatura. x. Pyra ſylueſtria
xv. ſucci plãtaginis, & hypociſtidis, ſing. ℥.j. ſucci acacię. ℥.
ij. ſpodij, exa.iiij. ſidiorũ, balauſtiorũ, ſing. exa.iij. Maceris,
exa.j. ſantali rubei exa.iij. Coſti, exa.j. cinamomi, exa.j.ß.
Boli armenij, lẽnij ſigilli, ſãguinis draconis, lapidis hęmati
tis, ſin. exa.j.ß. Corallij rubei. ℥.ß. ſucci poligoni, & quque
neruiæ, ſingulo. ℥.ß. ʒ.j. Aquæ pluuiæ quod ſatis eſt. ſac-
chari, ℔.ß. ſacchari roſacei veteris, ℔.j. ſtillatitij roſarum

cam

campeſtrium liquoris.℥.iiij.Rhei barbari,exagium.j. Datur.℥.j.ex aqua pluuia cui incoctum ſit aniſum.

[a Pyra.] *Manuſcriptus codex falſò ἀπίδια legit pro ἄπια Sic ſuprà A pomeli è pyris ἀπιδιτῶν pro ἀπιτῶν dixit.*

115 Droſaton ad iocineroſos,a calore tales factos, & vitioſo colore preditos,furioſos,olicos, & nephriticos præclarũ. Vocatur autẽ è rheo barbaro. Accipit radicis} fœniculi apij macedoniſij, aſparagi, borraginis,intybi, bugloſsi,& ruſci,ſingulorum.℥.ij. Roſarum rubearum.℥.j.Violarum.℥.ß.Politrichi,manipulum.ß.Foliorum intybi,manipulum.j.Aniſi.℥.ß. Seminis fœniculi,& apij, ſingulorum, exag. iiij.Seminum cucumerum, ſingul.℥.ij. Seminis lactucæ & portulacæ,ſingul.℥.ß. Seminis vrticæ.ʒ.ij. Papaueris albi, ℥.ß.Pruna.xx.Ceraſia.xxx.Sebeſten.xl. Zizipha.xx.Vuarum corinthicarum, ſingulorum.℥.j. Ramorum myricæ, & ſalicis, naſturtij teneri,critami,ſingulorũ manip.ß.Glycyrrhizæ. hordei decorticati, ſing.℥.j. Polypodij.℥.ij. Epithymi.℥.j.Agarici.℥.ß.Senæ,exag.iiij. Turpeti,hermodactyli,trium ſantalorum,ſing.℥.ß.Hæc coquantur in aqua, & colo expurgentur,dein adijce ligni aloes boni,ſpicæ,ſin. ʒ.j.Calami odorati,cinamomi,nucis moſchatæ, galangę, ſin.ʒ.ß.Rhei barbari, exag j.ß. Hæc probè trita coquatur cum decocto ſuperiore ad conſiſtẽtiã dein colentur,& adijciatur ſacchari lb.j ß.Roſarum rubearum.℥.j. Datur manè ieiuno cum aqua tepida pondere.℥.j.ß.aut duarum, diebus ſex.Poſtea propinato purgatorium medicamentum, pro viribus ægrotantis.

116 Droſaton ſcilliticum ad quartanas mirabile. Accipe. ſcillam [a] rufam, coquito cum fermento in calido cinere aut in clibano, dein accipe de parte eius interna teneriore. ℥.ij.Aceti,lb.ß. Radicis fœniculi,apii,macedoniſij, aſparagi,borraginis,intybi,& ruſci,ſingulorum.℥.ij. Scolopendrij,ramorum myricæ,aſari, calaminthæ, ſingulorum.℥.ß. Hyſſopi thymi,ſingul.exag.iiij. Piperis exa.j.Petroſelini ſylueſtris radicis.℥.ß. Epithymi.℥.j. Petroſelini vrticæ ſeminis,dauci cretici, ſingulorum,exagium.j.Polypodij.℥.ij. Senæ.℥.ß. Seminis aniſi, fœniculi, ſingulorum. exagia.ij. Polytrichi, manipulum.ß. Pruna. xx, Ceraſia.xxx.Sebeſten.xl. Spicæ nardi.℥.ß. Ro-

ſarum

ſarum.℥.j.Hæc contuſa coquito in aqua ad tertias, dein colo expurgato.& adijce agarici.℥.ß.Rhei barbari,exag. ij.ſacchari, ℔.ß.Mellis attici ℔.j.Coquito probè ad conſiſtentiam. Datur pondere.℥.j.ß.aut duarũ manè ieiuno cum aqua tepida.Datur verò etiam rheum barbarum tritum pondere [b] turneſij vnius &.ß.& dacridium, pondere turneſij.ß.cum droſato.

[ a Rufam.] *Nicolai codex habet* ὀρεινὴν, *hoc eſt, montanam, ſed malè. Legendum enim eſſe potius* κυῤῥὰν, *ex ſuperioribus ſatis patet.*

Turneſium. [ b Turneſij.] *Nicolaus habet* τουρυσίου. *Quale autẽ pondus illi Turneſium; compertum non habeo.*

Radices ſex hic nominatim receſentur.

Droſaton ad quartanas, admodum expertum. Capit 117

radicis fœniculi,apij,macedoniſij,aſparagi,intybi, borraginis, & bugloſsi, ſingulorum.℥.ij. Pruna.xx. Ceraſia, xxx.ſebeſten.xl. Aſari,exag.j. Ramorum myricæ,manipulum.ß.Florum capparis.℥.ß.ſcolopendrij,roſarum, ſingulorum.℥.j. Adianti, manipulum.ß. Hyſſopi cretici.℥.j. Glycyrrhizæ.℥.ß.Tragacanthæ, violarum, ſingulorum, exag.iiij.Lapidis lazurij,lapidis armenij, ſingulo.exag.ij. ſeminum cucumerum,ſing.℥.ß.ſeminis intybi,aniſi,ſing. exag.ii. Calaminthæ montanæ.℥.ß. ſpicæ. ſeminis agni, ſin.exag.i.ß. Chamędryos,chamæpityos, trium ſantalorum,ammeos,ſing.℥.ß.Polypodii.℥.ii.ſenæ,cuſcutæ, fœniculi ſeminis,coriandri,ſingulorum exag.iiii.Hęc coquito in aqua ad tertias,coloque expurgato.Dein adiice hæc trita & cribrata,Chryſobalani magni & parui, ſingulorum exag.i.Rhei barbari,exag.i.ß.Turpeti,exag.i.Mannę,oxyphenici,ſingul.℥.ß.Calami dulcis.℥.ij.Hæc coquito cũ ſuperiore decocto, & adiice mellis attici ℔.ii.ſacchari,℔.i.& præbeto media nocte cum aqua tepida.℥.i.ß.aut duas.Poſtea dato ad os abluendum aquam cum aceto diebus ſex.Dein præbe hanc purgationem, quæ habet hieræ

Purgatorium medicamentum.

picræ laxatiuæ.ʒ.ii.ß.Benedictæ laxatiuæ.ʒ.ii. Turpeti ʒ.ii.ß.Dacrydij.℈.ii.Cydoniati laxatiui,ſacchari roſacei laxatiui,ſingul.exag.ii.Rhei barbari,exag.i.Datur media noctæ cum aqua tepida pondere exag.iii.aut triũ &.ß.aut quod ſatis eſt.Dein verò ad os abluendum, propter huius medicamenti inſuauitatem,dato acetum cum aqua.

Droſaton ex myrobalano ad podagricos,arthriticos, 118

iocineroſos,lienoſos,omnem viſcerum obſtructionem, me lancholicos,vitioſo colore præditos,& omnem corporis ma litiam. Habet radicis fœniculi,apij,macedoniſij,aſparagi, borraginis,intybi, bugloſsi,& bruſci, ſing.℥.ij. Violarum ℥.ß. Pruna,xx. Ceraſia,xxx. Sebeſten. xl. Cucumerum ſeminum, ſingulorum.℥.j. Trium ſantalorum, ſingul.℥.ß. Hordei decorticati.℥.j. Politrichi,manipul.ß. Radicis capparis.℥.ß. Ramorum myricæ,manipul.ß. Glycyrrhizę.℥.j. Zizipha.xx. Pruna.xxx. Caraſia,ſebeſten,ſingul.xl. Hyſſopi,manipul.ß. Rubiæ.℥.ß. Florum roſmarini,exa.ij. Scolopendrij,manip.ß. Myrobalanorum omnium exceptis flauis,ſing.℥.ß. Hæc tuſa coquito in aqua ad tertias, dein colo expurgato,& adijce probè tuſarum & cribratarum roſa ſarum.℥.ß. Cuſcutæ,aſari, & opobalſami, ſingul.exag.iij. Epithymi,polypodij,ſing.℥.j. Agarici, ſenæ,turpeti, ſing. ℥.ß. Rhei barbari,exag.j. Tartari.℥.ß. Sacchari, lb.j.ß. Hæc probè cocta cum ſuperiore decocto colato, datoque media nocte.℥.j.ß. aut duas, cum aqua tepida diebus ſeptem. Deinde propinato purgatorium medicamentum pro viribus laborantis.

119 Drangeæ cōfectio ad eosqui cibū non appetunt,& ſtomacho refrigerati ſunt,nec rectè cōcoquunt, ſed cibū euomunt,eumq; minimè conficiunt. Recipit zingiberis repurgati.℥.ij. Caryophylli.℥.ß. Nucis moſchatæ.℥.ß. Maceris. ℥.ß.ʒ.j. Croci,exa.j. Aniſi.℥.j.ß. Corticis cinamomi.℥.j.ß. Sacchari,lb.ß. Hæc contere,& fac drangęam, de qua dato manè,meridie & veſperi, exag.j. poſtea da ſorbendum vinum bonum,menſura exigui poculi.

120 Droſaton purgatorium ex myrobalano, ad iocineroſos,lienoſos,& melācholichos, maniacos,& vitioſo colore præditos. Item ad exanthemata facta in ſuperficie totius corporis à melācholico humore,& ſalſa pituita nata,ad ſcabiē & pruritū. Accipit myrobalani citrini,violarū, abſint. cuſcutę,ſin.℥.ij. Senæ.℥.ß. Polypodij.℥.ij. Agarici,exa.ij. Epithymi.℥.ij. Scolopedrij,polytrichi,ſin.manip.ß. Iridis exa,ij. Roſarū,lacæ,ſin.℥.j. Radicis capparis.℥.ß. Ramorum myricæ,manipulum.ß. Trium ſantalorum, ſingulorum.exagia.ij. Seminum cucumerum, ſingulorum.℥. ij. Radicis fœniculi,apij,macedoſij,aſparagi,borraginis, inty

intybi,& bugloſsi, ſingulorum.℥.ij. Aniſi, fœniculi ſeminis,ſingul.℥.ß.Pruna.xx. Ceraſia.xxx.Sebeſten.xl. Glycyrrhizæ.℥.j.Hæc probè cocta cum aqua colo expurgato, & accipe ex decocto lb.iiij.& adijce ſucci fumariæ deſpumati,lb.j.ß.Sacchari,lb.ij.Rhei barbari,exag.ij.Decoquito hæc lento igne ad conſiſtentiam vſque; , & colato.Dato manè ieiuno.℥.j.ß.cum aqua tepida,& præbeto etiam rhei barbari triti,turneſium.j.diebus ſeptem.Deinde autem propinato purgatorium medicamentum.

Droſaton acetoſum compoſitum ad tertianas, duplices tertianas,quotidianas,& continuas febres,atque hecticas, nec nõ ad immodicã ſitim vtile.Capit radicis fœniculi, apij macedoniſij aſparagi borraginis intybi & bugloſsi ſin. .℥.j.Seminum cucumerũ,ſin.℥.ß.Pruna.xx. Ceraſia.xxx. Sebeſten.xl.Violarum.℥.j.Roſarum.℥.j.ß.Florum borraginis,& roſmarini , ſingulorum. ℥.ß.Iridis.℥.j . Scolopendrij,adianti ſingulorum.℥.j. Eupatorij , trium ſantalorũ ſingul.℥.ß.Florum iunci odorati,aſari, ſing.exag.ij.Senæ, ℥.j.Cuſcutę.℥.ß.Epithymi,agarici,ſin.℥.j.Aniſi,ſeminum fœniculi,ammeos, ſingulorum.℥.ß. Roſarum.℥.j. Aquæ quod ſatis eſt.Rhei barbari,exag.ij.Succi malorum punicorum acidorum. ℥.v. Sacchari,lb.ij. Dantur manè cũ aqua tepida.℥.j.ß.aut duæ. 121

FINIS

## INDEX STOMATICORVM

### MEDICAMENTORVM, ILLITIO-num,& *diſentericorum.remediorum.*

*Diamoron confectio admodum probata.* 1
*Diamoron confectio alia magis varia.* 2
*Diamoron ex aſclepiade ſimplex.* 3
*Diarrhoon Galeni confectio,valde bona.* 4
*Diarrhoon Galeni alia confectio.* 5
*Diagleuceos confectio ſtomatica, Andromachi.* 6
*Perunctionis confectio Soriani,ſtomatica.* 7
*Dyacarion Galeni confectio.* 8
*Diacaryon alia confectio.* 9
*Illitio ſub lingua ad eos qui angina laborant.* 10
*Illitio ad anginam,experta.* 11

*Illitio*

*Illitio alia ad eos qui angina correpti ſunt.* 12
*Illitio Aſclepiadis ad phegmonas cum vlceratione.* 13
*Illitio ad oris putredines.* 14
*Illitio ſtomatica ad phlegmonas & cruſtas, Andromachi.* 15
*Illitio ad oris & tonſillarum phlegmonas* 16
*Illitio optima ad cruſtas,* 17
*Illitio ad cruſtas.* 18
*Illitio ſtomatica ad cruſtas.* 19
*Illitio ſtomatica ad cruſtas, & gingiuas putreſcentes, & fœtidas.* 20
*Illitio Anthera dicta, ad prædicta.* 21
*Illitio ad oris eroſiones Philagrij.* 22
*Illitio Theodori ad tonſillarum vlcera, & gingiuarum, & pudendorum, putredines, nomas & carbunculos.* 23
*Illitio ad oris affectiões ab aphthis vſq; ad cruſtas & carcinomata.* 24
*Illitio ad oris nomas, gingiuarum, & linguæ.* 25
*Illitio ad oris compreßiones, exulcerationes, & nomas.* 26
*Illitio ad omnia oris & tonſillarum mala.* 27
*Illitio ſimilis.* 28
*Illitio neceſſaria. Datur autem ad gargariſandum.* 29
*Illitio ſimilis.* 30
*Illitio neceſſaria, ſimilis.* 31
*Illitio ad occultas anginas.* 32
*Illitio valde bona ſimilis.* 33
*Illitio alia, ſimilis.* 34
*Illitio de pullis agreſtium hirundinum.* 35
*Illitio ſimilis.* 36
*Illitio ad eos qui angina laborant, experta.* 37
*Illitio è limacibus.* 38
*Illitio ſiue gargariſmus de cancris fluuialibus.* 39
*Illitio de centaurio.* 40
*Illitio ad oris putredines.* 41
*Illitio ad phlegmonas tonſillarnm.* 42
*Illitio ad anginoſos, & occultas anginas vomitum ciens* 43
*Collutio ad cruentas gingiuas, Aſclepiadis.* 44
*Collutio ſimilis.* 45
*Illitio ad eroſas gingiuas.* 46
*Diacliſma, hoc eſt collutio ad comeſtionem gingiuarum probata.* 47
*Illitio ad gingiuarum comeſtionem optima.* 48
*Dyſentericum irriguum, ad defluxionem oculorũ & cœliacos.* 49

Dyſen

Dyſentericum inſperſile probatum. 50
Dyſentericum ferculum, ad cœliacos etiam, & ſtomachum defluxione laborantem vtile. 51
Dyſentericum ferculum bonum. 52
Dyſentericum inſperſile. 53
Dyſentericum abſolutum, & ad ſpuentes ſanguinem. 54
Dyſenterica potio, probata. 55
Dyſentericum aliud expertum. 56
Dyſentericum alterum expertum. 57
Dyſenntericum aliud mirabile. 58
Dyſentericnm aliud probatum. 59
Dyoſpoliticon ad errantes flatus, & acidos ructus, ac difficultatem coctionis. 60
Dyoſpoliticum ventrem ſubducens. 61
Furunculos citò concoquens. 62
Potio ad difficultatem ſpirandi experta. 63
Alia ad ſpirandi difficultatem potio, experta. 64
Alia ad difficultatem ſpirandi, experta. 65
Dropax expertus. 66
Coria alba vt tingenda purpura. 67
Decamyri confectio miranda. 68
Maſticatorium caput purgans. 69
Vrinam ciens Euſtochij chirurgi, expertum & mirabile. 70
Vſtio ad eminentias. 71
Difficulter mingentium naturale remedium. 72
Inunctio ad gargareonem, vuam, & omnia oris mala. 73
Dyſenterica quæ per inferna inijciuntur, cōpoſita medicamenta. 74
Dyſentericum aliud præſtans. 75
Dyſentericum aliud mirabile. 76
Dyſentericum aliud, etiam ad cœliacos vtile. 77
Dyſenterica potio ad eos qui neq; potum, neq; cibum retinent. 78
Dyſentericum aliud nobile. 79
Dyſentericum aliud probatum. 80
Dyſenterica alia potio, experta. 81
Dyſentericum aliud. 82
Dyſentericum admodum vtile. 83
Dyſenterica potio, valde laudata. 84
Dyſenterica potio admodum bona. 85
Forationis hominis medicamentum. 86

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI DE STOMATIcis mudicamentis, illitionibus, & dyſentericis remedijs, Sectio nona.

1 DIAMORON confectio, admodum probata. Habet ſucci mororum, lb.v. Coquito ad ſordium craſsitudinem, dein adijce mellis boni, lb.j.& iterum coquito vſq; ad mellis conſiſtentiam. Adde croci, [a] zingiberis, & omphacij, ſingulorum. ℥.j.& ſic parato vtere.

[a Zingiberis.] *Nicolaus habet ζιγγιβέρεως. ſed Galenus lib. 6. de Compoſ. medic. local. & Paulus legunt σμύρνης, hoc eſt, myrrhæ. Cauſam eius varietatis infrà indicabimus.*

2 Diamoron alia præparatio, magis varia. Recipit ſucci mororum, cotylas.v. Vini auſteri, cotyl.j. Mellis, cochlearium vnum. Coquito ſuccum mororum cum vino, ad ſordis craſsitudinem, deinde adiecto melle rurſus decoque quoad iuſtam conſiſtentiam nanciſcatur: & adijce croci, zingiberis, omphacij aridi, ſingulorum. ℥.j.ſ. Optimum verò eſt omnibus ſtomaticis illitionibus, ſi prædicta menſura ſimul incoquantur glycyrrhizæ. ℥. xx. mitigatoria enim eſt: ob id aſperitatem ex adſtringentibus illatam, lenire poteſt. Confert hoc etiã, ait Heras, ad tonſillas, & oris phlegmonas illitum, & per collutionẽ adhibitũ. Alij verò ſuccum tantum mororũ præparant cum melle, & vtuntur.

3 Diamoron ex Aſclepiade ſimplex. Capit ſucci mororũ, exagia.xvj. Succi omphacij, exagia.xiij. Mellis attici, exagia.xij. Coquito ſuccos ad conſiſtentiam, dein adiecto melle rurſus coquito, vſque ad bonam conſiſtentiam.

4 [a] Diarhœon, hoc eſt è malis punicis Galeni cõfectio, admodum bona. Recipe malorum punicorum dulcium acidorum, & auſterorum, [b] contunde in mortario cum putaminibus, & exprime ſuccum, & accipe de hoc ſucco cotyl.v. Mellis cotyl.j. Glycyrrhizæ ſucci. ℥. xx. Coquito ad conſiſtentiã. Vtilius verò hoc exhibetur ijs quibus os phlegmone laborat, quiq; ſtomachũ diſſolutũ habent, & nihil appetentem. Illitũ & potũ ad alui affectus prodeſt. Admiſcere verò illi, quemadmodum alijs ſtomaticis medicamentis, in

principio quidem expedit adſtringentia, in vigore conço-quẽtia, in inclinatione diſcutiẽtia. Cõfert autem ad vlcera oris,& aphthas,nomasq;.

Codex Nicolai emendatus.

[a Diarhœon.] *Codex Nicolai malè διαροῶν legit, pro διὰ ῥοιῶν: Græcis enim ῥόια malũ eſt punicum.* [b Contunde.] *Manuſcriptus codex nõ rectè legit ῥόκλης pro κόπτε, aut ῥίπτε, hoc eſt, cõijce in mortarium. Sed ſenſui magis quadrat. Cõtunde in mortario. Et infrà in cõfectione ex nucibus etiam legitur κόπτε ἐν ὅλμῳ. Et paulò poſt malè legitur in Nicolai codice προάγιεσθαι, pro προσάγεσθαι.*

Diarhœon Galeni alia cõfectio. Habet ſucci malorum 5
punicorum,ſextaria italica.vj.Mellis attici, ℔.xij.Croci. ℥.iiij.ß.Myrrhæ.℥.iiij.Succũ per ſe ſatis diu coquito: dein adiecto melle,decoque vſque ad iuſtam conſiſtentiam:crocum dein & myrrham in mortario vnita,adijce.

Cõfectio è muſto ſtomatica Andromachi, pulcherrima. 6
Accipit gallarũ.xxx.Rhois coriarij,muſti optimi,dulcis & albi,ex vua aminça expſsi,ſext.vj.Gallas cõtuſas macerato cũ rhoe,diem & noctẽ in muſto,& coquito quoad quarta pars relinquat:perq; linteũ colatũ iterũ coquito, donec mellcã cõſiſtentiã nãciſcatur. Dein adijce croci.℥.j. Aluminis ſciſsilis,myrrhæ,ſin.℥.j.Facit etiã ad auriũ & ſedis vlcera.

Illitio. Cõfectio Sorani ſtomatica ex ſucco vuæ immatu- 7
ræ,ad incipiẽtes phlegmonas,gingiuas flaccidas,& pura tõſillarũ vlcera vtilis. Capit ſucci vuę immaturæ cocti vſq; ad conſiſtentiam,ſext.j.Roſarum,℔.j.Croci.℥.iiij.Mellis attici,cotyl.j.

E nucibus Galeni cõfectio. Accipe exteriorẽ corticẽ nu- 8
cum,quo tinctores vtũtur,adhuc viridẽ,cõtũde in mortario,& exprime,atq; per linteum excolato. Eius autẽ quod expreſſum eſt accipe cotyl.v.Mellis attici,cotyl.j.Glycyrrizæ.℥.xx.Coquito ſuccũ cum glycyrrhiza ad mellis craſſitudinem,& per colum traijciens,adiecto melle iterum coquito.Eſt autem efficacior omnibus illitionibus ſtomaticis,& validior:non tamen,vt aliæ,ſtomacho grata.

E nucibus alia cõfectio.Succi exteriorũ corticũ, ſext.j. 9
Coquito vſq; ad ſordiũ conſiſtentiã, dein per colum expurgato.adijce mellis attici,ſext.j.& coquito ad melleã conſiſtentiã. Vbi volueris ab igne remouere, adde zingiberis, & gallarum,ſing.℥.j.Croci.℈.vj.Trita diligenter præbeto.

Illit

10 Illitio ad eos q̃ angina laborãt ſub lingua, expta. Origanũ fuluã comã habẽtẽ tũde, & cribrato, melleq; excipiẽs illine.

11 Illitio anginæ conferens, optima. Stercus lupi, aut canis album, terito in pollinem, melleq; excipiens illinito.

12 Illitio alia ex Beſaſa, hoc eſt ſemine rutæ ſylueſtris. Habet aniſi, ſeminis apij, ammeos, floris iũci odorati, aluminis ſciſsilis, iridis, beſaſa, ſin. ℥.j. exa. ß.[a] Caſiæ, crocomagmatis, roſarum aridarum, ſing. ℥.j. Coſti. ℥.j.ß. Hirundinum pullorum, vſtorum. ℥.j.ß. Croci. ℥.ß. exag.j ß. Zingiberis, ſpicæ nardi, amomi, ſingul. ℥.ß. Gallas.iiij. Hæc terito & vnito cum melle, fingitoq; paſtillos, & præbeto.

[a Caſiæ.] *Galenus lib.6. de Compoſ. medic. localium habet,* κιναμώμου, σμύρνης τρογλίτιδος, ἀριστολοχίας μακρᾶς, ἀνὰ γο. α. *id eſt, cinamomi, myrrhæ troglodyticæ, ariſtolochiæ longæ, ſing. vnc. j. Quæ omnia hic deſiderantur.*

13 Illitio Aſclepiadis ad plegmonas cũ exulceratione. Recipit roſarum. ʒ.viij. Croci. ʒ.iiij. Balauſtiorum, myrrhæ, ſing. ʒ.j. Nucum pinearum. ʒ.iiij. Excipiãtur melle attico.

14 Illitio Aſclepiadis, ad oris putredines. Accipit rhois culinarij. ʒ.iiij. Acaciæ. ʒ.j. Oſsis ceruini medullę, aut vitulini. ʒ.iiij. Omnia ĩ vino dulci diſſoluta, excipe melle attico.

15 Illitio odorata, ſtomatica, ad phlegmonas, & cruſtas. Andromachi. Capit nucum pinearum. ʒ iij. Amyli. ʒ.ij. Aluminis ſciſsilis, roſarum, ſingulorũ. ʒ.j. Croci. ʒ.ß. Mellis attici, quod ſatis eſt.

16 Illitio ad omnes oris & tonſillarum phlegmonas. Habet rhois culinarij. ʒ.iiij. Roſarum. ʒ.ij. Croci, coſti, ſingu. ʒ.j. Mellis attici, quantum ſufficit. Diſſolutam cum aqua mellis & modico aceto, præbeto ad gargariſandum.

17 Illitio melior ad cruſtas. Miſy aſſatum cum melle attico illine. Sint autem miſyos. ʒ. vj. Mellis. ʒ.xij. Confeſtim enim è medio tollit.

18 Illitio Archigenis, ad cruſtas. [a]Stercus caninum, quando oſſa canes vorauerint, cum melle attico diſſolutum, optimum in omnibus exiſtit, & ſtrenuè auxiliatur cum poſca gargariſatum, & nullam vtenti in ſuauitatem exhibet.

[a Stercus caninum.] *Manuſcriptus codex habet* κυνίας κόπρος, *pro* κυνείας. *Hoc tamen erratum, & alia multa in illitionibus ijs commiſſa, è Galeno emendare cuiuis integrum eſt.*

Illitio alia ſtomatica ad cruſtas. Recipit cineris pullorum hirundinum vſtorum, & ſtercoris pueri, vtriuſque æquas portiones. Diſſoluta cum melle attico illine. Accepit autem[a] nõ quodlibet, ſed pueris plurimum in cibo duobus antè diebus lupinos & vinum mediocre dabat, atque ita exiccans repoſitum habebat ad quæcunq; vti vellet. 19

Nicolai locus expenſus.

[a Non quodlibet.] *Legendum in Nicolao,* ἐλάμβανε δ᾽ οὐ τὴν ἐπιτυχοῦσαν, ἀλλὰ παιδίοις ἐδίδου τὸ πλεῖστον τῆς τροφῆς ἄρτον, *&c. pro eo quod habet,* ἀναλάμβανε δὲ κόρτον μετ᾽ τὴν τυχοῦσαν, ἀλλὰ παιδίου, *&c.*

Illitio ſtomatica ad cruſtas, & gingiuas putreſcẽtes, & 20
fœtidas. Accipit miſyos vſti. ʒ. viij. Iridis. ʒ iiij. Croci. ʒ. j. Trita reconde in buxeo vaſe, & in vſu irrigato cum melle attico.

Illitio anthera, ſimilis. Capit iridis, ſandarachæ, cyperi, 21
ſin. ʒ. iiij. Aluminis ſciſsilis, myrrhæ, crocomagmatis, ſing. ʒ. ij. Tritis vtere. Nonnulli etiã accipiunt roſarum, & gallarum, ſing. ʒ. ij. Vtere igitur ea ad putredines, & abſcedentes gingiuas ſicca. Ad cruſtas autem cum melle.

Illitio Philagrij, ad oris eroſiones. Habet lentiſci fructus 22
nondum nigri. ʒ. ij. Gallarum. ℥. ij. Coſti, folij, ſing. ℥. ß.

Illitio Theodori ad tonſillarum vlcera, & gingiuarum 23
atq; pudendorum putredines, nomas & carbunculos. Recipit aluminis ſciſsilis, ſandarachæ, ſingul. exag. j.

Illitio Hermi ad oris affectiones omnes, ab aphthis 24
vſq; ad cruſtas, & cancros. Fructum myricæ læuigatũ excipe ſucco hyoſcyami ſimiliter & cum melle.

Illitio ad nomas oris, & gingiuarum. Succi foliorum 25
vitis albæ, quam Bryoniam vocant. Miſyos. Hæc trita excipe cum melle attico, & illine. Exterit enim, & expurgat. Poſtquam verò expurgaueris, bryoniæ radice tuſa & cribrata vtere: ad cicatricem enim perducit.

Illitio ad oris[a] putredines, exulcerationes, & nomas. 26
Capit foliorum vitis albæ. ʒ. iij. Aluminis ſciſsilis, miſyos toſti, iridis, mannæ, ſing. ʒ. iiij. Chalcanthi. ʒ. ij. Tere donec exiccẽtur, & in pollinem redigantur. Vtere arida. Expurgat enim & reprimit fluxionem affluentem.

[a Putredines.] *Codex Nicolai manuſcriptus falſo legit* σόψις, *prò* σήψις, *quod ex Aetio ſatis liquet, qui lib. 8. cap. 46. legit.*

git, πρὸς τὰς ἐν τῷ στόματι σήψεις, καὶ ἑλκώσεις.

27 Illitio ad omnia oris & tõſillarũ mala mirabilis. Habet foliorum oleæ viridium, ſidiorum, balauſtiorum, rhois culinarij, roſarum. Concocta cum poſca dato gargariſanda.

28 Illitio ſimilis. Elateriũ tritũ. melle attico exceptũ illine.

29 Illitio neceſſaria gargariſata. Habet hyſſopi, ziziphorum, mali punici dulcis integri contuſi, florum iunci odorati, cubebarum, caricarum, rhois culinarij, vuarum corinthiacarũ, roſarum, aceti, partem vnam. Aquæ partes tres. Coquantur ad tertias. Commiſceantur illi Diamoron & Diacaryon, & detur gargariſandum.

30 Illitio ſimilis, optima. Recipit hyſſopi, ziziphorum, caricarum, vuarum corinthiacarũ, floris iunci odorati, rhois coriarij, ſidiorum, balauſtiorum, cubebę, granorum myrti, mali punici dulcis integri cõtuſi: aceti, partem vnam, aquæ partes iiij. Coquantur ad tertias. Commiſce illi diamoron, & diacaryon, atque vtere.

31 Illitio neceſſaria, ſimilis. Conizam minimam tunde, & exprime. Accipe ſucci. ℥. vj. Adijce mellis attici. ℥. iij. Coquito ad conſiſtentiam, & in vſu admiſce diamoron, & diacaryon. Præbeto gargariſandum.

32 Illitio ad occultas anginas. Sinapi ſubactũ cũ melicrato coquito ad conſiſtentiam, & colo traijciẽs præbeto gargariſandum. Competit etiam illis caſiæ decoctũ, iridis, radicis panacis, gẽtianæ, cẽtaurij, ariſtolochiæ, coſti, agarici, cucumeris ſylueſtris radicis, quodlibet cũ oxymelite plurimũ coctũ. Similiter galli ſtercus albũ & [a] ceruſſam colore referẽs, exiccatũ habeto, & vſu poſtulãte ſubige cũ aqua, aut melicrato, propinato cochleariũ. Deſperatos enim ſanat. Quod ſi bibere nequeãt, cũ melle ſubactũ intimas partes illinito.

[a Ceruſſam referens.] Græcè eſt, καὶ ψιμιθίζουσαν.

33 Illitio admodum bona, ſimilis. Capit centaurij, nitri, ſalis communis, ſingulorũ. ʒ. viij. Hæc contrita reconde, & vſu poſtulante imbue melle attico, & illine intimas partes cum penna, aut prout libuerit.

34 Illitio alia, valde bona. Abſinthiũ tuſum & cribratũ, nitro trito adiecto, cum melle illine. Elaterium cum taurino felle & melle ſubactum, illinito. Salem cõmunem ſubactũ cum oleo veteri, & melle, atque aceto ſcillitico, illinito.

Illitio ex pullis ſylueſtrium hirundinum. Habet pullorum hirundinum agreſtium vſtorum cineris. ℥. viij. Croci. ℥. ij. Spicæ nardi. ℥. j. Excipe melle, & vtere. [a] Oportet autem pullos vrere hoc pacto. Sale mediocri conſperſos vnà cum pennis conijce in vas fictile, obturatumq́; imponè prunis, donec in cinerem redigantur. 35

Nicolai codex emẽdatus

[a Oportet autem, &c.] *Nicolai codex non rectè ita legit:* δεῖ δὲ τοὺς νεόσσους καίειν μετὰ τῶν πτερῶν ἅλατι συμμέτρῳ καταπάσαντας τοῖς πτεροῖς. εἶτα βάλλει εἰς ἄγγος κεραμιοῦν, καὶ φυράσας τοῦτο, *&c. Legendum autem ita erit, Galeno ſuffragante,* δεῖ δὲ τοὺς νεοσσοὺς καίειν τὸν τρόπον τοῦτον. ἅλατι συμμέτρῳ καταπάσαντας σὺν τοῖς πτεροῖς βάλλε εἰς ἄγγος κεραμεοῦν, καὶ τοῦτο φιμώσας ἐπιτίθει, *&c. Sic etiam legit* Aetius *lib.* 8. *cap.* 47. *Et horum verborum ſenſum in noſtra conuerſione expreſſimus.*

Illitio alia, ſimilis. Recipit pullos hirũdinũ agreſtiũ num. 36
xj. Succi myrti viridis, cyath. ij. Seminis myrti ſucci, triobolũ. Mellis attici, cyat. ij. Hæc miſce cũ cinere hirũdinum.

Illitio. ad eos qui angina laborant præſtantiſsimũ. Ac- 37
cipit folij, coſti, caryophylli, piperis, ſingul. ℥. ß. Sandarachæ. ℥. ij. Mellis quod ſatis eſt. illine cum penna.

Illitio ex limacibus. Limaces nudas ſine teſtis in hortis 38
repertas, in ollula vrito, & in cinerem redactas excipe melle attico quod ſatis eſt, & illinito. Alij piperis grana decem inijciunt. Oportet verò eodem modo parare cancrorum vſtorum cinerem cum melle. Sint autem fluuiales.

Illitio, ſeu gargariſmus ex cancris fluuialibus. Cancros 39
fluuiales contritos in aquæ cotyla vna, coctos & percolatos, præbe gargariſandos. Siquidem craſſa multa ducit, & leuat ſtatim, vt ait Galenus, hoc medicamentum.

Illitio de cẽtaurio. Cẽtauriũ minus vſtũ & contritũ, mel 40
le attico ſufficiẽti imbutum, illinito. Simile. Maxillæ porci vſtæ. ℥. j. Coſti. ℥. iiij. Stercoris canis oſſa comedentis. ℥. iiij. Gallarum, ſidiorum, ſingul. ℥. j. Piperis toſti. ℈. vj. Trita in pollinem imbue melle ſufficiente, & illine.

Illitio ad oris putredines. Recipit gallarũ, ſidiorũ, py- 41
rethri, piperis, ſingul. exag. ß. Trita inſperge palato. Pyrethri, piperis, malorum punicorũ dulciũ ſucci, par. iij. Mellis attici, par. ij. Sinapi, gallarũ, coſti, pyrethri, aluminis ſciſſilis, ſin. ʒ. iij. Coquantur probè, & reponantur ad vſum.

Illit

42 Illitio ad inflammãtiones tonſillarum. Accipit gallarũ ℥ j. Coſti. ℥. ß. Trita in pollinem inſperge deſuper. Aut cũ melle excipe. Nonnulli etiam adijciunt folium. Alij fingũt pilulas expertas, quæ capiũt, elaterij ſemiobolum, nitri ſpumæ triobolum. Sinapi. ℥. j. Trita finge cum aqua, & da diluculo duas, & veſperi. ij. & deinceps ſimiliter. Pilulæ.

43 Illitio ad anginam vtilis, ciens vomitum, & ad occultas anginas conueniens. Qui verò hac illitione vti volunt, ab ijs prius mercedem accipe. æris vſti, chalcanthi, ſingul. ℥. ij. Myrrhæ, elaterij, aphonitri albi, ſigul. ℥. j. Fellis taurini. ℥. iiij. excipiãtur melle, & illine cum penna penitiſsimè.

44 Collutio ad cruẽtas gingiuas, Aſclepiadis. Capit balauſtiorũ, roſarũ, ramorũ myrti, ſing. [a] æquales partes. Coquito cũ poſca dilutiore, coloq́; traiecto liquore, dato vt in ore retineatur.

[a Aequales partes.] *Codex Nicolai habet, ἀνὰ ἑξαγ. non expreſſo pondere. Aetius lib. 8. cap. 23. legit, ἑκάστου ἴσον. Quam quidem lectionem in noſtra conuerſione ſecuti ſumus.*

45 Collutio ſimilis. Habet ramorũ lentiſci, balauſtiorum, malorum radicis, ſing. exag. j. Coctã in poſca præbeto. Ruborum, roſarum, ramorũ oleæ, rhois culinarij, lentis, myrti, ſidiorum, balauſtiorũ, palmularum oſsium. Hæc tuſa coquito in poſca, & dilue cum confectione de nucibus.

46 Illitio ad gingiuas eroſas. Recipe malũ punicũ integrũ & interiora eius omnia vacuato, & imple cauitatẽ melle attico puro. Dein adijce aluminis ſciſsilis, cinamomi, ſin. exa. ß. [a] Coopertũ in cinere calido coquito ad tertias, & vtere ad gingiuas putridas, & eroſas, & cruentas. Poſtea collue cum ea quæ ante hanc dicta eſt collutione.

[a Coopertũ.] *Nicolai codex nõ rectè legit ὀχώσας, pro πωμάσας, vel ὀχλήσας, id eſt cooperiẽs, vel ſenſim mouẽs, vt iã ſæpe annotauimus.*

47 Collutio ad gingiuarũ comeſtionẽ, experta. Oliuarũ ramos, ſidia, balauſtia, roſas, rubi ſummitates, [a] alumẽ ſciſsile. Coqto ad tertias. præbe ad colluẽdũ os multoties. Deinde pone deſuper cũ bombacio hoc inſperſile contritũ in pollinẽ. Cinamomi, nucis moſchatæ, roſarũ, balauſtiorum, thuris, maſtiches, trium piperũ, myrobalani magni cum oſsib. eius, ſing. ℥. ß. Fermentato ipſa cum albo vino, & conijce in calamũ, & probè cũ fermẽto obturatũ [b] aſſato in morta

 rio,

rio, donec in cinerem redigatur calamus. Dein ab igne remouens, accipe interiora calami, & contere, ac dentibus inſperge.

[ a Alumen ſciſsile.] *Nicolai manuſcriptus codex corruptè στύψιν, pro σχιστὴν legit.* [ b Aſſato.] *Nicolai codex falſò legit ὄχωσον, pro ὄπτησον.*

Illitio ad gingiuarum comeſtionem admodum bona. 48
Capit [a] almyrinthræ. ℥.j. Arſenici, myrobalani flaui cum oſsibus, cinamomi, ſing. ℥.ß. Trita hæc fermentato cũ vino albo, & conijce in calamum, probeq; cum fermento obturatum ſenſim aſſato, donec calamus in cinerem redigatur. Poſtea accipe interiora calami, inſperge bonbacio, & impone, prius tamen ore aceto tepido ſatis colluto.

almyrinthra. [ a Almyrinthræ. [*Nicolaus habet ἀλμυρίνθρας. Quid verò illi hæc vox ſignificet, ſcire non poſſum: niſi fortè hæc vox idem quod Almyra ſignificet, quæ Arabibus non niſi calcem viuam denotat.*

Dyſentericum [a] irriguum ad oculorum fluxionem, & 49
ad cœliacos. Habet mororum. ʒ ij. Zingiberis, thuris, gallarum, ſulphuris ignem non experti, maſtiches, ſingul. ʒ.j. Ttita aceto irrigato, & ad ſordium craſsitudinem redigito, repoſita in lintheum impone inteſtinis.

[ a Irriguum.] *Græcè eſt ἐπίῤῥυμα. sic autem vocat medicamentũ irrigatum, quod fortè rectius ἐπίῤῥυτον diceretur. Eſt verò id contrarium planè ei quod inſperſile vocatur, hoc enim prorſus aridum eſt, nec vllo liquore, vt prius, irrigatur.*

Dyſentericum inſperſile laudatũ. Recipit picis aridæ, 50
℥.ij. Bituminis, maſtiches, cumini, aluminis ſciſsilis, ſin. ʒ.i. Acaciæ, ſinapi, ſin. ʒ.ß. Tũdito & cribrato. Vbi lauit ægrotans, & à balneo egreſſus eſt, ſpongia illũ abſtergito, ſupinũq; pendẽs, illinc totũ ventrẽ vino, & poſtea prędicta inſperge, & domũ ducito. Dein nutrito ipſum paucis micis in vino ferueſactis. Aeger autẽ in vẽtre pilis careat, propterea quòd ea quæ inſperguntur adhereant.

Dyſentericũ ferculũ ad cœliacos, & ſtomachũ defluxione laborantẽ mirabile. Accipe orizã, & malum punicũ adſtringens integrum, coquito in aqua, & præbe comedendum cum decocto. 51

Dyſentericũ ferculũ bonũ. Recipe orizam in farinã 52
tuſam, & nuces ponticas, ſimiliter amylũ, & rhu culinariũ.

Trita

Trita in pollinē miſceto,dein coquito in aqua,grana myrti,roſas,corna,meſpila ad tertias: & per ſacchū trāſmiſſa, prædictis miſcēs fac inſtar ſucci. Dein inſperge deſuper cinamomum,macerem, crocum, & coriandrum, ac præbe comedendum.

53 Dyſentericū inſperſile Puls, præſertim vbi vlcera ſunt in ſuperioribus.ſine enim periculo expurgat ipſa,& ad cicatricē ducit,vti nullū aliud medicamentū. Medicis enim Romanis hāc confectionē per ſomniū à Seruatore datam eſſe ait Mæa mulier quædā. Fermenti ſiliginei acidi,lb.j. Rhois ſyriaci.℥.ß. Tragacanthæ.℥.j. Ichthyocollæ.℥.ß. Sepi taurini.℥.ij. Ceræ tyrrhenicæ.℈.vj. Aqua anethina diſſolue fermentū, & inijce arida tuſa & cribrata, coque vt [a] pultem.

[ a Pultem.] *Nicolaus habet* ὡς πόλτον. *Vſus eſt enim dictione latina deprauata.*

54 Dyſentericum abſolutum, ad ſanguinē ſpuentes. Symphyti radicem coquito diligenter, & [a] caryotam. dein con diens adijce oua, & præbe comedendum.

[ a Caryotam.] *Græcè eſt* καρυοτίδος. *Eſt autem caryota. Varrone & Plinio teſtibus, palmulæ genus eſſe carens. Aetius libro.11. cap.30.* καρύωτον *vocat.* Caryota.

55 Dyſenterica potio laudata. Caſei veteris exteriora, picis aridæ, aluminis rotundi, interioris membranæ ventriculi gallinæ æquas portiones, Caſeum & ventris mēbranas vrito, & redige in puluerem, omniaque commiſcēs, da bibendum cochlearium vnum.

56 Dyſentericum aliud, valde nobile. Nuces tres ſiccas vre cum putaminibus, & tritas da ægrotanti bibendas. Inſperge etiam caprinum ſtercus cum melle.

57 Dyſentericum aliud. Recipit rubricæ ſinopicæ, ſymphyti leuigati, ſin.℥.iij. Vini aminei, cyathos.iij. Cōmixta in poculo poſt emendationem rubricæ da bibenda.

58 Dyſentericum aliud, mirabile. Sidiorum, gallarū, ſucci, ex vuis immaturis expreſsi flaui, iridis, æquas partes. Contundens da cochleariū vnum, vacantibus febre cum vino, febricitantibus autem ex temperata.

59 Dyſentericū aliud probatū. Cortices caſtanearū aridarū, aut etiā acinos immaturæ vuæ tundēs, & traijciens

per cribrum ſubtile, præbeto cochlearium vnum in vino adſtringente ieiuno,& dormituro,atq; miraberis.

Dioſpoliticum ad errantes flatus, & acidos ructus, difficileſq; concoctiones. Habet cumini toſti.ʒ.iij. Petroſelini.ʒ.j.ß. Zingiberis.ʒ.j. Piperis.ʒ.j.ß. Foliorum rutæ viridium.ʒ.ij. Berenicarij mellis,quod ſatis eſt. 60

Dioſpoliticum ſubducens aluum. Recipit cumini toſti, foliorum rutæ viridium,berenicarij,ſing.ʒ.ij. Piperis longi,zingiberis,ſin.℈.iiij. Piperis nigri.ʒ.viij. Mellis,quod ſatis eſt. Datur cochlearium vnum. 61

Furũculos celeriter cõcoquẽs. Accipit ſalẽ cõmunẽ,origanũ,oleũ cõmune,& fermentũ. His probè vnitis vtere. 62

Difficultati ſpiritus conferens,expertum. Capit aphonitri albi.ʒ.j. Da bibendum cũ temperata. Simile. Strutij.℥.ß. Cumini.ʒ.ij. Agarici.℥.ß. Scillæ aſſatæ.℥.j. Nitri alexandrini.ʒ.j. Mellis, quantũ ſufficit. Datur cochleariũ vnum. Simile. Fellis vrſini.ʒ.ß. Da ieiuno bibendum cũ temperato. Simile. Bituminis iudaici.℈.j. Tritum da cũ ouo ſorbili ieiuno,diebus tribus. 63

Aliud difficultati ſpirandi vtile,expertum. Habet ſeminis coriandri.℈.v. Grana lauri decorticata.xxiij. Olei ex immaturis oliuis expreſsi,[a] phialij mediocris dimidiam partẽ. Trita ſimul diligẽter da bibẽda ieiuno diebus tribus. Si verò morbus diuturnus fuerit,præbeto diebus nouem. 64

Phialiũ. [a Phialij.] *Græcè eſt φιαλίς. Eſt autem phialium, Atheneo autore, poculi genus quod Græcis etiam φιάλα dicitur.*

Aliud difficultati ſpirandi cõueniens,expertũ & optimum. Recipit ſtruthij,thymi comarũ, capparis montani, ſing.ʒ.ij. Acori,elenij,berenicarij.iridis, ſin.ʒ.j. Rubię.℈.ij.ß. Scillæ aſſatæ.℈.ix. Redige hoc in puluerẽ,& præbe cochleariũ vnũ,& oximelitis cochlear.j.cũ tẽperata ſufficiẽti. 65

Dropax probatus. Accipit bituminis.℥.ij. Ceræ.℥.j. exag.j. Picis aridæ.ʒ.j. Reſinę pineæ,nitri,ſin.℥.j. Sulphuris ignem non experti,pyrethri,veratri albi,adarceæ,ſing. exa.j. Staphidis agriæ,euforbij,ſing.ʒ.octauã partẽ. Olei quod ſatis eſt. 66

Coria alba vt tingenda purpura. Anchuſę radicẽ aceto irrigatam illine. 67

Decamyri confectio miranda. Habet folij,maſtiches, 68

euphor

euphorbij,ſpicæ nardi,ſing.exag.j.Styracis calamitis,adarces,ſing.exag j.ß.Piperis cõmunis,exag.j. Vnguenti nardini.℥.iiij.Opobalſami,ceræ,ſing.exag.iiij.

69 [a] Maſticatoriũ caput purgãs. Recipit pyrethri,ſtaphidis agriç,ſin.ʒ.iij.Betę albę ſeminis.ʒ.ij.Maſtiches ʒ.x. Effinge paſtillos, & præbe cõmanducandos in ſole,vel balneo. [a Maſticatorium.] *Græcè eſt διαμάσημα,id quod in ore manditur. Maſticatorium hodie facientes medicinam vocant. Vſi itaque ſumus voce vſitata,& ſi parum fortè latina.* Maſticatorium.

70 Vrinam eliciens Euſtomachij chirurgi,expertum. Accipit piperis cõmunis,cumini latioris,ſing.exag.j Petroſelini,pyrethri,ſin.ʒ.j.gran.xv.Grana lauri repurgata tria, & dimidium. Tundantur & cribrentur,daq; bibẽdum ieiuno cochle.j.cum temperata.

71 Vſtio ad eminẽtias. Capit ſaponis gallici,calcis viuæ, fęcis vini vſtæ,ammoniaci thymiamatis,galbani,propolis, ſing.exag.j.Ammoniacum,galbanum,& propolim ſimul contuſa in mortario conijce in [a] trullam,& impone carbonibus,ac permitte vt modicũ incaleſcant.vbi cœperint parum liquari,inijce ſaponẽ, & calcem:diſſoluta cũ fæce vini vſta,& ſublata ab igne, [b] ſpatha cõmoueto, donec vtique commiſceantur.Probato in vngue tuo.Si enim vſſerit vnguem,bonũ:ſin minus,adijce exiguũ calcis. Vbi verò eminentiam vſſeris,linteum muria irrigatum loco impone. [a Trullam.] *Nicolaus habet τρόλλαν, latinamq; vocem græcis exarauit literis. Eſt enim* Trulla *vaſculi genus,quod* Trulleũ *etiam appellatur.*[b Spatha commoueto.] *In* Nicolao *eſt σπάθιζε,quo verbo haud dubiè vſus eſt pro eſt quod eſt.ſpatha commoueto.* Trulla.

72 Difficulter mingẽtibus auxiliũ admodũ probatũ. Capillos cerui ſuffumigato, & cõfeſtim minget.Simile. Turturis ſtercoris.ʒ.j.tritã da ieiuno bibẽdã cũ,melle,trib.die.v.

77 Illitio ad columellã, vuas,& omnia oris mala.Succi malorũ punicorũ acidorũ,ſucci mororũ,& mellis,ſi.lb.j.ß.coqto ad cõſiſtentiã.Dein adijce trita &cribrata,croci.ʒ.iiij. Aluminis ſciſsilis,myrrhę,acacię,ſi.ʒ.vj.Sory,licij,ſi ʒ.iij.

74 Diſenterica,quæ ſupernè exhibentur,cõpoſita medicamenta.Vinũ vetus adſtringens decoquito ad tertias.inijce hæc trita,radicis ſymphyti,ſucci acaciæ,hypociſtidis, mellis quantum vini, & rurſus coquito ad conſiſtentiam.

Datur

Datur manè ieiuno myſtrum vnũ.

Dyſentericum aliud, probatum. Vinum vetus rubrum 75
adſtringens coquito ad tertias. Adijce æqualem portionem
mellis, & iterum coquito vſque ad conſiſtentiam. Datur
manè ieiuno myſtrum vnum.

Dyſentericum aliud, expertum. Gallæ optimè tritæ, 76
piperis communis, rhois culinarij, ſidiorum, ſingulorum
exagiũ.j. Hæc ſubtiliſsimè trita excipe cum ouorum
luteis quod ſatis erit, & conijce in malum punicum vacuũ,
quod oblitum fermento, coquatur iuxta prunas ad conſi
ſtentiam. Datur cochlearium vnum ieiuno ante cibum.

Dyſenterica potio Martiani, ad eos qui neque cibum, 77
neq; potum capiunt, ſed deſperati ſunt. Accipit ſcobis cor-
ticis loti arboris, exag.xxv. Myrti albarum baccarum, exa.
j.& quartam partem. Malorum cotoneorum.℥.ß. Aquæ.
exag.iij. Coquito ad tertias, & da bibendũ quantum ęgro
tus poterit. Si verò haud poteſt, idem per clyſterem infun-
dito. Eiuſdem facultatis eſt ſolius loti decoctum. Quod ſi
loto deſtitutus fueris, vtere cortice pini.

Dyſentericum aliud, ad cœliacos. Capit baccarum myr 78
ti nigrarum, cochle.iij. Aniſi, roſarum aridarum, œnanthes
acaciæ, ſing.cochl.j. Carnis palmularum.xl. Excipe per pal
mulas, & præbeto.℥.j. Oenanthe verò non præſente, vuam
immaturam, & exiccatam inijce.

Dyſentericum Marciani probatum. Habet aloes probè 79
vſtę, ſidiorũ vſtorũ, ſeminis lini vſti, ſin.℥.j. Contere, & da
to cochl.duo nõ febricitantibus cũ vino, febricitantibus au
tem cum aqua pluuia tepida. Nonnulli verò adijciunt men
branas ventriculi erinaceorum [a] terreſtrium, habentes
adhuc cibum. Illotas igitur menbranas capito, & exiccatas
habeto. Per ſe enim potæ, ventris fluxionem ſiſtunt.

[ a Terreſtrium.] *Codex Nicolai legit* κιρισιρῶν, *pro* χερσαίων
*vt etiam Aetius.*

Dyſenterica potio probata eiuſdem. Non eſt verò cur 80
cõmoditaté eius deſpicias. Recipit ſeminis anethi. apij, fœ
niculi montani, ſingulorum.℥.j. Cõtere hęc validè in mor
tario [a] teſtaceo, & admiſce echinorum ſiue erinaceorum
terreſtrium ventriculi internam membranam per ſe tuſam
& cribro trãſmiſſã põdere.℥.j. Dein vinũ merũ in nouũ vaſ

culũ

culũ infundito, & laminã ſępius ignitã ferri chalybe roborati nõ minorẽ lb̃.j.in vino multoties extinguito,& cũ aridorũ.℥.ij.prębeto.Hoc eſt ad dyſentericos perfectũ põdus.

[a Teſtaceo.] *Manuſcriptus codex legit* ἀστρακινὸν *pro* ὀστρακινον. *Sunt & alia multa in hac potione à nobis ex Aetio reſtituta*

81 Dyſenterica alia potio experta. Cochlearum terreſtrium maximè montanarũ,vſtarũ cũ carne.℥.iij.Piperis longi.℈.viij.Tere æreo piſtillo plurimũ, dein adijce vini veteris.℥.vj.Caræni.℥.vj. His vnitis fac potiones tres, & da diebus tribus manè ieiuno.Oribaſius verò ita ait: Cochlearũ vſtarũ vnà cũ teſtis.℥.iiij.Gallę.℥.ij.Piperis.℥.j.Redacta in pollinẽ cũ aqua,vel vino albo & tenui propinato.Hoc dyſentericis plurimũ auxiliatur,in quibus vlcera nondũ putruerũt.

82 Dyſenterica potio Marciani vocata [a] Phemus. Accipit myrrhæ,opij,balauſtiorum,rhois rubei,aniſi, ſpinæ ægyptiæ,ſin.℥.ß. Aluminis ſciſsilis nõnulli lentiſcũ, aut huius fructũ adijciũt,ſin.℥.j.ß. Excipe cũ decocto corticis ligni loti,& præbe nucis ponticę magnitudine. Quod ſi autem non adſit lignum loti,vtere meſpilino.

[a Phemus. *Codex Nicolai corruptè legit* φόμα, *pro* φῆμος *vt ſatis ex Aetio liquet.*

83 Dyſenterica potio valde bona.Recipe[a] myrobalanũ magnũ,hoc eſt vocatũ Cepulã,vrito,& cribro traijcito vt pollinem,irrigatoq; cũ ſucco plãtaginis minoris,aut ſtillaticio roſarũ cãpeſtriũ liquore, ac calefaciens præbe bibendũ ieiuno.Similis. Rhei barbari, exa.ß. Vrito, adiectis athanaſia & micleta,ſin.exa.ß.Irrigato cũ ſucco quinqueneruiæ, & ſtillaticio campeſtrium roſarum ſucco, & calefactum bibendum præbeto ieiuno.

[a Myrobalanum magnum.] *Nicolaus habet* μέγαν ἐλλέβορον *ſed falſo,quod ſequentia ſatis indicant, Subijcit enim,ſtatim* ἤτοι τὸν λεγόμενον κίπουλα. *Quæ quidem verba abundè monſtrãt legẽdũ eſſe* μέγαν μυροβάλανον, *hoc eſt myrobalanũ magnũ. Is enim alio nomine Actuario teſte, Cepula dicitur. Accedit quod nõ tutũ ſit imò nõ cõueniat prorſus, vt dyſentericis exhibeamus elleborũ. Vide quæ ſupra ſectione prima annotatione. 423. diximus. Ibidẽ enim etiam myrobalanũ vocauit elleborum*

84 Dyſenterica potio, valde laudata. Habet armenij boli, ſigilli lẽnij,ſanguinis draconis lapidis hęmatitis,corallij rubei

bei, ſin. ℈. ij. Hęc trita in pollinē imbue cū athanaſię exagio dimidio. Da bibendū cū ſucco plātaginis minoris & ſtillaticio roſarum campeſtrium tepido liquore, manè.

Dyſenterica potio valde bona, & probata. Recipit mala 85
acida. v. Cotonea. iiij. Pyra ſylueſtria immatura. xx. Repurgatis interioribus & exterioribus ea cōtūde, dein adijce baccarū myrti. ℥. j. & maſtiches, exa. j. & [a] Rhaſpe bonū, aut marathatū, aut eliſphacatū purū vinū quātū oportet. Coqto ritè ad tertias & colo traijcito atq; in vas vitreū conijcito Quū vſus exigit prębeto ieiuno cū theriaca poculū vnū exiguu. Dato etiā ſine theriaca. Prębe quoq; comedendū è ſpeciebus quę ītra decoctionē ſūt quātū voluerit ęger. Prębe etiā bibēdā aſsiduè: eſt enim admodū laudata ad dyſētericos lientericos & alui teneſmū. Da quoq; theriacā ieiuno cū vino tepido nō febricitātibus, eſt enim experta ad talia mala.

[ a Rhaſpe, &c.] *Nicolao Rhaſpe genus vini ſignificare ſuprà eſt annotatū. Sic etiā reliqua duo vini ſunt genera. Pro Rhaſpe autem fortè legendū ῥοίτις hoc eſt, vinū è punicis malis vel ῥοδίτις. Per Marathatū, vel rectius marathratū vinū è fœniculo, quod Græcis μάραθρον dicitur: vt per Eliſphacatum, aut rectius, Elelyſphacatum, vinum è Saluia, quam ἐλελίσφακον Græci vocant, intelligit.*

Forationis ſeu carici hominis medicamentū. [a] Chorigē 86
& bryoniā cōtūde ſimul, & fac vt fermētū, impone forationi. Poſtquā verò ablueris ipſā, fac linimētū. & imbue ſucco anchuſę, quę eſt herba quędā [b] tingēs, & inijce linimētū in forationē diebus ſufficiētib. Vbi verò malū demollitū fuerit glutinato emplaſtro donec ad cicatricē veniat. Aliud. Ceruſſā & lutea ouorū excipe bombacio, & inunge liquorē, & immitte. Prodeſt autē ad omnē dolorē ſedis. Aliud. Mœnarū capita vrito, cineremq; cum melle exceptum ſedi impone, vt expertum & præſtantiſsimum ad huiuſmodi.

[ a Chorigen.] *Græcus codex habet χοριγόν. Quid verò Nicolaus hac voce intelligat, ſcire nō poſſū.* [ b Tingens.] *Poſt hæc verba in græco Nicolai codice legitur τὰ ἀλλθόνα κήρια. Quæ ſanè voces quid præſeferāt, ſatis conſtituere nō poſſum: niſi quis pro κήρια μόρα legendū putet, vt ſit ſenſus: Anchuſam herbā eſſe, qua verè tinguntur vnguēta, quod etiā Dioſcorides innuit. Sed certi ſtatuimus in cōpoſitione hac mirificè deprauata. Alij fortè emendatioribus codicibus vſi, legitimā lectionē huic loco, & alijs multis reſtituent.*

FINIS.

IN

# INDEX EMPLASTRORVM.


*Emplaſtrum diuorum apoſtolorum Petri & Pauli.* 1

*Bmplaſtrum ad dyſentericos, & teneſmum.* 2

*Emplaſtrum cœliacum, ad lienoſos, & ſtomachicos* 3

*Emplaſtrum ad abſceſſus & ſubducta vlcera.* 4

*Emplaſtrum, ſiue cataplaſma optimum.* 5

*Emplaſtrum ad iecoris obſtructionem,, & duritiẽ.* 6

*Emplaſtrum ad induratum & tumidum lienem.* 7

*Emplaſtrum ſtomachicum laudatum.* 8

*Emplaſtrum attractorium ad ſubducta vlcera, abſceſſus, & gingiuarum inflammationes.* 9

*Emplaſtrum ad lienem induratum & iecur, phlegmonemq́;, & ſtomachi imbecillitatem.* 10

*Emplaſtrum ad duritiem lienis, & obſtructionẽ viſcerũ.* 11

*Emplaſtrum ad iecoris obſtructionem, & duritiem.* 12

*Emplaſtrum ad contuſa oſſa, & dolores.* 13

*Emplaſtrũ ad cõtuſa oſſa, neruos, & dolores, vocatũ* Oxycreciũ. 14

*Emplaſtrum ad diuiſuras, fiſtulas, ægilopas, ſurculos, ſquamas, & omnis generis vlcera.* 15

*Emplaſtrum nominatum* Auguſtum, *ad varios morbos.* 16

*Emplaſtrum ex* Dictamno, *ad diuerſa vulnera.* 17

*Emplaſtrum dictum potens, ad varios morbos.* 18

*Emplaſtrum* Anicetum, *hoc eſt inuincibile, ad diuerſa mala.* 19

*Emplaſtrum* Athena, *ad varia mala.* 20

*Emplaſtrum exiccatorium ad ramicem aquoſum, & inteſtinorum teſticulorumq́;.* 21

*Fmplaſtrum dichromon vulnerarium.* 22

*Emplaſtrum ex* Abſinthio. 23

*Emplaſtrum vocatum* Pſitacion. 24

*Emplaſtrũ è fermento, diſcuſſorium ad furunculos, & abſceſſus.* 25

*Fmplaſtrum dictum* Droma, *ad diuerſa mala.* 26

*Emplaſtrum nigrum, dictum* Sotirichi Azaniti, *ad varia mala.* 27

*Emplaſtrum vocatum* Epigoni, *ad diuerſa vitia.* 28

*Emplaſtrum* Calbianum *eximium*, Tribuni Iuliani, *ad diuerſa mala.* 29

*Emplaſtrum* Galeni *appellatum* Athena, *ad omnis generis vitia.* 30

*Emplaſtrum* Aegyptium, *ad contuſa.* 31


Empla

*Emplaſtrum œnopœon, ad omnia vulnera, morſus, & tubercula.* 32
*Emplaſtrum Cyrilli, ad varia mala.* 33
*Emplaſtrũ Purpura, ſinus conglutinans omnis generis* 34
*Emplaſtrum barbarum ad omnis generis vitia.* 35
*Emplaſtrum diſcuſſorium, ruptorium, & ſenſim depaſcens.* 36
*Emplaſtrum nominatum Methe, mirabile.* 37
*Emplaſtrum carnem glutinans, & præſertim in lienoſis duritiebus vtile.* 38
*Emplaſtrum nigrum, ad diuerſa vitia.* 39
*Emplaſtrum ad duritiem, ſinus, & in alis, affectus, omnemq; abſceſſum.* 40
*Emplaſtrum Myrcinaton cicatricem inducens & refrigerans.* 41
*Emplaſtrum ex ſalicibus, ad omnem affectum.* 42
*Emplaſtrum chalcitidis ad varia mala.* 43
*Emplaſtrum de ſalibus, ad vomitus Euthalij.* 44
*Emplaſtrum venatorum, accommodatũ ad omnis generis mala.* 45
*Emplaſtrum Coreos, ad lienoſos, hydropicos, & iſchiadicos.* 46
*Emplaſtrum Simoton ad omnis generis vitia.* 47
*Emplaſtrum ad neruos vulneratos, & ſanguinem ſpuentes.* 48
*Emplaſtrum aliud ad vulneratos neruos.* 49
*Emplaſtrum cauſticon ad morſus, carcinomata, ſteatomata, & ſtrumas.* 50
*Emplaſtrum aliud præſtantiſſimũ.* 51
*Emplaſtrum Aphra exiccatorium, ad omnem defluxionem, & vbi ſiccandum eſt vtile.* 52
*Emplaſtrum Iceſium ad omnia vulnera.* 53
*Emplaſtrum ad cruenta vulnera & neruorum præciſiones vetera & quæ difficulter ad cicatricem perducuntur vlcera, & alia.* 54
*Emplaſtrum Iſis ad chironia mala, & curatu difficilia. Confert etiã ad cruenta vulnera.* 55
*Emplaſtrum ad malitioſa, furunculos, ſtrumas, & abſceſſus.* 56
*Emplaſtrum Pardalis, ad diuerſa mala* 57
*Emplaſtrum Pelargi, ſiue Ciconiæ, podagricos prorſus ſanans* 58
*Emplaſtrum phlegmones arcens in recentibus diuiſionibus, & eryſipelatis* 59
*Emplaſtrum ad furunculos, malitioſa, mammas defluxione laborantes, & venæ ſectiones* 60
*Emplaſtrum podagricum ſoluens callos ſeu tofos.* 61
*Bmplaſtrum è fermento probatum* 62
Empla

Emplaſtrum diachylon ad omnem phlegmonem, & duritiem. 63
Emplaſtrum Pentatheton ad varia mala. 64
Emplaſtrum è ſeminibus ad diuerſa mala. 65
Emplaſtrum aliud ad varia vitia. 66
Emplaſtrum iſchiadicum demoliens affectus veteres. 67
Emplaſtrum ad eliciendos ſudores nobile. 68
Emplaſtrum ad choleram, valde bonum. 69
Emplaſtrum Pampathes, ad varia mala. 70
Emplaſtrum ad lienoſos, hydropicos, & malo corporis habitu præditos. 71
Emplaſtrum ad hydropicos, mirabile. 72
Emplaſtrum ad palpitationem cordis, animi defectionem, & ſyncopen. 73
Emplaſtrum ad cordis ſyncopen, & corporis imbecillitatem à calore ortam. 74
Emplaſtrum ex œſypo, ad omnem duritiem. 75
Emplaſtrum aliud ex œſypo. 76
Emplaſtrum ſiue præparatio ex œſypo. 77
Emplaſtrum ad pleuriticos. 78
Emplaſtrum aliud ad pleuriticos, optimum. 79
Emplaſtrum aliud ad pleuriticos, præclarum. 80
Emplaſtrum aliud ſimile. 81
Emplaſtrum aliud ad lateris dolores citra febrem. 82
Emplaſtrum ſtomachicum, probatum. 83
Emplaſtrum ad imbecillitatem ſtomachi, acidum ructũ, & omnem frigidum affectum. 84
Emplaſtrum ſtomachicum, & ad colicos, dyſentericos, cœliacos, & omnem affectum. 85
Emplaſtrum aliud cœliacum, ex ſylueſtribus pyris. 86
Emplaſtrum ad iecorariam dyſenteriam. 87
Emplaſtrum ad hydropicos accommodatum. 88
Emplaſtrum ad tuſsientes, abſceſſu laborantes, & deſtillatione correptos. 89
Emplaſtrum ad lienoſos, probatum. 90
Emplaſtrum ad cœliacos, dyſentericos, & profluuium muliebre. 91
Emplaſtrum de Euphorbio. 92
Emplaſtrum ad caput defluxioni obnoxium. 93
Emplaſtrum aliud ſimile. 94
Emplaſtrum & ipſum ſimile. 95

Emplaſtrum ad ſtomachicos, cœliacos, & dyſentericos. 96
Emplaſtrum ad eos qui nihil appetũt, & cibum vomunt, & ad diarrhœan, & alui profluuium. 97
Emplaſtrum ad ſtrumas, abſceſſus, deſtillationes, & lienoſos. 98
Emplaſtrum cœliacum mirabile. 99
Emplaſtrum ad hepaticam dyſenteriam. 100
Emplaſtrum ſimplex ad fracturas. 101
Emplaſtrum ad putrefaciendam carnis abundantiam. 102
Emplaſtrum vomitorium domini Ioannis. 103
Emplaſtrum de œſypo. 104
Emplaſtrum ad dyſentericos. 105
Emplaſtrum roborans ſtomachum. 106
Emplaſtrum tetrapharmacum. 107
Emplaſtrum ex ſucco ſeminis lini, diſcutiens & rumpens. 108
Emplaſtrum de melle. 169
Emplaſtrum ex polline. 110
Emplaſtrum dictum botanicum. 111
Emplaſtrum ex aſphodelo. 112
Emplaſtrum de fermento, rumpens abſceſſus. 113
Emplaſtrum ad furunculos. 114
Emplaſtrum è ſtruthio, diſcutiens ſtrumas. 115
Emplaſtrum ad abſceſſus, valde bonum. 116
Emplaſtrum ex allijs ruptorium. 117
Emplaſtrum è Pyrano, diſcutiens. 118
Emplaſtrum Pyrine, ad durities. 119
Emplaſtrum Pelarium ad deſquamata, & ſimilia. 120
Emplaſtrum ex althæa, ad eos qui abſceſſu & ſuppuratione laborant. 121
Emplaſtrum Ciſſinum ad neruos vulneratos, & puncturas, præſertim diuturnas. 122
Emplaſtrum melanchloron, ſimile. Cruentis etiam conducit. 123
Emplaſtrum ex ſenecione. 124
Emplaſtrum Mnaſæi, diſcutiens. 125
Emplaſtrum Ariobarzanion, ſimile. 126
Emplaſtrum ex dracontio. 127
Emplaſtrum pſitacium. 128
Emplaſtrum de ceruſſa. 129
Emplaſtrum nominatum Parygron, Oribaſij. 130
Emplaſtrum de Cadmia, cicatricem inducens. 131
Empl

*Emplaſtrum Phœnicine.* 132
*Emplaſtrum ex anchuſa, ad ambuſta.* 133
*Emplaſtrum ſimile.* 134
*Emplaſtrum Pompholygeron.* 135
*Emplaſtrum Philocotyche, dolorem mitigans.* 136
*Emplaſtrum Amithaonis, ad contractos, & conuulſos articulos.* 137
*Emplaſtrum Ariſtophanion, emolliens.* 138
*Emplaſtrum è plumbagine, ad calidos affectus.* 139
*Emplaſtrum Coracum pudendis & nomis conferens.* 140
*Emplaſtrum ex oleo & aceto probatum.* 141
*Emplaſtrum ex Achate lapide, diſcutiens, ac emolliens.* 142
*Emplaſtrum Nicolai, cruentis vtile, & ſinus glutinans.* 143
*Emplaſtrum Neronis, ad ictus, & omnem partium carnoſarum dolorem.* 144
*Emplaſtrum oxyron, ad varia vtile.* 145
*Emplaſtrum Galeni glutinans, concoquens, & pus efficiens.* 146
*Emplaſtrum ex metallicis.* 147
*Emplaſtrum vocatum Harmonia, ad fracturas vtile.* 148
*Emplaſtrum Melene, Serapionis.* 149
*Emplaſtrum glutinans, diſcutiens, ſquamas demoliens, & ad contractos articulos vtile.* 150
*Emplaſtrum è liquore Sycamini.* 151
*Emplaſtrum nominatum Dichromon.* 152
*Emplaſtrum Indicum glutinans, ad nomas, & ſanguinem ſpuentes vtile.* 153
*Emplaſtrum de cinere aſpidum, diſcutiēs ſtrumas, & podagrã.* 154
*Emplaſtrum læna, exiccans, & diſcutiens.* 155
*Emplaſtrum læna ſimile.* 156
*Emplaſtrum Macedonicum vocatum.* 157
*Emplaſtrum ad ignita.* 158
*Emplaſtrum phlegmonem arcens ijs qui in iudicio torti ſunt.* 159
*Emplaſtrum glutinans, diſcutiens, & abſtergens.* 160
*Emplaſtrum emolliens.* 161
*Emplaſtrum è punice, cicatricem inducens.* 162
*Emplaſtrum Paula, ad ſtrumas, & bubones.* 163
*Emplaſtrum ex nitro, ad carbunculos.* 164
*Emplaſtrum ex anemone.* 165
*Emplaſtrum ad iſchiadicos, articulos infarctos, & abſceſſus.* 166
*Emplaſtrum viride, ſimplex.* 167

Emplaſtrum viride faciens ad humida vitia, & excreſcentes carnes. 168
Emplaſtrũ è lixiuio, ad iſchiadicos, arthriticos, & œdematoſos. 169
Emplaſtrum ad callos, & alios duros tumores. 170
Emplaſtrum ad callos articulorum. 171
Emplaſtrum, ceratum. ad podagricos, dolorem mitigans. 172
Emplaſtrum Iſis cruentis accommodatum, glutinans, carnem generans, & mirabiliter purgans. 173
Emplaſtrum ad hemicranicos, ex ijs quæ ſunt Alexandri. 174
Emplaſtrum Pentatheton. 175
Emplaſtrum ad ſtillicidium vrinæ, abſceſſus, & vlcera in partibus vrinarijs veſicæ. 176
Emplaſtrum ſimile, ex butyro. 177
Emplaſtrum ex ſemine lini, ſimile. 178
Emplaſtrum ad abſceſſus, & hypophoras, omniſq; generis alias duricies celerrimum. 179
Emplaſtrum ad eos quibus ſtomachus à flaua bile, aut alio quodam calido humore aduritur. 180
Emplaſtrum vt præcedens, valde bonum. 181
Emplaſtrum ad eos quibus ſtomachus à flaua bile aduſtus eſt. 182
Emplaſtrum ad podagricos, ſtrumas, & omnem nephriticum morbum. 183
Emplaſtrum ad lachrymantes oculos. 184
Emplaſtrum ad podagricos, & alia mala. 185
Emplaſtrum dictum captiuum. 186
Emplaſtrum ex cantharidibus, ad iſchiadicos, & lienoſos. 187
Emplaſtrum hepaticum, ad continuas febres, & tertianas. 188
Emplaſtrum ſtomachicum, ad refrigerationem & cruditatem. 189
Ad dyſentericos infuſum. 190
Epithema ad dyſentericos. 191
Ad omnem ſanguinis eruptionem, & ad muliebre profluuium peſſus. 192
Emplaſtrum nephriticum. 193
Emplaſtrum ad eos qui abſceſſu laborant. 194
Ad mala quæ ſub lingua à deſtillatiõe fiũt et nominãtur Ranæ. 195
Ad eos qui laborant deſtillatione, bonum admodum balneum. 196
Emplaſtrum temporibus admouendum, ad vigilantes, febricitantes, caput dolentes, & phreniticos. 197
Emplaſtrum fronti imponendum, ad mala quæ à deſtillatione fiunt.

*ſiunt, & omnigenas inflammationes.* 198
*Emplaſtrum ad animi defectionem, & ſtomachi imbecillitatem.* 199

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI DE EMPLASTRIS, SECTIO. DECIMA.

1 EMPLASTRVM apoſtolicum, propter
facultatis ſuæ efficaciam, & ſpecierum nume
rum appellatum, cõfectionis Petri & Pauli.
[a]Emmoton vulnerarium, omnes neruorum
pręciſiões & puncturas à ferro factas à phleg
mone arcens, cruentis vulneribus deſtinatum. Educit ſurcu
los, calamos, tela, & omnia venenata. Extrahit omnia alie-
na in profundo corporis, ſita. Facit ad abſceſſus, carcinoma
ta, phygetla, & ceruicis dolores. Strumas, [b]ꝑniciosa & ma-
ligna vlcera rumpit, & immutat, humores efferés. Prodeſt
ad duricies lienis, influxiones articulorum, & [c]defluxiones
genuũ, tibiæ vlcera rotũda, meliceridas. Capitis tunicas diſ
cutit, & humores educit. Glutinat corpora à ſe diſsidẽtia,
fracturas cũ embrocha ſanat. Valet ad abſceſſus mãmarũ,
& eryſipelata, ad fiſtulas iniectũ, & impoſitum, ad eos qui
ſunt morſi à rabidis animantibus, & quæcunque diſcutere
oportet. Ad vetuſta & diuturna vlcera, ad putredines, ſi-
nus, hæmorrhoidas, ſedẽ, cõdylomata, rimas ani, carbuncu
los, impetigines, ichores, inteſtinorũ ramices, morſus vene-
natorũ, morſus ſcorpionũ, nomas pudẽdorũ cũ roſaceo in-
iectũ, & ad ea quę difficulter cicatrice inducũtur, & diutur
na vlcera. Ad muliebria mala tomẽto appoſitũ cũ roſaceo.
Habet lithargyri, exag. xiij. Ceræ, colophonię, ſing. exag.
vij. Ammoniaci, exa. j. ß. Galbani, exag. j. Myrrhæ. exag. j.
Bdellij, exa. j. ß. Pineæ reſinæ, maſtiches, ſin. exa. iij. Man-
næ, thuris, ſing. exag. j ß. Aeruginis raſilis, exa. j. Opopana
cis, ariſtolochiæ longæ, ſing. exag. j. Olei veteris. ℥. ij. Tri-
tum lithargyrũ, & per cribrũ tenuiſsimũ ſecretum coquito
cũ oleo apud lentũ ignẽ: inijce aũt æruginẽ, poſtquã lithar
gyrũ ad medietatẽ coctũ eſt, & probatũ in [d]aqua: vbi vide-
ris quòd durum ſit, adijce cerã & colophoniã trita in aliud

vaſculum & ſubmouens ab igne, inſperge ſpecies ſuperiores tritas & cribratas. Opopanacem autē, & galbanum, in mortario tuſa, cum exigua cera adijce poſtremùm & vtere.

[a Emmoton.] *Græcis ἔμμοτα dicũtur medicamẽta, quæ linamẽtis excepta, vulneribus, vlceribusq́; ac ſinibus induntur.* [b Perniciosa.] *Nicolai codex legit πανόκλας, pro πανόργας.* [c Defluxiones.] *Græcè eſt κροόσματα. Sed puto potius legendũ eſſe ῥεύματα. Sic enim eſſe ſcribendũ, latini codices monẽt, qui habẽt, reuma in genu, vel pede deſiccat. Eſt verò hoc loco Nicolai codex manuſcriptus mirificè deprauatus, vt ſine melioris codicis adiumento emendari nequeat. Vel κρούσματα vocat plagas ex percuſſione inflictas.* [d Aqua.] *Græcus Nicolai codex habet δοκιμάσας εἰς ὕδωρ. Legẽdũ autẽ fortè εἰς μάρμορον, vt latina etiã habẽt exẽplaria. Super marmor enim fuſa medicamenta, num ſatis cocta ſint: probantur.*

Loca multa in Nicolao reſtituta

Emplaſtrum ad dyſentericos, & teneſmos. Recipit 2
gummi exag. iiij. Thuris, maſtiches, aloes, ſin. exag. iiij. Ladani, exag. ij. Farinæ, cochle. ij. Trita benè vnito cum albo oui ſufficienti, pannoq́; illitum imponito renibus.

Emplaſtrum cœliacũ, ad lienoſos, & ſtomachicos vtile. 3
Accipit nucem moſchatã, galliam moſchatã, macer, ſampſychum, mentã, pilulas cupreſſi, armeniũ bolum, ſigillum lemnium, myrtũ, cinamomum, ſidia, rhun culinariũ, rhun ſyriacũ, rhun coriariũ, panẽ aridum, roſas, flores iunci odorati, grana myrti, farinã orizæ, berberis, hoc eſt oxyacantham, thus, maſtichen, calamũ odoratũ, lignum aloes, betonicã, xylobalſamum, caſſiã ligneã, gummi arabici, ſuccum acaciæ, & hypociſtidis, acinos vuarum, amylum, oſſa palmularũ, calamum odoratum, ſpicã, caryophyllum, ſtyracẽ calamitin, ſemen pentaneuri, & ſuccum zingiberis, coriandrum, ladanum, ſuccum cotoneorum, zopiſſam, ceram, zedoariam, oleum roſaceum, & myrtinum. Hæc ritè ſubacta impone ſtomacho, lieni, & vniuerſo imo ventri.

Emplaſtrum ad abſceſſus & [a] ſubducta vlcera. Micas pu 4
ras lotas multoties, olei anethini, farinæ cumini. Mellis puri, farinæ fœnogræci, & chamæmeli. Parato, & vtere.

[a Subducta.] *Nicolaus legit ἀπόρύφας. Quid verò illi vox hæc ſignificet, me ignorare fateor. Puto autẽ inuerſione literarũ eſſe deprauatã, atq; ſcribẽdũ fuiſſe ἀποφωράς, quarũ ſæpe Gale. in lib. de Cõpoſ. medicamẽt. κατὰ γένη meminit. Sunt autem ἀποφοραὶ vlcera*

prof

*profunda & ſubducta. Vel ἀπόκρυφα, id eſt, abſcondita: vel certè ἀπόρυφα, hoc eſt obliqua & incurua vlcera: aut κορυφώδια, id eſt tumentia, legendum. Certi tamen nihil ſtatuimus, donec meliorem nacti codicem, quæ ſit legitima lectio, compertum habeamus.* Prior *tamen lectio verior eſſe videtur.*

5 Emplaſtrum, aut cataplaſma optimum. Folia altheæ, herbæ venti, lapathi, folia hyoſcyami, chamęmeli. Hęc coquito in ſacculo, donec [a] diſſoluantur. poſtea: appone butyrum & adipes, quoſcunque inueneris, & comiſcẽs coquito. Dein illitum panno impone tepidum, & miraberis.

[a Diſſoluantur.] *Codex manuſcriptus legit* ἕως γνώσιως, *haud dubiè pro* διαλύσιως.

6 Emplaſtrum ad iecoris obſtructionẽ, & duritiẽ. Succi fœnigræci, ſeminis lini ſucci, maluæ ſylueſtris ſucci, violarum, ſpicæ, hyſſopi, calami odorati, abſinthij, roſarum, chamæmeli, florum iunci odorati, farinę, coſti alexandrini, ſantali albi, ſeminis lini, & fœnogræci, parumque olei roſacei. Impone iecori tepidum.

7 Emplaſtrũ ad induratũ & tumeſcẽtẽ lienẽ optimũ. Recipit liquoris cyrenaici, liquoris peucedani, ſcordij, ſtyracis, terebinthinę, galbani, ãmoniaci, thuris, bituminis, pineę reſinę, cerę. Liquores macerato in aceto, & reliqua rectè parato, & impone tepidũ lieni. Ad lienẽ verò inflatũ, præbeto galbanum deuorandũ ciceris quãtitate manè ieiuno, & veſperi.

8 Emplaſtrũ ſtomachicũ, probatũ. Accipit thuris, maſtiches, ſin. exa. iiij. Aloes, exa. iij. zopiſſę, exa. iiij. Galbani, ãmoniaci, ſin. ℥. ß. Ladani, thymiamatis, ſin. exa. iiij. Terebinthinę reſinæ, ſin. exa. iij. Ceræ. ℥. j. Mellis attici, quod ſatis eſt.

9 Emplaſtrũ attractoriũ mirabile, ad ſubducta vlcera & abſceſſus, & gingiuarũ inflãmatiões. Capit ãmoniaci, exa. ij. Galbani, exa. iij. Thuris, maſtiches, ſin. exa. ij. Reſinę, terebinthinę, ſin. exa. j. ß. Hyoſciami, exa. j. ß. reſinę piceę, exa. ij. Caricarũ, vuarũ paſſarũ exẽptis acinis, ſin. ℥. ß. Olei laurini. ℥. ß. Adipis taurini, adipis ſuilli, ſin. ℥. ij. Aloes flauę, exa. ij. Farinę loliaceę. ſeminis maluę, ſin. ℥. ß. Radicis maluę ſylueſtris. ℥. j. Farinę ſeminis lini, exag. ij. Fimi colũbini. ℥. ß. Propoleos, exa. j. ß. Ladani. ℥. ß. Styracis, exa. ij. Olei nardini, & amygdalini dulcis, ſing. exag. ij. Mellis attici, quod ſatis eſt. Ceræ puræ. ℥. j.

Emplaſtrũ ad lienem iecurq; induratũ,& phlegmonẽ, ac ſtomachi imbecillitatẽ. Habet violarũ. ʒ j. Oeſypi ʒ.ij. Roſarum. ʒ v. Spicæ,maſtiches,ſin. ʒ.iij. Cyperi,floris iunci odorati,aſari,calami odorati,ſing. ʒ.iiij. Polij,fœnigręci,ſin. ʒ.x. Chamæmeli,ſeminis maluæ,polẽtæ,dauci,ſing. ʒ. viij. Fermenteſcant cũ ſucco ſeminis lini & ſolani,& vtere in prædictis malis. 10

Emplaſtrũ ad duritiẽ lienis,& viſcerũ obſtructionẽ. Recipit fœnigræci,chamæmeli,hyſſopi,calami odorati,roſarum,violarum, abſinthij, meliloti, ſpicæ radicis capparis, aut foliorum,ſalicis foliorum,polentæ,coſti, ſucci ſeminis lini,& vini quod ſatis eſt. 11

Emplaſtrũ ad obſtructionẽ & duritiẽ iecioris probatũ. Accipit chamæmeli,hyſſopi,ſpicæ,ſeminis maluæ,fœnigręci,florũ capparis,violarũ,roſarũ,maſtiches,florũ iunci odorati,ſeminis hyoſcyami,ſin. ʒ.iiij. Polẽtę,ſucci ſolani,ſantali albi,& rubei,ſin. ʒ.iij.ß. Succi ſeminis lini,quãtũ ſufficit. 12

Emplaſtrum ad contuſa oſſa,& dolores. Capit piceæ humidę,picis,ladani,maſtiches,ſin. ℥.iij. Croci,exa.j. Terebinthinæ. ℥.ij. Zopiſſæ,ammoniaci,ſingul. ℥.j. Ceræ. ℥.ij. 13

Oxycrocium. Emplaſtrũ ad cõtuſa oſſa,neruos,ac dolores,& ad omnẽ cõtuſum locũ,vocatũ oxycrociũ. Habet croci,zopiſſę,colophoniæ,ceræ,ſin. ℥.ij. Terebinthinæ,galbani,ammoniaci, myrrhæ,thuris,maſtiches,ſin. ℥.ß. ʒ.j.ß. Galbanum & ammoniacũ cõijce in modicũ acetũ per totã noctẽ,& ferueſacta per ſaccũ ex tenui linteo factũ colato,dein diſſolutã zopiſsã colatã inijcito,adiecta cera: ac diſſolués omnia ſimul, adijce colophoniã,& deinceps terebinthinã,poſt,maſtichẽ, myrrhã,& thus. Deinde funde ſuper marmor, & croco in puluerem trito inſperſo. ipſum ſubigito. 14

Emplaſtrũ Sanitas,vtile ad diuiſiones,fiſtulas,& ægylopas,ſurculos educẽs,& ſquamas remouẽs. Ad omnia vlcera faciẽs,herpetas,& hemicranias,fronti impoſitum. Sinus glutinat. Recipit lithargyri. ℥.vj. Ceruſæ,ſalis communis, ammoniaci,ſing. ℥.iiij. Aeruginis,terebinthinæ,ſing. ℥.iij. Ceræ. ℥.vj. Propoleos. ℥.ij. Chalcanthi. ʒ.x. Mannæ, aluminis humidi,ſingulo ℥.ij. Olei veteris,ſquamæ,ſingulorum. ℥.iiij. Coquito lithargyrum,ceruſam,& ſquamã,donec non inquinent. Dein adijce liquefacta cum aridis. 15

Em

16 Emplaſtrum dictum Auguſtum,rectè diſpoſitũ & paratum multoties à nobis. Cõfert ad oculorum vehemẽtes dolores,plagas articulorum veteres & recẽtes,lienoſos,iocinoroſos,hydropicos,abſceſſus crudiores,doloresq; grauiores. nã diſcutit,aut cõcoquit,aut roborat. Ad pleuriticos,podagricos,arthriticos,in vigore & inclinatione exiſtẽtes valet. Oportet autẽ eos qui imponunt medicamẽtum,locum calido oleo lana excepto fouere:atq; vbi impoſitum eſt etiã deligare. Accipit radicis brioniæ,radicis cucumeris ſylueſtris, radicis ebiſci,oculorum populi nigri,ſing.℥.j. Olei veteris ℔.j.℥.iij. Coqto radices tenuiter cõtuſas,& oculos populi nigri cum oleo:atq; oleo poſtea colato,adijce lithargyri.℥. x. Ceruſæ.℥.ij. Lapidis aſij floris.℥.j. Myrti, aloes, maſtiches,ſin.℥.ß. Croci,exa.ij. Bdellij,ladani,ſing.℥.ij. Propoleos.℥.iij. Aeruginis.℥.ij. Caſiæ.exa.iiij. Thuris,exa.ij. Pineæ,terebinthinæ,ſin.℥.v. Ammoniaci,ceræ,ſingul.℥.iiij. Chamæleontis.℥.ß. Coquito lithargyrum & ceruſam, & aſium lapidẽ cum oleo,& vbi donec nõ inquinent decocta fuerint,adijce liquefacta & arida,tuſa & cribrata.

17 Emplaſtrum è dictãno mirabile glutinãs neruos, & muſculorum præciſiones, ac [a] ſinus. Facit etiã ad vetera,& quæ difficulter ad cicatricem perducuntur vlcera, meliceridas, morſus venenatorum:educit oſſa corrupta, & aculeos,cuſpidesq; diſcutit,ad dolores capitis,oculorũ, & omnis generis fluxiones frõti impoſitum vtile. Eſt etiã malagma bonũ ad pleuriticos,lienoſos,fracta,luxata,& venenatorũ ictus. Capit lithargyri.ʒ.xxv. Squamæ ferri.ʒ.iij. Mãnæ.ʒ.v. Dictãmi,aloes.ſing.ʒ ij. Ammoniaci.ʒ.iij.æris vſti.ʒ.iiij. Diphrygis.ʒ.ij. Myrrhæ.ʒ ij. Propoleos.ʒ.iiij. Galbani,chalchanti,ſin.ʒ.vj. Gẽtianæ.ʒ.iij. Ariſtolochiæ longæ.ʒ.iiij. Colophoniæ.℥.ß. Cerę.olei communis,ſin.ʒ.xxv. Coquito lithargyrum & ſquamam cum oleo,donec non inquinent,dein miſce reliquas ſpecies.

[a Sinus.] *Nicolaus habet* κόλπος. *Galenus lib.5.de Compoſ.medicam.*κατὰ γένη,περιθλάσεις,*id eſt contuſiones legit.*

18 Emplaſtrũ dictũ Dynamicon,id eſt multarũ viriũ, ad vulnera capitis,& perforata,ad morſus rabidorũ,ictus venenatorũ,ad eos q ab homine morſi ſunt,ſtrumas,furũculos,abſceſſus, ſinus,& oſſa latẽtia,fiſtulas,aculeos,impetigi

nes feras,ſcabies,mēbra,neruos cōtuſos,oſſaq; fracta. Educit calamos,glutinat diſsidentia vulnera,& carnē generat, cauaq; implet. Ad cruſtas,cū melle iniectū, ad putrefacta, & phygetla,polypos in naribus, concluſa vlcera , & maligna,ac difficille curabilia Diſpergit,rumpit,ad cicatricem perducit. Curat etiam carcinomata. Habet liquoris cedrini nō adulterati.℥.iij.ß.Picis hūidæ,bituminis iudaici,adipis ſuilli,ſing.℥.iij.ß.Adipis leonini,℔.j.Galbani.℥.j. Ceræ, ℔.ß.Terebinthinæ,ammoniaci,colophoniæ,ſing.℥.iij.Lycij,thuris, aluminis ſciſsi , myrrhæ,aloes,bdellij , ſquamæ æris,ſing.exag.iiij.ß.Calaminthæ,æruginis,cornu ceruini vſti,ſing.℥.ß. Aceti acris , exag.j.ß.Mellis attici,℔.j.ß. Sicca trita & cribrata,ſolue in aceto . Melle autē prius cocto,iniijce liquabilia , & ſimul liquato. Vbi diſſoluta fuerint,funde in mortariū,& ſubacta validè exime,ac vtere.

Emplaſtrum inuincibile ad bubones,neruos vulnera- 19
tos,durities,tubercula,furunculos , plagas ex percuſsione inflictas,mēbranas cōtuſas,& ad omne malum. Recipit lithargyri,℔.ß.Ceræ,terebinthinæ, ammoniaci,ſing.℥.vj. Galbani.℥.iij.Opopanacis,thuris,maſtiches,ſin.℥.iij.Bdellij,myrrhæ,ſtyracis,propoleos,ſing.℥.j.ß. Nitri alexādrini,aluminis ſciſsi,æris vſti,æruginis,ariſtolochiæ lōgæ,ſidiorū,malorū punicorū,dictami,gallarū,ſin.℥.ß.ʒ.j. Olei veteris.picis aridæ,colophoniæ,pineæ,ſing.℔.ß.

Emplaſtrum Athena dictum,optimum diſcuſſorium, 20
conferens ad durities,ad vetera & noua vlcera , abſceſſus, phagedænica,nomas, putredines , omnis generis vulnera, neruorum ac muſculorum pręciſiones. Educit oſſa à capite ſine perforatione. Extrahit tela,& ſurculos. Ad morſus venenatorum,maligna vlcera,carcinomata.phygetla,bubones,furūculos,veteres fiſtulas,& ad omne malū vtile. Alleuiat capitis dolores fronti impoſitū,& gingiuas eroſas. Ad oēs in pudēdis nomas ,cōdylomata,oſſa putrefacta,&tōſillas valet. Iniectū roſaceo,omne vlcus repurgat. Et implet magna vulnera,iniectū cū cerati vna parte,& medicamēti partib.iiij. Ad vulnera & in medio ſedis vitia. Accipit ſidiorū,gallarū,ariſtolochię lōgę,& rotūdę,diphrigis,ſalis āmoniaci,aluminis ſciſsi,nitri alexādrini,iridis,ęris vſti,miſyos chalcitidis,chalcāthi, ſquamæ æris.thuris,ſin.ʒ.iij.Aloes,

ſore

ſoreos,cadmię,opopanacis,ſin.ʒ.j.ß.Bituminis iudaici.ʒ. xxxiiij.Ammoniaci.ʒ.vj.Mãnę,thuris,galbani,ſin.ʒ.iiij. Terebintinæ.ʒ.vj.Pineæ.ʒ.xxxiiij.Picis aridæ, colophoniæ,ſingulorum.ʒ. xxxiiij. Ceræ.ʒ.xxxvj. Aceti.ʒ.xviij. Metallica terito validè cum aceto in mortario, & liquabilia liquefacta affunde.Dein amota ab igne conijce in cacabum,& lento igne coquito.Poſtea adijce arida.

21 Emplaſtrum exiccans ad aquoſos ramices, & inteſtinorum,omniumq; teſtium vtile.Capit alicæ.ʒ.ij.Thuris,glutini fabrilis,myrrhæ,rhois coriarij,ſingul.ʒ.iij. Balauſtiorum.ʒ.xiiij.Sidiorum,gallarum, ſingulorum.ʒ.vj.Aloes. ʒ.xlvj. Vini optimi,quod ſatis eſt.

22 Emplaſtrum dichromon, à duplici colore ſic appellatũ vulnerarium optimũ.Habet æris vſti,aluminis ſciſsilis, ammoniaci.ſing.ʒ.ij.Ceræ,colophoniæ,adipis ſuilli,ſingulorum.ʒ.xij.Aceti,quod ſatis eſt.

23 Emplaſtrum de abſinthio.Recipit ceruſæ,lithargyri,ſin. ℥.ß.Ceræ.adipis ſuilli,ſingulorum.℥.j.exag.j.ß.

24 Emplaſtrum nominatum Pſitacion. Accipit colophoniæ,adipis ſuilli,ceræ,ſing.ʒ.vj. Succi hyoſcyami. Adipem cũ ſucco,& cera,conijce in cacabũ,& poſtea inijce reliqua.

25 Emplaſtrum è fermento diſcuſſorium, ad furunculos, & abſceſſus. Capit nitri alexandrini, lb.j. Olei communis veteris.℥.j.ß. Reſinæ pineæ.℥.iij.Myrrhæ.℥.j.ß. Salis cõmunis,ceræ puræ,ſin.exag.iij.ß. Acetum cum ſale & nitro miſce,donec ad glutinis conſiſtentiam redeant:dein probè parato & ſubacto vtere.

26 Emplaſtrum dictum Droma,ad clauos, ſtrumas,glandines abſceſſus, phygthla & quęcunq; aperire volueris.Quũ enim emplaſtrũ hoc imponitur,cultro non eſt opus.Habet picis humidę.ʒ.iij.Ammoniaci,arſenici ſciſsi,ſing,ʒ.iij.Terebinthinæ, portulacæ, ſingulorum.ʒ.iij. Aeruginis.ʒ.j. Opopanacis.ʒ.ij.Liquoris tithymali.ʒ.ß.Calcis viuæ, miſyos,chalcitidis, nitri, ſaponis gallici,ſulphuris ignem non experti,ſingulorũ.ʒ.j.Coquito liquabilia donec nõ inquinent & tum adijce arida.[a]Sandarachã poſtremũ inſperge.

[a Sandaracham.] *Hinc ſatis conſtat, Nicolaum per Arſenicum ſciſsile, Sandaracham intelligere veterum.* Arenicũ ſciſsile.

27 Emplaſtrum nigrum,dictum Sotirichi Azaniti, ea quæ

phleg

phlegmone vacant glutinat in gladiatoribus. Carnis eroſionibus,agreſtis ſuis,& rabidorum,omniſq; venenati animantis,& feræ morſibus,cõfert. Ad capitis doloré,hemicraniã,oculos defluxione laborantes,frõti impoſitũ, valet. Ad auriũ doloré,cũ roſaceo inſtillatũ auri, prodeſt. Sũmosité humores, & lumbos dolétibus. Iecoris & lienis diſſoluit duritiés. Et in inſeſsionibus illitũ,emollit. Cũ roſaceo oleo facit ad articulos defluxione vexatos,gibberos,& genua,atq; extremã ſedis parté. Aduerſatur ictibus ferri, aut ligni, aut aliorũ. Educit ſurculos,cuſpides,clauos,calamos, teſtas & ſpinas. Ad pudenda vlcerata, & rimas,etiãſi iam putreſcũt. Roſaceo dilutũ & illitũ inſtar plicaturæ in linteo, omné duritié & abſceſsũ ſanat,& vetuſtiora vlcera, & quæ difficulter ad cicatricé perducũtur. Ad omnia depaſcétia, nigra,& incidété putrefactioné. In generationibus auté plagarũ & vulnerũ,vtere medicaméto enhæmo,ſcalpro nõ admoto, Extrinſecus auté impone poſcã,aut vinũ cũ oleo, vt neceſsitas exigit. In contritionibus verò intrò adhibe collyrij inſtar emollitũ cũ roſaceo oleo,vt nõ ſit[a] ſubdurũ. Recipit maſtiches,lb.j. Propoleos,lb.ß. Ladani.℥.j.ß. Bdellij.℥.j. Thuris,myrrhæ,aloes,ammoniaci,ſing. exag.iiij.ß. Aluminis ſciſsilis miſyos chalcãthi,ęris vſti ſin.℥.ß. Ariſtolochię lõgę,gallarũ,cytinorũ mali punici ſin.℥.j. Aeruginis exag. iiij.ß. Cerę purę,olei roſacei aceti acris ſin.℥.j. Ammoniacũ & propolin cũ roſaceo & cera in mortario cõtunde, donec liqueſcãt. Arida verò tere ac cribrato. Ladanũ & metallica cũ aceto liquato. Dein liquãs maſtichen, inſperge arida, & vnitis validè & ſubactis ad conſiſtentiam vtere.

] a Subdurũ. ] *Manuſcriptus codex legit perperã ὑποκληρὸν, pro ὑπόσκληρον.*

Emplaſtrũ cognominatũ Epigoni. Hic quidé quũ in car 28
cere ad morté damnatus eſſet, propter hoc medicamẽtũ dimiſſus eſt,quòd imperatoris Marci filiam ſanaſſet. Morſa enim quũ in mãma eſſet à ſerpéte, & omnib.medicis de illa deſperãtib.ſanata tamé eſt. Facit etiã ad omne vlcus recés & vetus,ad eos q morſi ſunt ab homine, & ad omniũ reptiliũ,omniũq; ferarũ quadrupedũ, crocodilorũ, ſcorpionũ, & torpedinis marinæ morſus. Ad abſceſſus,ſinus,phygetla, parotidas. furũculoſq;. A phlegmone arcet iniectũ cũ par

parte vna cerati, & medicaměti partibus quatuor,cũ oleo roſaceo diſſolutũ. Facit etiã ad ea quæ in ꝓfundo cicatricẽ difficulter cõtrahũt,& chironia. Expurgat & implet putrida carcinomata,& omnib.vlcerib.cõfert, malignis,corruptionẽ ſentiẽtibus,& ijs quæ difficilè maturantur. Ad abſceſſus,& fluxionẽ oculorũ,fronti impoſitũ. Oſſa capitis ex ictu cõmota figit,firmátve. Epigonus aũt nõ ſine gratiarũ actione ipſũ reuelauit,poſtquã eſſet liberatus à carcere. Accipit ſquamę æris,ammoniaci, aloes hepaticę, ęruginis raſilis,æris vſti,thuris maris,ſalis ammoniaci, ariſtolochię rotũdę,ſin.℥.ß.Seminis rapi.℈.iij.Dracũculi radicis.℥.ß .Seminis artemiſiæ.℈.ix.Cerę purę, ℔.v.Colophonię,℔.j.Olei veteris, coty l.ß.Aceti acris, cochle.ß.Sinapi.℈.iij. Spodij. ℈.ix. Aluminis ſciſsilis,opopanacis, ſin.℥.ß. Metallica tere cũ aceto diebus tribus. Liquabilia verò liquato. Arida inſperge, & omnibus, ritè ſubactis & confectis vtere.

29 Emplaſtrũ Calbianũ eximiũ,tribuni Iuliani. ad capitis dolorẽ,& hemicraniã,frõti impoſitũ. Oculorũ fluxiones ſiſtit,deſtillationẽ ſanat, & omnes dolores dilutũ cũ oleo roſaceo,& illitũ. Ad maligna nariũ vlcera,illitum. Ad ea quæ ori grata ſunt,cũ melle. Ad difficulter ſpirantes,mãmas cardiacos,ſtomachicos,iocineroſos,lienoſos,dyſentericos,hydropicos,nõ niſi recta ceruice ſpirãtes,iſchiadicos,arthriticos,podagricos,ad dolores neruorũ,& ſtuporẽ, effœminatiõesq;. Educit oſſa,remouet ſquamas. Confert colicis, nephriticis cũ illicino oleo,aut rutaceo,& ad eos q dẽtium ſtupore laborãt,eos itẽ q defluxionibus vexãtur, aut quomodocũq; aliter refrigeratos,pubi impoſitũ. Cũ roſaceo impoſitũ,aut glãde ſuppoſitũ,& ſedi. Facit etiã ad ſtrumas, bubones,gãglia,vlcera vetuſta,& omnẽ abſceſſum. Conducit & ad ea quę in renibus,& ſede ſunt. Maligna repurgat, carni cicatricẽ inducit. Ad chiragrã nobile eſt,calamos, vitra, & ligna,& omnia infixa corpori extrahit. Facit ad diuturna mala,& carcinomata. In artificiali,pręparatiõe ad iocineroſos,adijce vinum oleo mixtum. Ad lienoſos, poſcã, & reliqua ſimiliter. Eſt verò ad omnia muliebria mala vtile in peſſo ſubditum. Impoſitum facit ad reduuias,& ramices inteſtinorum. In ꝓpriã enim ſedẽ reponit ꝓlapſum inteſtinũ Et ad aquoſos ramices. Sinus glutinat & cũ chirurgia impoſi

poſitū probè facit. Sāguinis eruptiones ſiſtit. Eſt etiā acopō vnguentū, diſſolutū cū oleo, & inunctū. Eſt etiā bonū malagma ijs qui angina correpti ſunt, impoſitū iuxta ceruicē. Ad reſolutos, & ea quæ in mãmis ſunt, quibusq; omētū ruptū eſt, & vmbilicus ꝓminet, vtile. Ad omnia quę in alis ſūt furūculos, b amyloglоſſos cū chirurgia, cartilagines naris & auriū agglutinat quas nōnulli medicorum, vt pote quod fieri haud poſſe putēt, prętereūt. Facit ad reſolutionē, & vrſorū, leonū, & aſpidū morſus. Eius cōpoſitio hæc eſt, Accipit ariſtolochiæ longę, iridis, chamęmeli aridi, ſquamę ęris ſemperuiui, thuris, myrrhę, aloes, cadmię, ſing ℥.j. Ariſtolochię rotūdæ. ℥.j. ſta. ß, æris vſti, æruginis, aluminis ſciſsi ſin. ſta. iiij ß. Gentianę cētaurij, chalcāthi, dracōtij, ſin. ℥. ß. Salis ammoniaci, aluminis rotūdi, ſidiorū gallarū ſalis capadocici ſalis cōmunis, chalcitidis miſyos ſin. ſta. j. ß. Tuſa diſſolue cū aceto in mortario, & liquabilia liq̄facito, & infūde mortario, & diſſolue. Sūt autē hęc, terebinthinę. ℥. ß. Propoleos. ℥. j. Ammoniaci c raſurę nauis ſin. ℥. ß. Galbani. ℥. j. Cerę, colophonię ſin. lib j. ß. Olei veteris, lib. ß. Vnita ſubigito.

[ a Infixa.] *Nicolaus legit* ἐμπεπειρωμένα, *ſed fortè minus rectè. Legendum enim eſſe videtur* ἐμπεγνυμένα. [ b Amyloglоſſos.] *Codex Nicolai legit* λαγοχύλους: *ſed haud dubiè deprauatè, legendū itaq; cenſemus,* ἀγκυλογλώσσους: *vel certe* ἀγκύλας, *hoc eſt, particularū ligationes. Quod ſi tamē quiſpiā veriorē lectionē ſubſtituerit, noſtrā immutare nihil grauabimur.* [ c Raſuræ nauis.] *Zopiſſam intelligit.*

Emplaſtrū a Galeni, Athena, cōfert certò ad omne malū 30
& nō eſt quod nō ſanauit. Poteſt etiā vtiliter adhiberi pro malagmate ijs quæ egēt emollitione, laxatione, & impletione. Accepit autē hoc emplaſtrū ab Alyppio medico. Eius cōpoſitio. Cerę. ʒ. xxiij. Terebinthinę. ʒ. xxv. Reſinæ frixę. ʒ. xij. ß. Adipis vitulini, aluminis ſciſsi, chalcāti, miſyos, opopanacis, ſin. ʒ. j. Galbani, myrrhæ, thuris, ſing. ʒ. iij. Salis ammoniaci, æris vſti, aloes, aluminis rotundi. ſingul. ʒ. j. ß. Aeruginis raſilis, ammoniaci, ſing. ʒ. iiij. ß. Rubricæ ſinopicę. ʒ. ß. Aceti, cochle. ß. Olei, cochle. iiij. Arida cōtunde & cribrato. Galbanū, opopanacem, cum exigua cera, & ammoniacum in mortario cōtunde, donec diſſoluātur. Alumē ſalem, b æs vſtum, miſy, chalcanthum, æruginem contere

cum

cum aceto, & affunde liquabilibus ritè ſubacta.

[ a Galeni.] *In lib. 2 de Comp. medic. κατὰ γένη* [ b Aes vſtũ.] *Nicolai codex legit τὸν χαλβάνην falſo pro τὸ χαλκὸν κεκαυμένον, id quod ex præcedentibus ſatis conſtat.*

31 Emplaſtrum Aegyptia nominatum, omnes diuiſiones à phlegmone conſeruans. Facit ad contuſiones, morſus quadrupedũ ſerpẽtium venenatorũ, omnes phlegmonas citra vulneratione͂, neruorumq́; ſine manifeſta cauſa dolores. Hãc Andromachus plurimũ laudat. Lippientiũ etiã oculorũ eſt [a]anacollema, capitiſq; dolore laborantes iuuat. Recipit lithargyri, ceræ, ſing. ℥. iiij. ß. Ammoniaci. ʒ. iij. Thuris, lanæ ſuccidæ combuſtæ, ſingulorum. ℥. ß. Squamę æris, ſtagium. j. ß. Terebinthinæ. ℥. j. ß. Squamæ ſtomomatos, ariſtolochiæ longæ. ſin. ſtag. j. ß. [b] Ricini, ſtag. iiij. ß. Olei veteris. ℥. x. ß. Lithargyrũ, ſquamas, & ricinũ decoqto, donec digitos nõ inquinẽt Dein liquabilia adijcito, arida verò terito

[ a Anacollema. ] *Græcè eſt ἀνακόλλημα. Sunt aũt ἀνακολλήματα Græcis medicamenta quæ fronti, Galeno lib. 6. de Comp. medic. κατὰ γένη teſte, dum oculi fluxione laborant, imponuntur.* [ b Ricini.] *Nicolaus habet κίκεως. Galenus autem lib. 3. de Comp. medic. κατὰ γένη legit ἐλαίου κικίνου: id eſt, olei ricinini.*

32 Emplaſtrum œnopœon. Facit ad omne vulnus, omnemq́; morſum, tubercula, ad ea quæ in mammis, ſinus fiſtulas, furunculos, & phagedænas. Accipit ceruſę. ℥. j. Terebinthinę, mannę, cinabaris, ſingul. ʒ. ij. Pineæ reſinæ. ʒ. iiij. ß. Ammoniaci. ℥. ß. Propoleos. ℥. ij. Galbani, lb. j. Opopanacis ʒ. ij. Ricini, ſtag. vj. Liquida coquito cum ceruſa, donec cõfluant & coaceruentur. Adijce olei veteris, ſtag. j. Aquæ marinæ ſtag. j. Dein liquabilia decoquito donec manus nõ inquinent: poſtea propolin, galbanũ, opopanace͂ contunde in mortario: adijce ammoniacum, aut tuſum inſperge, aut ſubactũ dilatato, & arida tuſa, & cribro tranſmiſſa inſperge. Eſt enim probatum.

33 Emplaſtrũ Cyrilli, quod Philanthropos dicitur exiccatorium diſcuſſorium, glutinat etiã ſinus, & defluxionibus in articulos vtile eſt, fiſtuloſis autẽ potiſsimum cõducit in anguſto ad cartilagines loco. Capit lithargyri, olei, reſinę pineæ ſin. lb. j. ℥. ij. Ceruſæ. ℥. j. ſta. j. ß. Propoleos ſimiliter. Viſci quercini. ℥. ij. Chamæleontis. ℥. j. ſtagia. ß. Radicis

cen

centaurij. ℥.j.ß. ſtag.ß. Pōpholygis. ℥.j.ß. Floris lapidis, aſij, aut ipſius lapidis. ℥.j.ß. Ammoniaci. ℥.iij. Myrrhæ, ſta. iij. Coquito lithargyrum, oleum, & reſinā, donec digitos nō inquinét. Dein propolim, ammoniacum, vnumquodq; eorum ſeorſim in mortario tuſum, cum modico oleo dilatato: poſtea adijce ceruſam, ſenſimq; inſperge. Dein viſcum cōtuſū admiſce, ac poſtea cū oleis arida inijce, & ſubigito.

Emplaſtrum Purpura dictum, ſinus agglutinās omnis generis. Habet lithargyri, colophoniæ, ſin. ℥.j. Lapidis hæmatitis. ℥.ij. Ceræ. ℥.iiij. Picis, lb.j. Aquæ. ℥.iij. Olei, quod ſatis eſt. 34

Emplaſtrum Barbarum, conducit ad omnia mala. Recipit bituminis, lb.j. Miſyos. ℥.ß. Galbani, opopanacis, ſquamæ æris, ſing. ℥.ß. Picis aridæ, colophoniæ, ſing. lb.ß. ℥.j.ß. Olei veteris, cochl.ß. Oleo autem admiſce etiam aceti, lb. ß. aut quantum ſufficit. 35

Emplaſtrum diſcuſſorium, ruptorium & [a] ſenſim depaſcens. Accipit pyrethri, lb.ß. Picis aridæ, lb.j. ℥.iij. Baccarum lauri. ſext.iiij. Cyperi ſeminis raphani, ſinapi radicis canabis ſin. ℥.j.ß. Nitri aſſi, radicis capparis, ceræ ſin. ℥.iij. Fœnogræci. ℥.ij. Colocynthidis. ℥.ß. Fimi caprini, ſext. ß. Aceti, ſext. ij. Olei, ſext. ß. ℥.j.ß. Nitrum terito cum aceto. 36

[a Senſim depaſcens.] *Græcus Nicolai codex legit* ἐξερίπουσα *pro* ἐξίπουσα. *Hinc* ἐξιπωτικὰ *medicamenta dicuntur Græcis quæ ſenſim humores diſcutiunt ac depaſcuntur, vt lib. 7. de Comp. medic.* κατὰ γένη *teſtis eſt Galenus.*

Emplaſtrum Methe nobile. Capit lithargyri, lib.j. Picis aridæ, lib.j. Adipis taurini. ℥.v. ſext.ij. Olei veteris. exag. iiij. Terebinthinæ. ℥.v.ß. Olei roſacei, exagium xvj. Opopanacis, galbani, ſingulorum exag. iiij. Thuris. ℥.v. exag. ij. Aeruginis, exag. iiij. Ceræ puræ, exag. xvj. Myrrhæ, exagia viij. Coquito lithargyrū cum oleo, donec nō inquinet. Dein reliqua ordine adijcito, & accepto medicamento conijce in vinum bonum tribus diebus, poſtea exempto vtere. Hoc igitur emplaſtrum maximum eſt medicamentum facit enim ad fracta, ſtrumas ſanat, diſpergit, rumpit, & ad cicatricem perducit. Confert ad omnem neruorum conſenſum, & potiſsimum muſculorum præciſiones, & podragras, omneq; malum à phegmone tuetur. [a] Conglutinan 37

di

di vim habet, tela, cuſpides, ſurculos, et calamos educit. Renes confeſtim ſanat, collectiones diſpergit, tubercula, furũculos, duriciesq; omnes. Mammas mitigat, & vehementes dolores. Oculorum defluxiones ſiſtit fronti impoſitum, capitis dolorẽ ſanat. Ad tibiarũ pulſationes facit, & maligna vlcera, ſordidaq; omnia purgat. Ad morſus canũ, hominũ, lienoſos, pleuriticos, iſchiadicos, præſtantiſsimum exiſtit.

[a Glutinandi vim habet.] *Codex Nicolai malè legit* ἰχικωλ𝈪, *pro* ἰχικολλ𝈪.

38 Emplaſtrum carnem glutinans, & præcipuè ad induratum lienem vtile. Habet ceræ puræ, maſtiches, colophoniæ, reſinæ piceæ, terebinthinæ, ammoniaci, ſingulorum lb.ß. Bdellij, lb.ß.℥.iij. Bituminis, arſenici, aluminis ſciſsilis, chalcanthi, miſyos, ſingulorum.℥.ß. Metallica terito in mortario, & liquabilia lique facito in cacabo, dein adijce ammoniacum cum cera in mortario tuſum, eoq; amoto ab igne adijce terebinthinam, ac poſtea inſperge arida. Dein iterum in mortarium conijce, & admiſce aceti acris.℥.vj. et moueto agiliter, donec acetum conſumatur. Vbi refrigeratum fuerit, ſubactum excipe. In aquoſis ramicibus vniuerſum tumorem hoc medicamento circũline. Abſumit enim & [a] depaſcitur humorem. Similiter etiam valet in carnoſis ramicibus, imminuit enim tumorem. Et in lienoſis. Abſumit enim maliciam lienis, & omnem duritiem emollit.

[a Depaſcitur.] *Paſsim in Nicolai codice manuſcripto* ἐζίϖει, *pro* ἐζίπει *legitur*.

39 Emplaſtrũ nigrũ, enhæmõ, ad effatu dignas diuiſiones, eas potiſsimũ q̃ in capite ſunt, ad fiſtulas, ſinus, fracturas, iocineroſos, lienoſos, phlegmonẽq; arcet. Ad neruos, cartilagines cõtuſas, oſſa, ſtupidos, hypophoras, & abſceſſus. Eſt bonũ ad cõſtringẽdum ſanguinẽ, & maximè in ijs qui ſanguinẽ excreãt. Vbi duobus illeueris corijs, vnũq; ſuper pectus, vt coſtas cõprehẽdat, alterũ ſuper dorſum impoſueris. Valet ad morſus canũ, hominũq; vniuerſum enim locũ à plegmone tutũ reddit, vt experiẽtia edocuit. Liberat hyeme quidẽ diebus ſeptẽ, æſtate aũt diebus nouẽ. Si verò properauerit, citius. Recipit ceræ puræ, picis aridæ, pineæ, ſing. lb.ß. Mannæ.℥.iij. Ceruſæ, chalcanthi, ſin.℥.ij. Bituminis, lb.j. Opopanacis.℥.j. Bdellij.℥.iij. Ammoniaci, lb.ß. Olei

communis, libræ quartam partem. Aceti, cochle. j. Ritè parato vtere.

Emplaſtrum Mile, ad duritias, ſinus, & in alis affectus, omnemq; abſceſſum. Accipit ceræ puræ. ℔. ß. Adipis ſuilli. ℥. iij. Picis aridæ, ℔. ß. Bituminis, ammoniaci, ſingul. ℥. iij. Galbani. ℥. j. ß. Myrrhæ. ℥. j. 40

Emplaſtrum myrtinum, cicatricem inducens, & refrigerans. Capit lithargyri, ceruſſæ, ſingulorum. ℥. j. Ceræ puræ. ℥. j. ß. Plumbaginis. ℥. j. Olei myrtini, quod ſatis eſt. Plumbaginem & lithargyrum terito cum ſucco ſolani, ceruſſam & liquabilia affunde. 41

Emplaſtrum de ſalicibus, ad omnem excellenter affectum conferens. Habet ceræ puræ, bituminis, picis aridæ, reſinæ, colophoniæ, ſingulorum. ℔. ß. Miſyos, æruginis, ſidiorum, ſquamæ æris, ceruſſæ, aluminis ſciſsilis, & rotundi, gallæ, chalcitidis, melanteriæ, ſcoriæ ferri, ſingulorum. ℥. j. ß. Foliorum ſalicis. ℥. vij. ß. Aceti quod ſatis eſt, arida tere cum aceto, & magis folia. Olei quantum ſufficit. 42

Emplaſtrum Chalcitidis glutinans, à phlegmone conſeruans, ad contuſiones, diuiſionesq; vtile. Sinus exiccat, glutinat, prohibet abſceſſus fieri, educit oſſa corrupta, maximè in corporis extremitatibus. Recipit lithargyri, ſquamæ æris, pineæ, ceræ puræ, ſingulorum. ʒ. xxv. Ammoniaci, galbani, ſing. ʒ. iiij. Diphrygis. ʒ. iij. Ariſtolochiæ rotūdæ. ʒ. x. Olei veteris. ℥. iiij. ß. Lithargyrum, ſquamam conijce in oleum, & coquito, donec nō inquinent digitos: dein adijce liquabilia, & ammoniacum dilatatum. 43

Emplaſtrū de ſalibus[a] vomitus Euthalij. Accipit chalcanthi, aphonitri albi, ſalis communis, ceruſæ, ceræ puræ, ſingul. ℥. ß. Olei myrtini, quod ſatis eſt. 44

[a Vomitus.] *Græcè eſt ἔμιτος. Sed fortè legendum erit ἔμμετρος, hoc eſt metricum, aut carmine conſcriptum.*

Emplaſtrum venenatorum, accommodatum omnibus malis. Capit ſymphyti, æris vſti, ſquamæ æris, iridis illyricæ, ſing. ℥. j. Atramenti indici. ℥. j. ß. Salis cappadocici. ℥. j. Aeruginis. ℥. j. ß. Aluminis ſciſsilis, miſyos, ſingulorum. ℥. j. Gallarum, ariſtolochiæ rotundæ, & longæ, ſing. ℥. ß. Dictami, ammoniaci, ſing. ℥. j. Sidiorum, thuris, ſing. ℥. ß. Pi- 45

cis

cis aridæ, ceræ puræ, ſingulorũ. ℔.j.ß. Olei communis. ℥.j. Aceti, cochle.ß. Probè parato vtere.

46 Emplaſtrum Corcos, ad lienoſos, hydropicos, & iſchiadicos. Habet picis aridæ, ℔.j. Ceræ puræ, ammoniaci, nitri rubei, pineę reſinæ, baccarum lauri, adipis taurini, ſing. ℔.ß. Farinæ fœnogræci, ſextarij quartam partem. Chamæleontis nigri, cumini tenuis, ſingul. ℥.j. & exag.j.ß.

47 Emplaſtrum Simotos vocatum, ad vniuerſa mala. Recipit ceræ puræ, exagia.xij. Colophoniæ. ℥.vj. Squamæ rubeæ, æruginis, thuris, ariſtolochiæ longæ, opopanacis, aluminis ſciſsilis, æris vſti, ſingulorum exagium.j. Myrrhæ, aloes flauæ, galbani, ſingulorum exag.j.ß. Olei, aceti, ſing. exagium.j. & quartam eiuſdem partem.

48 Emplaſtrum carycum Eladij, quod vocatur Ephrates perdica, ad neruos vulneratos, & ſanguinem ſpuentes, thoraci impoſitum. Accipit ceræ puræ. ʒ.xxvij. Olei communis. ℥.iij. Terebinthinæ. ʒ.xix. Ammoniaci, aſteris ſamij. ſingulorum. ʒ.ij.ß. Myrrhæ. ʒ.ij. Aloes flauæ. ʒ.j.ß. gran.xv. Chalcanthi. ʒ.ij. gran.xv. Salis ammoniaci, ceruſſæ, ſingulorum. ʒ.j. Aluminis ſciſsilis, ichthyocollæ, ſingu. ʒ.j. gran. xv. Sarcocollæ. ʒ.j. Ariſtolochiæ rotundæ. ʒ.ß. gran.xv. Iridis. ʒ.j. Miſyos crudi, æris vſti, chalcitidis, ſing. gran.xv. Lemnij ſigilli. ʒ.ß. Galbani. ʒ.j. Opopanacis, gr. xv, Terræ eretriadis. ʒ.ß. gran. xv. Adipis ſuis ſylueſtris, aut taurinæ, ℔.ß. Aceti, quod ſatis eſt.

49 Emplaſtrum ad neruos vulneratos valde bonũ. Capit ceræ puræ. ℥.j.ß. Miſyos crudi, ſquamæ æris, aluminis ſciſsilis, cypriæ, ſingulorum. ℥.j.ß. Chalcitidis, exagium.j. ß. Olei communis. ℥.ß. Thuris, gran.xv. Galbani, gran. xv, Aceti, cochlear.ß. & quartam partem. Madefacta hæc diſſolue ſub ſole æſtu caniculari: dein adijce acetum, quoad imbibatur. Si verò hyeme præparaueris, quantum capiet acetum adijce, reliquum verò aceti cum oleo ſimul coquito, donec imbibatur, & vtere vt eimmoto.

50 Emplaſtrum cauſticum veluti ferrum, ad morſus, carcinomata, omnem ferarum ictum, ſteatomata & ſtrumas. Secando penetrat vſq; ad oſſa. Habet ſquamæ æris. ʒ.j. Cantharidum. ʒ.iij. Sandarachæ, arſenici, ſingul. ʒ.ij. Pityocampæ. ʒ.j. Cicutæ. ʒ.ß. Ariſtolochiæ. ʒ.j. Thapſiæ,

℥.j.ß. Adipis anſerini, dimidium horum. In quibus autem vti conſilium eſt, ijs circulariter ceratum impone, vt nõ effluat quod locos exulceret.

Emplaſtrum Chyre mirabile. Recipit ceræ puræ.℥.ij. 51
ß. Pineæ.℥.ij. Adipis taurini.℥.j.ß. Oeſypi.℥.j. Butyri recentis.℥.ß.

Emplaſtrum Aphra, quod accepi à Nabaſiato Aegy- 52
ptio, exiccans omnino, & omnibus defluxione laborantibus vtile. Accipit ceræ puræ, picis [a] Brutiæ, colophoniæ, bituminis, ſingul.℔.ß. Lithargyri, aluminis ſciſsi, & rotundi, ſingul.ʒ.vj. Miſyos, gallarum, chalcitidis, opij, opopanacis, myrrhæ, æruginis, ſingul.ʒ.iiij. Thuris, aloes, ſing.℥.j.ß. Succi mandragoræ. ʒ.x. Ceruſæ.℥.j. Galbani. ℥.ß. Olei.℥.j.ß. Aceti quod ſatis eſt.

Brutia pix.

[a Brutiæ.] *Manuſcriptus codex legit* βειτίας, *interpoſito poſt* πίσσης, *puncto: quum tamen legendum ſit* πίσσης βρυττίας. *Meminit autem* Brutiæ *picis* Dioſcorides *lib.1.capite de pice arida.*

Emplaſtrum multis accõmodatum, Iceſij nominatum, 53
ad omne vulnus recens & vetus, contuſa, defluxiones, luxationes, fracta, phlegmonas, omnem dolorem, quem protinus ſedat. facit ad abſceſſus, tubercula, ſtrumas, carbunculos, parotidas, phygethla, condylomata, impetigines, clauos, [a] nigritias, hæmorrhoidas, inflammatas fiſtulas, ambuſta, [b] dilutum roſaceo, aut myrtino oleo. Ad vlcera, ſurculos, cuſpides, morſus canum, ferarum ictus, morſus hominum, item ad ſanguinẽ cohibendum vtito, & loco malagmatis [c] ad omnia: oleum verò nõ adhibẽdum eſt. Lippientium in linteo eſt anacollema. Sint autem ſplenia maiora. Eſt & ad hydropicos valde bonum. Capit terræ ampelitidis, bituminis, lithargyri, ſing.℥.iiij. Ceræ puræ, thuris, terebinthinæ, propolis, ſing.℥.j. Galbani, aluminis ſciſsi, ſingulorũ. exag.ij. & tertiam partem. Myrrhæ.ʒ.j. ſiliq.iij.ß. Chalcitidis.ʒ.j.ß. ſiliq.j.ß. Mellis, exag.xxij.ß. Olei omphacini, ſtag.j.ß. Coquito ampelitin, bitumen & lithargyrum cum oleo, donec ſubigantur, & coquito ad lentũ ignẽ, mouens ſpatha tedacea.

[a Nigritias.] *Manuſcriptus codex falſo* μιναvίας, *pro* μελανίας *legit, vt ex* Galeno *lib.5.de Compoſ.medica.κατὰ γένη, vbi hoc etiã emplaſtrũ deſcribit, ſatis liquet.* [b Dilutum.] *In Nicolai codice*

*dice corruptè legitur* ἐνιεμένη,*pro* ἀνιεμένη. [ c Ad omnia,&c.] *Hic locus totus in* Nicolai *codice deprauatus eſt : ſic enim habet,* καὶ ἀντὶ μαλάγματος μετὰ ἐλαίου,καὶ ἀνακόλυμα ὀφθαλμιόντων : *quum tamen,Galeno aſtipulante,ita potius ſit legendum,* καὶ ἀντὶ μαλάγματος πρὸς πάντα ἔλαιον δὲ μὴ πρόσαγε,καὶ ἀνακόλλιμα ἐπ᾽ ὀφθαλμιόντων ἐν ὀθονίῳ. ἔτι δὲ σπλήνια μείζονα. Nicolai locus emẽdatus

54 Emplaſtrum Haliei ad cruenta vulnera,& neruorũ præciſiones,vulnera vetera, & cicatricem ægrè contrahentia, defluxioneq́; tentata. Emollit,potiſsimum mammarum duritieſ. Confert morſibus canum,& ictui paſtinacæ marinæ & aliorum ſæuorum piſcium. Ac in ſumma, virtutem habet mirabilem. Habet lithargyri,puræ ceræ,ſingul. ʒ.xxv. Terebinthinæ,myrrhæ,[a] ſinopidis, æruginis raſilis, ſquamæ æris,ſing. ʒ.ij. Ariſtolochiæ. ʒ.iij. Thuris. ʒ.xvj.& tertiam partem. Diphrygis. ʒ.iiij. Galbani,ammoniaci, ſing. ʒ.iij. Olei communis,ſtag.iij.ß.

[ a Sinopidis.] *Codex* Nicolai *manuſcriptus,vt aliàs ferè ſemper, ita hoc etiã loco deprauatus eſt:legit enim* σινήπεως,*pro* σινώπιδος. Sinopis.

55 Emplaſtrum Iſis,cephalicum aliud,ad [a] chironia mala, & curatu difficilia. Eſt etiam cruentis vulneribus accommodum. Recipit ceræ puræ. ʒ.xxv. Reſinæ [b] terebinthinæ. ʒ.iij. Ammoniaci. ʒ.ij. Squamæ æris,[c] æris vſti, ariſtolochiæ longæ, æruginis, ſalis ammoniaci, ſingulorum. ʒ.ij. Galbani,mannæ,myrrhæ,aloes,ſingul. ʒ.iij. Aluminis rotundi. ʒ.ß.gran.vij Olei veteris. ℥.ij.ß. Radicis dracontij. ℥.j. Aceti,quod ſatis eſt.

[ a Chironia. ] *Manuſcriptus codex malè legit* χρόνια,*quum in Galeno ſit ſcriptũ* χειρώνια. [ b Terebinthinæ. ] *Nicolaus habet* τερεβινθίνης. *Galenus aũt* κολοφονιακῆς. [ c Aeris vſti. ] *Nicolaus legit* χαλκοῦ κεκαυμένου. *Galen.* λιβανώτου κεκαυμένου,*thuris vſti.*

56 Emplaſtrum Læina,ad malitioſa, furunculos, ſtrumas, & abſceſſus. Accipit cumini cõmunis,exag.j. Colophoniæ. ℥.ij. Aniſi,exag.j. Farinæ hordeaceæ,nitri,ſing. ℥.iij. Olei veteris,ſtag.j.ß. Picis,lb.j.& tertiam eius partem. Ceræ puræ,lb.ß. Vini boni,ſtag.iiij.& octauam eius partem.

57 Emplaſtrũ Pardalis appellatũ,ad ſtrumas : exulcerat eñ & rũpit,& ad cicatricẽ ducit. Ad cõtrita oſſa valet. Eadem educit. Emollit etiã. Ad iecoris phlegmonas,& lienis,ſuppuratos,arthriticos,podagricos,hypochõdria,omnes duritieſ,

tuberculaq́; vtile. Diſſoluit carcinomata, & phygetla. Auxiliatur conuulſis, & morſis à ſcorpione, hydropicisq́;. Capit pyrethri. ℥. v. Salis ammoniaci, grani cnidij decorticati, ariſtolochiæ longæ, iridis illyricæ, ammoniaci, bdellij, ſing. ℥. ij. Naſturtij, xylobalſami, ſing. ℥. ij. ß. Viſci quercini elaborati, minas. ij. Myrrhæ. ℥. ij. ß. Sycomori aſsi minas. ij. Ceræ tyrrhenicæ. ℥. vij. ß. Ammoniaci, adipis caprini reſinæ aridæ, ſingulorum. ℥. ij. Irinum oleum liquans diſſolue vt ceratum, & vaſi infunde. Bdellium autem & ammoniacum macerato in vini Italici cyatho dimidio. Dein contritis in ſole, adijce diſſolutum ceratum in mortario: & adiectis bdellio & ammoniaco, contunde diebus duobus. Vbi verò vnita fuerint, repone in vaſculum inuolutum corio, ne tranſpirent. Si verò acopon efficere volueris, admiſce emplaſtro irinum vnguentũ, nardinum, cyprinum, ſuſinũ, bubulum adipem & anſerinũ, ſing. cochlearij quartam partem: reducito hæc ad viſci craſsitudinem. Nonnulli produnt emplaſtri huius pondus. ℥. quartã partem, & vnguẽti irini copioſius eſſe debere.

Emplaſtrum Ciconiæ, omnino podagricos ſanans. 58
Habet ſtercoris ciconiæ, adipis ſuilli veteris, ſing. ℔. ß.

Emplaſtrũ Soſia, vocatũ Philanthropos monachica, 59
ad recentes diuiſiones conferens, casq́; à phlegmone tutas reddens. Dilutum autem facit ad phlegmones eryſipelatoſas. Recipit ceræ puræ. ℥. ij. [a] Pineæ. ℥. j. Reſinæ, olei communis, ſing. ℥. j. Vini optimi, exag. v. Ne contemnas medicamentum hoc: eſt enim expertum, & bonum. Reducito autem ad talorum formam, & vtere.

[a Pineæ.] *Græcè eſt* φυσήματος. *Pineam autem reſinam* φύσημα *vocari, teſtatur Galenus lib. 7. de compoſ. medic.* κατὰ γένη, *vbi ita ſcriptum reliquit:* ἡ πιτυίνη, καλοῦσι δ' αὐτὴν ἰδίως φύσημα.

Emplaſtrum è fermento ad furunculos, malitioſa, 60
mammas defluxione laborantes, & bonum venæ ſectioni. Accipit myrrhæ puræ. ℥. iiij. Ceræ puræ, adipis ſuilli recentis, ſingulorum. ℥. vj. Reſinæ pineæ fri‌ctæ. ℥. iij. [a] Salis. Liquato fermentum, exiguam affundens aquam. Cerato autem liquefacto & ſubacto vtere.

[a Salis.] *In Græco Nicolai codice eſt ſimpliciter* ἅλατος, *nullo adiecto pondere.*

61 Emplaſtrum podagricum,diſſoluens callos. Capit ceræ puræ,terebinthinæ,ſingulorum.ʒ.j.Olei veteris ʒ.j.ß.Nitri Alexandrini,℔.j.ß.Euphorbij.℥.j.Iridis illyricæ, ℔.j. Farinæ fœnogræci,ſext.j.ß.

62 Emplaſtrum è fermento probatum. Habet myrrhæ, ceræ puræ, adipis hyænæ recentis, ſing.℥.j. Pineæ reſinæ,exag iiij.Frictæ reſinæ,exag.iiij.Salis communis.℥.j. Nitri nigri.℥.ß.

63 Emplaſtrum è ſuccis, ad omnem phlegmonem propter duritiem factam conferens. Item dolores demolitur. Propriè verò confert podagricis & arthriticis. Recipit farinæ fœnogræci, & ſeminis lini,ptiſanæ, ſingul.℔.ß. Succi ebiſci,viſci,lithargyri,ſingulorum, ℔.j. Ceræ,℔ ß. Olei communis,℔.j ß. Coquito oleum, lithargyrum, & ſuccum ebiſci,donec non inquinent. Dein adijce reliqua.

64 Emplaſtrum Pentatheton Glauci archiatri Alexandriæ, ad phlegmones, eryſipelata, [a] papulas feruidas in vniuerſo corpore. In podagricis dilutum cum vino & oleo,in eryſipelatis & mammis cum roſaceo oleo,aut vino & oleo. Accipit calcis,adipis taurini,ceræ puræ,picis, reſinæ frictæ, ſingulorum. ℥.j. Calcem diligenter diſſolue.

[ a Papulas feruidas. ] *Nicolai codex legit corruptè* ἐκζίματα, *pro* ἐκζίσματα. *Sic autem dictæ ſunt papulæ ab ebuliendo, & feruendo. Galeno alio nomine dicuntur* ἐκβράσματα,

65 Emplaſtrum de ſeminibus ad hydropicos, angina laborantes, inflatos, articulos tofos facientes, & vbi extenuare & emolire voles. Capit ſalis foſsilis. ℥.j. ß. Aniſi, baccarum lauri, farinæ hordeaceæ, cumini, nitri,vini veteris,farinæ fœnogræci,olei veteris,ſingulo.℥.j. ß.Ceræ puræ,℔.ß.Picis,℔.ß.Pineæ.℥.viij.Arida vino irrigato.

66 Emplaſtrũ ad relaxationes neruorũ,& [a] oculorũ, [b] papulas feruidas:& reſolutos, [c] tumores neruorũ, [d] articulos phlegmone tentatos,& genua:potiſsimum verò ad reſolutos & tumores. Habet ceræ puræ.℥.iiij.Reſinæ terebinthinæ,opopanacis,ſing.exag.ij. Colophoniæ.℥.iiij. Olei veteris,exag.v.Adipis ſuilli veteris,exag.v.

Nicolai codex emendatus.

[a Oculorũ.] *Haud dubiè hoc loco Nicolai manuſcriptus codex deprauatus eſt. legit enim,* καὶ χαρωματος. *Quid autem hac voce ſignificare velit, nemo, puto, facilè diuinabit. Cenſeo itaque legendũ eſſe,* καὶ παρ᾽ ὄμματος. [ b Papulas feruidas. ] *Codex Nicolai habet* ἐκβλίμματα. *Quid verò* ἔκβλιμμα *ſit, ignoramus. Legendum itaque eſſe iudicio* ἐξίσματα, *vt paulo ſuprà.* [c Tumores ] *Græcè eſt* συστροφὰς. *Sunt autem* συστροφαὶ, *vt lib. iiij. de Victu acutorum morbor. commen. 19. teſtis eſt Galenus, omnes præter naturam tumores. Interdum tamen ad tubercula, & duritias tantũ vox hæc detorquetur.*

Librarij lapſus.

[ d Articulos. ] *Codex Nicolai legit falſò,* ἀνδρεια, *pro* ἄρθρα.

Emplaſtrum iſchiadicum è dictamno, cognominatum 67
etiam ab alijs è ſarmentis, deſtruens veteres affectus. Vrito ſarmenta, & horum cineris, vino auſtero extincti, adijce ℥. j. Euphorbij, terebinthinæ, mannæ, ſin. ℥. ß. Galbani. ℥. j. Ammoniaci. ℥. ß. ʒ. j. Nitri. ℥. j. Piperis communis. ℥. ij. Opopanacis, cyperi, baccharum lauri, cyclamini, myrrhæ, petroſelini, zingiberis, pyrethri, olei tedacei, ladani, ſingu. ℥. ß. Nardi celticæ, exag. j. ß. Adipis caprini. ℥. ß. Olei veteris, nardini, cyprini, ſingulo ℥. iij. Adipis taurini. ℥. ij. ß, Ceræ tyrrhenicæ. ℥. iiij. Opobalſami. ℥. ij. Caſiæ fiſtulæ. ℥. ß. Cardamomi. ℥. ij Pineæ. ℥. j.

Emplaſtrum ad euocandos ſudores probatum. Recipit 68
ſantalorum albi & rubei, farinæ fœnogræci, hordeaceæ, ſeminis lini, ſing. ℥. ß. Fermentato cum oleo roſaceo, aut chamæmelino, aut lentiſcino, & calefaciens impone ſtomacho calidum. Dein accipe vinum calefactum bonũ, & eo ſpongiam nouam imbutam applicato ſpinæ, ſcapulis, brachijs, femoribusq; validè multoties. Dein ſinito, & ſtatim ſudabit. Simile. Accipe ſemen lini, coquito in marſupio cum vino albo, & impone ſtomacho aſsiduè calefactum.

Emplaſtrum ad choleram valde bonum. Accipe mala, 69
acida, purgato medullam, dein coquito cum aceto, & probè contuſis adijce farinam roſarum, & rhois ſyriaci. Subacta ſimul impone ſtomacho, imo ventri, & renibus.

Emplaſtrum vocatum Pampathes, lapides conterit, 70
ſoluit poros ſiue tofos, duodecim annorum, in pedibus. & manibus factos. Curat eos per humidæ ſaniei reſolutionem. Facit ad omnia mala ex defluxione nata, ab-

ſceſſ

ſceſſus,carcinomata,phygetla, & ſtupores corporis. Parit etiam lætitiam iucunditatemve, carnium bonitatem, & corporis robur. Capit lapidis ſcytici, ſtag.vj. Lapidis perſici, pyritis,& hematitis, ſingulorum,exag.ij. Lapidis phrygij, ſtag.v.& tertiam eius partem. Cinaberis loti, exag.iiij. Chalcitis vſtæ, ſtag.vj.Squamæ æris, exag.iiij. Aeruginis raſilis,exag.ij. Lithargyri.℥.j. Thuris,ſtag.ij. Ammoniaci,exag.ij.Aloes flauæ,exa.iij.Dictami.℥.j.Ariſtolochiæ,chamæmeli, ſingulorũ exag.iiij. Betonicæ,exa. ij.ſtagij octauã partem.Gentianę,exagia.ij.Floris ſalis,℥. viij.olei veteris,exa.ij.Cerę rubeę,lb.ß.Propolis,exa.xxij. Galbani,exa.iij.Adipis paſſeris.℥.viij.colophonię,cadmię, ſin.℥.iiij.Ariſtolochiæ longę,ſtag.iiij.Aceti,quod ſatis eſt.

71 Emplaſtrum ad lienoſos, hydropicos,& malo corporis habitu præditos, valde bonum. Habet agarici, calaminthæ,ſing.℥.ß. Authemidis,abſinthij comæ,ſing.℥.ß. Picis aridæ,myrrhæ,aloes,ſing.exag.ij.Galbani,ſalis ammoniaci,aluminis ſciſsi,ariſtolochiæ rotundæ,ſing.℥.j.Nitri rubei.Ammoniaci, baccarum lauri,ſing.℥.j. Ariſtolochiæ longæ.ʒ.j. Rutæ,opopanacis,ſing.ʒ.ij. Terebinthinę.℥.iij.Miſyos,æris vſti,ichthyococollę,ſarcocollę,taurocollæ,ſing.℥.j.Colophoniæ,ſtercoris columbarum, ſtyracis calamitis,ſing.exag.iij. Adipis taurini,lb.ß. Scoriæ ferri.℥.ß.Foliorum ſalicis.℥.ij.Maſtiches,thuris,ſingulo.℥.j. Olei nardini,quantum ſufficit.

72 Emplaſtrũ ad hydropicos mirabile. Recipit abſinthij, calaminthæ,pyrethri,ſingul.ʒ.x.Salis ammoniaci, grani cnidij decorticati,ariſtolochiæ, aluminis ſciſsilis, iridis illyricæ,aphonitri,ſingul.ʒ.iij.Ammoniaci,bdellij, ſingul. ʒ.x. Cardamomi, liquoris ſycaminorum, hoc eſt mororum,xylobalſami,viſci quercini elaborati, ſingulorum,minas.iiij.Cucumeris ſylueſtris radicis,myrrhæ, ſingulorum ʒ.v.Sycomori aſsi,minas.iiij.Picis, ceræ tyrrhenicæ, ſingulorum.ʒ.xv.Caricarum,adipis caprini,reſinæ terebinthinæ, peucedani,ſingulorũ.ʒ.viij.Opopanacis, miſyos, piperis longi, ſing.ʒ.iij.Ariſtolochiæ longæ & rotundę, ſingulorum.ʒ.ij.ß.Farinæ fœnogræci.ʒ.iij. Chamæleontis nigri, foliorum rutæ, ſingulorum.ʒ.v. Vnguenti irini, ſiliq.iiij. Ceram, reſinam, & adipem taurinum cum

Sycamina quæ.

y v vng

vnguento irino liquefacito. Bdellium, ammoniacum, prius in vino Italico macerato, menſura duorum cyathorum. Dein in ſole ſubacta in mortarium conijce, & contunde diebus duobus. Vbi vnita fuerint omnia, repone in corium, & impone toti ventri. Quando autem hoc vt acopo vti volueris, miſceto cum emplaſtro hoc irinum oleum, nardinum, cyprinum, aut ſuſinum, & redigito ad glutinis craſsitudinem. Nonnulli verò adijciunt emplaſtro huic irini vngenti. ℥.j

Emplaſtrum ad cordis palpitationem, animi defectionem, & ſyncopen. Accipit roſarum rubearum. ℥. 73
Nete qd ij. Caryophylli. ℥. ß. Nete, hoc eſt galliæ moſchatę, gran. xv. Floris borraginis. ℥. j. ß. Berberis. ℥. j. Serici vſti. ℥. ß. Ligni aloes. ℥. ij. Maceris. ℥. ß. Cinamomi. ℥. iij. Santali rubei, foliorum citri, ſingulorum. ℥. ij. Nucis moſchatæ. ℥. ij. ß. Seminis meliſſæ, & herbæ, ſingulorum. ℥. iij. Sampſychi, mentæ, ſingulorum. ℥. ij ß. Spicæ. ℥. j. Croci. ℈. j Corallij rubei, ambaris, ſingulorum exagium. ß. Seminis ocimi, exagiũ. j. Oſſa cordis ceruini, tria. Xylobbalſami. ℥. ij. Margaritarum, exagium. ß. Panis vſti, & in vino macerati, ſtillatitij roſarũ boni liquoris, & ſucci borraginis, quantum volueris. His omnibus ſimul contuſis fac ſacculos duos, & impone ipſos cordi, & calefac cum ſuccis, & calidos ſæpius permutato.

Emplaſtrum ad cordis ſyncopen, & imbecillitatem 74
corporis, à calore natam. Capit cinamomi, exagium. j. Caryophylli, exagium. ß. Spicæ, folij, ſingulorum. ℥. j. Corallij rubei & albi, ſingulorum. ℥. ij. Trium ſantalorum, ſingulorum, exagium. j. Margaritarum perforatarum & non perforatarum, ſingulorum, exagiũ. j. ß. Spodij, exagiũ. j. Ligni aloes boni, zedoriæ, ſingulorum. ℥. j. Calami odorati, exagia. ij. Foliorum citri, ℥. j. Roſarum rubearum. ℥. ß. Serici recenter ſe grano illicis tincti, exagium. j. Meliſſæ herbæ. ℥. ß. ℥. j. Saphiri, ℈. ij. [a] Ambaris, exagia. ij. Moſchi. ℈. ij. Ambræ, exagia. iij. Nucis moſchatæ, exagiũ. ß. Sampſychi. ℥. ß. Seminis ocimi, exagium. j. Carnium cotoneorum purgatarum. ℥. j. Caphuræ. ℥. ß. Carnis ma

malorum dulcium.℥.j. Foliorum borraginis. Hæc tuſa & conquaſſata in mortario pone in ſacculos duos è ſerico rubro factos Dein appone ſtillaticij roſarum liquoris puri,lb̄.j.& ſucci borraginis,lb̄.ij.Calefactis his probè irrigato ſacculos, & impone calidos cordi, crebrò permutans.

[a Ambaris.] *Hoc loco, niſi codex ſit deprauatus, differentiam inter Ambarem & Ambram* Nicolaus *facere videtur.* Ambar & Ambra differunt.

75 Emplaſtrum ex œſypo,ad omnem duritiam probatum. Habet colophoniæ.℥.x.Ceræ puræ.℥.vj.Pineæ.℥.xx.Olei communis,lb̄.iij.℥.ij.Adipis taurini.℥.viij.Lanarum ſuccidarum.℥.ij. Maſtiches.℥.ix. Fœnigræci.℥.ij. Radcis altheę.℥.j.Adipis ouilli.℥.iiij.Adipis caprini.℥.vj. Sampſychi,lb̄.j.℥.iiij.Mellis.℥.j.ß.Hyſſopi.℥.xvj.Croci.℥.j. Vini & olei quantum ſufficit.

79 Emplaſtrum aliud ex œſypo. Capit colophoniæ.℥.ij ß.Ceręs puræ.℥.j.ß.Reſine pineę.℥.iiij.ß.Olei.℥.ix.Adipis taurini.℥.j. Maſtiches.℥.j.ß. Lanarum ſuccidarum, ſucci fœnogræci,radicis altheæ, ſingulorum.℥.ß. Adipis ouilli.℥.ij.Adipis caprini.℥.j.ß.Styracis calamitis.℥.ß.Butyri veteris, medullæ ceruinæ,ſingulorum.℥.j.Adipis gallinæ,anſeris & anatis, ſingulorum.℥.j.ß. Croci.℥.ß. Mellis attici, quod ſatis eſt.

77 Emplaſtrum, confectio œſypi Sordes quæ in lanis ouium nutriuntur,è quibus paramus œſypum nominatum habent concoquendi facultatem ſimiliter butyro: paululum etiam diſcutiunt. Paratur autem hoc modo. Sumito ſordidas ſuccidásve lanas in alis,[a] collo,& femoribus ouiū repertas molles, ac calida aqua lauato,ſimulq; omnes eorū ſordes expreſſas in craterem patentis oris conijcito, ſuperinfuſa altera aqua feruenti agitato,acceptoq́ue poculo aut alio quopiam,humorem ex alto cum impetu deijce, donec ſpumeſcat.Dein marinam aquam illis [b] inſpergito. Si non adſit,frigidam aquam inſperge, & ſine vt conſidant. Vbi refrigerata fuerint, quod ſupernatat pingue in alterū vas conijcito, & infuſa iterum aqua, manibus ſubigito. Poſtea effuſa aqua, aliam calidam affundito, & commoueto vt prædictū eſt ſimiliter,& affuſa marina aut frigida aqua ſine vt cōſidant:& vbi refrigerata fuerint, iterū in alterū vas

vas cōijcito,& manibus ſubigito,& tertiò affunde aquam calidam,& fac vt prædictum eſt, donec œſypus candidus & purus reddatur,& nihil quod non ſit purgatum habeat. Sicq; curatum in fictili vaſe,repoſitum in ſole aliquot diebus cuſtodito. Omnia verò hæc in ſole [c] æſtiuo facito, ſic enim vtilior erit, [b] & nihil in ſe habebit duri & concreti, veluti qui cera aut adipe adulteratus eſt. Facit autē ad ſedis & vteri vlcera cum melle & butyro,aliaq; plurima. Oeſypus verò crematus(faciunt enim ex eo collectum cinerem, aut fuliginem) vtiliſsimus [e] ad eroſos oculorū angulos,ſcabioſosq;,palpebrarum callos,& defluuia. Crematur autem aliquando in noua teſta,donec [f] redactus in cinerem, pinguitudinē amiſerit. Teſta verò in carbonibus ſita ſit.

[a Collo & femoribus.] *Manuſcriptus codex deprauatiſſimè legit* κοντὰ καὶ οὔλα, *pro* τραχήλῳ, καὶ μηροῖς. *Sic enim eſſe legendū, è Dioſcoride ſatis liquet, qui probatiſsimas lanas, lib. 2, cap. 65. ſuccidas, molles,* ἀπὸ τοῦ τραχήλου, καὶ τῶν μηρῶν *detonſas eſſe ſcribit.*

Loci aliquot Nicolai emaculati.

[b Inſpergito.] *Codex Nicolai malè legit* κατάρινι θαλάσσῃ ἐπαρίσι, *pro* καταῤῥαίνι θαλάσσῃ ἢ παρίσι. [c Aeſtiuo.] *Græcè eſt* θερινῷ. *Dioſcorides aūt legit* θερμῷ, *hoc eſt, calido.* [d Et nihil in ſe, &c.] *Ita eſſe legēdū, è Dioſcoride ſatis liquet, qui habet,* καὶ ὅδιν ἔχομεν αὐτῷ σκληρὸν, ἢ συνεστικὸς, ὥσπερ ὁ δολιζόμενος κηρωτῇ, ἢ στέατι. *Quare Nicolai codex hinc venit emendandus, quòd admodum hoc loco ſit deprauatus, & pro* στέατι *legat* ζύμῃ, *hoc eſt, fermento.*

[e Ad eroſos, &c.] *Nicolai codex habet,* πρὸς διαβιβρωμένα ψωρώδη κανθοὺς. *&c. quum ex Dioſcoride conſtet legendum potius eſſe,* πρὸς περιβιβρωμένους κάνθους καὶ ψωρώδεις καὶ βλέφαρα τετυλωμένα, *&c.* [f Redactus in cinerē.] *Manuſcriptus codex* κυρωθὲν *legit, pro* τεφρωθέν.

Emplaſtrū ad pleuriticos. Recipit butyri,abſinthij, 78
marrubij,fœnogræci, terebinthinæ, mentæ, pinguedinis ſuillæ & anſerinæ,œſypi,ceræ,medullæ ceruinæ, lauri ſeminis,lini ſeminis,carnis caricarū,olei chamæmelini, anethini,ſeſamini,quod ſatis eſt.

Emplaſtrum aliud ad pleuriticos optimum. Accipit 79
radicis maluæ ſylueſtris, pinguedinis ſuillæ, gallinaceæ, vulpinæ, [a] asbo & anſerinæ,œſypi,violarum, butyri,terebinthinæ,ſucci fœnigræci,& ſeminis lini,olei ſeſamini,ceræ puræ,quod ſatis eſt.

Asbo

[ a Asbo.] *Græcè eſt* ἄσβο. *Quòd quidem Asbo ſit Nicolao animantis genus, ſuprà etiã annotauimus. Quale autem ſit genus, ſcire nondum poſſum.*

80 Emplaſtrum alterũ, ad pleuriticos mirabile. [a] Ventrem hirundinis vniuerſum accipiens terito, & cum ſucco apij, & farina fœnogræci imbuto, & probè calefacto vtere.

[ a Ventrem.]. *Nicolaus* καλιὰν *corruptè legit, pro* κοιλίαν.

81 Emplaſtrum ad prædicta mala, admodum efficax. Capit farinæ hordeaceæ, violarum aridarum, chamæmeli, meliloti, fœnogræci, ſeminis lini. Ebulliant in aqua dulci, dein contuſis & vtraq; manu ſubactis vtere.

82 Emplaſtrum aliud ad lateris dolores, ſine febre, Habet ceræ, pineæ reſinæ, lauri, fœnogræci, ſeminis lini, thuris, mentæ, caryophylli, xylobalſami, ſtyracis calamitis, picis humidę, hyſſopi, croci, marrubij, ladani, thuris, meliloti, galbani maſtiches, ſpicæ, amoniaci, myrrhę, aloes, abſinthij, caricarum, nitri, olei cyprini, anethini, & chamæmelini, euphorbij, terebinthinę, opopanacis, pinguedinis gallinæ, & anſeris, olei rutacei, nardini, & communis veteris, bdellij, coſti, adipis ſuillę recentis.

83 Emplaſtrum ſtomachichum, admodum laudatum. Recipit cardamomi, zingiberis, cinamomi, calaminthæ, mẽtæ aridæ, ſing. exag. ij. Ambaris. ʒ. ß. Styracis calamitis, exag. j. Xylobalſami, galangæ, ſing. exag. ij. Colophoniæ, exag. j. ß. Picis humidæ, ex. ij. Ligni aloes crudi. ℥. ß. Maſtiches, thuris, ſingul. exag. iiij. Galliæ moſchatæ. ʒ. ß. Ladani boni. ℥. j. Ceræ, albæ. ℥. ß. Nucis moſchatæ, exag. iiij. Croci, exa. ß. [a] Succi cotoneorum, olei nardini, quantum ſufficit. Spicæ, exag. ß. Cubebę, cardamomi maioris, ſampſychi, ſingulorum, exag. ij. Aloes flauæ. ℥. ß. Mellis attici quantũ volueris.

[ a Succi. ] *In manuſcripto codice ſimpliciter eſt* ζώμου. *Videtur itaq; aliquid deſiderari hoc loco, nempe* κυδωνίου. *vt ex ſequenti emplaſtro fit manifeſtiſsimum.*

84 Emplaſtrum ad imbecillitatem ſtomachi, & acidum ructum, omnemque frigidum affectum. Imponitur autem vt emplaſtrum, & vt vnguentum. Accipit ſtactes, xylobalſami, maſtiches, ſingulorum, exagium. j. Ligni aloes, exagia. ij. Galliæ moſchatæ, exagia. ij. Ambræ, exag. ß.

Cary

Caryophylli,exagium.j. Zingiberis,chamæmelli, ſingulorum.exagium.j.ſ. Styracis calamitis exagium.j. Succi cotoneorum, olei amygdalini,& nardini,& anethini, ſingulo. ℥.j. Pinguedinis gallinæ, & anſeris, ſingulorũ.℥.j. Ladani.℥.ſ. Ceræ puræ.℥.j.

Emplaſtrũ ſtomachicũ,cœliacum,colicum,& dyſentericum. Capit ſucci foliorum hyoſcyami, ſucci vtriuſque plantaginis,ſucci cotoneorum & malorum myrtorum,& meſpilorum,farinæ roſarum,rhois culinarij, rhois ſyriaci, rhois coriarij,ſidiorum,balauſtiorum,farinæ orizæ, farinæ [a] brizæ, ſucci filicis, acaciæ,& hypociſtidis ,boli armenij, ſigilli lemnij,fructus mororum immaturorum, panis aridi puri,farinæ lentium,lentiſci,rubi, polentæ, gummi arabici, maſtiches, myrrhæ, oui albuminis. Arida liquefacta cum humidis ſubigito,& calefacta imponito toti ventri,& imo ventri aut etiam à tergo ad renes. 85

Briza. [a Brizi.] *Brizæ frumenti ſegetiue, Typhæ ſimillimæ meminit Galenus lib.1.de Alimen.facul.ca.de typha.*

Emplaſtrum aliud cœliacum,ex ſylueſtribus pyris, Accipito ſylueſtria pyra,aut pyra immatura, coquito probè cũ aceto optimo dolo carente:dein amouens ab igne, externã membranam abijce, è medulla verò capito lb.j.cui adijce, gallię moſchatæ,quæ cognominatur net, baccarum myrti,rhois,ſucci acaciæ,& hypociſtidis,myrrhæ,thuris, maſtiches,ſingulorum.ʒ.iiij. Panis aridi puri.ʒ.viij. Calami odorati.ʒ.j. Sidiorum,balauſtiorum,roſarum,gallarum, pilularum cypariſsi,berberis,orizę farinæ,betonicę, Arida tuſa, & tenui cribro tranſmiſſa,fermentato cum oleo roſaceo & ſucco cotoneorum, & carnibus ſylueſtrium pyrorum. Dein admiſce myrobalanum ſciſſum,& coquito cum aceto ad tertias,atque de aceto capito & permiſce emplaſtro antea ſubacto,& denuò benè ſubacto adijce ligni aloes crudi ℥.ſ. Vtriſque manibus ſubactum,& calefactum, illine linteo,& impone. 86

Net qd.

Emplaſtrum ad hepaticam dyſenteriam. Habet cinamomi, ſucci acaciæ,& hypociſtidis,ſingulorum.℥.ſ. Roſarum verarum,& ægyptiarum,ſigulorum.exag.ij. Summitatum myrti nigri,rhois culinarij,rhois ſyriaci,rhois coriarij.ſidiorum,balauſtiorum,ſing.exag.iij. Farinæ orizæ.℥.j. Fa 87

j. Farinæ brizæ, aluminis ſciſsi, berberis, floris iunci odorati ſingulorum exag. ij. Thuris maſculi, maſtiches, ligni aloes, ſingul. ℥. ß. Rubi fructus immaturi. ℥. j. Succi mentæ, cotonei, rutæ, plantaginis minoris, polygoni, filicis, quod ſatis erit ad fermentationem. Armenij boli, lemnij ſigilli, aluminis ſciſsilis, rhois ſyriaci, ſanguinis draconis, ſingulorum. ℥. ß. Mei aſsi, exa. ij. Samij aſteris, ſpodij, ſingu. exa.. iij. Gūmi arabici, cypariſsi pilularum, ſingul. ℥. ß. Seminis portulacæ pſyllij. ſingul. exag. ij. Santali albi, & rubei, ſingulorum. ℥. j. Siliginei frumenti, & albi oui, quantum neceſsitas poſtulauerit. Arida tuſa cum ſuccis fermentato: vnitisq; omnibus, ac calefactis, linteo illita impone toti ventri, & faſcia inducta illic permitte.

88 Emplaſtrum, aut cataplaſma hydropicis vtile. Recipit farinæ cicerum, & irini cum melle. Coquito cum muſto. Deinde admiſce abſinthium, lignum anethi, chamæmeli, al thææ, maſtichem, ſemen agni, ſemen abſinthij, folia rutæ recentia tuſa, calcem lotam, roſas aridas, ſemen anthi, coriandri, cumini, & oleum anethinum.

89 Linctus è ſemine lini ad tuſsientes, abſceſſu & deſtillatione laborãtes. Accipit ſeminis lini. ℥. ij. Hyſſopi. ℥. ß. Tra gacanthæ, exagium. j. ß. Seminis aniſi, ſeminis vrticæ, ſing. exag. ij. Croci, exag. iiij. Aniſi, exag. j. Mellis attici, aut ſacchari, quod ſatis eſt.

90 Emplaſtrum ad lienoſos probatum. Capit farinæ hordeaceæ, mellis attici, ſingulorum [a] caucium. j. Vtraque cum aceto coquito, & adijce maſtiches, ſtag. ij. Foliorum tamari cis exquiſitè tritorū. ℥. j. Vbi probè decoxeris, admiſce corticis radicis capparis. ſtagia. ij. Fœnogræci, hyſſopi, chamæmeli, ſingulorum exagia. ij. Roſarum aridarum, ſtagia. ij. Ammoniaci, exagia. ij. Terito in aceto, & oleo chamæmelino, & adipe anſerino quantum volueris. Contuſa & ſubacta ritè, pone in cinere calido, & frequenter moueto: poſtea ab igne remouens, illine linteo ſolido, ac impone tepidum ſuper lienem.

[a Caucium.] *Græcè eſt* καυκίον. *Quale autem* Nicolao *pondus ſit diuinare nequeo. Corruptam tamen eſſe dictionem, nihil dubito.*

91 Emplaſtrum ad cœliacos, dyſentericos, & profluuium mulie

muliebre,imo ventri impoſitum, lumbis, & renibus vtile. Eſt autem probatum. Habet acaciæ,hypociſtidis, roſarum rubearum,ſidiorum,balauſtiorum, rhois ſyriaci,rhois culinarij,rhois coriarij,farinæ orizæ,terre ſamiæ, boli armenij ſigilli lemnij,gummi arabici,amyli,maſtiches, farinæ brizæ.Succi plantaginis vtriuſque,& filicis, ſucci fructus myrtorum. Glutinis fabrilis, ſucci polygoni,ſpodij, vuæ immaturæ aridæ acinorum. Hæc trita, & per tenue cribrum tranſmiſſa,& cum ſuccis & albis ouorum ſubacta,illine linteo, & impone calidum.

Emplaſtrum ex Euphorbio. Recipit ceræ puræ.℥.ij. 92 Terebinthinæ, picis aridæ, ſingulorum.℥.j. Euphorbij.℥. vj.poſtremum omnium.

Emplaſtrum ad caput deſtillatione laborans,in quo nõ 93 committitur error:impoſitum vertici, valde bonum. Accipit iridis,helenij,florum iunci odorati ſingulorum.℥.j. Roſarum aridarum,exagium.j.ß. Amomi,coſti,folij, gallarũ, ſingulorum,exag.iij. Ceræ puræ, ladani,ſingul.℥.ß. Thuris,exag.j.Maſtiches,nucis moſchatæ, ſingulorum exag.j. Caryophylli,exag.ß.Olei nardini, quod ſatis eſt. Probè paratum impone vertici capitis, loco prius raſo, & inuncto vino auſtero feruente.

Emplaſtrum ad eos qui deſtillatione laborant, impoſi- 94 tum vertici capitis, optimum. Capit iridis.exagium.j.ß. Gallarum,exag.ß.Caſiæ,coſti,folij,ſpicæ nardi, balauſtiorum,roſarum aridarum,carpobalſami, ſingulorum[a] tariũ j.Myrrhæ,taria.ij. Thuris,maſtiches, ſingulorum exag.ß. Ladani, exag.j.ß. Aloes flauæ,ſing.exagiũ.j.Caryophylli exag.ß.gran.xj.Cubebę,exag.ß.Ceræ puræ.℥.ß.Olei nardini,quod ſatis eſt.

Tarium [a Tarium.] *Græcè eſt* ταρίον *Quid verò tariũ Nicolao ſignificet ſcire non ſatis poſſum. Ponderis eſſe quidem genus ſatis conſtat: quale verò,me ignorare fateor.*

Emplaſtrum ad caput deſtillatione correptum, in quo 95 nõ committitur error,impoſitum vertici, mirabile. Habet nucis moſchatæ,galbani,longi piperis,aloes flauæ, ladani, thuris,maſtiches,ſtyracis, caryophylli, cubebę, olei coſtini,irini,& balſamini,ceræ & caſtorij,quod ſatis eſt.

Emplaſtrũ ad ſtomachicos, cœliacos, & dyſentericos, 96 val

valde bonũ. Recipit croci, myrrhæ troglodyticæ, cyphi, maſtiches, ſucci abſinthij, aloes flauæ, acaciæ, palmularũ,[a] maſuchæ, ladani, carnis cotoneorum, cumini toſti, ouorum lutea ſeptem. Sidiorum, ſeminis myrtorum, panis vſti, & in vino macerati. Olei melini, aut roſacei.

[a Maſuchæ.] *Maſucha eſt confectio quæ alio nomine Maſuaphion appellatur. Eius meminit Paulus lib.7.cap.23.* Maſucha.

97 Emplaſtrum ſtomachicũ, ad eos qui cibum nõ appetũt, & cibum vomunt, ad alui profluuium, & immodicum alui fluxum cõferens. Accipit œnãthes, roſarũ, chamæmeli, carnis palmularũ, hyſſopi, xylobalſami, calaminthæ, meliloti, abſinthij, betonicæ, cinamomi, croci, maſtiches, ſaluiæ, caryophylli, mentæ, ſampſychi, ſpicæ nardi, nucis moſchatæ, gallarum, rhois culinarij, ſidiorum, balauſtiorum, maceris acaciæ, florum iunci odorati, ſeminis myrtorũ, ligni aloes, panis vſti & in aceto macerati, fermentato cum ſucco cotoneorum, meſpilorum, & vino.

98 Emplaſtrũ Iceſiõ, ad ſtrumas, abſceſſus, deſtillationes, lienoſos, iſchiadicos, & articulos, admodum bonũ. Capit lithargyri. ʒ.xxx. Olei veteris. ſext.ß. Aceti, ſextarij quartã partem. Aeruginis. ʒ.ij. ſiliq.ij. Corticis pini, ſing. ʒ.j. Chamæleontis, euphorbij, ſing. ʒ.iiij. Succi hypociſtidis, propolis, helenij, pyrethri. ſing. ʒ.iiij, Ceræ, lb.ß. ℥.j.ß.

99 Emplaſtrum cœliacum mirabile. Habet maſtiches, roſarum, gallarũ, balauſtiorum, ſtyracis, florum iunci odorati, thuris, aluminis ſciſſi, cinamomi, acaciæ, & hypociſtidis ſucci, berberis, ligni aloes crudi, betonicæ, ſidiorum, boli armenij, farinæ, orizæ, gummi, ſeminis plantaginis minoris, coriandri. glutinis fabrilis, cumini aridi, ſpodij, acinorum vuæ, ſigilli lemnij, ceræ puræ, olei myrtini, maſtichini, melini, roſarum rubearum, terræ ſamiæ, ſucci plantaginis vtriuſq, panis aridi. Probè parato vtere.

100 Emplaſtrum ad iecorariam dyſenteriã, iecori impoſitum vtile. Recipit trium ſantalorum, ſing. exag.j. Seminis intybi, lactucæ ſeminis, exag.ß, Roſarum, exag.j. Pſyllij, ſeminis portulacæ, aut germina, ſingulorum exag.j, Spodij, exagij quartam partẽ. Farinæ lẽtium, exag j.ß. Polentæ, exag j. Sanguinis draconis, ſigilli lemnij, boli armenij, maſtiches, ſidiorum, balauſtiorum, ſumach, thuris, gummi

alexandrini,cinamomi,nucis moſchatę,ſingulorum,exag. ij. Stillaticij roſarum liquoris, & albi ouorum quantum oportet,& ſucci cotoneorum,& plantaginis minoris. Paratum impone calidum,crebrò immutans. Impone autem ſuper ſtomachum hoc vnguentum. Maſtiches, thuris, aloes flauæ,ladani,ceræ puræ,mellis attici quantum ſufficit. Coquito ritè ad conſiſtentiam, & amoto ab igne adijce cinamomum,zingiberim,caryophyllos, nucem moſchatam,& tere in pollinem.

Emplaſtrum ſiue epithema ſimplex ad fractos. Accipit ceræ puræ,colophoniæ, picis humidæ,galbani, propolis,ammoniaci,ſingulorum.℥.vj. 101

Emplaſtrum ad redundantis carnis putrefactionem, probatum. Capit farinæ hordeaceæ,& eruinæ cum melle benè cocto & fermentato,vtere. 102

Emplaſtrum vomitorium domini Ioannis. Habet colophoniæ.℥.j.ß.Picis aridæ.℥.iij. Aeruginis raſilis.℥.j. Ceræ flauæ.℥.j.ß. Thuris.℥.ij.Marrubij.℥.j.ß.Olei roſacei.℥.ij.ß.Mellis attici,quod ſatis eſt. 103

Emplaſtrum de œſypo. Recipit meliloti.℥.ij.Cardamomi. ℥.j. Lanarum ſuccidarum.℥.iij. Macerato in vini ſextario vno diebus tribus,Dein coquito modicè, & colato,atq; adijce oleũ commune,& denuò coquito quoad parum vini relictum fuerit, Atq; tum admiſce colophoniæ,terebinthinæ,ſingulorum.℥.v. Ceræ puræ.℥.iiij.ß. 104

Emplaſtrum ad dyſentericos valde bonũ. Accipit ſucci foliorum hyoſcyami,ſucci plantaginis maioris,& polygoni,ſing.℥.ij.Excipito cũ farina lentiũ & ſecalis, atq; impone calido cineri, ac probè ſubactis admiſce maſtiches triti, ℥.j. Poſt illine linteo,& calefactum imo impone ventri. 105

Emplaſtrum roborans ventriculum. Capit caricarum,carnis palmularum,fœnogræci,ſeminis lini, vuarum corinthiacarum,carnis damaſcenorum, œnãthes, roſarum rubearum,maſtiches,abſinthij,panis aridi puri, lutei ouorum quantum ſufficit. 106

Emplaſtrum Baſilicum cognominatum, tetrapharmacum. Habet ceræ, colophoniæ, picis, adipis taurini, æquas partes. 107

Emplaſtrum è ſucco ſeminis lini, diſcutiẽs & rũpens. 108

Recip

Recipit olei veteris, ℔.ij. Ceræ. ℥.xx. Colophoniæ, adipis ſuilli, ſing. ℔.j. ß. Lithargyri, ℔.j. Ceruſæ, ſucci ſeminis lini, ſingulorum, ℔.ß.[a] Pollinis, farinacei thuris, ſing. ℥.iiij.

[a Pollinis.] *Manuſcrptus codex legit γύρεως. Habet autem γύρις, Paulo teſte, eandem amylo facultatem.*

109 Emplaſtrũ è melle. Accipit lithargyri, ceræ, olei, ſing. ℔.j. Terebinthinæ. ℥.iij. Mellis attici, adipis porcini, ſingulorum. ℥.iij.

110 Emplaſtrũ ex polline farinaceo, diagyreos appellatum. Pollinis, ammoniaci thymiamatis, ſin. ℔.ß. Pineæ, reſinæ, ceræ puræ, adipis ſuilli, ℔.j Succi ſeminis lini, quãtũ ſufficit.

111 Emplaſtrum dictum botanicum. Habet lapathi,[a] olei ſqualidi, anchuſæ,[b] chœroſpelethi (eſt autem Onoclea) heptaneuri, ſing. ℥.iij. plantaginis maioris, ſingul. ℥ j ß. Olei communis, adipis porcini, ſing. ℔.iij. Herbæ in oleo coctæ abijciuntur, cætera verò cum oleo eliquantur.

[a Olei ſqualidi.] *Nicolaus corruptè admodum legit ϲπιλαίου: quum potius, Paulo atteſtante, legendum ſit ῥυπαλαίου.* [b Chœroſpelethi.] *Græcè ſcribitur falſo χοιροπιλίθου, pro χοιροσπιλίθου. Sic autem appellat Nicolaus Anchuſam primi generis, quæ Dioſcoride etiam teſte, Onoclea dicta eſt.*

112 Emplaſtrum ex aſphodelo. Recipit ſucci radicis aſphodeli, ℔.ß. Olei roſacei, & chamæmelini, adipis anſerini, ſing. ℥.j. Adipis porcini, ℥.j.ß. Ceræ. ℥.ij. Onoclea.

113 Emplaſtrum è fermento, abſceſſus mirabiliter rumpẽs. Accipit fermẽti. ℥.iij. Salis. ℥.ij. Adipis. ℥.iij. Reſinæ pineæ. ℥.j.ß. Ceræ ℥.ij. Aphonitri. ℥.ß. Ammoniaci thymiamatis. ℥.j. Mellis attici. ℥.iij. Saponis. ℥.j.

114 Emplaſtrũ[a] ad furunculos. Capit ammoniaci thymiamatis, ℔.ß. Nitri alexãdrini, aphonitri, ſingul. ℥.iij. Adipis ſuilli, ceræ mundæ, ſingulorum. ℔.j. Terebinthinæ, ℔.ß. Olei veteris. ℥.j. Aceti, quod ſatis eſt.

[a Ad furunculos.] *Nicolaus legit ὡς δοθιῆνας. Paulus verò δοθιῆνη, hoc eſt Dothiene, vt ſit emplaſtri appellatio.*

115 Emplaſtrum è ſtruthio, hoc eſt lanaria, ſtrumas diſcutiens. Habet lithargyri, ſtruthij, ariſtolochiæ, ſingulorum. ℥.ij. Galbani ſquamæ æris, aloes flauæ, ſingulorum. ℥.ß. Mannæ. ℥.j. Ammoniaci thymiamatis. ℥.iij. Reſinæ pineæ. ℥.viij. Aceti ſcillitici, ſextaria duo.

Emplaſtrum Smilion, ad abſceſſus admodum vtile. 116
Recipit olei veteris,℔.ß.℥.iij. Lithargyri, nitri rubei, ſalis ammoniaci,lixiuij è cinere ficulno[a] protoſtacti,reſinę, ſingul. ℔.ß. Galbani.℥.ß. Chalcãthi. ℥.ß. Ceræ.℥.iij. Aeruginis, opopanacis, ſingulorum.℥.ß.Ammoniaci thymiamatis.℥.j.ß.Aceti,quod ſatis eſt. Coquito lithargyrum & æruginem in aceto & oleo, quoad digitos non inquinent. Deinde reliqua admiſce.

Protoſtacton. [a Protoſtacti.] *Sic vocant Græci, Paulo lib.7. atteſtante, lixiuium in quod parandum calx ad cinerem alium quemcunq; additur, vt ſuprà etiam annotatum eſt.*

Emplaſtrũ ex albis ruptoriũ.Capit cerę.℥.iij.Colopho- 117
niæ.℥.ij. Reſinæ pineæ.℥.j.ß.Adipis taurini. ℥.ij. Nitri rufi.℥.ß.ʒ.j.Alliorum repurgatorum, olei,ſext.ß. Allia in oleo cocta abijce, [a] & reliqua miſceto.

[a Reliqua,&c.] *In Nicolai codice hæc deſiderantur, adiecta verò ſunt ex Paulo, qui habet* καὶ τὰ λοιπὰ μίξον.

Emplaſtrũ[a] è Pyrano diſcutiẽs. Habet adipis anſeri- 118
ni,& phaſiani,ſing.℥.j.ß. Olei veteris.℥.xiij. Pſyllij.℥.j.ß. Seminis vrticæ,radicis apyrani viridis,ſin.℔.ß.Ceræ[b] puræ,℔.ß.Emplaſtri diachilon.℥.j. Terebinthinæ.℥.ß. Radicem apyrani in tenuiſsimas partes conciſam in oleo cum pſyllio,& ſemine vrticæ per diem & noctẽ macerato. Deinde vbi probè excocta fuerint,colato,herbaſq; abijcito. Liquabilia verò admixta oleo, ſoluuntur.

[a E pyrano.] *Manuſcriptus codex falſò legit* διὰ πυράμου, *pro* διὰ πυράνου. [b Puræ.] *Nicolaus habet* καθαροῦ. *Sed Paulus* τράκτου, *hoc eſt, albæ.*

Emplaſtrũ Pyrine,ad durities.Recipit radicis altheæ, 119
carnis palmularũ,ſing.℔.j.Fœnogræci,ſeminis lini, ſing. ſextarij quartã partẽ. Chamæmeli,meliloti,[a] ſalis communis,ſing.℥.iij.Vini aminæi,ſext.ß.Lithargyri,℔.ß. Ceruſæ,colophoniæ,ſingul.℔.j.Ceræ puræ, terebinthinæ, ſingul.℔.ß.Olei veteris,℔.ij.ß.Aquæ,℔.j.Panis aridi, ℔.ij.ß.Herbæ in vino probè decoctę[b] colantur,& ſucco[c] imponitur panis.Sequenti verò die ſubacta colantur,poſtea admiſcentur lithargyrum, & ceruſa in aqua trita,& adiecto oleo coquũtur donec nõ inquinẽt.Dein reliqua adduntur: amotiſq; ab igne,panis inditur,valideq; rudicula agitatur.

atque

atq; admiſcentur æruginis raſilis, floris ſalis. ſing. ℥.iij. Iridis, ariſtolochiæ, ſingulorum. ℥.j.ß. Terebinthinæ, lb.ß.

[a Salis communis.] *Græcè eſt* ἅλατος κοινοῦ. *Paulus verò legit* ἐλάτης. *Eſt autem* ἐλάτη *corticoſum, quod in ſumma palmula enaſcitur.* [b Colantur.] *Græcè eſt* σήρωσον. *Sed Paulus legit* χυλοῦνται, *hoc eſt exprimuntur, ſeu in ſuccum rediguntur.* [c Imponitur.] *Græcè eſt* ἐπιθεὶς. *Paulus autem habet* βρέχεται, *id eſt maceratur.*

120 Emplaſtrũ pelarion, ad abraſa ſeu deſquamata, & ſimilia. Accipit ceræ, adipis taurini, ℥.v. Raſuræ plumbi. ℥.iij. Colophoniæ. ℥.iij. Picis aridæ. ℥.j. Olei veteris, lb.j. ℥.iij.

121 Emplaſtrum ex althea ad abſceſſus, & ſuppuratos admodum bonum. Capit ſucci fœnogræci, ſeminis lini, & altheæ, ſingulorum lb.j.ß. Olei veteris, lb.j. Coquito donec ſuccus abſumatur. Admiſce colophoniæ. ℥.ij. [a] Ceræ puræ, lb.ß. Galbani. ℥.ij. [b]

[a Ceræ.] *Poſt hæc verba Paulus addit,* τερεβινθίνης λι. α. κισσοῦ δάκρυον γο. γ΄. ὅτε δὲ λυθῇ, ἄρας ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἐπίβαλλε κηροῦ, *&c.* *Hoc eſt, terebinthinæ reſinæ, lib. i. hederæ lachrymæ vnc. iij. Vbi ſoluta fuerint, & ab igne ſublata, inijce ceræ, &c.* [b Duas.] *Poſt hæc Paulus ſubijcit,* ἀμφότερα ὁμοῦ κοπέντα, καὶ λύσας ἀνάδιζε. *id eſt, vtraque ſimul contuſa, ſolutaq; rudicula agitantur.*

122 Emplaſtrũ [a] Ciſsinũ, ad neruos vulneratos, & pũcturas eorundem, maximè diuturnas. Habet ſquamę rubeæ. ℥.ij. Thuris. ℥.j.ß. Galbani. ℥.j. Miſyos. ℥.j.ß. Chalcitidis. ℥.iiij. Aceti, cochlearia ſex. Læuigato hæc omnia in ſole æſtiuo, donec acetũ fuerit cõſumptũ: dein ſolue etiã ceræ. ℥.xiij. cum olei veteris. ℥.xviij. miſce. Si verò diuiſus fuerit neruus, & nudus ſit, [b] pro galbano adijce terebinthinæ. ℥.ij.

[a Ciſsinum.] *Manuſcriptus codex habet,* ἀκίου, *ſed non rectè: legendum enim* κίσσινος, *Paulo teſte.* [b Si verò, &c.] *Hæc ex Paulo adiecta ſunt, qui ita habet,* εἰ δὲ διαιρεθῇ, καὶ γυμνὸν νεῦρον ᾖ ἀντὶ, *&c.* Loca aliquot Nicolai reſtituta.

123 Emplaſtrũ [a] Melanchloron, ad eadẽ mala. Ad cruenta etiã facit. Recipit ſidiorum, æris vſti, gallarũ, ariſtolochiæ rotundæ, ſalis ammoniaci, ſquamæ æris, aluminis ſciſſi & rotũdi, iridis, miſyos, chalcãthi, chalcitidis, æruginis raſilis, cadmiæ, aloes flauæ, myrrhæ, thuris, opopanacis, lithargyri, ceruſſæ, ſing. ℥.j.ß. Hæc omnia terũtur in ſole æſtiuo cũ

aceto diebus pluribus. adijce ceræ puræ. ℥. vj. Olei communis veteris. ℥. viij. in neruis quidem vulneratis. In alijs verò, olei recentis.

[a Melanchloron.] *Nicolai codex corruptè legit μιλάχολος, pro μιλάγχλωρος.*

Emplaſtrũ è Senecione. Accipit ſenecionis ſucci, lb. j. 124
Olei veteris, lb. ß. ℥ j. ß. Olei cyprini. ℥. ij. Adipis veteris. lb. ß. ℥. j. ß. Terebinthinæ. ℥. ß. Galbani, exag. j. ß. Pineæ. ℥. iij. Aeruginis, thuris, hyſſopi medicaměti, ſing. ℥. ß. Squamæ æris. ℈ x. Ceræ puræ. ℥. v. Zopiſſæ. ℥. vij. Succus & oleum vſq; ad ſordium conſiſtentiam coquitur, arida verò teruntur cum cyprino, galbanum cum cera contunditur, & in lebetem inijciuntur. Zopiſſa verò [a] ſi arida fuerit, tritam & cribratam ponderato, & inſperge. Si verò nequeat conteri, in oleo diſſolutam colato, & tum alia admiſceantur.

[a Si arida fuerit.] *Legendum in codice Nicolai, εἰ μὴ.*

Emplaſtrum [a] Mnaſæi diſcuſſorium. Capit ceræ puræ, 125
adipis ſuilli, ſingulorum, lb. ß. Colophoniæ. ℥. iij. Lithargyri, lb. j. Vini boni primi, cochlea. ß.

[a Mnaſæi.] *Malè legitur in manuſcripto codice ἡ μνάσιος, pro, ἡ μνασαίου.*

Emplaſtrum [a] Ariobarzanion ſimile. Habet lithar- 126
gyri. ℥. ß. ʒ. j. Ceruſſæ. ℥. viij. ß. Aquæ marinæ. ℥. xvj. ß. Olei veteris, lb. ß. ℥. j. ß. Succinorum vſtorum, exag. xxij. ß. Ceræ rufæ. ℥. iij. ß. Terebinthinæ. ℥. iij. [b] Thuris. ℥. j. ß.

[a Ariobarzanion.] *Nicolai codex falſò habet ἀριοβαρζιόσα, pro ἀριοβαρζάνιος.* [b Thuris.] *Hæc ex Paulo adiecta ſunt, & in manuſcriptp codice deſiderabantur.*

Emplaſtrum è Dracontio. Recipit ceræ puræ, colo- 127
phoniæ, adipis porcini, picis aridæ, reſinæ, ſingul. lb. ij, Ammoniaci thymiamatis, lb. j. Radicis dracontij, lb. ij. ß. Radix arida [a] læuis alijs ſolutis inſpergitur.

[a Læuis, &c.] *Nicolai codex hoc loco aliter habet, quàm Paulus. Quum vero omnia ad verbum è Paulo tranſcripſerit Nicolaus, Pauli exemplar potius, quàm Nicolai ſequi voluimus. Paulus autem ſic legit, ἡ ῥίζα ξηρὰ λεῖα τοῖς ἄλλοις ἐπιπάσσεται λυθεῖσιν.*

Emplaſtrum Ptiſacion. Accipit ceræ puræ, colopho- 128
niæ, adipis porcini, ſucci hyoſcyami, aut foliorum tenellorum,

rum, æquas partes.[a] In Alexandria verò ceræ, ℔.j.℥.iij. Hyoſcyami, ℔.j. Axungiæ, ℔.j.℥.iij. Colophoniæ, ℔.v. ſic confice.

[a In Alexandria verò.] *Et hic quædã deſiderantur quæ ex Paulo aduecta ſunt. Hæc nimirũ*, ὑοσκυάμου, λί. ά. ὀξουγγίου, λί. ά. γο. γ'.

129 Emplaſtrũ è ceruſſa. Capit ceræ, quę facta eſt alba, ℥.iij. Olei roſacei, lithargyri, ſing. ℥.ß. Ceruſſę. ℥.j. Amyli. ℥.j.ß. Ouorum alba duo, & dimidium.

130 Emplaſtrum nominatum [a] Parygron Oribaſij. Capit lithargyri, ceruſſæ, ſingul. ℥.j.ß. Ceræ. ℥.iiij. Pinguedinis ſuillæ. ℥.vij. Colophonię. ℥ ix. Succi ſeminis lini, olei, ſingul. ℥.x. Hoc facit mirificè ad ruinas [b] calcaneorum. In vlceribus verò vitato. Tetri enim odoris ea reddit.

[a Parygron.] *Manuſcriptus codex legit perperam* πανύγρως, *pro* Parygron.
πάρυγρον, *hoc eſt liquidum.* [b Calcaneorum.] *Græcè falſo legitur* χειρῶν, *pro* πτερνῶν.

131 Emplaſtrum è Cadmia, cicatricem inducens. Habet chalcitidis. ℥.j.[a] Cadmiæ, mannæ, ſing. ℥.ß. Ceræ, colophoniæ, olei myrtini, ℔.ß. Vini quantum ſufficit.

[a Cadmiæ.] *Hæc dictio in Nicolai codice, non ſine magno errore, deſideratur: quippe emplaſtrum hoc à Cadmia nomen ſuum habet. Inſerendum itaq; contextui erit* καδμίας *dictio.*

132 Emplaſtrum Phœnicine. Recipit adipis porcini veteris, ℔.j. Olei veteris, lithargyri, ſingul. ℔.j.ß. Chalcitidis crudę. ℥.ij. Chalcitis cum oleo in mortario prius leuigatur, vel in ſole. Vbi verò ad glutinis conſiſtentiam venerit, lithargyrum prius ſimiliter tritum inijcitur, poſtea adeps. Vbi autem probè lęuigata fuerint, ad lenem ignem coquuntur, donec non inquinent. Agitato cum palmularum virgis viridibus.

133 Emplaſtrum ex anchuſa, ad ambuſta, accipit ceræ quę facta eſt alba. ℥.iiij.ß. Olei roſacei. ℥.ix. Radicis anchuſæ aridæ, optimè tritæ ℥.ij.

134 Emplaſtrum ſimile. Capit radicis Anchuſæ viridis, marrubij, gummi, ſingul. ℥.iij. Olei. ℥.ix. Coquito hæc in oleo, dein colato, herbasq; abijcito. Oleo autem iniјce cerę albę. ℥.xv. & diſſolue.

135 Emplaſtrũ [a] Põpholygerõ. habet põpholigis. ℥.ij. Lithargyri. ℥.iij. Lęuigato hęc cũ ſucco ſeminis lini: [b] & adijciun-

tur ipſis liquefactis & refrigeratis ceræ puræ.℥.ij. Adipis anſerini, aut gallinacei.℥.ij. Olei chamæmelini, ℔.ß.& vtere.

[a Pompholygeron.] *Manuſcriptus codex habet* ἡ κομφολυγυρά. *Paulus verò* τὸ πομφολυγηρὸν, *quem nos ſecuti ſumus.*

[b Et adijciuntur.] *Nicolai codex habet,* καὶ τῆκε. *Paulus verò,* καὶ ἐπιβάλλεται, τακέντα, καὶ ψυγέντα κηροῦ.

Emplaſtrum nominatum [a] Philocotyche, dolorem 136
mitigans, Recipit thuris.ʒ.xvij. Myrrhæ.℥.vij. Opij.ʒ.iiij. Aluminis ſciſsi.ʒ.ij. Butyri.ʒ.iiij. Ouorum aſſatorum lutea.iiij. Cadmiæ crematæ & elotæ.ʒ.iiij. [b] Pompholigis, ʒ.vj. Ceræ tyrrhenicæ.ʒ.iiij. Adipis anſerini.ʒ.xvj. Medullæ ceruinæ.ʒ.xj. Plumbi vſti, & loti.ʒ.viij. Lapidis hæmatitis.ʒ.j. Oeſypi.ʒ.iiij. Arida læuigantur cum vino italico: [c] quæ verò liquari poſſunt, admiſcentur.

[a Philocotyche.] *Manuſcriptus codex malè* λυκοτύχι *legit, pro* φιλοκοτύχη. [b Ouorum aſſatorum, &c.] *Hæc ex Paulo adiecta ſunt, qui habet,* ὠῶν ὀπτῶν λίκυθοι, δ' καδμίας κεκαυμένης, καὶ πεπλυμένης. *Quæ tamen omnia in* Nicolai *codice manuſcripto deſiderantur.* [c quę verò liquari poſſunt.] *Hæc itidē ex Paulo adiecimus, qui habet,* καὶ μίσγε τὰ τηκτά.

Emplaſtrum Amithaonis ad cōtractos & conuulſos 137
articulos. Accipit ammoniaci, ceræ, bdellij, ſing.ʒ.viij. Terebinthinæ, iridis illyricæ, galbani, ſing.ʒ.xx.

Emplaſtrum Ariſtophaniū emolliens. Capit picis fri- 138
xæ, ℔.iiij. Zopiſſę, ℔.ß. Ceræ, ℔.j. Opopanacis.℥.j. Aceti, quod ſatis eſt.

Emplaſtrū è plumbagine, ad calidos affectus. Habet 139
plumbaginis.℥.iiij. Lithargyri.℥.ij. Ceruſſæ.℥.ij. Ceræ.℥.viij. Olei myrtyni, ℔ ij. Arida in vino læuigantur.

Emplaſtrū [a] Coracon ex oximelite, [b] ad pudēdorum 140
vitia & nomas cōferens. Recipit gallarū.℥.ij. Squamæ.℥.j.ß. Chalcitidis, thuris, ſin.℥.j. Hæc diebus cōpluribus terito in aceto, dein admiſce mellis.℥.v. Vbi verò ſeorſim ceratū feceris, ex myrtini, aut roſacei olei, ℔.j. Adipis taurini.℥.viij. Cerę.℥.iiij. Terebinthinę.℥.j. Dein mixta ſimul læuigato, & vtitor.

Nicolai loca plurima ordine reſtituta.

[a Coracon.] κόρακον *legēdū, nō* κορδάκιον, *vt habet* Nicolai *codex.*

[b Ad pudendorum vitia.] *Malè ſcribitur* αἰδικῇ, *pro* αἰδοικῇ,

Emplaſtrum ex oleo, & aceto, probatū. Accipit lithar 141
gyri

gyri.℥.j.Olei,aceti,ſingul.℥.iij.Ceræ.℥.ij.

142 Emplaſtrum ex Achate lapide, diſcutientes & emolliens. Capit lapidis Achatis ſemi vſti.℥.j.ß.Ceræ puræ.℥.v.Picis frixæ.℥.iij.Olei.℥.j.

143 Emplaſtrum Nicolai cruentis vulneribus vtile, & ſinus glutinans. Habet ſquamæ æris.℥.iiij.Aeruginis raſilis ℥.j.ß. Aluminis ſciſsi & rotundi,lithargyri, ſin.℥.j.ß.Ariſtolochię longę,[a] Chalcanthi.℥.j.Sulphuris viui.℥.j.Gallę immaturæ.℥.iiij, Salis ammoniaci.℥.j. Miſyos, origani, chamæleontis, cadmiæ botryitidis ſeu racemoſæ, veratri albi,ſingul.℥.j.Peucedani.℥.iij.Seminis apij.℥.ij. Radicis ſymphyti,ceruſſæ,mandragorę ſucci,ſing.℥.j.Chalcitidis, ſamij aſteris,thuris maſculi,aloes flauæ, bdellij, opij thebaici, ſingul.℥.j. Myrrhę troglodyticę.℥.j.ß. Ammoniaci thymiamatis.℥.j.Fœnigręci,ſucci perdicij,ſing.lb.ß. Cerę flauę,lb.ij. Colophonię,lb.ij. Pineę reſinę, bituminis, ſingul.lb.j.Maſtiches lb.ß.Picis nigrę, lb.ij.Olei veteris, lb.j.Styracis.℥.j.Opopanacis.℥.iiij.ß.Aceti,quod ſatis eſt.

[a Chalcanthi.] *Hic quædam deſiderantur in* Nicolai *codice, quæ ex Paulo reſtitui poſſunt, qui ſic habet,* χαλκάνθο γο.α. θείου ἀπύρου, γο.α. κικίδος ὀμφακίτιδος, γο.δ'. ἅλωρ ἀμμωνιακῶρ, γο.α. μίσυος &c.

144 Emplaſtrum Neronis ad plagas,ictusve,& omnẽ carnoſarum partium dolorẽ. Olei veteris,lb.j.ß.Lithargyri, lb.j.Ceræ purę,pineę,ſin.℥.vij.ß.Ammoniaci thymiamatis,ceruſſę,ſing.℥.iiij.Galbani,mannę,myrrhę,thuris, ſingulorum.℥.j.

145 Emplaſtrũ Oxyron polychreſton,hoc eſt multiplicis vſus. Picis aridę,lb.j.Cerę,lb.ß. ãmoniaci thymiamatis.℥.j.Terebinthinę.℥.iij.galbani,mãnę,ſin.℥.j.Aceti,ſex.j.ß.

146 Emplaſtrũ Aceraton,hoc eſt,cerę expers,Galeni:glutinans, conquens, vlcera ad ſuppurationem perducens, cum ricinino,aut oleo veteri vt emmoton eliquatum. Capit lythargyri,lb.j.ß.Olei[a] ricinini,aut veteris,lb.ij.℥.iij. Aceti acerrimi.℥.xij.Squamę ęris nigrę,chalcitidis,ęruginis,ſingulorum.℥.j.Lithargyrum cum oleo concoque ad glutinis conſiſtentiam. Dein metallica compluribus diebus ex aceto lęuigata adijce.

[a Ricinini.] *Manuſcriptus codex non rectè* κοινοῦ, *pro* κικίνου, *Paulo atteſtante, legit.*

Emplaſtrũ ex matallicis. habet chalcitidis. ℥. j. Miſyos. ℥ ij. Squamæ æris. ℥. iij. [a] Thuris. ℥ iij. Colophoniæ. ℥. ij. Galbani. ℥. j ß Ceræ, olei communis, ſingulorũ. lb. j. Aceti quod ſatis eſt. 147

[a Colophoniæ.] *Ante hãc dictionẽ Paulus habet λιβάνου, γο. γ.*

Emplaſtrũ dictũ Harmonia, ad fracturas vtile. Recipit chalcitidis. ℥. ij. Squamę æris. ℥. j. Aeris vſti, thuris, ſingul. ℥. j. Olei & aceti, ſing. lb. ß. Coquito metallica in oleo & aceto, quo ad manũ nõ inquinent. Dein admiſce thus. 148

Emplaſtrum Melene Serapionis. Accipit lithargyri, lb. ß. Ceræ puræ. ℥. iij ß. Ammoniaci thymiamatis, exa. j. ß. Galbani. ℥. iiij. ß. Colophoniæ. ℥. iij. ß. Aeruginis. ℥. iiij. ß. Myrrhæ. ℥. ß. Olei cochle. ß. & quartam eius partem. Coquito lithargyrum cum oleo, donec non inquinet, poſtea reliqua admiſce. 149

Emplaſtrum Aniceton, hoc eſt inſuperabile [a] diſcutiens, ſquamas demoliens, & ad contractos articulos vtile. capit baccarũ lauri, iridis aridę, thuris, [b] ęris vſti, nitri, ſalis ammoniaci, pyrethri, vuę ſylueſtris, cachryos, grani cnidij, ſinapis, fimi columbarum, ariſtolochiæ, cumini, æruginis, cyperi, ſeminis erucæ, ſing. ℥. iiij. Aceti, cochle. vj. Leuigantur ſub æſtu caniculari, donec acetũ abſumatur. Admiſce dein decocti caricarum craſsiſsimi. ℥. iiij. ß. & cõmiſcens finge paſtillos, & exiccato. Vbi vſus exigit, accipe è paſtillis. ℥. ij. & læuigatis in aceto, admiſce reſinę. ℥. iij. [c] Ceræ. ℥. ij. Farinæ irinæ, ſext. j. Aceti, cochle. ij. 150

[a Diſcutiens.] *Nicolai codex habet κωλυτικὰ, ſed non rectè. Paulo enim teſte ſcribẽdũ διαφορητικὰ, vel διαφοροῦσα.* [b Aeris vſti.] *Hæc omnia in manuſcripto codice deſiderantur, & ex Paulo in contextum ſunt accerſita, qui ita legit, χαλκοῦ κεκαυμένου, νίτρου, ἁλῶν ἀμμωνιακῶν, πυρέθρου, σταφίδος ἀγρίας, &c. Quæ omnia teſtantur, nos in reddendo Nicolao, propter codicem de prauatiſsimũ, nõ parum ſudaſſe.* [c Ceræ. ℥. ij.] *Hic multa in manuſcripto codice deſiderantur, quæ ex Paulo in hunc modum reſtitui poſſunt: κηροῦ τυῤῥηνικοῦ, γο. β'. ἐλαίου, γο. β'. hoc eſt ceræ tyrrhenicæ, vnc. ij. Olei tantundem. Dein ſequitur aliud, ἡ διαίρεσις. πίσσης λι. β. πιτυΐνης γο. θ. κηροῦ τυῤῥινικοῦ γο. ι. ἐλαίου γο. γ. ἀσφάλτου σισυρωμένου, γο. β. ἀιρίνου ἀλεύρου, ξ. α. ὄξους τὸ ἀρκοῦν. Id eſt, Picis lib. ij. Reſinæ pineæ, vnc. ix. Ceræ tyrrhenicæ, vnc. v. Olei, vnc. iij. Bituminis increti, vnc. ij*

*ij. Loliaceæ farinæ. ſext. j, Aceti quantū ſuff. cit. Et ita facilè hic locus Nicolai mutilus in integrum reſtitui poteſt. & ſciendum, malè ἰρίνου legi in manuſcripto codice, pro ἀιρίνου.*

251 Emplaſtrum ex liquore mori. Habet lithargyri, picis aridæ, adipis taurini, ſingul. ℥. j. Terebinthinæ ℥. v. Ceræ puræ. ℥. ij. ß. Aeruginis raſilis, opopanacis, galbani, ſingul. ℥. ß. Olei [a] communis, aut ſicyonij, [b] aut admodum veteris, ſing. cochl. ß. Picis liquidæ, cochlearij quartam partem. Aceti, cochle. ß. Liquoris mororum, cochle. ß.

[a Communis.] *Paulus legit κικίνου ἢ σουσίνου, hoc eſt, ricinini, aut ſuſini.* [b Admodum veteris.] *Manuſcriptus codex malè hoc loco legit, ἢ παλαιοῦ κάνδακις, pro ἢ παλαιοῦ πάνου.*

Nicolai codex emendatus.

252 Emplaſtrum vocatum à duplici colore Dichromon. Recipit æris vſti, aluminis ſciſsilis, ammoniaci thymiamatis, ſing. ℥. ß. Ceræ, colophoniæ, adipis ſuilli, ſingulo. lb. ß. Aceti, quod ſatis eſt.

253 Emplaſtrum Indicum glutinans, ad nomas, & ſanguinem ſpuentes vtile. Accipit ceræ puræ, reſinæ frixæ, picis aridæ, bituminis liquidi, zacynthiæ, ſingul. lb. j. ß. Ceruſæ, chalcitidis, miſyos, melanteriæ, aluminis ſciſsi, & rotundi, gallarum immaturarum, ſidiorum, ſing. lb. ß. Aceti, quod ſatis eſt.

254 Emplaſtrum è cinere aſpidum, diſcutiens ſtrumas, & podagras. Capit terebinthinæ, lapidis [a] aſij, bituminis Iudaici, ſingul. ʒ. viij. Ceræ puræ, baccarum lauri, ammoniaci thymiamatis, aphonitri, adipis vitulini, ſingulorum. ʒ. lxxxv. Lapidis pyritis viui. ʒ. xxv. Cineris aſpidū ʒ. xxxv. Olei veteris, cochl. ß. Medicamento refrigerato inſpergito cinerem. Præparatur verò etiam ſine cinere, quod nonnulli cum auerſentur, & nihilominus efficax ſit.

[a Lapidis aſij.] *Græcè eſt λίθου ἀσίου. Paulus habet, non rectè tamen, αἱματίτου. nam & Galenus habet Aſij lapidis.*

Pauli locus emédatus.

255 Emplaſtrum Leæna, exiccans & diſcutiens. Habet ammoniaci thymiamatis plumbaginis, ſingul. ʒ. L. Sinapis. ʒ. iiij. Chamæleontis radicis. ʒ. viij. Colophoniæ. ʒ. L. Squamæ æris ʒ. iiij. Radicis ſtruthij, euphorbij, æruginis, pyrethri, ſin. ʒ. iiij. Ariſtolochiæ, ʒ. viij. Olei veteris, cochl. ß. Olei raphanini quantum ſufficit.

Emplaſtrũ Leæna, vt præcedens. Accipit chalcanti. ℥. j. 156
Arſenici. ℥. ß. Veratri nigri, thoracum cantharidum. ſin. ʒ. ß. gran. vij. Sandarachæ. ℥. j. ß. Ceræ puræ, lb. ß. ℥. j. ß. Picis frixæ. lb. ß. Olei communis, cochl. j.

Emplaſtrum Macedonicum vocatum. Accipit ceræ pu 157
ræ, colophoniæ, picis aridæ, adipis taurini, thuris, ſingulorum. ℥. j.

Emplaſtrum Sphæriũ, ad ignita. Capit ceruſſæ, lithar- 158
gyri, calcis viuæ, ſingulorum. ℥ iij. Ceræ. puræ. ℥. ß. ʒ. j. Berenicarij, roſacei, ſing. ℥. ß. Liquabilia ſiccis affundens fingito orbiculos. Vbi vſus exigit, accipito olei communis. lb. ß. Ceræ puræ. ʒ. ij. & huius medicamenti. ℥. j. miſce: vbi verò refrigeratum fuerit, contunde ex aquæ. ℥. ix. Ego verò roſaceum oleum adieci, vt pote melius, pondere. ℥. iij.

Emplaſtrum ex Ochra, à phlegmone eos qui in iudicio 159
torti ſunt arcens. Ochræ atticæ, lb. j. Ochræ creticæ, lb. ß. Lithargyri. ℥. iiij. [a] vino læuigati, ceræ puræ, colophoniæ, picis, reſinæ pineæ, ſingul. lb. ß. Terebinthinæ. ℥. iiij. Olei, lb. j. Diſſoluuntur autem vſu poſtulante in hunc modum. Ceræ, lb. ß. Olei veteris, lb. j. ß. Et medicamenti, lb. ß. vino conteruntur.

[ a Vino leuigati. ] *Codex manuſcriptus perperã* οἰνωλέαι *legit pro* οἴνῳ λείου.

Emplaſtrum è cedrino liquore glutinans diſcutiens, & 160
abſtergens. Recipit ceræ puræ, picis aridæ, ſingulorum, lb. ß. Colophoniæ. ℥. iiij. Cedrini liquoris. ℥. iij. [a] liquata ſimul incoquuntur, dum digitos non inquinent.

[ a Liquida ſimul. ] *Hæc omnia in manuſcripto codice deſiderãtur, & ex Paulo adiecta ſũt, qui habet,* τήξας ὁμοῦ ἕψε ἕως ἀμολύντου.

Emplaſtrum è cedrino liquore emolliens. Accipit ceræ 161
puræ, picis aridæ ſingu. ʒ. iiij. Colophoniæ. ʒ. xij. ß. Propolis. ʒ. viij. ß. Cedrini liquoris. ʒ. x.

Emplaſtrum è pumice, cicatricem inducens. Capit olei 162
myrtini, lb. j. Ceræ puræ, lb. ß. Pumicis vſti, & vino reſtincti, ſquamæ ſtomomatis. ʒ. iij. Aeris vſti, cimoliæ, ſingulorum. ℥. ij. ß.

Emplaſtrum Paula, ad ſtrumas, & bubones efficax. Ha 163
bet ceræ puræ, colophoniæ, nitri, ſingu. lb. ß. Subactis probè omnibus, vtere.

264 Emplaſtrum è nitro, ad carbunculos. Recipit nitri[a] rotundi.℥.j.ß. Ceræ, olei, colophonię. ſingul.ʒ.ß.gran.vij. Liquoris medici.ʒ.j.ß.

[ a Nitri rotundi.] *Nicolaus habet* στρογγυλου. *Paulus verò legit* ὀπτου, *id eſt toſti.*

265 Emplaſtrum ex anemone. Accipit anemones vnguibus detractis.℥.j. Ceræ.℥.ijß. Olei.℥.ij. Reſinæ.℥.ij.ß.ʒ.j. Colophoniæ.lb.j.℥.iij.

266 Emplaſtrum Macherionis viride, ad iſchiadiacos,[a] articulorum infarcta, & abſceſſus. Capit opopanacis, galbani, æruginis, myrrhę, iridis, ammoniaci, thymiamatis, ariſtolochiæ, ſingul.℥ ß. Terebinthinæ, ceræ puræ, olei omphacini ℥.iij.ß.

[ a Articulorũ infarcta.] *Nicolaus legit* ἀθρητικοὺς σφηνῶντας *ſed rectius Paulus,* ἄρθρων σφηνώσεσι. — Nicolai loca aliquot reſtituta.

267 Emplaſtrum viride ſimplex. Habet reſinæ, lb.j.ß. Ceræ puræ, lb.ß. Aeruginis raſilis, [a]lb.ß. Thuris, [b].ʒ.xij.ß. Aceti, quod ſatis eſt.

[ a Lb.ß.] *Nicolai codex falſò legit.* H).ν.*pro* λι.ς.[ b ʒ.xij.ß.] *Manuſcriptus codex nõ ſine magno errore legit.* H).ι.β.ς.*pro* L.ιβ ς.

268 Emplaſtrum viride [a]faciens ad humida vitia, & carnes excreſcentes. Recipit colophoniæ ℥.iij. Aeruginis raſilis.℥.ß.ʒ.j. Ceræ puræ.℥.j Salis cappadocij.℥.ß. Olei roſacei.ʒ.ij. Aceti quantum ſufficit.

[ a Faciens.] *Legendum, Paulo atteſtante,* ποιουσα, *nõ* ἀποφύουσα, *vt habet manuſcriptus codex.*

269 Emplaſtrum è lixiuio, ad iſchiadicos, arthriticos, & œdematoſos. Accipit ceræ puræ, olei veteris, lixiuij protoſtacti, ſingul.lb.ß. Reſinæ frixæ, [a] nitri alexandrini, nitri albi, ſingul.℥.iij. Nitrũ vtrunq; in lixiuio teritur.

[ a Nitri Alexandrini.] *Sic habet Paulus* νίτρου ἀλεξανδρίνου, νίτρου λευκοῦ *&c.*

270 Emplaſtrum è Cinabari, ad callos, tophosúe, & alios omnis generis duros tumores. Capit lithargiri, lb.j. Olei veteris, ſextar.j. Squamæ æris.℥.j. Aeris vſti.℥.j. Cinabaris ℈.xviij. Magnetis viui.℥.j. Lapidis phrygij.[a]ʒ.vj. Lapidis pyritis, cadmiæ. ſingulo.℥.j. Diphrygis.℥.ij. Aeruginis raſæ, thuris, ſingulorum.℥.j. Aloes flauæ.℥.ij.ß. Galbani.℥.j.ß. Ammoniaci thymiamatis.℥.iij.ß. [b] Lapidis onitis ſcythi

thici. ℈.xviij. Lapidis hæmatitis.℥.j. Propolis, lb. j.[c]℈. xxviij. Ceræ.℥.xviij. Lapidis perdicitis.℥.iiij. Betonicæ.℥.j. ℈.viij. Gentianæ.℥.j. Ariſtolochiæ longæ, & rotunde.ʒ. j.℥.ß. Chamæleontis nigri.℥.j. Dictami.℈.xlij. Reſinæ aridæ, lb.j. Adipis ſtruthiocameli, lb.j. Lapides cum lithargyro terito, adiectis ſalis floris, lb.ij. particulatim, donec totum abſumatur.

[ a ʒ.vj. ] *Corruptè legitur in codice Nicolai* H) .ſ.*pro* L.ſ. [ b Lapidis, onitis, &c.] *Sic enim Paulus*, λίθου ὀνίτου σχηθικοῦ. *In Nicolai codice* ὀνίτου *deeſt.* [ c ℈.xxviij. ] *Ex paulo adiectum.*

Emplaſtrũ ex auellanis ad callos, lapidoſáſve durities 171 articulorum, valde bonum. Habet lixiuij protoſtacti. ℥. iij. Medullæ ſiue interioris partis auellanarum. ℥.j. Aphonitri. ℥.iij.[a] Olei veteris, lb.ß. Saponis gallici. ℥.ij. Mellis. ℥. iiij. Alba ouorum tria. Ceræ puræ. ℥.v. Terebinthinæ. ℥. iij.ß. læuigantur ex lixiuio protoſtacto.

[ a Olei veteris, &c.] *Hæc omnia in codice Nicolai deſiderata ex Paulo acceſſerunt, qui habet* ἐλαίου παλαίου λι.ς, σάπωνος γαλλικοῦ γο β. μέλιτος γο. δ. ὠῶν γ τὰ λευκά.

Emplaſtrum è Turpæna, ceratum ad podagram, dolo 172 rem mitigans mirabiliter. Quinto menſis Martij die in domo[a] ſubterranea in lebetem conijcito olei communis ſext.
Turpena. ij. Coquito lignis è vite: & vbi ebullierit, adijce Turpænæ marini piſcis, lb.j. & [b] Aſphalacis animalis, quod aliqui Ma
Aſphalax. damudam vocant, ſanguinis. ℥.iiij. Coquito quoad carnes piſcis diſſoluantur, [c] aut torrefiant. Dein colato, & adijcito oleo ceram mediocrem, & facto cerato vtere.

[ a Subterranea.] *Manuſcriptus codex* κατωγάιῳ *perperam legit pro* καταγείῳ [ b Aſphalacis. ] *Codex Nicolai legit* ἀσφαλάγγου, *pro* ἀσφάλακος. [ c Aut torrefiant. ] *Ex Paulo adiectum, qui legit*, ἢ φρυγῶσιν.

Emplaſtrum Iſis, cruentis accomodatũ vulneribus, car 173 nem glutinans, & purgans mirabiliter, Accipit ſquamæ æris vſti, ariſtolochiæ rotunde, ſingul.ʒ. iiij. Aluminis ſciſſi.ʒ.iij. Salis ammoniaci, ammoniaci, thymiamatis, thuris, ſingulorum.ʒ.iiij. Myrrhæ, aloes flauæ, galbani, ſingulorum.ʒ.vj. Succi radicis dracontij. ʒ.iiij. Ceræ puræ, lb.ß. Colophoniæ, lb.j. Olei veteris.℥.j.ß. Aceti quod ſatis eſt.

Em

174 Emplaſtrũ, ſiue malagma ad hemicranicos, ex ijs quę ſunt Alexandri. Capit euphorbij, atramenti ſcriptorij, ſingulorũ. ʒ.iiij. Myrrhæ troglodyticæ, crocomagmatis, piperis communis, ſin. ʒ.iij. Croci. ʒ.ij. Aceti, quantum ſufficit. Terito, donec omnia diſſoluantur, & viſci ſordiúmve craſſitudinem nanciſcantur: dein illinc incipiens à medio ſuperciliorum vſq; ad tempora tota, potiſsimum ſi pilorum denudatio fuerit. Vbi probè egerit, laborantem in balneum ducito.

175 Emplaſtrum Pentatheton. Habet ceræ puræ, ℔. xviij. ß. & quartam partem. Colophoniæ, ℔. xij. ß. Adipis taurini, ℔. j. Calcis, ℔. iij. ß. & quartã partẽ. Picis aridæ, ℔. ij. ß.

176 Emplaſtrum ad ſtillicidium vrinæ, abſceſſus, & vlcera in vrinarijs partibus veſicæ. Accipit ſucci radicis altheæ, galbani, olei rutacei, caſtorij, & chamæmelini pinguedinis ſuillæ, anſerinę, butyri recentis, ſtyracis, terebinthinæ, ſucci ſeminis lini, & fœnogræci, ſingul. ℥. j. Ceræ puræ. ℥. j. ß.

177 Emplaſtrum ſimile ex butyro. Accipit ſucci radicis altheæ, ſeminis lini, & fœnogręci, chamęmeli, ſtyracis, adipis vitulini, & vrſini, butyri recentis, adipis anſerini, terebinthinæ, ſingul. ℥. j. Caſtorij. ℥. ß. Olei anethini, rutacei, & chamæmelini, ſingulo. ℥. j. Ceræ puræ. ℥. j. Oeſypi ℥. j. & quartam partem.

178 Emplaſtrum de ſemine lini ſimile. Capit œſypi, butyri adipis anſerini, ſucci radicis altheæ, ſeminis lini, & fœnogræci ſingulorum. ℥. ß. Ceræ purę. ℥. j. Olei rutacei, anethini, chamæmelini, & communis, ſingulorum. ℥. ß. Caſtorij, exagia. ij.

179 Emplaſtrum ad abſceſſus, [a] hypophoras, & omnis generis alias durities celerrimũ. Habet ammoniaci, galbani, thuris, maſtiches, reſinæ, terebinthinæ, reſinæ piceæ, hyoſcyami, vuarum exemptis acinis, ceræ puræ, olei laurini, colophoniæ, adipis taurini, aloes flauæ, ſucci maluæ ſylueſtris, adipis ſuilli, farinæ eruinæ, radicis maluę, ſeminis lini mellis attici, fimi columbini, propolis, ladani, carnis caricarum, ſtyracis, nardini & amygdalini olei, butyri, & quotquot alios adipes inueneris. His probè paratis fac emplaſtrum, aut vnctionem, & vtere.

[ a Hypophoras. ] *Nicolaus habet ὑποφορὰς quam quidem dictio*

*dictionem, vt ſuprà eſt annotatum, ego deprauatam eſſe iudico.*

Emplaſtrum ad eos quorũ ſtomachus à flaua bile, aut ab alio quodam calido ſucco aduritur. Recipit polygoni, violarum, herbæ vẽti, intybi ſonchi, apij, cyperi, portulacæ, polentæ, chamæmeli, pſyllij, roſarum, olei roſacei, ſtillaticij roſarum liquoris, cinamomi, ligni aloes, hyoſcyami, papaueris, ocimi, ſemperuiui, ſolani, maſtiches, ſandarachæ nucis moſchatæ, croci. 180

Emplaſtrum præcedenti ſimile, valde vtile. Accipit violarum, herbæ venti, apij, portulacæ, chamæmeli, roſarum olei roſacei, olei violacei, ligni aloes, papaueris albi, hyoſcyami, nucis moſchatæ, maſtiches, ſtillaticij roſarum liquoris quod ſatis eſt. Lactucæ, & intybi ſeminis, & polentæ. 181

Emplaſtrum ad eos quibus à flaua bile ſtomachus aduſtus eſt. Pulegium contuſum in vino veteri probè coquito & admiſce ſemen fœniculi, acceptisq; duabus ſpõgijs tenuibus imbutis decocto, foueto aſsiduè, ſpongias immutando. Eſt etiam ad ſtomachi inflationem vtile. 182

Emplaſtrum ad podagricos nominatũ ex vrinis, quod Aphricanus ſcripſit. Impoſitum enim, podagricos dolore liberat, vt ſecundo aut tertio die ſurgentes deambulent Verùm ſtrumas, & [a] omnéque renum morbum ſanat, gratia Dei. Capit vrinæ mulæ clàm acceptæ, lb.iij. Aquæ, lithargiri, ſing. lib.1. Terito benè, adijce exiguum vrinæ, & coquito vſque ad mellis craſsitudinem. Dein admiſce olei veteris, lib.ß.℥.j.ß. Adipis ſuilli veteris.℥.viij.ß.& coquito ad lentum ignem, ac moueto, donec fiat emplaſtrũ quod non inquinet, & illitum linteo ſolido impone calidũ. Qui hoc malo laborat, inſpuat in lebetem deorſum, & in terram ſimiliter ſemel. Hoc verò faciat tacitus, & ſic dicat: Marmara filio, Domine Sabaoth, qui vt omnia incidis & diſsipas, ita diſsipa hoc malum podagræ per gratiam Domini, & ſanctorum [b] pecuniæ contemptorum. Veniat ſanatio in præſens vnguentum, celeriter, celeriter, abeat, ab eat, abeat malum: Amen. 183

[ a Strumas &. ] *In græco ſequitur ὤθραγγας, que quidẽ dictio corrupta eſſe videtur, ideoq; à nobis prætERITA* [ b Pecuniæ cõtẽptorum. ] *Coſmam & Damianum intelligit: nam infrà etiã eos hoc epitheto manifeſtè ornabit*

Em

184 Emplaſtrum ad oculos lachrymantes. Habet aloes flauæ, thuris, maſtiches, polentæ, ſimilaginis, oui lutei, quod ſatis eſt.

185 Emplaſtrũ ad podagricos cõſcriptũ ab Emeno rege, in bello iuxta femur vulnerato: qui hoc emplaſtro vſus, ſanus factus eſt. Efficax enim eſt ad recẽtia vulnera, neruorũ pręciſiones, vlcera vetera, & fraudulenta. Itẽ cõtuſa, fiſtuloſa, putredines, ſteatomata, tubercula, parotidas, & furũculos. Tela extrahit, & ſurculos. Capitis oſſa contuſa educit. A venenatis ictos, & à vipera, ſcorpione, araneo & canibus demorſos ſanat. Omnia deniq; quæ in collo ſunt, ſimiliter curat. Pleuriticis, iocineroſis, lienoſis, genuũ refrigerationibus pro malagmate impoſitũ, prodeſt. Itẽ ad muliebria, pro peſſo ſubditũ. Recipit olei veteris, ℔.j.℥.ß. Lithargyri, ſquamæ æris, ſingu.℥.iiij. Aeris vſti.℥.v. Diphrygis.℥.iiij. Mannæ, thuris, thymiamatis, ſing.℥.j ß.ʒ.ß. Aloes flauæ.℥.ß. Galbani.℥.ß.ʒ.j. Propoleos.℥.ß. Ceræ.℥.j.ß.ʒ.ß. Ariſtolochiæ.ʒ.v. Gentianæ.℥.iij.ß. Iridis.℥.ß. Dictami.℥.ß.ʒ.j. Oleum & lithargyrum coquito in calido cinere: dein admiſce ſquamam, æs, & diphryges, ac coquito, quoad non inquinent. Poſtea cætera.

186 Emplaſtrum dictum Captiuum. Prothlius enim medicus, ſolus è bello ſeruatus, in Germaniam captiuus venit. Vidensq; regis filiam percuſſam, illam huius efficacia medicamenti ſanauit: donisq; acceptis, & ipſe & qui cum eo captiui erant, liberati ſunt. Accipit ſalis foſsilis, aquæ marinæ, nitri (berenicarij), ſingulorum ℔.iij. Ceræ puræ, ℔.j. Reſinæ frixæ, ℔.ij. Propolis, ſalis ammoniaci, opopanacis, galbani, fimi columbini, ſingulorum.℥.iij. Olei veteris, ℔.iij. Lixiuij ſtillaticij, ariſtolochiæ, ſtercoris canis albi, ceruſſæ, ſingulorum. ℥.iij. Facit verò ad ſtrumas, abſceſſus, ſinus, fracta, puncturas, ſoluit callos, & omnia citra ferrum exulcerat. Vbi eo vſus fueris, laudabis. Ceruſſam igitur, ſalem, oleum, & aquam marinam in mortarium conijcito, & validè terito, donec inter ſe miſceantur. Dein ceram, reſinam, propolim, & lixiuium affunde. Succum verò non feruefacito. Nitrum verò, ariſtolochiam, canis & columbæ ſtercora contuſa, & cribro tranſmiſſa admiſce.

Emplaſtrum è cantharidibus, vbi volueris aperire, & 187
attrahere fluxionem. In partibus enim quibus admouetur,
puſtulas excitat. Vtile eſt iſchiadicis, lienoſiſq; , & ad hu-
meros, brachialia, genua, & talos mirabile. Capit ceræ pu-
ræ, adipis taurini, colophoniæ, viſci, ſingulorũ. ℥.iiij. Can
tharidum. ℥.ij. Cantharidas terito cum aceto: & adiectis li
quabilibus, ad conſiſtentiam reducito, & vtere.

Emplaſtrũ iecori aptũ, febribus cõtinuis, & tertianis. 188
Habet ſylueſtris melitzanij, portulacæ, & ſemperuiui ſuc-
corum, ſing. ℥.ij. Polentæ, exag.j. Santali rubei & albi, ſin
gul. exag. ß. Roſarum, exag.j. Mali punici accidi ſucci. ℥.j.
Lactis muliebris, ſtillaticij roſarũ liquoris, ſin. ℥.ij. Caphu-
ræ. ℈.j. Succi lentis recẽtis. ℥ j, Olei violacei. ℥. ß. Hæc ſub-
acta cum modico aceto irrigato. Et in linteo exceptum im
ponito: hyeme quidem tepidum, æſtate verò frigidum.

Emplaſtrum ſtomachicum ad frigiditatem & crudi- 189
tatem. Recipit thuris, aloes flauæ, maſtiches, ladani, ammo
diaci, zopiſſæ, terebinthinæ, galbani, ſing. ℥ ß. Cinamomi,
zingiberis, caryophylli, maceris, nucis moſchatæ, croci, cu-
bebarum, galangæ, ſing. ℈.ij. Thymiamatis ℥. ß. Ceræ pu
ræ. ℥. ß. ʒ.j. Mellis attici, quantum ſufficit.

Ad dyſentericos [a] infuſum, expertũ. Accipit ſummi- 190
tates ruborũ, roſarũ, roſmarini, ſaluiæ, quinqueneruiæ, ra-
morum oleæ, ſummitates myrti, & eius fructus, filicis, fru-
ctus lẽtiſci, [b] nerantzeæ, & citrij foliorũ, glandiũ, gallarũ,
malorum punicorũ, pyrorum ſylueſtrium, cotoneorum, pu
legij, ſumach, maſtiches, acaciæ, ſeminis portulacæ, & cau-
lium eius, lentis, maioranæ, mentæ, ſeminis fœniculi. Hæc
coquito in aqua pluuia, & eluito frequẽter, aut in balneum
immittito. Poſtea verò da bibendos theriaces, athanaſiæ,
& mieletæ, ſingulorum. ℈.ij. cum vino calido, ieiuno.

[ a Infuſum. ] *Nicolai codex falſo legit* ἄχλυσμα, *pro* κλύσμα.

Nerantzea. [ b Nerantzeæ. ] *Græcè eſt* νεραντζίας. *Quid autem ſit Ne-
rantzea, ſcire non poſſum: dictio enim barbara eſt, vt aliæ multa,
quibus paſſim Nicolaus vtitur.*

Epithema ad dyſentericos, impoſitũ toti vẽtri, & imo 191
vẽtri. Capit maioranæ, mẽtæ, ſaluiæ, roſmarini, roſarũ, ſu
mach, maſtiches, ruborũ, foliorũ myrti, & eius fructus, boli
armenij, ſigilli lemnij, cotoneorũ, pyrorũ ſylueſtriũ, ſtilla-
ticij

ticij roſarum liquoris,& vini rubei Cõtuſa hæc impone in ſacculos duos,& calefactos muta crebrò : & ſi febrem habuerit,calefacito in aceto,& ſtillaticio roſarum liquore. Si verò non,in vino rubeo.

192 Ad omnis generis ſanguinis eruptionẽ, & ad muliebre ꝓfluuiũ valde bonũ medicamẽtũ,ſiue peſſus,ſiue clyſter ex eo fiat,aut vtcunq; viſum fuerit medico. Habet boli armenij,ſigilli lẽnij,ſanguinis draconis,ceruſſæ, maſtiches, aluminis ſciſsi,acaciæ,gallarũ,malorũ punicorũ paruorũ, olei roſacei. His ſimul ſubactis adijce athanaſiã,hæmatitẽ lapidẽ,& vnito cũ ſucco mentæ,cotonei,& quinquenerujæ. Da verò illis bibendũ athanaſiæ.℈.j.Theriacæ.℈.iij. Corallij rubei.℈.ij.Irrigato cũ ſucco cotoneorũ, aut pentaneuri,& ſtillaticio roſarũ campeſtrium liquore calido media nocte. Da etiã lapidis hæmatitis, ſanguinis draconis, ſigilli lẽnij, coralli rubei,rhei barbari vſti,boli armenij,ſing.℈.j.Athanaſiæ,exag.ß. Theriacæ,exag.j. Madefacito cũ ſucco mentæ,& ſtillaticio roſarũ cãpeſtriũ liquore,iis qui febre vacãt. Si verò nõ febricitãt,cum vino tepido. Aut præbeto ſolam theriacam cum athanaſiæ,& boli armenij,ſing.℈.ij. Ex vino quidem febre vacãtibus. Si verò nõ vacãt febre, cũ aqua pentaneuri,& ſtillaticio campeſtrium roſarum liquore.

193 Emplaſtrũ [a] nephriticũ. Recipit thuris,aloes,maſtiches, ſanguinis draconis,lapidis hæmatitis, [b] biſsali, marmoris, [c] ſtibij,malorum punicorũ paruorum, gallarum, albi oui, quod ſatis eſt.

[ a Nephriticum.] *Et hoc loco lectionem codicis manuſcripti falſum eſſe ſatis conſtat.neq; enim nephriticis hæc medicamenta conueniunt,niſi per nephriticos, eos quibus renes exulcerati ſanguinem effundunt, intellexeris.* [ b Biſſali. ] *Græcè eſt* Βισάλου. *Quid verò Biſſalum ſignificet,diuinare nequeo.* [ c Stibij. ] *Manuſcriptus codex legit* στύφιως, *pro* στίμμεως.

194 Emplaſtrũ ad eos q abſceſſu laborãt:ſtatim eũ rũpit, ac lacerat. Accipit carnis caricarũ,ſeminis lini,fœnigræci,radicis altheæ,butyri,medullæ cerui,pinguedinis ſuillę,fimi columbini,vuarũ corinthiacarũ,terebinthinæ,ſin.℥.j.Olei chamæmelini,& anethini,quod ſatis eſt,& ſucci radicis altheę, quãtũ oportet.Prębeto verò bibẽdũ ęgrotãti ſuccũ comicę, aut decoctũ phu,aut vngulæ caballinæ aquã,quam plebeij

Berbelicè quid. vocant Berbelicen, manè ieiuno tepido cum pænidijs.

195 Ad mala quæ ſub lingua à deſtillatione fiunt, quæ nominantur Ranæ. Gallas terito, & irrigato cum melle, intimaq; cum ijs inungito. Simile. Semen mali punici tritum, & madefactum cum melle illinę deſuper. Simile. Salem, alicam, & folia oleæ tenera trita impone deſuper malum. Incidito etiam venas linguæ, & occipiti appone cucurbitam cum ſcarificatione, & præbe crebrò gargariſandum diamoron, & dyacaryon ex aqua calida.

196 Ad eos qui laborāt deſtillatione, balneū bonū. Semen anethi & apij, ſtichadem indicā, & arabicā, quā plebeij vocāt Sendonico, mentā, ſampſychū, ſaluiā, roſmarinū, roſas probè feruefacito, & irrigaco cum ijs lixiuiū ſarmētarium, ac lauato caput. Poſtea calefacto vino cū fænogræco & ſaluia, & abſinthio, lauato caput, & ſic crebrò facito.

Sendonicon.

197 Emplaſtrum temporibus imponendum, ad vigilantes, febriētes, caput dolētes, & phreneticos. Capit papaueris albi & nigri, ſing exag. ß. Hyoſcyami, exag. j. Seminis ocimi, ſeminis lactucæ, ſing. exag. j. ß. Propolis, olei mandragoræ, & fructus eius, caphuræ, ſingul. ℈. j. Seminis portulacæ, exagium. ß. Farinæ hordei. ℥. ß. Olei roſacei, lactis muliebris, quod ſatis eſt.

198 Emplaſtrum frōti imponendū ad mala quæ à deſtillatione fiunt, & phlegmonas omnis generis, oculorum dolores, & à ſiccitate natos cruciatus. Habet thuris puri, aloes flauæ, maſtiches, ſing. ℈. iij. Croci. ℈ ij. ß. Farinæ puræ. ℥. j. Ouorum lutea quatuor. Fac inſtar fermenti, & impone fronti tepidum, ac permitte vt illic maneat diem vnū, & rurſum veſperi altero admoto immutato.

199 Emplaſtrum ad animi defectionem, & ſtomachi imbecillitatem. Recipit roſarum, cotoneorum malorum purgatorum, ſingulorum. ℥. iij. Cinamomi. ℥. ß. Maioranæ, mentæ, roſmarini, meliſſophylli, foliorum borraginis, ſingulorum. ℥. ij. Corallij, ambaris, nucis moſchatæ, ſeminis ocimi, ſingulorum, exagia. ij. Saluiæ, foliorum citri, ſingulorum. ℥. j. Caryophylli, exagium. j. Seminis fœniculi, aniſi, ſingulorum. exag. ij. Croci, exag. j. probè tuſa conijce in ſacculos duos, & feruefacito in vino, vbi ſcilicet vacant febre. Febricitantibus autem cū ſtillaticio roſarū liquore, & ſuc

& ſucco borraginis adhibeto. Crebrò mutato tepidum ſuper ſtomacho & corde.

FINIS.

## INDEX EPITHEMATVM.

*Epithema* Epomphalion *theriacum ad diuerſos morbos.* 1
*Epithema* Epomphalion *purgans probè admodum.* 2
*Epithema* Polyarchion *magnum.* 3
*Epithema* Polyarchion *minus.* 4
*Epithema è baccis lauri ad lienoſos & hydropicos.* 5
*Epithema ſtomachicum probatum.* 6
*Epithema ex œnanthe, ex ijs quæ ſunt* Traliani. 7
*Epithema odoratum ad iecoris phlegmonas, & ſtomachi.* 8
*Epithema auribus imponendum, iecori, & ſtomacho.* 9

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI DE EPITHEMATIS, SECTIO. VNDECIMA.

EPITHEMA vmbilico imponendũ theriacum, vehementem obtinens facultatem. Impoſitum nanq; purgat cœliacos, hydropicos, & fœtus conceptos extrahit, omneq; lumbricorum genus excutit. Accipit dacrydij, elaterij, tithymali, ſing. ʒ. viij. Ellebori nigri, & albi, fellis taurini, ſing. ʒ. ij. Radicis cucumeris ſyueſtris & foliorũ abſinthij, ſing. ʒ. xx. Ceræ tyrrhenicæ. ʒ. viij. Reſinæ terebinthinæ. ʒ. iiij. Mellis attici. ℥. viij. Nitri rubei. ℥. j.

2 Epithema aliud vmbilico imponendũ, probè admodum purgans. Staphidis ſylueſtris, fellis taurini, amygdalarũ amararũ, ammoniaci, grani cnidij, ariſtolochiæ rotundæ, nitri, ſin. ℥. ß. Ellebori nigri, exag. j. ß. Colocynthidis. ℥. ß. Ceræ puræ. ℥. iiij. Amigdalas & granũ cnidium terito cum ammoniaco & oleo irino, quod ſatis eſt, & felle. Dein liquescibilia & arida, impone imo vẽtri: ſiquidẽ purgat. In mulieribus autẽ, lũbis impoſitũ, fœtus excutit, & mẽſes ducit.

3 Epithema Polyarchion magnũ. habet folij. ʒ. iij. Caſiæ fiſtulæ. ʒ. ij. Spicæ nardi. ʒ. j. ß. Myrrhæ troglodyticæ, carpobalſami, ſing. ʒ. iij. Croci. ʒ. j. Coſti. ʒ. iij. Caſtorij. ℥. j.

Floris iunci odorati ʒ.iiij. Cardamomi. ʒ.vj. Cyperi ℥.iij. Iridis illyricæ, ariſtolochiæ lōgæ, ſin. ʒ.vj. Styracis primariæ, maſtiches, reſinæ frixæ, opobalſami, ſin. ʒ.iij. Olei cyprini. ʒ.lx. Aloes flauæ ʒ.j. Ceræ puræ. ʒ.xxxvj. Nardini boni. ʒ.cxx. Terebinthinæ. ʒ, xxiiij. Vini odorati, quãtum ſufficit.

Epithema Polyarchiō minus. Recipit cyperi, cardamomi, bdellij, thuris maris, ſingulorū. ℥ j.ß. Ceræ puræ. ℥.ij. Reſinę frixę, terebinthinę, ſin. ℥.iiij. Caſiæ, cinamomi, ammoniaci, croci, myrrhæ, ſingulorum. exagium.ß. Vini odorati, quod ſatis eſt. 4

Epithema ex baccis lauri, ad lienoſos, hydropicos, diſſoluitq; omnem duritiam. Capit ceræ puræ, picis brutiæ, nitri alexandrini, ſing. ℥.iij. Baccarū lauri aridarum, ammoniaci thymiamatis, adipis vitulini, ſing. ℥.iij.ß. 5

Epithema ſtomachicum, probatum. Accipit ſtyracis calamitis. ℥ ij ß. Piperis cōmunis. ℥.j. Maſtiches. ℥.j.ß. Reſinæ terebinthinæ. ℥.j. Reſinæ cypariſsinæ. ℥.ß. Opopanacis. ℥.ß. ʒ.j. Galbani, ſalis ammoniaci, colophoniæ. ℥.vj. Picis frixæ. ℥.iij. Ceræ puræ. ℥.ix. Vini veteris, ſext.ß. Non lauato ferentem hoc epithema ſexaginta diebus, ac permitte donec ſua ſponte decidat. 6

Epithema ex œnãthe, è numero eorū quæ ſunt Traliani. Habet œnãthes. ʒ.j. Omphacij, ſtyracis, ſing. ʒ.ij. Acaciæ, roſarū aridarū, ſing. ʒ.iiij. Galliæ immaturæ. ʒ.ij. Palmularū, vini auſteri, olei myrtini, picis aridæ, ceræ purę, ſingul. ʒ.viij. Hoc eſt ad iecoris morbos optimum, & ad eos qui cibum vomunt, mirabile admodum. 7

Epithema odoratū, ad iecoris phlegmonas, & ſtomachi valde bonū. Recipit croci. ʒ.j. Bdellij. ʒ.ix. Aloes flauæ, myrrhæ, ſing. ʒ.ij. Folij. ʒ.j. Propolis. ʒ.iij. Terebinthinę. ʒ.ij.ß.gra.vij. Thuris. ʒ.ij. Styracis ʒ.iij. Maſtiches. ʒ.xij. Spicæ nardi. ʒ.j. Cardamomi. ʒ.ij. Hedychroi magmatis. ʒ.j.ß. Ammoniaci. ʒ.vj. Ceræ puræ. ʒ.xij. Colophoniæ. ʒ. xxiiij. Opobalſami. ʒ.vj. Carnis palmularum. ʒ.vj.ß. 8

Epithema corroborans iecur, & ſtomachum, phlegmonasq; concoquens. Accipit ammoniaci, meliloti, ſingulorum. ʒ.iij. Oenãthes, caſiæ, myrrhæ, croci, aloes flauæ, ſucci abſynthij, ſpicæ nardi, folij, ſing. ʒ.j. Ceræ puræ, ſtyracis, 9

amm

ammoniaci, ſingul. ℥.ij. Nardini, quod ſatis eſt.

FINIS.

# INDEX EORVM QVAE SEDI ADMOVENTVR.

*Hedricum, hoc eſt quod ſedi adhibetur, & tentiginem facit atque ad vterum exulceratum vtile eſt.* 1
*Hedricum ad ficus, condylomata, & alia.* 2
*Hedricum ad omnem dolorem ani, phlegmonem, & vlcus.* 3
*Hedricum maximum ad omnem dolorem condylomatum, rhagades, & vehementiſsimos dolores.* 4
*Hedricum aridum, morſus expers, ad hæmorrhoidas.* 5
*Hedricum ad eryſipelata, nomas pudendorum, feruidas papulas capitis, & omne ſordidum vlcus.* 6
*Hedricum vulnerarium, optimum.* 7
*Hedricum ad ſedis phlegmonas & dolorem.* 8
*Hedricum valde bonum.* 9
*Hedricum ad condylomata efficaciſsimum.* 10
*Hedricum ad inflationes ani, condylomata, hæmorrhoidas, & omnẽ phlegmonem.* 11
*Hedricum ad fluxiones quæ in ano ſunt, phlegmonas, eryſipelata, herpetas, vlcera maligna, & teſtium phlegmonas.* 12
*Hedricum ad eminentias, admodum bonum.* 13
*Hedricum ſine fomentmm ad eminentias.* 14
*Hedricum ad internas & externas eminentias.* 15
*Hedricum ſimile.* 16
*Hedricum ad internas & externas eminentias expertum.* 17
*Hedricum ſimire.* 18
*Hedricum ad eminentias admodum vtile,* 19
*Hedricum ad internas & externas eminentias probatum.* 20
*Hedricum ſimile.* 21
*Hedricum aliud ſimile.* 22
*Hedricum ad eminentias valde neceſſarium.* 23
*Hdricum ſimile.* 24
*Hedricum ad internas & externas eminentias admodum vtile.* 25
*Hedricum ad internas & externas eminentias, probatum.* 26
*Ad externas & internas eminentias, expertum.* 27
*Ad omnis generis ſedis dolorem optimum.* 28

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI, DE IIS QVAE SEDI ADHIBENTVR, SECTIO DVODECIMA.

HEDRICVM tentiginem faciens, quo Iulianus vtebatur ad vterum exulceratum. Recipit roſarum aridarum.ʒ.iiij. Lactis muliebris,cochlearium.ß. Lithargyri.opij,ſing. ʒ.ß. Ouum integrum vnum. Butyri.ʒ.viij. Mellis attici,cochleariũ.ß. Olei roſacei,cyathi quartã partem. Vnguenti irini,ceræ puræ,ſingulo.ʒ.iiij. Lutea ouorum aſſorum tria &.ß. 1

Hedricum ad ficus,condylomata,vetera tubercula, & omnia ſedis vlcera. Vtile etiam eſt ad omnis generis rimas in labijs,nomas,& vlcera. Accipit myrrhæ.ʒ.ij. Miſyos, aluminis ſciſsi,gallarum, ſingul.ʒ.iiij. Vini veteris, quod ſatis eſt. 2

Hedricũ ad omnẽ dolorem ani,& phlegmonẽ, omneq́; vlcus. Capit meliloti.ʒ.ß.Caſiæ.℥.ij. Croci,thuris,myrrhæ,opij,ſingulo.ʒ.j.Aluminis ſciſsi,plumbi vſti, & loti, pompholygis,adipis anſerini,œſypi,ſing.ʒ.ij.ß.Omphacij ʒ.j.ß.Vini boni,ſext.ß.Olei roſacei, quantum ſufficit. 3

Hedricum maximum,ad omnem dolorem condylomatum,rimarum,& vehementiſsimos cruciatus. Vocatur autem Arete. Habet ſtimmi,acaciæ,plumbi vſti & loti,ſing. ʒ.j.Spodij.pompholigis lotæ,thuris,ſeminis ericæ,aluminis ſciſsi,chalcanthi, myrrhæ,opij,ſingul.ʒ.iiij.Excipiãtur vino. Vbi vſus poſtulat,paſſo cretico diſſolue,ac vtere. 4

Hedricum aridum, morſus expers; ad hæmorrhoidas. Recipit arſenici, ſandarachæ, calcis viuæ, chryſocollæ, ſucci thapſiæ, ſquamæ æris, ſingulorum. ʒ.ß. 5

Hedricum vocatum Lampadion, ad eryſipelata, nomas pudendorum, papulas feruidas capitis, & omne ſordidum vlcus. Accipit opij, croci, ſingulorum.ʒ.iij. Succi glaucij, lb.ß.Olei roſacei.℥.ß.ʒ.j. Vini boni veteris, 6

teris,quod ſatis eſt. Arida ſubtiliter terito,& cum liquidis vnito, inque [a] ollam coniecta lento igni coquito, & vtere.

[ a Ollam.] *Manuſcriptus codex non rectè legit* ἐν κλίω, *pro* ἐν χύτρῳ. Loca ali quot reſtituta in Nicolao

7 Hedricum vlnerarium,optimum. Herbam ſemperuiuum cum pane terito,& vtere.

8 Hedricum ad vni phlegmonas,& dolorem. Capit lithargyri,ceruſſæ,maſtiches,ſingu..exag.j. Subactis cum ſucco hyoſcyami vtere.

9 Hedricum valde bonum. Habet thuris, maſtiches,aluminis liquidi,myrrhæ, ſing.℥.ß.olei roſacei,lb.ß.Ouorũ aſſorum vitellos quatuor.

10 Hedricũ ad condylomata mirabile. Recipit lithargyri, aluminis ſciſsi,ſing.ʒ.ij.Mannæ,thuris,ſingul.ʒ.j.Lapidis hæmatitis, croci,adipis anſerini,œſypi,ſing ʒ.ij. Olei roſacei,quantum ſufficere videtur. Crocum vino irrigato,& diſſolue cum œſypo.

11 Hedricum Liparon ad inflationẽ, & ani condylomata, hæmorrhoidas,& omnem phlegmonẽ. Accipit adipis anſerini,thuris,medullæ vitulinæ,pompholygis lotæ,cadmię lotæ,plumbi vſti,ſingulo.ʒ.ij. Ceruſſæ.ʒ.iiij. Cerebri anſeris.ʒ.ß.Roſarum, œſypi,ſingulorum.ʒ.ij. Succi intybi, cochle.ß.

12 Hedricũ Liparon Alexandri, ad fluxiones ſedis, phlegmonas,eryſipelata, herpetas, vlcera maligna, & teſtium phlegmonas. Capit ceruſſæ, lithargyri, ſingulorum lb.ß. Ceræ puræ,adipis ſuilli,recentis,ſingulorum lb.j.Olei roſacei,lb.j.ß.ſepties in aqua loti. Aluminis ſciſsi.℥.ß. Oeſypi.℥.iij.Oua cruda cum teſtis, ſex. Arida ſolue cum ouis. Liquabilia autem poſtea affunde.

13 Hedricum ad eminentias bonum. Habet lithargyri.℥.ß. ʒ.j,Ouorum teſtã vſtam,vnam. Et luteum ouorũ, vnum Croci.ʒ.j.ß. Stercoris canini albi.℥.j. Olei roſacei, quod ſatis eſt, omnibus ſimul tritis, fac vt emplaſtrum, & vtere.

14 Hedricum,ſiue fomentum ad eminentias. Recipit polij,roſarum,rhois ſyriaci,rhois coriarij, ruborum, roſmarini,ſaluię,pilularum cypariſsi,ciperi,ſidiorum,balauſtio-

rum, vini auſteri, ſtillaticij roſarum liquoris, quantum ſufficit. Foueto cum ſpongia.

15 Hedricum ad internas & externas eminentias. Accipit gallarum, glandium. ſalis foſsilis, cornu ceruini, foliorum rubi aridorum. Terito vt pollinem, & locos cum aceto calido lauato, in dein inſpergito.

16 Hedricum ſimile. Capit ſtercoris canis, ſalis foſsilis; [a]ſtibij, ſingul. ℥. ß. Terito vt pollinem, & accipe vrinã pueri incorrupti tepidã, locumq; abluito, & poſtea inſperge.

[ a Stibij.] *Iterum corruptè σό⸗ιως, pro σόμμιως in manuſcripto codice legitur,*

17 Hedricũ ad intrinſecas & extrinſecas eminẽtias valde probatũ. Aceto & vrina pueri incorrupti calefactis ablue ſæpius. Deinde accipito ſtercus ouillũ, ſalẽ foſsilẽ, amygdalas amaras, & lupinos. Terito, & deſuper inſpergito.

18 Hedricum ſimile. Marrubiũ contuſum in aqua & aceto feruefacito, abluitoq; locum tepido. Dein accipe aloes flaue, ſulphuris, & ſtibij, ſingulorum, exag. j. & trita in pollinem inſperge.

19 Hedricum ad eminentias, admodum vtile.[a] Azogeri folia, & fructus, folia capparis, & rubi folia feruefacito in aqua, abluitoque frequenter locum calido: deinde inſperge aloen flauam, azogeri ſemen, ſalem foſsilem, & ſtibium.

[ a Azogeri.] *Græcè eſt ἀζόγηρὸ. Quam verò ſtirpem ἀζόγηρον vocet, diuinare nequeo.*

20 Hedricum ad eminentias externas & internas expertum. Melantzanam integram cum folijs & radicibus decoctam in aqua ad tertias, imponito deſuper.

21 Hedricum ſimile. Aqua calida abluito. Dein accipe ſulphur, impone carbonibus, & eluito ſæpius. Dein macerato aceto calido, & inſperge aloen flauam.

22 Hedricum aliud ſimile. Accipe acetum tepidum, ablue ſæpius locum. dein aloes flauæ, ſalis foſsilis, & ſulphuris; ſing. exag. ß. trita inſperge. Poſt accipe folia capparis repurgata & contuſa, impone deſuper calida.

23 Hedricum ad eminentias admodum neceſſarium. Sulphur coquito in aqua, & accipe ſpongiam nouã ea aqua imbutam, & impone crebrò calidam.

Hed

24 [redacted]

25 [redacted]
lem, & trita irrigato cum fel[redacted]

26 [redacted]
dige ad viſci craſcitudinem, & impo[redacted]

27 Hedricum ad internas & externas eminentias probatū
[c] Teaphin per infundibilum fumigato multoties, & poſt
tritum impone ſalem foſsilem, aloen flauam, ſingulorum
exagium.ß.

[ c Teaphin. ] *Græcè legitur τιάφιν, quid verò hæc vox Nicolao ſignificet, ignorare me fateor: barbara enim exiſtit.* Teaphi.

28 [redacted]

Superſtitioſū & ſtultitiæ plenum.

ſan

[redacted]

FINIS.

INDEX ELIGMATVM.

Eligma, hoc eſt linctus ad tuſsientes, purulentos, tabidos, & expurgationem thoracis. 1
Eligma ad laborantes abſceſſu, tabidos & purulentos. 2
Eligma ſomnum alliciens, & ad tuſsientes, phreniticos, & vocem amiſſam. [redacted]
Eligma ad tuſsientes, mirabile. [redacted] 3
Eligma ad deſtillationes, tuſſes & purgationem thoracis. [redacted]
Eligma ad vocem deperditam. [redacted]
Eligma ad quartanas datum poſt acceſſionem. [redacted]
Eligma ad eos qui elephantia correpti ſunt. [redacted]

NICOLAI MYREPSI [redacted]

ALEXANDRINI DE ELIMAG[redacted]

ris, Sextio De[redacted]

ELIG

1 ELigma, ſiue linctus ex Damaſcenis, cōferens tuſsiētib. purulētis, & expurgationi corporis admodū vtile. Recipit damaſcenorū, caricarū albarū, ſin. xx. Pulegij, hyſſopi, iridis, ſin. ℥. j. Mellis attici ſex. ß. Macerato diebus tribus in aquę ſextario. j. Coqto donec dimidiū remaneat, & colo transmittēs abijcito, melq; admiſceto, & rurſus ad conſiſtentiam coquito. Datur cochlearium vnum.

2 Eligma ad eos q abſceſſu laborāt, tabidos, & purulētos. Accipit ſtyracis calamitis. ℥. iij. Thuris maſculi. ʒ. iiij. ß. Terebinthinę, hyſſopi, iridis, ſing. ʒ. vj. Farinæ eruinæ. ℥. j. ß. Mellis attici, ſext. ß. Datur cochlearium. vnum.

3 Eligma de capitibus papauerū ſomniferū, tuſsiētib. phreniticis & voci amiſſæ vtile. Capit capita papauerū alborū. lx. Aquę fontanę, ſext. j. ß. Croci, glycyrrhizę, ſin. ʒ. j. Capita viridia, & glycyrrhizā conijce in aquā diebus tribus, & dein coquito ad tertias, perq; ſaccū tranſmittens, abijce herbas, & miſce melli, iterūq; ad cōſiſtentiā coqto. Datur cochleariū vnū aut dimidiū, ꝓ viribus cū tēperata, aut ptiſana.

4 Eligma tuſsientib. mirabile. Habet fabę nigrę toſtę, piperis cōmunis, ſin. gra. l. Pulegij cōtuſi. ℈. viij. Mellis attici, ſext. ij. Datur cochlearium vnum.

5 Eligma è ſucco fœnogręci, ad deſtillatiōes, tuſſes, & expurgationē thoracis efficax. Fœnogręcū purgatū decoquito in aqua pluuia ebullitione vna, & colo trāſmiſſā aquā effūde: & rurſus affūde aliā aquā, & coquito ſimiliter, & effunde. Tertio verò decoctū fœnogręcū abijce. Decoctū verò eius pōdere ſextarij vnius, & mellis boni, ſext. ij. ad lentū ignē coqto vſq; ad cōſiſtētiā. Dein adijce butyri recētis, cochleariū vnum. Terebinthinę. ℈. iij. Vbi exquiſitè vnita fuerint dato cochlearium vnum.

6 Eligma ad vocem amiſſam. Recipit ſeminis lini toſti. ℥. ij. vuarū pīguiū exēptis acinis ſeminis pinearū nucū toſti, ſin. ʒ. vj. Glycyrrhizę. ʒ. iij. Palmularū pinguiū. ℥. j. ß. Tragacāthę. ʒ. j. Seminis vrticę. ʒ. ß. gr. vij. Styracis calamitis ʒ. ß. Penidij & ſacchari ſin. ℥. j. Cū ſucco chamęleuces fermētato.

7 Eligma ad eos qui tertiana correpti ſunt, vtile, datū poſt primā acceſsionē. Accipit baccas lauri. vij. Piperis cōmunis, gra. ix. Cōtunde vtraq;, & conijce in ollā nouā cū vini boni

ſex

ſextario vno.Et coquens ad tertias, da bibendum cochlearium vnum.

Eligma ad elephanticos. Capit myrobalani emplici ℥. iij.Macerato hunc in lacte caprino diebus tribus, ſingulis diebus lac permutans.Dein exemptum probè contunde,& adijce mellis deſpumati. ℥.viij. Spicæ.ʒ.ß. Calaminthæ montanæ,exag.ij. Paſtilli ſcillitici, paſtilli theriacis, hedychroi magmatis, ſing.ʒ.ß. Ramenti ferri ſtomomatis benè loti,& in mortario ſæpius triti.ʒ.vj.Senæ.ʒ.j.ß. Paratum datur veſperi & manè,pondere.ʒ.j.ß. Poſt præbeto bibendum vinum in quo ferrum ſæpius eſt extinctum.

FINIS.

INDEX EORVM MEDICAMEN*torum quæ lumbricos expellunt, & interimunt.*

*Lumbricos necat,expellitq; è corpore,* 1
*Lumbricos eijcit,& expellit.* 2
*Lumbricos eijcit & excutit.* 3
*Lumbricos eijcit,& expellit.* 4
*Lumbricos omnes in ſtomacho natos eijcit & excutit.* 5
*Lumbricorum omne genus eijcit & expellit.* 6
*Lumbricos omnes eijcit atq; excutit.* 7
*Lumbricorum omne genus eijcit & expellit.* 8

# NICOLAI MYREPSI.
## ALEXANDRINI DE IIS QVAE LVMBRICOS EXPELLVNT ET INTERIMVNT MEDICAMENTIS, SECTIO DECIMAQVRRTA.

LVmbricos occidit,& expellit à corpore. Recipit piperis.ʒ.ij. Hyſſopi aridi.ʒ.ß. Cardamomi,nitri Alexandrini,ſingulorum.ʒ.ß.gran. vij.Dacrydij.ʒ.ß.Datur cum hydromelite. 1

Lumbricos perimit, & excutit. Accipit filicis, helenij,ammoniaci,ſingulorum.℥.ß. Trita irrigato cũ vino,& dato ieiuno. Dein accipe ſylueſtrẽ vuam, medullã cerumnam,fel taurinum,aloen flauam,ſemen apij, & irrigato cũ 2

to cum ſucco foliorũ perſicę, & reduc ad glutinis craſsitudi né. Impone vmbilico, & intra fauces & aures indito. Dein accipe cornu ceruinũ, corticem oui, vrito & terito, præbetoq; cum vino bibendum ijs qui febre vacant. Febricitã tibus verò, cum aqua tepida ieiunis.

3 Lumbricos eij cit & expellit. Capito terræ inteſtina ſepté vrito ac terito, bibendaq; præbeto. Simile. Semen braſsicæ, ſemen nigellæ, & canabis terito, & cũ aqua irrigato. Dein colato, deq; ſucco cape. ℥.ij. & ſaccharo imbutũ da bibendum.

4 Lumbricos eijcit & expellit. Semini coriandri benè trito admiſce medullam ceruinam, & reduc ad viſci craſsitudinem, imponéq; vmbilico, & faucibus. Poſtea verò dato bibendũ Mymecochortum ex aqua ieiuno. Dein cum medul la ceruina tepida inunge ſpinam totam, à prima vertebra incipiens, & iuxta vmbilicum.

5 Lumbricos omnes in ſtomacho natos eijcit, & expellit. Artemiſiã herbã coquito, nõ febricitãtibus cũ vino, febricitãti bus aũt cum aqua. Accipe de decocto quantum volueris & adijce aloes flauæ. ℈.j. Da bibendum ieiuno.

6 Lumbricorum omne genus eijcit & excutit. Lupinorum farinã, folia perſicæ, aloen flauam, fel taurinũ, amygdalas amaras læuigato: & vbi probè ſubacta fuerint, fac emplaſtrũ, & impone toti ventri & thoraci. Dein accipe tenerrimi graminis radicis. ℥.j. Cõtunde & coque ad tertias. Dato bibendum cũ ſaccharo multoties. Simile. Accipe rhei bar bari. ℈.ij. Dachridij. ℈.j. Terito vt pollinẽ, & irrigato cũ ſerapij violarum. ℥.ij. & aqua tepida quantũ ſufficit. Da bibendum duobus, diebus manè.

7 Lumbricos omnes eijcit & expellit. Aloen flauã, medullã ceruinam, ſuccum abſinthij, vnam, ſylueſtrem, fel taurinũ folia perſicæ, leuigato & ſubigito probè, facq; inſtar empla ſtri, & impone toti ventri & thoraci.

8 Lumbricorum omne genus eijcit & excutit. Recipit rhei barbari, mymecochorti, ſin ℈.j. Terito vt pollinem, & irrigato cum aqua ſanctarum apparitionũ Dei. Poſtea in cati nũ nõ inquatũ ſcribe eiuſmodi: Dominus illuminatio mea & ſeruator meus, qué timebo? Domins, ptector vitæ meæ, à quo trepidabo? Dũ appropinquãt aduerſus me affigentes,

vt edãt

vt edant carnes meas, tribulantes me & inimici mei, ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt. Hæc cum aqua ſanctarum apparitionum Dei da bibenda manè.

FINIS.

## INDEX ERRHINORVM.


*Errhinon caput purgans.* 1
*Errhinon caput purgans.* 2
*Errhinon caput purgans.* 3
*Errhinon caput purgans.* 4
*Medicamentum epomphalion, ventrem ſubducens.* 5
*Vomitio à raphanis.* 6
*Errhinon caput purgans.* 7
*Errhinon caput purgans.* 8
*Errhinon caput purgans, expertum.* 9


# NICOLAI MYREPSI

## ALEXANDRINI DE

### ERRHINIS, SECTIO

### Decimaquinta.

ERrhinon caput purgans, expertum. Recipit 1
cyclamini radicis ſucci, mellis attici æquales partes. Miſceto, & calefacti naribus infũdito ſpecillum vnum. Pituitam ex capite & thorace educit.

Errhinon caput purgans valde bonum. Accipit melanthij, 2
ſalis ammoniaci, elaterij, ſingulorum. ʒ. j. Excipe oleo cucumerino, & infunde naribus ſpecillum vnum.

Errhinon caput purgans, mirabile. Capit cyclamini 3
aridi. ʒ. iiij. Nitri rubei. ʒ. ij. Iniecta per calamos ſurſum trahito, dein rurſus deorſum, & expue humorem.

Errhinon expertum, caput purgans. Habet melanthij 4
ʒ. iiij. Salis ammoniaci, elaterij, ſingul. ʒ. ij. Trita excipe

ſicy

ſicyonio oleo, aut vnguento irino, aut cyprino * ad conſiſtentiam cerati perducatur. Exceptũ igitur in pyxide cornea illine nares, & iube vt ſurſum trahat æger.

Nicolaus falſò legit ἐξ μυρσινίῳ pro ἐξ μύρῳ ἰρίνῳ, Galeno lib. 2. de Cõp. medic. localiũ teſte.

5 Epomphalion expertum, ventrem ſubducẽs. Recipit cyclamini. ℨ ij. Nitri. ℨ. j. ß. Veratri nigri, & albi, ſingul. ℨ. j. Colocynthidis. ℨ. ij. Dacrydij. ℨ. j. Succi elaterij, grani cnidij, ſingulorum. ℨ. ij. Caricarum pinguiũ. ℥. j. Excipe cum felle taurino.

6 Vomitio à raphanis. Accipit aceti, partes. iij. Mellis attici, partes. iiij. Coque ad conſiſtentiam, & accipe raphanos paruos, contunde in minutas partes, & coquito ad tertias, perq́; ſaccum tranſmiſſos repone, & dato cum calida.

7 Errhinon caput purgans. Capit ellebori albi, ſtruthij, caſtorij, piperis albi, cumini æthiopici, ſingul. ℨ. j.

8 Errhinon caput purgans, optimum. Habet piperis, caſtorij, ſtruthij, ſingulorum. ℨ. j.

9 Errhinon caput purgans, expertum. Sanat enim capitis dolorẽ diuturnũ, & hemicraniam, vertiginoſos, & quicũq; grauitate oculorũ & auditus laborãt, ſi quis in balneo vtatur vt ſicco fomẽto, aut in ſole attrahat puluerem naribus. Recipit ellebori albi, ſtruthij, piperis albi, cumini æthiopici, ſingul. ℨ. j. Tuſa & cribrata vſu exigente dato.

FINIS.

## INDEX OLEORVM.


*Olei ricinini confectio.* 1
*Olei ſeminis lini confectio.* 2
*Olei raphanini confectio.* 3
*Olei populi nigræ confectio.* 4
*Olei amygdalini confectio.* 5
*Olei è iuglandibus confectio.* 6
*Olei myrobalanĳ confectio.* 7
*Olei laurini confectio.* 8
*Olei ſicamini confectio.* 9
*Olei lentiſcini confectio.* 10
*Olei œnanthini confectio.* 11
*Olei melini confectio.* 12
*Olei roſacei confectio.* 13
*Olei chamæmelini confectio.* 14

Olei anethini confectio. 15
Olei irini confectio. 16
Olei fœnigræci confectio. 17
Olei narciſſini confectio. 18
Olei violacei confectio. 19
Olei iaſmæ confectio. 20
Olei myrtini confectio. 21
Olei maſtichini confectio. 22
Olei ſtyracini confectio. 23
Olei ſicyonij confectio. 24
Olei Metopij confectio. 25
Olei Mendeſij confectio. 26
Olei megalij confectio. 27
Olei amaricini confectio. 28
Olei cyprini confectio. 29
Olei irini confectio. 30
Olei nardini Cyziceni confectio. 31
Olei nardini confectio, Ioannis vnguentarij. 32
Olei nardini confectio magis varia. 33
Olei Salcæ confectio. 34
Olei Salcæ confectio, Ioannis vnguentarij. 35
Olei malabatrini confectio. 36
Olei capniſti confectio. 37
Olei maſtichini confectio. 38
Olei maſtichini ſimplex confectio. 39
Olei ex anemone confectio. 40
Olei leucophyllini confectio. 41
Olei gleucini confectio. 42
Olei cyprini alia confectio. 43
Olei cucumerini compoſiti confectio. 44
Olei cucumerini efficacior confectio. 45
Olei cucumerini confectio compoſita. 46
Olei cyprini confectio. 47
Olei cyprini alia confectio. 48
Olei maſtichini confectio. 49
Olei mandragoræ confectio. 50
Olei nenupharini confectio. 51

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI DE OLEIS

## Sectio Decima ſexta.

1 OLEI Cicini, ſeu ricinini confectio. Cicinum oleum in Aegypto fit è ſemine ricini, qui vocatur Græcè Croton. Contunditur & exprimitur, exq; aqua calida colligitur. Ad alphos, maculas in facie à ſole factas, lentigines, aſsiduè inunctum, valet. Simile autem eſt oleo raphanino: quapropter vtendum eo, vbi ricininum non adſit.

2 Olei è ſemine lini confectio. E ſemine lini oleum conficitur vt prædictum eſt, & vtuntur eo pro ricinino. Ricininum enim non amplius defertur.

3 Olei rhaphanini confectio. Simile in alijs ricinino, calidius verò eſt.

4 Olei è populo nigra confectio. Oleum è populo nigra in vere, eo quòd multa iuxta ſemen reſina eſt, conficitur. Accipe igitur granorum modicè contuſorum. ℥. iiij. Olei dulcis, ſext. italicum, & ſoli expoſito diebus. xl. Emollit, tenuium eſt partium, & calidum, idq; magis cum bono odore.

5 Olei amygdalini confectio. Oleum amygdalinum ex fructibus amygdalis fit amaris: tenuium eſt partium, & calidius dulci vno gradu. Potiſsimùm verò prodeſt obſtructionibus à craſſo ſpiritu flatúve natis, difficultati auditus, tinnitui à frigore, & vermes in auribus occidit. Experiẽtia enim cognitum eſt, auribus magis quàm alijs conuenire.

6 Olei è iuglandibus confectio. Similiter amygdalino conficitur. Iiſdem etiam conuenit, [a] plurimumq; vtile eſt: quippe exiccat.

[a Plurimumq; vtile eſt.] *Nicolai codex habet,* περιττὸν δὲ ἔχει τὸ χρησιμεύειν, ξηραίνει γάρ. *ideoq; aliqua omiſſa ſunt, quæ ex Aetio reſtitui poſſunt, qui ita legit:* περιττὸν δὲ ἔχει τὸ χρησιμεύειν τοῖς χρυσοῦσι, ἢ ἐγκαίουσι, ξηραίνει τε γάρ, καὶ πολὺν χρόνον σώζει τὰς χρυσώσεις καὶ ἐγκαύσεις: *Hoc eſt, Multum admodum vſum præſtat inaurantibus, & inuſtoribus. Exiccat enim, & plurimo tempore inaurationes, & inuſtiones conſeruat.* Locus Nicolai reſtitutus.

Olei myrobalani, hoc eſt è glande vnguentaria, confectio. Vim habet repurgandi [a] maculas, lentigines, varos, & omnem nigriciem. Purgat etiam per ventrem inferiorem. Prodeſt ad aurium dolorem, & tinnitus, cum adipe anſerino infuſum, Paratur inſtar amygdalini. 7

[a Maculas.] *Manuſcriptus codex falſo legit* ϖρόκιλας, *pro* ἐπιλώσεις, *Aetio atteſtante.*

Olei laurini præparatio. E fructu lauri, vt prædicta, paratur. Cōpoſitum autē hoc modo cōficitur. quinq; ſextarijs maturarū oliuarū, pinguium & recentium baccarum lauri vnum ſextarium inijcimus, atq; ſic teruntur & exprimuntur, quemadmodum etiā oleum. Calidum verò eſt, & emollit. Immixtū ſyncerumúe partibus corporis vehementer refrigeratis vtile eſt, & admodum exiccat, aut etiā ſcabioſis, & ſiccam habētibus cutē, impetiginibus laborātibus aſperis inunctum in balneo medetur. Fugiendum verò ijs qui inflāmatis impetiginibus & ſcabie laborāt, calidis tēperamētis, & bilioſis: quippe humidis ac pituitoſis prodeſt, & omnibus quibus articuli à frigore infeſtātur, & iſchiadicis, Vermes occidit, & pediculos, culicesq;. Capitis furfures, ophiaſin, alopeciam. Vſus eius in balneo eſt, vt ſcilicet ieiuno illinatur. Dein abſtergendum ouo, melle, farina fœnigræci, [a] cauendo ne capiti ipſum calido applicetur. 8

[a Cauendo, &c.] *Manuſcripto in codice,* παραφυλάττων αὐτὸ τοῦ θερμοῦ κεφαλῆ, *non rectè, nec integrè ſcriptum eſt. Legendum verò erit,* παραφυλάττοντα θερμῇ κεφαλῇ προσάγειν αὐτό.

Olei ſeſamini præparatio. Hoc cōficitur ex ſeſamo trito 9
& aquæ iniecto. Facultas eius ab oleo dulci nō multum recedit, caliditatē verò mediocrē habet. Omnino eſt expers adſtrictionis. Idoneum vt comedatur, guſtuq; dulce [a] exiſtit, & facile coquitur, ventremq; ſubducit. Foris illitum ob craſsitudinem emplaſticum eſt. Ad inducendum bonū odorem compoſitis oleis magis communi oleo idoneum eſt, quod non facilè putreſcat.

[a Exiſtit. [ *Codex Nicolai non rectè legit* ὑπάγει, *pro* ὑπάρχει.

Olei lentiſcini cōfectio. Paratur & hoc è fructu lentiſci, vt in alijs eſt expoſitum. Conficitur & aliter, vt in laurino eſt anteà dictum, fructu lentiſci oliuis cōmixto. Vtile verò etiam immixtum & ſyncerū ori defluxione laborāti, 10

& gin

& gingiuis inflammatis,calidũ in balneo , & extra balneũ affuſum. Quippe reprimit,& robur addit,cum eo quòd nõ exaſperat. [a] Compoſitum verò magis mitigat, cum hoc quòd robur tuetur. Hinc in iecoris & ſtomachi aſperſionibus fomentisúe vſurpatur.

[ a Compoſitũ. ] *Nicolai codex falſo legit* .μικρὸν,*pro* μικτὸν.

11 Olei œnanthini præparatio. Eadem facit quæ melinum, & roſaceũ. Foris adhibitũ, ventrẽ mollit. Cõponitur autẽ hoc modo. Labruſcæ florẽ odoratũ accipiẽs, ſine marceſcere,& conijce in vaſculum cum herbæ.℥.ij. Olei,[a] lb.j. agitatoq; diebus quadraginta,& per colum traiecto vtere.

[ a Libram. ] *Aetius habet ſextarium.*

12 Olei melini confectio. Conficitur è malis cotoneis, fit etiam ex alijs malis cutem habentibus acerbiorem & odoratiorẽ. Abſcindũtur quæ iuxta pediculũ & imum ſunt feſtucæ,& medulla prius cũ internis granis abiecta, deinde inciduntur cortice recepto : in eo enim odor & adſtrictio eſt. Vbi in exigua fruſtula diſſecuerimus,cõijcimus in ſextarium olei omphacini,malorũ cotoneorũ.℥.iij. & ſoli exponẽtes dieb.xl.poſtea recondimus. Vis verò huius magis ad frigidius vergit,nõ tamen valde propter vinoſum mali ſuccum. Adſtringit quidem admodum,perinde atque lentiſcinum. Magis verò familiare eſt ſtomacho,ꝙ ex duabus materijs ad nutriendum aptis conſtet,oleo nimirum & malo. Proinde meritò ſtomacho inflammatione laborãti prodeſt,& imbecillo, ex alto deſtillatum, & epithematis iniectum,potumq;. Eſt roſaceo vtilius, ꝙ mala ſint magis familiaria. Nam robur adijciunt ſtomacho, & vehementius propellunt acres in ventriculo contentos humores. Interdum etiam per ſedem inijcitur,vbi ſcilicet ſubacris bilis cõlum & craſſa inteſtinæ mordicat. Cauẽdum autem ne adhibeatur ijs qui à frigore ſunt læſi. In ijs enim abſinthium oleo incoctum magis conuenit.

13 Olei roſacei cõfectio. Recipit roſarum rubearũ , exectis vnguibus,& parum refrigeratarum.℥.[a] iij. Olei omphacini,ſext.italicum. Soli exponito diebus.xxx. Nonnulli alia quædam roſis adijciunt. Optimum verò eſt,quod è ſolis roſis[b] & oleo paratum eſt. Alij hoc nõ inſolant,ſed ſuſpẽdunt vas in puteum aquæ frigidæ diebus.xl. Iuuat caput calefa-

ctum, & exiccatum aut ex mora in ſole, aut à febribus, aut ab alia eiuſmodi cauſa. Humectat enim, mitigat, & ſomnum inducit. Et in viſceribus calefactis ob febres prodeſt ceratum ex eo compoſitum, & lotū aqua frigida, multoties q; immutatum. Paratur autem ceratum hoc modo. Ceræ. ℥.j. Olei roſacei. ℥.iiij. Liquefacito ceram cum modico roſaceo oleo in duplici vaſe, & infunde in frigidā aquā. Eo refrigerato, ablatum iterū liquefacito, & effunde: manibusq; ſubactam lauato aqua, & tertio liquefacito, & effundens, iterum lauato. Mox reliquo oleo roſaceo adiecto liquefacito, & motam ſublatamq; refrigerato, & effunde in mortariū, & ſubigito inſtillādo aquam quantum ſuſcipit. & tum vniuerſo accepto vaſe, in frigidā aquam reponito. Quòd ſi verò aquæ loco acetum cerato miſcueris inſtillando ipſi dum teritur in mortario, optimum medicamentum eſt ad eryſipelata, & herpetas, & carbūculos. Roſaceū aūt potū cū aqua frigida, aut calida ab ijs quibus mordicatur ſtomachus ex acri bile, aut lumbricis, aut aſcaridibus, magnam affert vtilitatem. In lumbricis autem, præſertim in pueris, melius facit commixtum ſapæ, cum vini tertia parte præparato, & poto. Excutit autem ipſos celerrimè. Inijcitur autem & [c] colo, propter cauſas dictas eroſo.

[ a Vncias tres.] *Aetius habet vnciam vnam. Sunt & hic quædam omiſſa, quæ illic reperient ſtudioſi.* [ b Et oleo.] *Ex Aetio adiectum, qui legit* διὰ τῶν ῥόδων μόνων, καὶ ἐλαίω. [c Colo.] *Codex Nicolai habet* κώνω *falſo, pro* κώλω.

Olei chamæmelini confectio. Olei communis dulcis, 14
ſext.j. Chamæmeli [a] florum. ℥.ij. qui antea diem vnum tabuerint. Vas verò oportet tegere linteo tenui, vt oleū trāſpiret: iniucundum enim quendam odorem ſimilē garo aſſumit oleum chamæmelinum, ſi nō tranſpiret, & ſoli exponatur diebus xl. Dein verò colatum reponere in domo temperato ſuper tabulato oportet. Vtendum autem eo in capite mediocriter denſato & dolente à febribus, non admodum ardentibus. Meatus enim rarefacit, & diſcutit vapores, & acrimonias contemperat. Et in vniuerſum magis dolorem mitigat quàm roſaceum, in febribus non admodum calidis.

[ a Florum.] *Manuſcriptus codex malè legit* καθαρῶν, *Aetio teſte*

*pro*

*pro* ἀνθῶν.

15 Olei anethini confectio. Fit ex coma anethi viridi adhuc exiſtente, priuſquã ſemen ſolidũ fiat, & acre. Inutile enim ad vſum fit propter floris amiſsionẽ. Abſciſſorũ itaq; tantũ calathorum. ℥.j. conijcere in olei dulcis ſext. italicum oportes, vaſis ore extremè conſtricto, & ſoli dies. xl. expoſito. Calidius eſt chamæmelino. Admoueatur igitur fatigatis in hyeme: emollit enim & humectat. Bonum verò etiã ijs qui à pituita leuiter febricitant, omninoq; à frigidis cauſis laborantibus vtile eſt, tendinibus præſertim, & muſculis.

16 Olei [a] liliacei confectio. Liliaceum, aut ſuſinum, aut lilinum fit ex albis lilij folijs, exectis vnguibus & ſolis iniectis ſine eo quod in illis eſt croceũ, pondere. ℥.ij. Olei dulciſsimi optimi, ſext. Italicum. Vas diligẽter obturatum inſolato diebus tribus. Poſtquã colo tranſmiſſum fuerit, adijce tertiò alias vncias duas liliorum, & trib. diebus inſolato. & inijce dein alia folia exquiſitè ſiccata, & ita in vmbra reponito. Si quis verò initio ſtatim. vj. ℥. oleo inieceric, putreſcentes fœtidum efficerent oleum. Vtile autem eſt in muliebribus malis: ſoluit enim duritics, & morſus ab acrimonia excitatos obtundit, roburq; vtero addit. Suſini hoc teſtantur, quòd grauidis ad facilem partum conferat. Cum alijs illitum acopon eſt, ijs qui fatigati ſunt. atq; emollientibus adiectũ medicamẽtis, emollit, & in ſumma, tepidum dolores mitigat, emollit, odoratum eſt, & facilem reddit partum.

[ a Liliacei. ] *Nicolai codex perperam legit* ἰρίνου, *pro* κρινίνου.

17 Olei è fœnogræco confectio. E fœnogræco paratum oleum vim habet emolliendi vtile eſt ad furfures, achores, & maculas faciei à ſole excitatas expurgat, & faciem candidam reddit atq; extergit, & recentem facit. Ad vteri duritias, & abſceſſus confert, difficulterq; parientib. auxiliatur. Facit ad ani, & inteſtinorum phlegmonas. Iniectum, teneſmum ſoluit. Facit ad perniones. Paratur hoc modo. Fœnigræci, lb.ij.ß. Olei communis, ſext. iiij. Cyperi, lb.j. Hæc macerato in oleo diebus ſeptem, & agitato ſingulis diebus, tribus vicibus. Dein expreſſum, & colo trãſmiſſum, recondito in vaſe.

Olei narciſsini confectio. Ex alborum narciſsi florum, qui diem vnum prætabuerint. ℥.ij. fit, & olei dulciſsimi, ſext. italico. Vaſe exquiſitè obturato, & ſoli expoſito diebus triginta. Oportet autem flores accuratè, vt in lilio dictum eſt, permutare: fitq́; oleum magis odoratũ, potiſsimũ ſi mediocriter inſoletur. Si enim plus iuſto hoc, aut narciſsinum, aut violaceũ, aut aliud tale quod ſtabilẽ & vehementẽ odorem non habet inſoletur, odore deſtituitur. Vim autem habet narciſsinum calidiorẽ anethino. Proinde vtile eſt alijs in partibus corporis, capite dempto. Acrior enim eſt odor olei narciſsini, quàm vt caput ferat. 18

Olei violarum confectio. Conficitur ex purpureis floribus, & albis violarum, quarum. ℥.iij. concijuntur in dulciſsimi olei ſext. italicum.[a] Terq́; permutantur ipſi, vt in lilino eſt anteà dictum[b]. Vim habet roſaceo paulò calidiorem. Proinde ijs qui in æſtate laborarunt, & in ſole moratis hoc vtiliter adhibetur: potiſsimũ id quod ex purpureis floribus componitur, in balneo inunctum. Ad laſsitudinẽ curandam odoris iucunditate, animi ſqualorem ad tranquilitatem ac voluptatem immutat, & ſomnum minimè turbulentum facit. 19

[a Terq́;.] *Hæc dictio ex Aetio adiecta eſt, qui habet,* καὶ ἀμυβομένου τρίτον. [b Vim habet.] *Hæc ex Aetij ſententia ita conuertimus, qui legit,* ἔστι δὲ ἡ δύναμις αὐτοῦ θερμοτέρα τοῦ ῥοδίνου ἐπ᾽ ὀλίγον. *Nicolai codex ſecus habet, ita niminum,* ἔστι δὲ δυνάμεως ψυκτικῆς, καὶ εὐωδεστάτης: *id eſt, Facultatem verò habet refrigerantem, & odoratiſsimam. Quanquam minus rectè in Nicolao legatur* ἡδυωςάτοις.

Olei quod vocatur Iaſme cõfectio. Oleum Iaſme vocatum à Perſis, conficitur è floribus albis violæ, & oleo ſeſamino. Florum violæ. ℥.ij. in olei ſeſamini ſextarium italicũ conijciuntur, & permutantur, vt in lilino eſt dictum. Apud Perſas inter epulandũ odoris gratia vſurpatur. Prodeſt etiam[a] toti corpori in balneo, in corporibus quæ calefactionem, & laxationem deſiderant. Grauius verò ſpirat, quàm vt plerique ipſum libenter recipiant. 20

[a Toti corpori &c.] *Locus hic in manuſcripto codicè mirificè deprauatus eſt, in quo ſic habetur:* ἁρμόζει δὲ καὶ ὅλως τῷ σώματι κατὰ λουτρὸν, ἐπὶ τῶν θερμασίας καὶ χαλάσεως σωμάτων. *Quum ita potius*

tius

*tius legendū, ſit, ἁρμόζει δὲ ὅλω τῶ σώματι μετὰ τὰ λουτρὰ ἐπὶ τῶν θερμασίας καὶ χαλάσεως δεομένων σωμάτων.*

21 Olei myrtini confectio. Fit hoc etiam è folijs myrti viridibus acceptis vncijs duabus, & in olei omphacini ſextarium italicum coniectis, & vini odorati adſtringentis, italici ſextarij quartam partem. Dein coquito ad lentas prunas, donec folia ſiccētur, vinūq; abſumatur. Poſtea per colū tranſmittito, oleūq; purum in vitreum vaſculū reponito, ac foliorum myrti viridium poſtquam diem & noctem tabuerint. ℥.j. Et ſic recōde. Adſtringit & refrigerat oleū hoc plus quàm lentiſcinū & melinū. Quapropter ſtomachi & iecoris irrigationibus haud confert. Sed neq; alijs viſceribus eſt vtile. Multa igitur experientia compertū eſt, ceratis & emplaſtris,[a] quibus pars adſtrictione denſanda, & vbi ab ea repellendum eſt, vtiliter adhiberi. Vtile quoq; ad affluentes defluxiones, & vlceribus [b] humidis cicatricē inducit, & capiti mulieris vt capillos cōtineat, vtile & odoratum eſt.

[ a Quibus pars adſtrictiōe.] *Codex manuſcriptus legit corruptè admodum, δι᾽ ὧν στύφει, καὶ ἀποκρουομένων. Quum ita ex Aetio legēdum ſit, δι᾽ ὧν πυκνοῦν τῇ στύψει, &c.* [ b Humidis.] *Manuſcriptus codex falſò ἠρεωμένοις legit, pro ὑγραινομένοις.* Loca multà in Nicolao emendata.

22 Olei maſtichini confectio. Maſtiches. ℥.j. Olei cōmunis omnino immaturi, ſext.j. Coquitur in vaſe duplici. Calidū verò eſt mediocriter, & bonū corpori colorē cōciliat. Paratur autem ſimiliter amaricino, odoratius tamē eſt. Efficax etiā ad effectus. Cōdenſat & obturat admotū partibus quę roborari deſiderāt. Conſtringit & calefacit mediocriter.

23 Olei ſtyracini confectio. Olei optimi, ſex.j. & Styracis pinguis. ℥.ij. Coquito in duplici vaſe. Calidius eſt anethino modicè, vehementer autem emollit. Quapropter corporis durities inſigniter mollit.

24 Olei Sicyonij cōfectio. Olei dulcis, ſext.x. Fœnigræci, ſex.j. Roſmarini, polij, ſampſychi. ſing. ℥.vj. Tedæ. ℥.iiij. Ariſtolochiæ longæ. ℥.xij. Meliloti. ℥.vj. Cucumeris ſylueſtris radicis, lb.ij. Aquæ, quod ſatis eſt. Coctū, & colo tranſmiſſum, vſurpato. Archigenes autē ait parari in Sicyonio fœnogreco, & hyperico,

25 Olei Metopij confectio. Huiuſmodi oleū conficitur in

Aegypto. Appellatur verò Metopium, propter galbani lignum. Conficitur autem ex oleo omphacino, & amararum amygdalarum, cardamomo, iunco odorato, calamo odorato, melle, vino, carpobalſamo, galbano, & reſina. Calefacit, ora venarum aperit, extrahit, purgat. Facit ad præciſos muſculos, & neruos, pariter ad aquoſos ramices, & in ſumma, vim emolliendi obtinet.

Olei Mendeſij confectio. Hoc oleũ ſummè emollit & 26
laxat corpus, pusq́; creat. Componitur autem ex myrobalanino oleo, & [a] myrrhæ, Alij verò [b] gratia adſtrictionis cinamomum quoque inſpargunt.

[ a Myrrhæ.] *Græcè eſt σμύρνης. Aetius autem legit ζιγγιβέρεως, hoc eſt Zingiberis.* [ b Gratia adſtrictionis.] *Codex Nicolai perperam legit μετὰ τὸ ἀποστῦψαι, pro διὰ τὸ, &c.*

Olei [a] megalij cõfectio. Megaliũ vocatũ olim quidẽ cõ 27
ficiebatur, nũc autẽ deſijt. Conficitur amaricino ſimiliter, ampliusq́; additã ſibi reſinã accipit. Facit ad eoſdẽ effectus.

[ a Megalij.] *Sic legit Dioſcorides, & Aetius, nempe μεγαλίου. Nicolaus autem μεγαλίνου.*

Olei amaricini cõfectio. Sabinæ, xylobalſami, calami 28
odorati, floris iunci odorati, nardi celticæ, coſti. ſing. ℔. ij. ß. Amomi, caſiæ, carpobalſami, ſing. ℔. j. ß. Myrrhæ, ſeminis amaracini, ſin. ℔. ß. Olei omphacini, ſext. xv. Vini odoratioris, ſext. ij. ß. Coquitur more nardini. Vim obtinet calefacientẽ, vt nardinum, non verò ſimiliter roborat. Magis verò tenuiũ partium eſt nardino, magisq́; mitigat, & lenit, quòd nõ habeat opobalſamũ. Mulieribus in ſinum inditum, menſes mouet. Melius autẽ amaricinum calefacit, ora venarũ aperit. Cõgruit fiſtulis, aquoſis ramicibus poſt chirurgiã. Facit ad ferina vlcera, & cruſtas. Ad difficultatẽ vrinæ, illitũ ſedi. Facit etiã ad phlegmonas vteri, & durities, menſesq́; mouet, & hæmorrhoidas aperit.

Olei cyprini cõfectio. Olei cõmunis, ſext. xij. & ß. Cy 29
peri, helenij, iridis, ſing. ℔. ß. Hyſſopi, ſeminis agni ſaluę, ſin. ℥. j. ß. Florũ cypri, ℔. ß. Coquitur hoc duabus coctionibus, alijs omnibus ſpeciebus vino odorato per vnum diem prius irroratis, Dein iniecto oleo coqto horis ſex. Poſtridie oleo ꝑ colũ trãsfuſo inijce florẽ cypri cũ teneris ramulis nõ cõtuſũ. Si verò aridus fuerit, prius cõtũdito, & coqto horã vnam.

vnã.Cyprinum aũt inſigniter calefacit, tenuium eſt partiũ,& vtero valde vtile,pręſertim refrigerato.Craſſos enim in ipſo humores extenuat. Vbi verò copiam viridis hærbe habere poſſumus,ita paramus.Cyprini olei,ſext.lx.ß.Cyperi,helenij,iridis,ſing.℥.iij.Sãpſychi hyſſopi,ſaluiæ,ſing.℥.j.Citri foliorũ viridiũ.℥ iij.ß.Chamęlibani viridis.℥.ij. Foliorum lauri viridium.℥.ij.Florum cypri.℥.vj.Opobalſami.℥.iij.

30 Olei irini confectio.Iridis,aſpalathi [a] cyperi,helenij,ſin.℔.ij.ß.Opopanacis.℥.j.ß.Anchuſæ.℥.j.Olei puri,ſext.xv. Aquæ,ſext.ij.ß.Contundito ſingula craſsiuſculè,& diebus duobus macerato. Dein coquito horis ſex, & poſtea inijce opopanacem, in vino maceratum & liquatum. Interdum prædictis adijcimus iunci odorati.℥.iij.Caſiæ, xylobalſami, nardi celticæ, ſingul.℥.iij. Vis eius calefaciens, verum minime acris.Ideo refrigeratis partibus vtile. Roborat etiam,& emollit.

[ a Cyperi, helenij. ] *Manuſcriptus codex falſo legit κυπρίνου ἐλαίου pro κυπείρου ἑλενίου.*

31 Olei nardini Cyziceni confectio. Conficitur autem in Alexandria ſępius,& eſt valde bonum,& vtile.Olei omphacini,ſext.italicos.vj. Aſpalathi,cyperi, iridis illiricæ, ſeminis cardamomi,ariſtolochię longę,caſię lignee,ſin.℥.vj.Helenij,xylobalſami,floris iunci odorati,caſię,coſti.ſin.℥.iij. Amomi,folij,ſpicę nardi,Arnabonis,ſtyracis,carpobalſami ſin.℥.j.ß.Opobalſami.℥.j. Sabinę.℥.ß.Paratur autem hoc modo.Aſpalathũ,cyperũ,heleniũ,xylobalſamũ,irin,ariſtolochiã, demptis corticibus craſsius tũdito,ac tribus diebus aqua calida macerato. Dein [a] oleum inijce, & continuè mouendo coquito,miſcendo aquam paulatim ad eam quæ primò conſumitur,& coquito horis tribus aut longiùs, ſinitoque pernoctare. Poſtridie ea quæ iam cocta ſunt amoueto:& ab oleo ſeparans aquam,aliam admiſce puram aquam parũque vini,& coque. Vbi ebullierint,adijce primum cardamomum,dein iuncum,& caſiam ligneam contuſa,& coquito horis duabus, & iterum ſine per noctẽ ſtare. Tertio die ſpeciebus his extractis ſimiliter, aquã purã effundens coquito,& vbi ebullierit,inſperge ſeorſim trita caſiã,coſtũ. & reliqua:in fine autem ſpicam nardi,folium, & ſtyracem

in par

in partes tenues conciſa,& liquefacta, tolle confeſtim a ͣ igne,& inijce opobalſamũ, & ſufficiẽter agitatis obturatisq́; tutò,permitte dieb. duobus,atq; ita vaſculo excipito, & vtitor. Quod verò ſecundũ appellatur,ſic cõficitur. His quæ à tertia decoctione relicta ſunt,adijce [b] olei ſex.vj.& feruefaciens coquito horis duabus. Dein inſparge caſiæ in pollinẽ tritæ,nardi celticæ,ſing.℥.j. Sabinæ.ʒ.ij. Styracis, ℥.ß. Opobalſami.℥.j. Eſt nardino ipſi facultas calefaciendi,firmãdi,& mitigandi ſtomachum. Refrigerato igitur & imbecillo ventri,ac iecori iiſdẽ malis affectis,maxime vtile eſt. [c] Inijcitur etiam inteſtinis refrigeratis. Vtero quoq; laborante, eo vt admodum laudato vtere.

[a Oleum inijce.] *Hæc in manuſcripto Nicolai codice non habentur,ſed ex Aetio adiecta ſunt,qui ita habet,* ἔπειτα ἐπιβαλὼν τὸ ἔλαιον ἔπειτα κινῶν συνεχῶς, ἐπιβαλὼν, &c. [b Olei ſex. vj.] *Manuſcriptus codex haud rectè legit,* ἴσον ὅλκην α: *quum potius ex Aetio legendum ſit,* ξ. ς'. [c Inijcitur.] *Codex Nicolai perperam* ἐνίωτε *legit,pro* ἐνίεται.

Olei nardini confectio Ioannis vnguentarij. Olei cõmunis,ſex.iij. Aſpalathi,lb.ij. Xylobalſami,lb.j. Coſti.℥.j.ß. Xylocaſsiæ.℥.ij. Carpobalſami.℥.iij. Amomi.℥.j.ß. Styracis calamitis, opobalſami, ſing.℥.j. 32

Olei nardini confectio magis varia. Olei communis puri:ſex.iij. Helenij.℥.ix. Aſpalathi,lb.j.ß. Cyperi,lb.j. Ligni aloes boni,iridis,foliorum myrti, & lauri,roſmarini, ariſtolochiæ,caſiæ ligneæ,ſing.lb.ß.℥.iij. Caſiæ,lb.ß. Xylobalſami,lb.j. Floris iunci odorati ℥.iij. Coſti,lb.ß. Amomi,lb.ß.℥.iij. Folij.ſpicæ nardi,ſin.lb.j. Piperis,lb.j.ß. Styracis lb.ß.℥.iij. Myrrhæ,cardamomi,ſing.lb.j. Celticæ,℥.xv. Caryophilli,lb j. Ligni caryophylli,lb.ß. [a] Gomphiti, ℥.xv. Ladani,lb.ß. Aſari,cinamomi,ſing.lb.j.ß. Ligni cinamomi, [b] bocha,zanbani,ſingul.lb.j. Myrobalani,carpobalſami,ſingul.lb.ß.℥.j.ß. Terebinthinæ,lb.j.ß. Balſami, lb.ß. Vini odorati,quod ſatis eſt. 33

[a Gomphiti] *Manuſcriptus codex habet* γομφίτιδος. *Aetius verò legit* γομφίτου. *Quid verò ſit* γόμφιτον,*diuinare ſatis nõ poſſum. Fortè pro eo legendum erit* συμφύτου, *vt diximus annot.* 257. *ſect. primæ.* [b Bocha zanbani.] *Nicolaus habet* βοχᾶ, ζανβανὶ. *Conſtat autem eſſe voces barbaras, quarum etiam multa ſunt apud*

Aet

*Aetium in Nardini deſcriptione. Quid verò ſignificent, in præſentiarum indicare haud poſſum.*

54 Olei Salca cōfectio, admodum probata. Aſpalati.℥.vj. Xylobalſami.℥,ix. Cyperi.℥.iiij. Helenij, iridis, ſing.℥.vj. Calami odorati.[a]℈. xviij. Spicæ nardi. ℥.j. Iunci odorati. ℥.ij.ß. Styracis pinguis.℥.ij. Nuces indicas, duas. Folij.℈. xviij. Caryophylli, arnabonis, ſingulorum.℥.j.ß. Amomi.℥.iij. Caſiæ.℥.ij. Coſti, myrrhæ, ſingulorum.℥.j.[b] Zingiberis, caſiæ ligneæ, ſingu.℥.iij. Olei, ſext.j. Coquitur modo dicto in nardino. In prima decoctione adijce thus, xylobalſamum, irin: cyperum, helenium, xylocaſiam, demptis corticibus, & craſſo modo cōtuſa, & in aqua duob. aut trib. diebus anteà macerata. In altera decoctione adijce calamum odoratum, iuncum odoratum, prius in vino odorato veteri humectata. In tertia, reliqua. At quod ſecundum appellatur, ita conficitur. His quæ à tertia coctura reliqua ſunt, adijce olei ſext.vj. & coque ſufficienter. Dein iniicito ſtactes bonæ & albæ.℥.iij. Siromatis, id eſt [c]aquæ opobalſami, maſtiches, ſingulorum.℥.vj. Styracis bonæ.℥. j. Vtuntur Salca mulieres caput inungentes. Eſt verò optimum.

[ a Scrup.℈xviij.] *Aetius habet ὀυγγίας ιη', hoc eſt, vncias. xviij. quemadmodū etiā paulò pòſt in folij adiectione.* [ b Zingiberis.] *Manuſcriptus codex habet παχαβλέρεως, corruptè haud dubiè, pro ζιγγιβέρεως. Sic enim Aetius legit, & adijcit, ὕπνου, hoc eſt, hypni, ſeu muſci.* [ c Siromatis.] *Nicolai codex legit deficienter συρώματος τῶν ὕδατος τῶν ὀποβαλσάμου, quum ex Aetio legendum ſit σιρώματος τουτέστι τὸ ὕδωρ τῶν ὀποβαλσάμου.*

55 Olei Salca confectio Ioannis vnguentarij. Habet coſti, folij, ſing.℥.ij.ß. Caſiæ, myrrhæ, ligni caryophylli, carpobalſami, ſing.lb.ß. Spicæ nardi.℥.ij. Calami odorati.℥.ß. Iridis, lb.j. Styracis pinguis.℥.iiij.ß. Croci.ʒ.ij. Olei communis puri, ſext.iij.

56 Olei [a]Malabathrini, id eſt foliati cōfectio. Recipit aſpalathi lb.ß.℥.iij. Xylobalſami lb.j. Cyperi, lb.ß. Helenij, lb. ß.℥.iij. Folij.℥.ij.[b] Amomi, xylocaſiæ.℥.iij. Myrrhæ.℥.j. ß. Coſti.℥.iiij.ß. Styracis optimi, lb.ß. Carpobalſami.℥.iij. Calami odorati, lb.ß.℥.iij. Spicæ nardi.℥.j. Caryophylli, ℥.ij. Siromatis, hoc eſt, [c] ſubſidentiæ aquoſæ opobalſami,

arna

arnabonis, ſingulorum. ℥.iij. Cardamomi.℥.iij. Iridis, ℔. ß.Helenij.ʒ.x. Vini odorati, quantum ſufficit. Coquito vt nardinum. Quibus odorata vnguenta competant. Odorata vnguenta ijs qui caput frigidius habent, magis conueniunt, aut mediocriter calidum in hyeme. Calidioribus enim non ſunt vtilia. Si verò quiſpiam odoris gratia ijs vti vult, roſaceum æquale æquali commiſceat, ita enim mixtum, non eſt noxiũ.[d] Quoniã verò plures mulieres ſic capita habent calida, vt nullũ quidem calefacientium ſuſtineãt propterea oleum omphacinum ſolum vſurpent, & roſaceũ. Quædam verò earũ nequaquã oleo vtuntur, eò quòd [e]ſtatim humectentur capita deſtillationesq; incurrant. Has nõ oportet cogi vt inungãtur: indigent enim vt caput exiccetur opportunis inſperſionibus aridis[f] non vt oleo humectetur.

Loca aliquot reſtituta.

[ a Malabathrini.] *Codex Nicolai falſò legit μαλαθρίνου pro μαλαβαθρίνου.* [ b Amomi.] *In Nicolai codice minus rectè κιναμώμου pro ἀμώμου ſcribitur.* [ c Subſidentiæ. ] *Græcè eſt καθαρισμα . In Aetio aũt legitur καθισμα* [ d Quoniam verò . ] *In codice manuſcripto perperam legitur , ἐπὶ δὲ πολλαῖς, pro ἐπειδὴ πολλαὶ . &c.* [ e Statim. ] *Manuſcriptus codex falſò legit καχίως , pro ταχίως* [ f Non vt oleo humectetur.] *Hæc in codice Nicolai non habentur, ſed ex Aetio ſunt adducta , qui legit, ἐν τῷ ὑγραίνεσθαι τῷ ἐλαίῳ.*

Olei capniſti, hoc eſt ſuffumigati, vel in fumati cõfectio 37

Vnguẽ odoratorũ magnorũ, thuris maſculi, ſtyracis optimi, bdellij puri, coſti, ſingulorũ.℥.ij.ß. Olei dulcis, ſext.ij. ß. Hypni, qđ ſatis eſt. Coſtum in craſsiores partes diſſectũ atq; itidem ſtyracem & bdellium, poſteaquàm ſimul commixta ſunt, in vas nouum teſtaceũm anſulas non habens conijcies, cuius orificium hypno obturabis, extraque hypnum ſurculis aſpalathi, aut quodam ex odoratis circũſepias ne è fictili excidat. Dein aliud vas teſtaceum ſine anſulis accipias, & collo procero quod orificium habeat alterius vaſis ſpecies prædictas continentis orificio aptè conueniens . In quod conijcies, Olei dulcis ſextarios quinque: poſtea defoſſum vaſculum oleũ continens vſq; ad collum terra obrues, ne igne excandeſcat. Deinde [a] altero vaſe in caput reſupinato, ipſumque orificio fictilis continentis oleum coaptato, totumque vas fictile, & vtrorumque orificia inuicem coapta

coaptata, extrinſecus luto circunlinito, & ſine exiccari. Deinceps carbones plures circumpones, & tecto per eos vndequaque fictili, accende ignem, & ventilato. Igne autem accenſo, finito [b] ipſum tabefieri, vt ſenſim ignitæ per teſtacei vaſis oſculum ſpecies, in ſubiectum ipſis oleum euaporent. Huius enim gratia infumatum nominatur. Poſtridie aperto oleo illud amoueto, & in vitreo vaſe ſeruato. Vtuntur hoc mulieres quibus menſes ſupprimuntur, imum ventrem & lumbos eo inungentes. Conuenit etiam ijs quæ à partu modicè purgantur, ſimiliter illitum. Vtile quoque eſt ijs quibus thorax refrigeratus eſt, & teneſmo, calida lana complicata exceptum, imoq; ventri & lumbis impoſitum.

[a Altero vaſe in caput.] *Nicolai codex habet ἐπὶ κεφαλῆς λαβῶρ hoc eſt, capite apprehenſo.* Rectius *autem Aetius legit ἐπὶ κεφαλαβαλῶρ, id eſt, in caput reſupinato.* [b Ipſum.] *In codice Nicolai falſo αὐτὰ pro αὐτὸ legitur.*

38 Olei maſtichini magis varij confectio. Recipit olei communis, ſext. xij. ß. Helenij, ℔. j. ℥. iij. Xylobalſami, ℔. ij. ß. Florũ iunci odorati, cardamomi, maſtiches, ſing. ℔. j. ℥. iij. Xylomaſtiches, ℔. ij. Terebinthinæ, ℔. ß. & quartam partem. Comæ abſinthij. ℥. iij. Vini odorati, ſext. j. & quartam eius partem. Aquæ, ſext. ij. ß. Arida vino tribus antè diebus macerata miſceantur oleo & aquæ, coquanturque horis ſex, & tandem maſtiche & terebinthina inijciantur.

39 Olei maſtichini confectio ſimplex. Accipit olei communis, florum iunci odorati, ſingulorum, ℔. ß. Comæ abſinthij, cyperi, ſingulorum. ℥. ß. Maſtiches. ℥. j. ß. Roſarum perſicarum ℥. ß. Folij indici. ſtag. j. ß. Styracis. ℥. j.

40 Olei ex anemone confectio. Florum anemones folij. ℥. j. Olei dulcis ſextariũ italicũ. ß. Præparato probè vt irrinũ & vtere. Calefacit, & diſcutit œdemata, mixtũ adipi ſuillo.

41 Olei Leucophyllini confectio. Roſarum è fructu rubi, quę Leucophilla dicuntur. ℥ j. ß. Olei omphacini, ſext. italicum. ß. Reconde in vaſe immutãdo, vt in Irino eſt dictum, & mediocriter inſolato. Hoc vt roſaceum ſe habet. Adſtringit enim & refrigerat, idq; roſaceo magis, illitum cranium quoque ſanat.

Olei gleucini, id eſt muſtei confectio. Olei [a] Benephrados,

hoc

hoc eſt porracei, puri, lb.xv. Vini veteris odorati, ſext.j.ß. Muſti aminei, ſext.vij.ß. Aſpalathi .℥.iij. Hedyſari, artemiſiæ, [b]coſti, capparis, ſing.℥.j.ß. Myrrhæ legitimæ.℥.j.ß. ʒ.j. Foliorum viridium myrti.℥.j. Bdellij, iridis, ſingulorũ. ℥.j.ß. Styracis puri, caſiæ, ladani, ſin.℥.ß.ʒ.j. Croci.℥.j.ʒ. ij. Carpobalſami.℥.j.ß. Thuris maſculi, crocomagmatis, ſing.℥.iij. Opopanacis.℥.ß. Cardamomi.℥.ß.ʒ.j. Calami odorati.℥.iij. Aſari.℥.j.ß. Caſiæ nigræ.℥.j.ß. Amomi.℥.ß. ʒ.j. Coſti.℥.j. Nardi celticæ.℥.iij. Mellis, roſarum aridarum ſampſychi, malabathri, ſingulorũ.℥.ß.ʒ.j. Fœnogręci ℥.j.ß. Balſami.℥.iij. Caſami, quod eſt cyclamini ſemẽ.℥.ß. Helenij, lb.ß.℥.j.ʒ.ij. [c]Spathę palmarũ. ℥.iij. Præparatur hoc modo. Viridia in mortario cõtundito, adijce oleũ, & vinum pondere olei dimidio, & ſinito macerari dieb. quinq;. Dein coquito quoad muſtum ignis feruore abſumatur. Colo, tranſmiſſo liquore, herbas abijce, & reſarciũdæ iniectorũ iacturæ adijce iterum oleum, & muſtum quod remanſerat, cæteraq; arida tuſa & cribrata cribro denſiore, atq; ad vnitatem redacta, diebus ſeptem madere ſinito: rurſusq; coquito, dum muſtum ignis feruore abſumatur, dein colo tranſfuſum oleum ſinito diebus ſenis, dein oleum defecatũ tranſfunde in vas vitreum, & vtere.

[ a Benephrados. ] *Græcè eſt* βενεφράδος ἤτοι πρασινελαίου

[ b Coſti. ] *In manuſcripto codice falſo* κόκου *legitur, pro* κόστου.

[ c Spathæ palmæ.] *Græcis* σπαθοφοίνικον *dicitur: nec aliud eſt quàm fructus palmæ adhuc florentis inuolucrum.*

Olei Cyprini confectio. Citri & foliorum lauri, ſingulorum.℥ ij. Helenij.℥.iij. Aſpalathi, ariſtolochiæ longę ſingulorum.℥.ij. Iridis, cyperi, ſaluiæ, ſingulorum.℥.j.ß. Olei porracei, lb.ij. Hæc prius in vino macerato & cum oleo decoquito ſenis horis, & colo transfuſo liquore, herbas abijcito. Oleo autem accepto hæc inijcito, xylobalſami, caſiæ ligneæ, ſingulorum.℥.ij. Sampſychi, cumini æthiopici ſingulorum. ℥.j.ß. Opopanacis, florum cypri, ſingulorum ℥.j. Myrrhæ, ſtyracis, maſtiches, ſingulorum.℥.j.ß. Aerugi nis raſilis.℥.ß. Subactis probè, vtere. 43

Olei boni cucumerini compoſiti confectio. Olei com- 44
munis, ſextaria.v. Radicis cucumeris, ſylueſtris, lb.ß. Serpilli, meliloti, ſingulorum. ℥.iij. Tedarum pinguium, altheæ.

altheæ,ſingulorum.℥.ij.ſ.Scolopendrij.℥.iij. Fœnigræci, ſext.j.Præmaceratis in aqua die vno,dein colo tranſmiſsis, & iniecto cum oleo etiam vini ſextario vno, & vndiquaq; decoctis,adijciuntur medullæ ceruinæ,cum exiguo oleo liquatæ,& adipis gallinacei,ſingulorum.℥.ij.& cum oleo colata in vas transfunduntur.Nonnulli etiam ſoli exponunt ipſum,poſtquam decoctum eſt diebus quadraginta.

45 Olei cucumerini efficacior confectio.Elaterij, ſext.j.ſ. Ariſtolochiæ longæ,& rotundæ, ſtyracis,helenij, hyſſopi, iridis,colocynthidis,pulegij,origani,cyperi, olei, ſext.ij.ſ. Cōmixta decoquantur,quoad parū ſucci abſumptū fuerit.

46 Olei cucumerini confectio compoſita. Radicis cucumeris ſylueſtris tabefactæ.℥.j.Olei, ſext.italicum. Coquito in duplici vaſe,& vtere.

47 Olei Cyprini confectio.Foliorum citri viridium,faſciculum qui manu complecti poteſt, vnum. Foliorum myrti viridium,modiū.j. Ramorum cupreſsi, modiū.j. Cyperi, cardamomi,œnanthes ſiccæ,celticæ,florum iunci odorati, maſtiches,ſtyracis,helenij,ſampſychi,ſeminis agni,ſing.℥.ſ.Iridis.℥.ij.Olei hiſpanici, ſext.viij.Aquæ quod ſatis eſt. Coquito vt in nardino eſt dictum.

48 Olei Cyprini alia confectio. Myrrhæ.℥.j.Foliorum citri,cardamomi,calami odorati,ſingul.℥.iij.Aſpalathi,lb.j. Sampſychi.℥.j.Olei veteris,ſext.v. Vini veteris, & aquæ, ſingul.ſext.iij. Vinum & aquam commixta,ſpeciesq́; craſſiuſculè contuſas ſine macerari diebus & noctibus tribus. Dein oleo iniecto decoquito, donec aqua & vinum abſumantur.Poſtea accipe opopanacis,myrrhæ,ſtyracis, & maſtiches,ſingulorum.℥.j.Diſſolutis ijs cum parte vini, habeto paratum.Dein colo transfuſis oleum diligenter miſceto,rurſusq́; coquito.Dein colatis vtere.

49 Olei maſtichini confectio.[a] Gaziti.℥.j. Comæ abſinthij,foliorum rutæ viridium,ſingul.℈.iij.Olei communis.℈.j.ſ.Maſtiches.℈.iiij.ſ.Styracis,ſtactes,terebinthinę,ſingulorum.℈.iij.Olei laurini.℈,iiij.ſ.Tedacei.℈.iij. Nardini.℈.ix.Olei anethini.℥.iij.

[a Gaziti.] *Græcè eſt* γαζίτου. *Quid verò hæc vox Nicolao ſignificet,me ignorare fateor.* Gazitō.

50 Olei mandragoræ confectio, phreniticis, febricitanti-

bus, & vigilantibus conueniens. Olei communis, lb.ij. Succi mali punici acidi, ſucci mandragoræ radicis, ſingu. ℥.iiij. Succi hyoſcyami. ℥.ij. Succi papaueris hortenſis nigri. ℥. iij. Succi foliorum violæ, ſucci canchryos, ſingul. ℥.j. Opij boni, ſtyracis calamitis, ſingul. ℥.ß. omnia ſimul cum oleo mixta, reponito in vaſe vitreo, & ſub æſtu caniculari inſolato diebus decem, dein coquito vt ſolum oleũ remaneat. Colatum reconde in vaſe, & vtere in frõte, ac temporibus.

Olei nenupharini confectio. Olei violacei, roſacei, ce- 51 ruſæ, ſingulorum. ℥.j. Caphuræ. ʒ.ß. Lithargyri. ℥.ß. Betonicæ, amyli, ſingulorum. ℥.j. Thuris albi. ʒ.j.ß. Succi pſyllij, & ptiſanæ, adipis gallinacei, amianti, ſingulorum. ℥.j. Ceruſam cum plumbo præparatam eſſe oportet. Ceræ puræ albæ. ʒ.ij. Aloes flauæ, ſarcocollæ, ſingulorum. ʒ. j. Probè parato vtere.

FINIS.

## INDEX ENEMATVM, SIVE iniectionum.

*Enema ſeu iniectio ad dyſentericos, & alios morbos.* 1
*Enema ad dyſentericos mirabile.* 2
*Enema dyſentericum. optimum.* 3
*Enema dyſentericum, mirabile.* 4
*Enema ad dyſentericos, & lientericos.* 5
*Enema ad colicos, expertum.* 6
*Enema ad colicos Galeni, probatum.* 7
*Enema ad colicos Galeni, vt præcedens.* 8
*Enema ad colicos, expertum.* 9
*Enema ad colicos probatum.* 10
*Enema ad colicos ſimile.* 11
*Enema ad colicos ſimile.* 12
*Enema ad colicos mirabile.* 13
*Enema ſeu confectio tetrapharmaci.* 14
*Enema ad colicos præſtans.* 15
*Enema ad colicos ſomnum concilians, mitigans, & concoquens.* 16
*Enema per inferius inijciendum, mirabile.* 17
*Enema ad colicos, valde bonum.* 18
*Enema ad colicos, & diuturnos affectus præſtans.* 19
*Iniectio ad aures, diutinos nephriticos, calculoſos, & citra voluntatem mingentes.* 20

Enem

*Enema ad colicos mirabile.* 21
*Enema ad colicos præſtans.* 22
*Enema ad colicos nobile.* 23
*Enema ad colicos ſimile.* 24
*Enema ad colicos ſimile.* 25
*Enema ad vterum exulceratum, & eryſipelata.* 26
*Enema ad continuas febres, expertum.* 27
*Enema ad iſchiadicos.* 28
*Enema ad nephriticos mirabile.* 29
*Enema ad nephriticos melius.* 30
*Enema ad cœliacos, & dyſentericos.* 31
*Enema pituitam laxans, valde bonum.* 32
*Enema ad colicos.* 33
*Enema ad colicos, dolorem ſedans.* 34
*Enema ad colicos admodum vtile.* 35
*Enema febres finiens, mirabile.* 36
*Enema febres finiens, bonum.* 37
*Enema nephreticum, valde bonum.* 38
*Enema nephriticum, expertum.* 39
*Enema ad cœliacos probatum.* 40
*Enema delicatum appellatum, commune inſtrumentum.* 41
*Enema pituitam educens, bonum valde.* 42
*Enema ad colicos, inflatos, & dolore inteſtinorum cruciatos.* 43
*Enema ad inflationes, colicos, & dolore inteſtinorum vexatos.* 44
*Enema cœliacum, expertum.* 45
*Enema ad dyſentericos, & cœliacos.* 46
*Enema ad dyſentericos, valde bonum.* 47
*Enema ad dyſentericos. & cœliacos.* 48
*Enema ad colicos bonum admodum.* 49
*Epithema ad dyſentericos Metaſaculij.* 50
*Epithema ad dyſentericos, & cœliacos.* 51

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI DE ENEMATIS SIVE CLYSTERIbus, Sectio decimaſeptima.

1 ENEMA dyſentericum mirabile. Recipit foliorum hyoſcyami, quinqueneruiæ, filicis, arnogloſsi,

cotoneorum, malorum immaturorum, brizæ farinam, aut integram, orizæ, ſidiorum, balauſtiorum, roſarum, rhois culinarij, rhois coriarij, hypociſtidis, ſummitatum rubi, lentiſci. Hæc coquito in aqua pluuia, & de decocto accipe quantum vis, admiſce lutea ouorum duo in aceto elixa, & olei roſacei. ℥. ß. Dein adijce boli armenij, ſigilli lemnij, ſanguinis draconis, gummi arabici, ſucci acaciæ, & hypociſtidis, ſingul. exag. ij. Hæc ſimul ſubacta inijce tepida, pro viribus. Verùm altero enemate prius corpus vacuandum erit, quod habet, ptiſanæ, roſarum, mercurialis, foliorum tenerum betæ, herbæ venti, foliorum altheæ, aniſi, chamæmeli florum, adijce etiam portionem thuris, & ſacchari nigri. ℥. j. & ouorum lutea in calido cinere aſſata duo, roſacei quod ſatis eſt. Poſtea eo vtere, ac confeſtim cum prædicto tepidum inijce.

1 Enema ad dyſentericos, mirabile admodum, Accipit orizæ, hordei nudati, caulium portulacæ ſine folijs, [a] ſecalis, myrti foliorum viridium, ſidiorum, balauſtiorum, capitis mali punici, rhois ſyriaci, rhois coriarij, gallarũ, roſarum, ſummitatum rubi, meſpilorum, cotoneorum, pyrorum immaturorum, quinqueneruiæ, polygoni, arnogloſsi, filicis. Hæc coquito in aquæ pluuiæ libris ſex: & vbi probè quoad libræ duæ remanſerint decoxeris, & per ſaccum tranſmiſeris, adijce gummi arabici, ſigilli lemnij, ſanguinis draconit, boli armenij, amyli, [b] ceruſſæ, ſucci acaciæ, & hypociſtidis, chartæ bombacinæ vſtæ, ſucci arnogloſsi, galli interioris membranæ ventriculi, ichthyocollæ. Si verò vehemẽter inteſtina dolent, appone ſuccum polygoni, aut opij, & ouorum elixorum lutea duo cum aceto aſſata, adipis renum capri. Præparatum infunde tepidum, prius vacuans per id quod antea dictum eſt purgatorium. Sinito in inteſtinis, quandiu idipſum æger continere poteſt.

[a Secalis.] *Codex Nicolai habet σικάλλις, haud dubiè pro σίκαλις.* [b Ceruſſæ.] *Gracè eſt ψιμμιθίου. Sed fortè legendum erit ψυλλίου, aut certè σιμμιως, vel ἀψινθίου, quod veriſimilius eſt.*

2 Enema dyſentericum valde bonũ. Succi itrij, ſucci orizæ, adipis bouilli, cimoliæ, amyli, ſolani, ceruſſæ, olei roſacei, & ouorum lutea duo elixa in aceto. Præparato hæc cũ ſucco quinquenerniæ, polygoni, arnogloſsi, bolo armenio, ſigil

ſigillo lemnio,& ſucco acaciæ. Probè, paratum inijce tepidum, quando inflammatio eſt in inteſtinis.

4 Enema dyſentericum mirabile. Lactis capræ quæ recens peperit, cerati cum roſaceo, & ſtillaticio roſarum liquore; ceræ cum feruente aqua dealbatæ. Inijce cũ decocto ruborũ, filicis, myrti, hordei, polygoni, quinqueneruiæ, rhois ſyriaci, rhois coriarij, caulis portulacę: arnogloſsi, roſarum, ſidiorũ meſpilorũ, balauſtiorũ, baccarũ myrti, & ſumach. Aquæ pluuiæ quod ſatis eſt. Probè paratũ inijce tepidum.

5 Enema ad dyſentericos: & lictericos. Habet meſpilorum, maſtiches, gallarũ, roſarũ, quinqueneruię, balauſtiorũ. hyoſcyami foliorũ viridiũ, cauliũ portulacæ, cotoneorũ, malorũ immaturorũ, pyrorũ ſylueſtriũ, rhois culinarij, rhois ſyriaci, rhois coriarij, acinos vuæ, omphacis aridi, orizæ, hordei nudati, ſummitatũ myrti nigri, & fructuũ, polygoni, & filicis. Hæc coquito in aqua pluuia ſufficiẽti, & ex decocto accipe quantũuis. adijce chartæ vſtæ bõbacinæ, cicadarum vſtarũ, amyli, boli armenij, ſucci quinqueneruiæ, acaciæ, & hypociſtidis, gũmi arabici, ſacchari roſacei cũ ſtillaticio roſarũ liquore ſubacti, & lutea ouorum in aceto cocta duo. Prius vacuato per aliud enema, vt dictum eſt, purgatoriũ, & delicatiſsimum. Inijce hoc tepidum. Aliorum enematum confectiones reperies in capite de paſtillis.

6 Enema ad colicos, mirabile. Recipit fœnigręci, chamæmeli, abſinthij, colocynthidis, centaurij, anethi, aniſi, cumini, fœniculi, ptiſanæ, foliorũ braſsicę, mercurialis, meliloti, ſcarolachani. Hæc in aqua coquito ad tertias, perq; colũ trãſfundito. Accipe decoctũ, & adijce illi lanã ſuccidã, atq; cũ decocto ꝓbè ſubactã iterũ ꝑ ſaccũ trãſmitte. Dein accipe quãtũ vis, & admiſce hieræ picræ laxatiuæ. ℥. ß. Terebinthinæ, benedictæ laxatiuæ optimæ, ſin. ℥. ß. Olei veteris communis, aut rutacei, aut anethini. ℥. j. Paratũ probè & ſubactum inijce tepidum. Si verò ob acres & mordaces humores dolent, inijcienda hæc ipſis erunt. Oleum in quo decoctum eſt fœnigræcum, chamæmelum, lauri, abſinthij, & altheæ folia. Feruefiant benè cum adipe anſeris, gallinæ, ſucco ſeminis lini, ptiſanæ, & roſaceo oleo.

7 Enema ad colicos Galeni, probatum. Luteorum oui. ℥. iiij. Apij. ℥. vj. Caſtorij. ℥. iiij. Spicæ nardi. ℥. ij. Myrrhæ.

 ℥. ß.

℥.ß. Aluminis ſciſsilis.ʒ.iij. Liquato hæc & irrigato cum vino ſufficienti,& inijce. ʒ.j.cum oleo rutaceo.

Enema ad colicos [a] Galeni, ſimile. Accipit rutæ,fœni- 8
græci,abſinthij,chamæmeli, colocynthidis. Coquito cum oleo,& ex decocto accipe quantũ vis,atq; adijce caſtorij,picræ Galeni,zulapij roſacei purgatorij,ſing.exa.j.ß.Dulcis calami puri.℥.j.Paratum rectè inijce tepidum.

[a Galeni.] *Non eſſe Galeni hoc enema, nemo non animaduertit,quòd in eo Galenus citetur,& quòd dulcis calami,hoc eſt,caſiæ fiſtularis,quæ Galeno incognita fuit,mentio fiat.*

Enema ad colicos, admodum laudatum. Habet cedrini 9
liquoris.℥.j.ß.Picis liquidæ.ʒ.iij. Caſtorij, lutei ouorum, ſingulorum. ℥ ß. ℥.j. Piperis communis. ʒ. iiij. Paratum probè inijce quantum digitum medium ſeu indicem inquinat cum oleo rutaceo, pondere quartæ cotylæ partis. Miſce cum butyro, etiam terebinthinæ.℥.ß.ʒ.j.Caſtorij. ʒ.ij.Nitri ʒ.iij.Myrrhæ.ʒ.ij. Mellis attici, quod ſatis eſt. Probè paratum inijce à balneo dormituro,tepidum,quantum digitum inquinat,cum oleo rutaceo nucis ponticæ magnitudine.

Enema ad colicos probatum. Accipit aloes flauæ,opij, 10
ſingul.ʒ.iij.Butyri,altheæ, ſing.ʒ.vj. Præparatum inijce pondere. ʒ.xiiij.cum oleo rutaceo ſufficienti.

Enema ad colicos ſimile. Recipit aloes flauæ,butyri,ſin 11
gulorum.ʒ.vj.Picis liquidæ.ʒ.viij.Paratum inijce tepidũ.

Enema ad colicos ſimile. Capit ſucci opij.ʒ.ij. Butyri, 12
ʒ.vij.ß.Picis liquidæ.ʒ.iiij. Cedriæ.ʒ.vj. Vini quod ſatis eſt.

Enema ad colicos mirabile. Habet chamæmeli, altheæ, 13
anethi,fœnogræci,cumini,ſeminis lini,meliloti,rutæ, hordei aſsi,pulegij,ſingulorũ.ʒ.ij. Lota conijce in aquæ ſext. iij. Dein coquito quoad tertia pars remaneat. Poſtea adijce olei dulcis,ſext.j. & coquito cum decocto,donec decoctum abſumatur,cauendo ne oleum aduratur. Adijce olei.℥.j.ß. Butyri,adipis anſerini, ſingulorum.ʒ.ij. Tetrapharmaci, tantundem. Probè parato vtere.

Enema ſiue confectio tetrapharmaci. Recipit ceræ pu- 14
ræ,picis aridæ,colophoniæ,* adipis bouilli,ſingulorum.ʒ. iij.ß. Probè parato vtere.

* Paulus & Aetius habẽt ταυρίου, hoc eſt taurini, quemadmodum etiã Celſus.

Ene

15 Enema ad colicos, admodum præſtans. Accipit cedriæ ℥.j.ſemis. Picis liquidæ.℥.iij. Caſtorij, opij. ſingul.℥.ß.ʒ.j. Piperis communis, gran.xxx. Vnitis vtere, digito indice vſque ad primum nodum articulúmve flexionis cum olei rutacei cyatho dimidio inquinato. Admiſce etiam butyri, ℥.ß. Terebinthinæ.℥.ß.ʒ.j. tepidum per latiorem fiſtulam infundito.

16 Enema ad colicos, à dormituris ſumptum, ſomnum facit, mitigat, cõcoquit, expertum. Accipit abſinthij ſucci, opij, centaurij, ſing.ʒ.ij. Aloes flauæ ʒ.vj. Picis liquidæ, cedriæ, myrrhæ, maſtiches, foliorum rutæ, ſing.ʒ.ß. Caſtorij.℥.v. Croci.ʒ.iij. Styracis.ʒ.j. Mellis attici, & terebinthinæ, quod ſatis eſt. Hæc coquito, donec ad mellis conſiſtentiam veniant. Vbi vſus poſcit, accipe [a].ʒ.ij, aut plus, aut minus, pro viribus, & iuxta ætatem: liquato in duplici vaſe cum oleo cyprino, gleucino, anethino, & fœnogræci, [b]in quibus cuminum & chamæmelum contuſum, coctum eſt, diſſoluæ, & parũ butyri admiſce. Vbi prius vacuaueris aluum clyſteri quod ſtercus educit, habente folia maluæ, abſinthij, chamæmeli, fœnogræci, centaurij, violarũ, ſeminis lini, mercurialis, anethi, & cumini. Hæc in aqua coquito ad conſiſtentiã. Dein accipe ex decocto qoantũ vis. Adijce dulcis calami puri.℥.j. Hieræ picræ, & benedictæ laxatiuæ, ſing.℥.ß. Agarici, ſiliq.vj. Mellis attici, & olei communis, Paratum probè inijce tepidum. Dein lauato, & nutrito, & vngito caput oleo anethino, aut omphacino. Inijce dormituro prædictum enema, ſomnum inducens. Expertum enim eſt in Alexandria.

[a Dracgmas duas.] *Aetius habet* ι δ′, *id eſt, dragmas quatuor.*

[b In quibus cuminum contuſum coctũ eſt diſſolue, &c.] *Locus hic in manuſcripto codice prorſus deprauatus eſt. legitur enim hoc modo:* ἐψόμενα μετὰ τῶν ἐλαίων κυμίνου, καὶ χαμαιμήλων τεθλασμένων, καὶ βοτύρου βραχέος. *Quũ ita potius ex Aetio legẽdũ ſit,* ἐν οἷς ἑψεῖται κύμινον τεθλασμένον, προσμίσγων βουτύρου βραχύ. Nicolai locus emẽdatus

17 Enema quod per inferiora inijcitur, quo vſus ſum ego in alexandria, mirabile. Capit caſtorij.℥.ij. Croci ℥.j. Opij, myrrhæ, ſingulorum.℥.ij. Succi rutæ, nitri rubei, ſin.℥.j. Vel pro nitro adde ſpicã nardi. Excipe, melle [a]attico deſpumato. Vbi vſus poſcit, accipe fabę quãtitatẽ, & di-

lue in vini menſura vna. Adijce etiam olei rutacei menſuram vnam, [b] vt videlicet duæ menſuræ ſint. ægroq; prius lauato, [c] ante ſomnum vtere. [d] Cæterum antidotorum in litera. A. dictorum, dolorem ſedantium, & enematum aſsiduum vſum vitare oportet. Sedant enim cõfeſtim dolores, cauſas verò intus ſeruant, & aut periculum ſyncopes paulatim afferunt, & mortem: aut diuturna, & ſolutu difficilia mala efficiunt.

[a Attico.] *Græcè eſt* ἀττικῷ. *Aetius autem habet* κίφθῳ, *id eſt cocto.* [b Vt videlicet duæ menſure ſint.] *Hæc in manuſcripto codice non habentur, ſed ex* Aetio *adiecta ſunt, qui habet.* ἵνα ὦσι κράσεις β'. [c Ante ſomnum.] *Manuſcriptus codex falſò legit* πρὸς κίνωσιν, *pro* πρὸς κοίτην. [d Cæterũ antidotorũ, &c.] *Hic locus totus mirificè in codice* Nicolai *eſt deprauatus.* Debet *autem ita ex* Aetio *reſtitui.* τῶν δὲ προγεγραφέντων ἐν τῷ ἄλφα ςοιχείῳ ἀνωδύνων ἀντιδότων τε καὶ ἐνεμάτων τὴν συνεχῆ χρῆσιν φυλάττεσθαι δεῖ. παύουσι μὲν γὰρ ἐν τῷ παραυτίκα τὰς ὀδύνας, φυλάττει δὲ ἔνδον τὰ αἴτια, καὶ ἢ κίνδυνον συγκοπῆς.

Codicis Nicolai aliquot loca reſtituta.

Enema ad colicos valde bonum. Habet rutacei olei, 18
decocti fœnogræci, butyri, ſagapeni, opopanacis, ſcordij, hoc eſt aſæ fœtidę, caſtorij, euphorbij, agarici, terebinthinę picrę, benedictę laxatiuę, œſypi. Subacta hęc cũ decocto irrigato prędictorũ enematũ, & probè cõfecta inijce tepida.

Enema ad colicos, & diuturnos affectus mirificum. 19
Recipit butyri. ℥.ij.ß. Adipis anſeris, & gallinæ, medullæ ceruinæ, terebinthinæ, ſin. ℥.j. Adipis vrſini. ℥.ß. Cumini, foliorum rutæ, caſtorij, ſing. ℥.j.ß. Euphorbij recẽtis. ℥.iij. Opobalſami. ℥.iij.ß. Nardi celticæ. ℥.ij. Vnguẽti nardini, ℔.j. Olei rutacei, ſex.ij. Vtere hoc in vehementibus doloribus corpore antea per aliam iniectionem, vt prædictum eſt, vacuato. Et poſt vnius horæ interuallũ, ęgrotanti inijce tepidam [a] menſuram vnam, ſiue calicem vnum, mediocris poculi, & iube vt quieſcat, & longo tempore retineat, videbisq; diuinam eius virtutem.

] a Menſuram vnam, ſeu calicem vnum, &c.] Et *hic locus in codice manuſcripto non rectè ſe habet. legitur enim hoc modo,* κράσιν ά, κύλικα ά, ἤτοι ποτήριον ἀσύμετρον. *Quum* Aetio *teſte ita potius ſit legendum,* κράσιν μίαν, ἤτοι κύλικα ἀποτηρίου συμμέτρου.

Enc

20 Enema [a] quod cauſas vacuat, & dolores mitigat. Facit etiam ad diuturnos nephriticos, calculoſos, & inuoluntariè mingentes. Accipit capita magna alliorũ tria, Rutæ viridis, faſsiculos manipulares duos. Olei dulcis, lb.ij. Allia decorticata coquito cũ oleo, & ruta donec torrefiant, idq; ad carbones fumũ haud edentes, ac dein colato, ad oleũq;, butyri lb.ß.adijcito. Picis liquidę, ſext.italici octauã partẽ. Cedriæ, æqualem portionem. Decocta probè, ac vnita, recõde in vitreo vaſe. Vbi vſus exigit, accipe. ℥.j. aut minus, pro viribus. Olei & vini æquales partes, vt vniuerſum fiat cotyle dimidia. Tepidum inijce.

Locus Nicolaı emendatus.

[a Quod cauſas vacuat, &c.] *Manuſcriptus codex habet*, πρὸς ὧτα ἐργαζόμενα, πρὸς κεχρονισμένας. *&c. Sed falſiſsima hæc quidẽ lectio, ita reſtitui debet*, κίνωσιν τῶν αἰτίων ἐργαζόμενον, ἀνώδυνον ποιεῖ καὶ τοῖς κεχρονισμένοις.

21 Enema ad colicos mirabile. Olei cyprini, lb.ij.ß. Caſtorij, ℥.iij. Tetrapharmaci regij cognominati, emplaſtri diachylon, terebinthinæ, butyri, ſingul. ℥.iij. Baccarum lauri, L. Alliorum baccas magnas. xxv. Cumini lati. ℥.ß. Rutæ, faciſsiculum manipularem vnum. Baccas lauri, & allia purgato: latũ cuminum, & rutã mortario contunde, & in vini dulcis veteris dimidia cotyle macerato. Poſtridie adijce oleum & butyrum, coquitoq; in duplici vaſe, & percolato, ac reliqua miſceto, & caſtorium in oleo tritum. Vbi vſus poſcit, accipe. ℥.j. Adipis [a] anſerini liquefacti. ℥.j. Vnita & tepida inijce.

[a Anſerini.] *Codex manuſcriptus legit perperam* χοίρου, *pro* χήνειου.

22 Enema ad colicos mirabile. Habet fœnogræci, ſeminis lini, ſing. ℥.j. Aqua prius macerato, & coquito. Vbi ſuccus inde prodierit, [a] quantũ ad vſum ſatis erit percolato, ac in ipſo lanas ſordidas eluito. Laniſq; expreſsis, [b] aquę etiã ſalẽ & oleũ mediocriter adijcito, vnitoq;, ac inijce tepidum.

[a Quãtum ad vſum.] *In codice Nicolai perperã ita ſcriptũ fuit*, δικθήσας ἴασον ὅσον ἐξαρκίσῃ ἀποπλῦναι ἐν αὐτῷ ἔρια, *&c. Quũ ita potius ſit legendũ*, δικθήσας ὅσον ἐξαρκεῖ, ἀπόπλυνε ἐν αὐτῷ, *&c. niſi por* ἀπόπλυνε *malis legere* ἀποπλόναι: *vt ſit ſenſus. Quantũ ſatis erit, vt in eo eluas lanas, &c.* [b Aquæ ſalẽ & oleũ.] *Manuſcriptus codex legit* πρόσβαλε τῷ ὕδατι, καὶ ἐλαίου συμμέτρου. Atqui

*minus rectè, legendum enim erit: ἄλας καὶ ἔλαιον συμμέτρως.*

Enema ad colicos mirabile. Accipe gallum admodum 23
veterem, ſuffocato, & mundato, interioraq; eius oſſa abijci
to, ponitoq; in eo fœnumgræcum, ſpicam, cinamomum,
anethum, cuminum, mercurialē, altheæ folia & ſemen, abſinthium, ſemen lini, fœniculi radicē & petroſelini, crocū,
adiantum, ſcolopendrium, folia braſsicæ, & melilotum.
Coquito in aqua dulci ad tertias, atq; ex decocto accipe lb.
ß. & quartā partem. Huic adijce hieræ picræ, benedictæ laxatiuæ, ſing. ℥. ß. Dulcis calami puri ℥. j. Agarici, ſiliq. iiij.
Mellis attici, & olei cōmunis, quod ſatis eſt. Paratū probè,
inijce tepidū, & iube vt ægrotus iuſto tēpore quieſcat.

Enema ad colicos, valde bonū. Colocynthidis, violarum, mercurialis, abſinthij, anthemidis, foliorum braſsicæ, 24
& altheę, aniſi, ſeminis fœniculi, herbæ venti, centaurij, fœnograeci, ſeminis lini. Coquitur in aqua dulci ſufficienti ad
tertias. Accipiturq; de decocto lb. j. Adijcitur illi hieræ picræ, benedictæ laxatiuæ, ſingul. ℥. ß. Agarici, ſiliq. iiij. Turpeti, exag. ij. Mellis attici, & olei, quod ſatis eſt. Probè paratum inijce tepidum, & permitte vt æger ſufficienti tempore quieſcat.

Enema ad colicos, admodum probatū. Rutę viridis, 25
℥. iij. Olei communis, lb. j. ß. Decoctis; & per ſaccum tranſmiſsis, adijce terebinthinæ, pinguedinis gallinæ, & anſeris,
œſypi, probéq; paratū tepidum inijcitur, & iube vt æger
iuſto tempore retineat, & videbis diuinam facultatem.

Enema ad exulceratum vterum, & eryſipelata. Hæc 26
vteri mala curare oportet cum lacte muliebri recens mulcto, & cōtuſis peponis, angurij, cucurbitæ, & citruli ſeminibus, ſuccoq; portulacæ. Dein in alia aqua ad tertias decoquito, violas, nenupharem, tenera betæ folia, roſas, ſpicam, intybum, hordeumq; nudatum. Accipe ex decocto
quantum volueris, & commiſce cum prædictis ſuccis, atq;
adijce ſacchari violacei. ℥. ß. per ſaccum tranſmiſsi, olei roſacei, & violacei, ouorum lutea duo benè contuſa. Probè
paratum & tepidum inijce vtero per clyſterem, & ſine vt
quieſcat, prius imum ventrem multoties inungendo cum
feruenti vino bono, & oleo roſaceo.

Enema ad continuas febres, expertum. Foliorum 27
betæ,

betæ,violarum,ſeminum cucumerum, nenupharis,lactucæ,& foliorum intybi,ceraſorum, damaſcenorum, hordei nudi,foliorum maluæ & bugloſsi,adianti, ptiſanæ, herbæ venti,ſcarolachani.Decoquito in aqua ad tertias, dein accipe decocti quantum volueris,& adijce illi ſachari violacei.℥.j.Olei violacei.℥.ij.Mannæ.℥.ß. Hoc non ſolum ad continuas febres eſt laudatum,ſed & ad lipyrias, hecticas, & tertianas.Aliqui verò vtũtur ad hecticas febres,& adijciunt plures è ſpeciebus prædictis, & ſucco peponis, & citruli.

28 Enema ad iſchiadicos,valde probatum.Agarici, medullæ radicis cucumeris agreſtis,caricarum,radicis apij,& fœniculi,rutæ,foliorum betæ,hordei nudi,altheæ, ſing.ʒ.j. Foliorum ebuli,pulegij,ptiſanæ,centaurij,thlaſpoes,calaminthæ,chamæmeli,ellebori.Coquito in aqua ad tertias, & accipe decocti quantum volueris. Adijce benedictæ laxatiuæ,hieræ Logadij,& tripheræ ſaracenicæ, ſing.℥.ß. Mellis attici,& olei quod ſatis eſt. Aut pro oleo,adijce butyri & ſalis quod ſatis eſt.Probè paratum inijce tepidum iſchiadicis,ob pituitam laborantibus.

29 Enema ad nephriticos,valde mirabile.Fœnigræci,meliloti,foliorum altheæ,abſinthij, ſingul.℥.iij. Coquito in aqua ad tertias,& accipe decocti quãtum volueris. Adijce hieræ picræ,& benedictæ laxatiuæ,ſingul.℥.ß.Mellis attici,& olei,quãtũ ſufficit.Vbi rectè paraueris,tepidũ inijce.

30 Enema ad nephriticos,pulcherrimum. Centaurij,chamæmeli,[a]ampelopraſi,marrubij,rutæ, mercurialis,ſingulorum faſciculum manipularem vnum. Fœnigræci, abſinthij, ſeminis cnici, ſeminis lini, colocynthidis, ſingulorum.ʒ.j.His tuſis & cribratis adijce nitri.℥.j.Salis ℥ ß. ʒ.j.Olei communis. ℥.j.ß. Dulcis calami puri.℥.j. Hieræ, picræ, & benedictæ, ſingulorum. ʒ.ß. Vbi probè parateris, cum decocto prædicti enematis inijce tepidum.

[ a Ampelopraſi.] *Manuſcriptus codex corruptè admodum legit* λιπροπράσου,*pro* ἀμπελοπράσου.

31 Enema ad colicos,& dyſentericos. Orizę,papaueris albi-lentis,taurocollæ,ichthyocollæ,rhois ſyriaci,quinquenervię,polygoni,cotoneorũ,pyrorũ ſylueſtriũ,rhois coriarij,

ſum

ſumachij, maſtiches, & baccarũ myrti. Coqto in aqua pluuiali ad tertias, & accipe decocti quãtũ volueris: atq; illi adijce boli armenij, ſigilli lemnij, ſanguinis draconis, lapidis hematitis, amyli, ceruſſæ, lithargyri, opij, atque terito vt pollinem olei roſacei & ouorum lutea in aceto cocta duo ſubactis omnibus ſimul, mirrigatis, inijce tepidum.

Enema pituitam laxans, valde bonum. [a] Myrianthum, quæ eſt biuium humanum, aridam, conijce in ollam nouã, cum plena manu ſalis, & lignis altheæ, manipulo vno. Coquito in aqua duci ad tertias. Dein colato in vas purum adijce mellis attici, olei, & ſalis quod ſatis eſt, colatum & calefactum inijce, non contemnens vtilitatem: expertum enim eſt. 32

Nicolai locus obſcurus.

[a Myrianthum.] *Codex Nicolai ſic habet,* μυρίανθου ἤγουν ἄμφοδος ἀνθρωπίνη ξηρᾶς. *Quid autem ijs verbis velit Nicolaus, non ſatis intelligo, niſi terram aridam in biuio, per quod homines ambulant, repertam ſignificare voluerit. Sed nihil pronunciamus, præſertim in eo codice qui infinitis mendis ſcatet. Suſpicio tamen eſt pro* μυρίανθον *poſſe rectius legi* μυρτακάνθαν, *quo nomine appellatur myrtus ſylueſtris: vt ſecundo noſtrorum de Stirpium hiſtoria commentariorum tomo latiùs diximus.*

Enema ad colicos, quo ſemper vtor. Hyſſopi, centaurij, 33 ſingu. ℥j. Colocynthidem vnam integram. Coqto in aquę ſextarijs quatuor, quoad adimidiũ abſumatur. Dein colato & decocti accipito quantum lubet, adijceq; olei rutacei. ℥. iij. & tepidum inijce. Quod ſi verò iterum de eo inijcere vis, adijce olei rutacei. ℥. j. Mellis attici. ℥. vj. Salis communis. ℥. iij. Pòſt calefactum inijce

Enema ad colicos, confeſtim dolore liberans. Helenij, 34 aloes flauæ, petroſelini, myrrhæ, caſtorij, ſingulorum. ℥. j. Opij, exagia. v. Piperis albi, ſpicæ nardi, ſingulorum. ℥. ß. Opium & myrrham prius in ſucco rutæ macerato, arida per cribrum tranſmiſſa adijciendo, trita & exiccata recondę in vaſe in quo facile perſpirẽt. Vſu poſcente, inijce cochlearia duo cum decocto rutæ tepido.

Enema ad colicos, valde vtile. Fœnigræci, abſinthij, ſe 35 minis anethi, apij, & fœniculi, foliorum braſsicæ, colocynthidis, mercurialis, centaurij, mentæ, foliorum altheæ, & ſeminis, foliorum betæ tenerum. Coquito in aqua ad tertias,

tias. Decocti accipe ℔.ij. & lanas in alis ouium ſordidatas in decocto donec omnes deponant ſordes, lauatoq́. Poſtea adijce ſalis.℥.j. Olei rutacei.℥.iij. Dulcis calami puri.℥.j. Hieræ picræ Galeni,& benedictæ,ſingulorum.℥.ß. Mellis attici.℥.ij. Subacta hæc & calefacta inijce. Si verò efficacio ri vti neceſſe eſt, adijce etiam caſtorij, exag.j. Terebinthinæ ℥.ß. Saxifragi, ſcordij, ſingulorum. exag.j.ß. Agarici, gran. x. Inijce tepidum cum prædictis. Hoc verò eſt expertum ꝓpter maximas in vehemētibus colicis doloribus vtilitates.

36 Enema febres finiēs, expertū in ardētibus febribus. Succi ptiſanæ, & ſeminis lini, nenupharis, violarū, florū bugloſſi, hordei nudi, mixariorum, ceraſorū, cucomeris ſatiui ſeminis recentis, foliorum betæ tenerum, Coquito in aqua ad tertias, & accipe decocti quantum lubet. Adijce ſacchari violacei.℥.j. Caſiæ puræ.℥.j.ß. Olei violacei.℥.ij. Lutea ouorum duo, Subacta probè & colata, omnia ſimul miſceto: & poſtquam diligenter ſubegeris, inijce tepida.

37 Enema finiens febrem, bonum. Succi ptiſanæ, & ſeminis lini, ouorum lutea duo, olei chamæmelini, aut communis, quod ſatis eſt. Paratum cum prædicto decocto, inijce tepidum.

38 Enema nephriticū, admodum bonum. Mercurialis, anthemidis, melilotis, fœnigręci, altheæ, ſingul.℥.iij. Coquito in aqua ad tertias, & accipe decocti quantum volueris. Adijce mellis attici, & olei quod ſatis eſt, & inijce tepidum.

39 Enema nephriticum, expertum. Centaurij, chamæmeli, radicis fœniculi, & apij, cicerum nigrorum, ſeminis anethi, marrubij, rutæ, fœnigræci, ſeminis cnici, ziziphorum, ſenæ, colocynthidis. Coquito in aqua ad tertias, & accipe decocti quantum lubet, admiſce mellis attici.℥.ij. Salis communis.℥.j. Nitri.℥.ß. Olei communis.℥.ij. Lutea ouorum duo. Paratum inijce tepidum.

40 Enema ad cœliacos admodum probatum. Orizæ, papaueris albi, roſarum, ſidiorum, taurocollæ, ichthyocollæ. Coquito in aqua pluuia ad tertias. Dein accipe decocti quātum vis. Adijce bolli armenij, ceruſæ, ſanguinis draconis, opij, lithargyri paſtilli catoterici, ouorum lutea in aceto aſſa duo, chartę vſtę bōbacinę, olei roſacei, & ſtillaticij roſarū liquoris quantum placuerit. Probè paratū inijce tepidū.

Ene

Enema molle, vocatum commune inſtrumentũ. Aquę calidæ decoctionis mercurialis, aut calidæ duntaxat, mellis puri, olei, ac ſalis communis, inijce calidum. 41

Enema pituitã educens, admodum bonum. Radicis cu- 42
cumeris agreſtis, mercurialis, ariſtolochiæ, centaurij, colocynthidis, origani, bliti, baccarum lauri, ſingul. ℥. iij. Coquito in aqua ad tertias. Accipito decocti quantum lubet: adijce, pyrethri, ſtyracis, caſtorij, ſingul. ℥. j. Seminis eryſimi. ℥. ß. ʒ. j. Olei veteris, quod ſatis eſt Cõtuſa conijcito in vas duplex, & colata affunde, & eluens clyſtere conſueto, vnita & cum oleo, in vnã mixuram redacta, inijce tepida.

Enema ad colicos, inflatos, & dolore inteſtinorũ crucia- 43
tos, admodum expertum. Folia altheæ tenera, folia betæ tenera, chamæmeli pilulas, ſemen anethi, aniſi, fœniculi, & apij, cyclamini, centaurij, tribuli herbam & ſemen, caricas ſemen lini, fœnigræci, colocynthidis. Coquito in aqua ad tertias, & accipe decocti quantum vis, adijce hieræ picræ, benedictæ, agarici triti, ſingul. ℥. ß. Mellis attici, olei rutacei, quod ſatis eſt. Paratum probè, inijce calidum.

Enema mirabile ad inflationes, colicos, & dolore inteſti- 44
norum infeſtatos. Hordei nudi, chamæmeli, foliorum braſſicę, cẽtaurij, foliorũ betę, tribuli herbę, & ſeminis, colocynthidis, agarici, caricarũ, fœnigræci, ſeminis lini, aniſi, apij, & fœniculi ſemen, caroi ſemen. Coquito in aqua ad tertias, & accipe decocti quantum lubet. Adijce ſagapeni opopanacis, ſingul. ʒ. ß. Mellis attici, olei roſacei & rutacei, quod ſatis eſt Paratum probè, inijce tepidum.

Enema cœliacum, admodum landatum. Orizæ, papa- 45
ueris, lentis, taurocollæ, ichthyocollæ, ſidiorum, balauſtiorum, foliorũ acidorum punicorum, quinqueneruiæ foliorũ arnogloſsi, roſarum rubearum, & ægyptiarum, ſumachij, baccarum myrti, ſummiatum rubi, ſaluiæ, roſmarini, [a] augares, aniſi, fœniculi, cotoneorum, malorum, pyrorũ agræſtium immaturorum. Coquito in aqua pluuiali ad tertias, & accipe decocti quãtũ vis. Adijce boli armenij ſigilli lẽnij, ſanguinis draconis, ſucci acaciæ, & hypociſtidis gummi arabici, amyli, ceruſæ, maſtiches. Hæc probè trita cum luteis ouorum in aceto coctis vnito. Olei roſacei, ſucci quinqueneruiæ, & modicum opij. Dein inijce tepidum,

a Au

[ a Augares.] *Græcè eſt, αὐχαρὶς. Quid verò illi hæc vox ſignificet, diuinare nequeo.*

46 Enema ad dyſentericos & cœliacos probatum. Orizæ tritæ, ℥.ij. Hordei nudi, picis aridæ, lentis in pollinē tritæ, ſingulorum. ℥.j.ß. Myrtorum viridium. ℥.ij. Balauſtiorum capitum acidorum punicorum, ſingulorum. ℥.j. Roſarum rubearum, ſumachij, ſingulorum. ℥.j.ß. Roſmarini, ſaluiæ ſingulorum manip.ß. Cotoneorū, pyrorum ſylueſtrium contuſorum, ſingul. ℥.iiij. Coquito in aqua pluuia ad tertias & accipe decocti quantum lubet. Adijce gummi arabici, ſigilli lemnij, boli armenij, [a]cataſtati, ſingulorum. exag. j. Ceruſæ, ſanguinis draconis, ſucci acaciæ, chartæ bombacinæ vſtæ, ſingul. exag.ß. Corallij rubei, veronicæ, ſingulorum exag. j. Succi arnogloſsi, & hypociſtidis, roſarum legitimarum & ægyptiarum, ſucci cimoliæ, ichthyocollæ, membranæ interioris ventriculi gallinæ, ſingulorum, exagium. j.ß. Quod ſi vehementer circa inteſtina æger dolet, adijce ſucci polygoni, aut opij, exag.ß. Lutea ouorum duo in aceto cocta. Adipis è renibus hirci. ℥.j. Stillaticij roſarum campeſtrium liquoris. ℥.ij. Subactum & paratū probè, inijce tepidum. Impones autem hoc emplaſtrum imo ventri, & renibus. Foliorum hyoſcyami viridiū ſucci. ℥.j. Arnogloſsi, polygoni, & quinqueneruiæ ſucci, ſingulorum. ℥.j.ß. Farinæ ſecales, lentis, &, orizæ, ſingulorū. ℥.ij. Spicæ. ℥.j. Omnia ſubacta & calefacta in linteo ſolido illita, imponito tepida.

[ a Cataſtati.] *Græcè eſt καταςάτου. Et hac dictione paulò pòſt etiam vtitur. Sed quid hæc ipſa ſignificet, ſcire non poſſum.*

47 Enema ad dyſentericos, valde vtile. Succi itrij, & orizę adipis bouilli, terrę cimolię, cataſtati, ſucci ſolani ſingulorū ℥.j.ß. Alba ouorum tria. Succi arnogloſsi, polygoni & quinqueneruiæ, ſin. ℥.iij. Stillaticij roſarum cāpeſtriū liquoris, quantū placuerit. Paratū rectè, tepidū inijce, & permitte vt æger dormiat. Dein accipe olei rutacei tepidi, & inūge imū ventrē. Poſtea accipe ſidiorū, balauſtiorū, roſarū, abſinthij, ſūmitatū myrti, ſāpſychi mētę, pulegij cyperi gallarū rhois coriarij, baccarū myrti abrotoni vſti roſmarini thuris maſtiches. Terito hæc, & farinas puras accipe, coquitoq; in vino & aqua pluuia, & ſtillaticio roſarū liquore quantū ſufficit.

Illi

Illita ſolido pãno,& calefacta ĩponito renibus & imo vẽtri.

Enema ad dyſẽtericos,& cœliacos. Rubi ramorum, 48
& radicis, roſarum, ſaluiæ, gallarum, acaciæ, baccarum myrti, ſidiorum, balauſtiorum, fructus mori immaturi pampinorũ vitis,cotoneorũ,pyrorũ, ſylueſtriũ immaturorũ, acinorũ vuæ,ſeminis fœniculi,aniſi,pulegij, augares maſtiches. Coquito in aqua pluia ad tertias, accipe decocti quantũ placet. Adijce boli armenij, lemnij ſigilli, cataſtati, ſin. exag. ij. Sacchari,roſacei veteris.℥.j. Stillaticij roſarum campeſtriũ liquoris. ℥.ij. Probè paratũ inijce tepidũ. Dein accipe acaciæ,ſidiorum, balauſtiorum,rhois coriarij, rhois ſyriaci,pampinorũ vitis,foliorũ punicorum acidorũ, foliorũ lauri,ſaluiæ,roſmarini,filicis,baccarum myrti,roſarum, ſumachij,maſtiches. Hæc benè trita conijce in ſacculum,& calefacta in vino & ſtillaticio roſarum liquore,impone vniuerſo ventri, & imo ventri.

Enema ad colicos, valde bonum. Seminis lini, ſeminis 49
maluæ & foliorum. ſing. ℥.j.ß. Fœnigræci.℥.j. Scarolachani.℥.iiij. Furſuris frumenti ℥.ij. Salis puri.℥.ij. Zedoariæ. ℥.j.ß. Epithymi,polipodij,agarici,ſenę.ſingulorum.℥.j.ß. Colocynthidis.℥.ß. Aniſi, fœniculi ſemen,ſingul.℥.j. Coquito in aqua ad tertias, & accipe decocti quantum voles, atq; adde lutea ouorum duo,olei rutacei, pulueris ſacchari,ſingul.℥.j. Probè paratum inijce tepidum.

Epithema ad dyſentericos in ſacculo. Roſarum, ramo- 50
rum rubi,myrti,& eius fructus. pollij. Coquito in vino, & conijce in ſacculum, & calefactum imponito ægrotanti ſedendo. Vbi ficubus laborat, ablue ſedem hoc decocto cum ſpongia ſæpius. Dein accipe rubi fructum immaturum, & mori,& ramos ipſorum,& pilos ſuillos, & fructũ lentiſc. j. Vſta,& vt pollinem trita,inſperge podici.

Epithema ad dyſentericos & cœliacos, valde expertũ. 51
Gummi arabici,thuris,maſtiches, aloes flauæ,ſin.exag.iij. Sanguinis draconis,lapidis hæmatitis,ſingul. exag.ij. Teſtæ.℥.ß. Trita,& cũ ouorũ albo & luteo ſubacta,imponito renibus, mutans illud ſingulis admotionibus. Aegrotanti bibendum præbeto theriaces exag.ß.cũ vino tepido ſingulis diebus,ieiuno. Eſt enim expertum.

FINIS.

## INDEX SMEGMATVM.

*Smegma Indum nominatum ex ſalibus.* 1
*Smegma ad lepras,ſcabiem,impetigines,& omnis generis alphos.* 2
*Smegma ad impetigines,& potiſsimum agreſtes,ſiue feras.* 3
*Smegma ad feruidas papulas,expertum.* 4
*Smegma ad impetigines,& lepras.* 5
*Smegma ſimile.* 6
*Smegma bonum corporis colorem efficiens.* 7
*Smegma ad impetigines admodum bonum.* 8
*Smegma ad cicatrices oris.* 9
*Smegma quo Iulianus ſanauit alphos, & intolerabiles pruritus, & alia.* 10
*Smegma ad malignos alphos nigros,quo multoties ſum vſus.* 11
*Smegma ad lepras,ſcabies,impetigines,& omnis generis alphos,valde vtile.* 12
*Smegma caput denſans,à defluxione immunia ſeruãs in ore omnia, & columellam,& alia.* 13
*Smegma caput defluxioni admodum obnoxium condenſans, valde bonum.* 14
*Smegma ad caput quod calefactione indiget, & iſchiadicos in balneo.* 15
*Smegma ad deſtillationes,& defluxionem capitis.* 16
*Smegma ad pruritum corporis.* 17
*Smegma ad pruritum totius corporis.* 18
*Smegma ſimile expertum.* 19
*Smegma ad maculas à partu factas in facie.* 20
*Smegma ad pruritum,alphos,lepras,impetigines.ſcabies, & perniones totius corporis.* 21
*Smegma leue corpus faciens,& confeſtim pilis nudum.* 22
*Smegma ad alphos albos,& ſcabiem.* 23
*Smegma ad caput defluxioni obnoxium præſtantiſsimum.* 24
*Smegma ad faciem ne rugas contrahat, & corrugatam faciem extendens.* 25
*Smegma ad faciei nigredines expertum.* 26
*Smegma ſimile.* 27
*Smegma faciem ſplendeſcere faciens.* 28
*Smegma ſplendorem reddens faciei,& rugas expoliens,& alia.* 29
*Smegma faciem ſplendeſcere faciens,& rubeſcere.* 30
*Smegma ſplendorem faciei,& vniuerſi corporis faciens,optimũ.* 31

*Smegma Cleopatræ reginæ, precioſum & odoratum.* 32
*Smegma admodum efficax, & odoratum, ſimile.* 33
*Smegma faciem illuſtrans, & vniuerſum corpus, expertum.* 34
*Smegma faciem ſplendidam reddens, valde bonum.* 35
*Smegma ſiue Saponium, vtendum in balneo.* 36
*Smegma ad nigredinem faciei.* 37
*Smegma illuſtrans & purgans faciem.* 38
*Smegma faciem & vniuerſum corpus ſplendeſcere faciens.* 39
*Smegma Rufi ad rugas corporis.* 40
*Smegma totius corporis odoratum.* 41
*Smegma caput denſans.* 42
*Smegma ad deſtillationes, & humida habentes capita.* 43
*Smegma ad omnem capitis dolorem, & oculorum defluxionem.* 44
*Smegma ad eos qui à ſole vſti ſunt, expertum.* 45
*Smegma dentium valde bonum.* 46
*Smegma faciei laudatum.* 47
*Smegma ſummè ad totius corporis pruritus faciens.* 48
*Smegma dentium, expertum.* 49
*Smegma dentium, mirabile valde.* 50

# NICOLAI MYREPSI
## ALEXANDRINI DE SMEGMATIS, SECTIO DECIMA OCTAVA.

SMEGMA maximum, nominatum Indum, vſitatum. Demolitur enim diuturna mala, & cranij defluxiones compeſcit, oculorum, dentium, aurium, & narium defluxiones diſcutit. Vtile eſt admodum ad mali habitus ſtomachos, articulorumq; robur. Si verò quis eo aſsiduè vtitur, nunquam podagra tentabitur, neq; iſchiade. Fertur etiam incipientes elephantias curare. Compoſito autem eius eſt eiuſmodi. Salis marini toſti, ſalis cappadocici, ſalis ammoniaci, ſalis [a] è fontibus nitri, ſalis amari, nitri rubei, ſingulorum. ℥. ß. Ellebori albi. ʒ. ij. Spumæ nitri. ℥. ß. Ellebori nigri, radicis ſtruthij, radicis cucumeris ſylueſtris, gummi, ſpicæ nardi, ſtaphidis agriæ, pumicis, ſinapis, cyperi, ſepiæ teſtarum, ſeminis agni, fœnogræci, 1

bac

baccarum lauri aridarũ, pæoniæ, pulegij, coſti, lapidis aſij, cimoliæ, folij, euphorbij, grani cnidij, ſeminis communis, marrubij, iridis, chamæleontis nigri, thuris, gallarum, aluminis ſciſsilis, pyrethri, iunci odorati, tartari, canchryos, ſingul. ʒ.ij. Adarces, halcionij, ſingul. ℈.iij. Sulphuris ignẽ non experti, ſampſychi, [b] diſci britannicæ, ſingul. exag. j. ß. Styracis, aloes flauæ, myrrhæ, ſing. ℥.ß. His tuſis, & per tenue cribrum tranſmiſsis, vtere in balneo, diligẽter attendens ne omnino contingant oculos.

[ a E fontibus nitri. ] *In manuſcripto codice legitur perperam* τροχαικῶν, *pro* νιτροπηγικῶν. *teſtis Paulus lib. 7. cap. 13.* [ b Diſci Britannicæ. ] *Græcè eſt,* δίσκου βρεττανικοῦ. *Sed fortè legendum, vt è Paulo liquet,* βρυωνίας ξηρᾶς.

2 Smegma ad lepras. ſcabies, impetigines, & omnis generis alphos. Nitri rubei, reſinæ, ſingu. ℔.ß. Farinæ lupinorum. ℥.iij.ß. Licij indici. ℥.j.ß. Thuris. ℥.j.ß. ʒ.j. Ellebori nigri. ℥.j. Sinapi. ʒ.iij.ß. Ptyſlij. ℥.j. Radicis hyoſcyami, elaterij, ſingulorum. ℥.j.ß. Aceti, cochlearia. vj. Præparato probè, vtere ſine oleo.

3 Smegma ad impetigines, potiſsimùm feras. Miſyos crudi. ʒ.iiij. Chalcâthi, lapidis aſij, nitri, thuris, ſulphuris ignem non experti, ſing. ʒ.ij. Squamæ æris. ʒ.j. Soreos. ʒ.ß. Aceti acerrimi, quod ſatis eſt, & vtere.

4 Smegma ad feruidas papulas, expertum. Maſtiches. ʒ.ij. Thuris, halcionij, ſing. ℥.ß. Mellis. ℥.ij. Saponis gallici, pilulas cypariſsi. Hæc proijcito in ollam nouam, & coquito ad lentum ignẽ in aqua. Dein cõtunde in mortario, & vtere.

5 Smegma ad impetigines, & lepras. Sulphuris ignem non experti, foliorum aridorum ficus. ℥.ix. Alcyonij maſculi, ellebori, radicis aſphodeli, ſingul. ℥. octauam partem. Aceti, quantum ſufficit. Hæc coquito ad mellis craſsitudinem. Dein prius lotum ægrotantem inũge. Poſtridie cum luteis ouorum abſterge.

6 Smegma ad impetigines, & lepras. Acaciæ. ℥.j. Picis liquidæ ℔.ß. Sulphuris ignẽ nõ experti, alcyonij, nitri alexandrini, ſingu. ℥.j.ß. Olei cõmunis, cyathos duos. Aceti, ℥ iij. Diſſolue cũ aceto, & reduc ad mellis cõſiſtentiam, ac vtere.

7 Smegma corpus benè coloratum reddens. [a] Oſtreorum vſtorum & cribratorum. ℥.j. Fecis vini, ſext. ß. & quartam

partem. Olei roſacei, hyſſopi aridi, erui tuſi, ſing. ℥. ß. Mel-lis attici, quod ſatis eſt. Hoc etiam ad pruritus prodeſt.

Oſtrea, [a Oſtreorum.] *Nicolai codex perperam legit, λιθοστρέων, pro ὀστρέων. Sunt enim oſtrea ad ſmegmata apta admodum & idonea.*

Smegma ad impetigines, valde Bonum. Gummi, thuris, ſingulorum. ℥. j. Tuſa & cum aceto acri ſufficienti ſubacta illine, locumq; prius nitro fricato, vt ſanguinem purget, & poſtea inunge. 8

Smegma ad cicatrices oris. Nitri. ℥. j. Saponis, ſtercoris columbini, alcyonij, farinæ erui, ſin. ℥. ß. Aluminis ſciſſilis. ℥. ß. ʒ. j. Farinæ fabaceæ. ℥. j. Cimoliæ, thuris, maſtiches, ſingul. exag. j. ß. Illine cum aqua, & vtere. 9

Smegma quo Iulianus curauit alphos, & intolerabiles pruritus. Vno enim die dicebat abijſſe, adeò vt per incantationẽ videretur eſſe factũ. Prodeſt etiã ad impetigines, & omnis generis maculas corporis, lẽtiginoſas, & alia mala, q[a] ceruicẽ depaſcũtur. Ceræ, lib. ß. Farinæ fœnigræci. ℥. j. ß. Aluminis ſciſsilis. ℥. ß. ʒ. j. Reſinæ, colophoniæ, ſin. lib. ß. Fecis vini, lib. ß. Olei cõmunis. ℥. iij. Arida tuſa & cribrata commiſce liquabilibus, & fac vt ceratum, ac vtere. 10

[a Ceruicem.] *Manuſcriptus codex perperã θωράκων, pro δειρῆς.*

Smegma ad malignos alphos nigros, quo crebrò ſum vſus. Alcyonij, ellebori albi, aphonitri albi, ſulphuris ignẽ nõ experti, myrrhæ bonæ, ſin. ℥. ß. Aceti acris, quod ſatis eſt. Effingito iſta, & fac paſtillos. Inducito autẽ ægrũ in balneũ: & vbi cœperit ſudare, inſperge, & affrica, ac vtere. 11

Smegma ad lepras, ſcabies, impetigines, & omnis generis alphos. Nitri rubei, lib. ß. Colophoniæ. ℥. v. Farinæ fœnigræci. ℥. iij. Licij. ℥. j. ß. Thuris. ℥. ij. ß. Ellebori nigri. ℥. j. Sinapi. ℥. iij. ß. Pſyllij, exa. vij. ß. Radicis hyoſcyami, elaterij, ſingul. ℥. j. ß. Aceti, cochlearium vnum. 12

Smegma caput denſans, & omnia quæ in ore ſunt à defluxione conſeruans, & ad columellam, & omnes capitis dolores vtile. Spinæ ægyptiæ, ſtaphidis agriæ, ſinapi, ellebori albi, ſingulorum. ℥. ß. Colocynthidis. ℥. j. ß. Nitri vſti, lib. ß. Excipe ſucco fœnigræci, illine caput veſperi, & poſtridie lauato. 13

Smegma caput defluxioni admodũ obnoxiũ denſans, valde bonũ. Nitri alexandrini. ℥. vj. Sampſychi, baccarũ 14

lauri,

lauri,ſing.℥.j.ß.Sinapi.℥.ß.Staphidis agriæ.℥.j.Euphorbij.℈.j.Caricarum pinguium, quod ſatis eſt. Excipe, & cum vſus poſtulat ſufficienti mulſo coquito,& in ſole illinito,atq; ægrotantem ducito in balneum,& modicè fricato,& conijce in ſolium.

15 Smegma ad caput quod calefactiõe indiget,& ad iſchiadicos in balneo. Sinapi,nitri,baccarũ lauri, vuarum ſylueſtrium,fæcis vini,pyrethri,euphorbij,ammoniaci,galbani, ſingulo.℥.iij. Saponis gallici, lb.ß.℥.iij.Probè parato vtere.

16 Smegma ad deſtillationem,& defluxionem capitis. Nitri albi,myrrhæ,ſtyracis,ſing.℥.j.Nitri alexandrini,lb.ß. Saponis gallici,lb.ß.℥.iij.

17 Smegma ad pruritum corporis. Oleæ colymbades fortiter terito,& in balneo corpori illinito.

18 Smegma ad pruritum totius corporis. Baccarum lauri, ſampſychi,ſulphuris ignem non experti, ſtapgidis agriæ, ſing.℥.j.His vtere in balneo.

19 Smegma ad pruritum totius corporis, expertum. Roſarum aridatum.℥.vj. Myrrhæ,iridis,ſing.℥.ß. Cimoliæ, ʒ.ij.Vini odorati,quod ſatis eſt.

20 Smegma faciei, ad maculas à partu factas laudatum. Melanthij,[a]oxylapathi,cucumeris ſylueſtris radicis,ſing. ℥.j.Trita in pollinem cum melle puro irrigata illine dormituris,& permitte vt retineant vſque ad matutinum tempus.dein abſtergito cum aqua.

[ a Oxylapathi. ] *Græcè eſt* ὀξυβάφου *ſcriptum, pro* ὀξυλαπάθου. *Eſt enim* ὀξύβαφον *menſuræ genus. Oxylapathi autem radices illitæ, crudæ etiam, lepras, Dioſcoride teſte, & impetigines ſanant.* Oxylapathi radices.

21 Smegma ad pruritum, alphos, lepras, impetigines, ſcabies, & perniones totius corporis, valde bonum.Nitri alexandrini.℥.iij. Fæcis vini, lb.j. Pumicis.℥.iiij. Alcyonij,ſtaphidis agriæ,ſingulorum.℥.ij Sulphuris ignem non experti.℥.j.ß.Opobalſami.℥.iij.Paratum rectè illine in balneo.

22 Smegma cutem lenem faciens, & nudam pilis confeſtim, expertum. Calcis viuæ, oxylapathi, cimoliæ, arſenici, partes iiij. Coquito in aqua ſufficienti,

& vtere.

Smegma ad alphos albos, & ſcabies. Ellebori albi, 23
& nigri, euphorbij, adarces, nitri rubei, ſalis ammoniaci, ſulphuris ignem non experti, canchryos, radicis ſtruthij, ſeminis hyoſcyami, ſingulorum. ℥.ß. Tundantur & cribrentur, formenturq; paſtilli. Vſu exigente, aceto diſſolue, & illine locum cum panno puro prius fricatum.

Smegma ad caput defluxioni obnoxium, præſtantiſ- 24
ſimum. Salis communis toſti, ſalis amari, ſalis cappadocici, nitri toſti, pumicis, ſingulorum. lb.ß. Ellebori albi, radicis ſtruthij, ſtaphidis agriæ, ſinapi, cyperi, ſingulorum. ℥.iij. Aphonitri albi, baccarum lauri, ſingulorum. lb.ß. Radicis cucumeris ſylueſtris, pyrethri, chamæleontis, iridis, floris iunci odorati, aluminis ſciſsilis, marrubij aridi, ſingulorũ. ℥.j.ß. Adarces. ℥.j. Sampſychi, alcyonij, thapſiæ, ſingulorum. ℥.ß. His probè vnitis, vtere in balneo affricans validè ſub æſtu caniculæ. Tegito autem ea quæ iuxta faciem ſunt panno aſpero, ne oculos offendat.

Smegma vt facies non contrahat rugas conferens, & 25
corrugatam faciem extendens. Cornu ceruinum recens coquito in aqua, quoad ſuccum de ſe præbeat. Dein [a] per cola aquam, & cum ea ſubige farinam fabaceam, & informa paſtillos, ſiccatoq; in vmbra. Vſu poſtulante, quantum vis [b] diſſolue in aqua dulci, vt craſsitudinem liquidi cerati accipiat, & cum eo faciem illinito: [c] vbi agglutinatum fuerit, iube abſtergere cum aqua tepida.

[a Percola aquam.] *Hæc in manuſcripto codice deſiderantur: adiecta verò ſunt ex* Aetio, *qui legit,* διήθει τὸ ὕδωρ, καὶ τοῦτο φυράσας, *&c.* [b Diſſolue.] *Nicolai codex habet,* δεύσας, *pro* ἐξανίσας, ὅσον ἐξαρκεῖ. [c Vbi agglutinatum fuerit.] *Manuſcriptus codex falſo* παύῃ, *pro* παγῇ *legit.*

Smegma ad [a] faciei nigredines expertum. Iridis tritæ, 26
ptiſanæ, ellebori albi, farinæ fabaceæ, ſingulorum, exagiũ j.ß. Salis ammoniaci, cornu ceruini, ammoniaci thymiamatis, ſingulorum. ℥.ij. diſſolue in aqua dulci, dein illine ante balneum.

[a Faciei nigredines.] *In manuſcripto codice falſiſsimè legitur* ὄψιος χρονίας, *pro* ὄψεως μελανίας, *Sic nuſquam non hic* Ni*colai codex deprauatus eſt, vt mirum non ſit, nos interdum legiti-*

mum

*mum ſenſum non potuiſſe aſſequi.*

27 Smegma ſimile ad faciei nigredines. Ptiſanæ farinæ, fabaceę, farinę thuris, cumini, farinę eruinę, iridis, aphonitri, coſti, ſing. ʒ. ij. Amygdalarum amararum. xx. Præparato cum lacte aſinino, & candido ouorũ, ſiccatoq́; in vmbra. Vſu verò exigente, ſolue in aqua dulci, & illine ante balneum.

28 Smegma illuſtriorem & nitidum reddens vultum. Thuris, aphonitri, gummi, ſingulorũ. ʒ ij. Amygdalas. xx. Similaginis. ʒ. ij. Farinæ fabaceæ. ʒ. vj. Probè tuſa excipe cũ albis ouorum, & fingito paſtillos. Vſu poſcente diſſolue in aqua dulci ſufficiẽti, & illine in balneo, & citra balneũ.

29 Smegma mirabile, faciem reddẽs nitidam, & rugas expolliens, leuigat omnes aſperitates. ad initia quoq; elephantiæ, & ad omne corpus eſt laudatum. Maſtiches, thuris, thymiamatos ammoniaci, iridis, ſingulo. ℥. ß. Tragacanthæ. ℥. ß. ℥. j. Succi vuæ acerbæ. ℥. iiij. ß. Seminis peponis, cum humore qui in eo eſt. ℥. v. Ouorum alba decem, & dimidium. Similaginis, lb. iij. ß. ℥. iij. Effinge paſtillos latos & ſiccato in vmbra. Dein tritos & cribratos ſeruato in vitreo vaſe, & vſu poſtulante præbeto.

30 Smegma faciem nitidam & rubicundam reddens. Farinarum eruinæ, fabaceæ, & lupinorum, ptiſannæ, farinæ cicerum, narciſsi bulborum, ſin. ſext. italici quartam partem. Similaginis puræ, lb. ß. ℥. iij. Tuſa, & per tenue cribrũ tranſmiſſa irrigato cum albo ouorum, & fingito paſtillos, ſiccatoq́; in vmbra. Vſu exigente diſſolue in aqua, & præbeto poſt balneum.

31 Smegma ſplendidam reddens faciem, & vniuerſum corpus, optimũ etiã ad diſsipandas rugas. Bryoniæ radicis, in ſole ſiccatę, dein tritæ. ſext. italici quartã partẽ. Iridis, myrobalani decorticati aridi, ſin. ſext. italici quartã partẽ. Farinæ fabaceæ, [a] chœnicem. Vini albi veteris odorati, quod ſatis eſt. Probè ſubacta fingito in paſtillos, ſiccatoq́; in vmbra, atq; poſcente vſu accipe ex ipſis quantum volueris, & diſſolue in aqua dulci, & vtere.

[b Chœnicem.] *In manuſcripto codice perperam* χοίνικος, *pro* χοίνικα *legitur.*

32 Smegma Cleopatræ reginæ, præcioſum & odoratũ, val-

de laudatum. Coſti, myrrhæ troglodyticæ, iridis, ſpicæ nardi, amomi, folij caſiæ, florum iunci odorati, ſing. ℥. ß. Myrobalani albi. ʒ. ij. Aphonitri, ℔. j. ß. His tuſis & cribratis, ac probè paratis, vtere ad vniuerſum corpus.

Smegma ſimile, admodum efficax, & odoratum. Floris iunci odorati, iridis, ſingul. ʒ. j. Maſtiches. ʒ. ß. Leuigata 33
excipe cum ſucco ptiſanæ denſiſsimo ſufficienti. & fac paſtillos, ſiccatoq; in vmbra. Vſu poſcente, diſſolue in aqua, & illinito. Poſt horæ interuallum aqua frigida abluito.

Smegma faciem ſplendidam & erugatam, totumque 34
corpus nitidum reddens, expertum. Farinæ fabaceæ, ſext. italicum ſemis. Similaginis puræ, trifolij tuſi, ſing. ſext. ij. Myrobalani albi, iridis, ſing. ſex. ij Ammoniaci thymiamatis, coſti, ſing. ℔. ß. Alba ouorum recentium. xxx. Seminis peponis, vnà cum humore, ſucci vuæ immutaræ, ſing. ſext. j. His ſubactis fingito paſtillos, & in vmbra ſiccato. Vſu poſtulante, diſſolue in aqua, & illine à balneo. Facit etiam ad nigredines quæ in collo ſunt, & reliquo corpore.

Smegma quo vtebatur Pelagia patricia, vt ſapone, ad 35
nitidam reddendã faciem per vniuerſam familiam, valde laudatum. Saponis gallici, amyli, ſingul. ℥. iij. Ceruſæ. ℥. j. Maſtiches, exag. j. ß. Medullæ ceruinæ. ℥. ß. Aphonitri albi, ceræ dealbatæ, ſing. ℥. j. ß. Saponem prius macerato in vaſe vitreo diebus quinque, diebus ſingulis aquam pluuialẽ mutando, ſoliq; exponito ſaponem. Poſtea conijce in ollã nouam, & [a] ſexta die rurſus aquam pluuialem ſufficientem affuſam carbonibus admoue, & lento igni coquito, donec ſapo diſſoluatur. Dein adijce ceram, & medullam. vbi diſſoluta fuerint, apprehende ollam, & cum rude crebrò moueto. & inſperge maſtichen & amylũ leuigata. Deinde ceruſſam exigua prius in aqua diſſolutam proijce in conchã, & manu validè ſubigito. Dein proiecto in vas vitreũ, vtere per familiam.

Cornarius. [a Sexta die, &c.] H*æc adiecta ſunt ex Aetio, qui lib. 8. cap. 6. hoc etiam Smegma deſcribit, quamuis Cornarius in ſua conuerſione illd prorſus omiſerit. Ibidem ſic ſcribitur:* καὶ τῆς ϛ ἡμέρᾳ πάλιν ὕδωρ ὄμβριον ἐπιδθεὶς ἐπ' ἀνθράκων χθαμαλῷ πυρὶ ἕως, &c.

Smegma, hoc eſt ſapo, quo vtendum erit in balneo. 36
Saponis gallici præcipui, ℔. ij. ß. Nitri, ℔. j. Ammoniaci,

thymiamatis, ceruſſæ oſtreorum vſtorum, ſingulorum, lb.ß. Maſtiches, amyli, ſingulorum. ℥.iij. Vbi probè paraueris, vtere.

37 Smegma porbatum ad nigredinem faciei. Thuris. ℥.ß. ʒ.j. Ceruſſæ lotæ diligenter, lithargyri multoties in decocto alborum cicerum [a] ad ſolem abluti, amyli recentis, ſcobis marmoris albiſsimi, maſtiches puræ, aphonitri albi, teſtarum ſepiæ, ſingulorum. ℥.ß. Trita in pollinē madefacito cum ſaponis gallici. ℥.vj. & albis ouorum duobus, ac vtere.

[a Ad ſolem.] *Hæc in Nicolai codice, vt alia quædam, de quibus ſingulis vt aliquid annotemus, non eſſe neceſſe iudico, diſiderantur, & ex Aetio ſunt adiecta.*

38 Smegma mirabile expurgans, & nitidam reddens faciē. Farinæ fœnigræci. ℥.ij. Terræ famiæ quę aſter appellatur, ammoniaci thymiamatis, ſin. ℥.j.ß. Amyli. ℥.ij. Maſtiches, ℥.iij. Tragacanthæ, ℥.ij. Tragacantham in lacte muliebri, aut aſinino macerato, ac cum eo diſſoluta, reliqua tenuiſſimè trita in paſtillos digerito, ſiccatoq; in vmbra. Vſu poſcente præbeto, vt dictum eſt.

39 Smegma nitidam reddens faciem, & reliquum corpus [a] Ricini ſeminis interioris, bulborum narciſsi aridorum decorticatorum, ſing. ʒ.iiij. Similaginis. ʒ.ij. Thuris. ʒ.j. Oui vnius album. Parato rectè, ac vtere.

[a Ricini ſeminis.] *Manuſcriptus codex habet* κικίας κροτώνȢ, *pro* κικίας κροτῶνος. Librarij error.

40 Smegma ex Rufi libris ad rugas totius corporis. Ficus pingues, radicē bryoniæ, teſtas ſepiæ vſtas, farinam eruinam. Vnumquodque ſeorſim contunde, [a] dein etiā ſimul contundito, affuſo melle modico, & vtere.

[a Deinde etiam ſimul contundito.] *Legēdum* ἔπειτα καὶ ἅμα κόπτωσι. *Nicolai autem codex habet ſimpliciter*, καὶ ἅμα.

41 Smegma totius corporis, odoratum valde. Terræ cimoliæ. ℥.x. Iridis tenuiſsimè tritæ, lb.j. Nardi celticæ. ʒ.xij. Cyperi, cardamomi, ſtyracis flaui & pinguis, ſingul. ʒ.vj. Styracem in vino albo odorato veteri diſſolue, dein cimoliam in fictile vas coniectam admoue carbonibus, & vbi ſatis ab igne incanduerit, admiſce illam ſtyraci diſſoluto, poſtea inſperge arida tenuiſsimè trita. Vnita ſufficienter

in paſtillos digere,& ſiccato in vmbra. Vbi vſus poſtulat, contuſis & cribratis vtere.

Smegma caput condenſans. Nitri berenicarij.ʒ.vj. 42
Baccarum lauri,ſinapis, ſampſychi,ſingu.ʒ.ij.Cyperi.ʒ.j. Fæcis vini vſtæ.ʒ.j.Liqueſcat in balneo non [a] illitum. Oculis autem offunde linteum denſiſsimum, aut ſpongiam.

[ a Illitum.] *In codice Nicolai manuſcripto* λιψαμβῶν *legitur, pro* ἀλιψαμβῶν.

Smegma caput denſans. Nitri aſſati.ʒ,j.Baccarũ lau- 43
ri.ʒ.ij.Sinapi,lauri ſylueſtris,radicis cucumeris ſylueſtris. ʒ.ß.Probè parato vtere in diuturnis affectibus.

Smegma ad deſtillationes,& humida habẽtes capita. 44
Nitri aſsi in vino extincti.℥.iij.Iridis, ariſtolochiæ, elenij,ſing.℥.ß.Oxymelitis,quod ſatis eſt. Tuſa & cribrata miſce cum oxymelite. Prius raſo vertice,capiti affunde ante balneum,& ſinens pauliſper affrica.

Smegma ad omnem capitis dolorem,& defluxionem 45
oculorum expertum.Elenij,myrrhæ,calami odorati, farinæ lupinorum,& eruinæ,ſulphuris ignem non experti,ſingu.℥.ij.Excipe ſucco ptiſanæ, & formato paſtillos, quorũ ſinguli pendeant.℥.ß. Vſu exigente, diſſolue vnum cum ſucco ptiſanæ,& præbeto.

Smegma ad eos qui ſunt vſti à ſole,probatum.Simila- 46
ginis ſuccum ſine vt ſubſidat,affundeq; illi aquam,& accipe ſubſidentię.℥.iiij.Commiſce ex oui albo quantum ſatis eſſe videbitur,& reduc ad mellis craſsitudinem, illine veſperi.Mane autem abſterge aqua tepida.

Smegma dentium,valde bonum.Cornu ceruini,ſalis 47
communis,ſing.ʒ.j.Floris iunci odorati.ʒ.j.ß.Coſti, maſtiches,ſing.ʒ.ij.Spicæ nardi,gra.iiij. Tuſa & cribrata vt pollinem inſperge deſuper.

Smegma faciei,expertum.Myrobalani albi, cimoliæ, 48
amygdalarum amararum, ſingul.ʒ.iij. Meliloti, gran.ij. Tuſa & cribrata vt pollinem reconde in vaſe vitreo, aut teſtaceo:& vbi vſus poſtulat,irrigato,ac ſubigito cũ aqua pluuia,& vtere.

Smegma ad pruritũ corporis mirabile.Myrrhæ,aloes 49
toſtæ flauæ,ſing.℥.j.ß.Sulphuris ignem non experti.℥.ß.

Smegma dentium,expertũ.Aeruginis,aluminis ſciſsi- 50

lis,

lis,maſtiches,ſingu.exag.j.Lapidis arſenici,exag.ij. Trita vt pollinem præbeto.

51 Smegma dẽtium.mirabile admodum. Cornu ceruini vſti donec albeſcat,lib.ij . Salis ammoniaci,℔.ß. Maſtiches ℥.j. Floris iunci odorati,piperis albi,ſing.℥.ß. Coſti, folij. ʒ ß. Nucem moſcatham vnam. Cumini exagium.ß. Trita probè præbeto.

FINIS.

## INDEX ZVLAPIORVM & Decoctorum.

*Zulapium Polyepſeton,quod vocatur aqua roſacea.* 1
*Zulapij aquæ roſaceæ ſimplicis confectio.* 2
*Zulapij è nenupharis confectio laudata.* 3
*Zulapium è meliſſa herba,mirabile.* 4
*Zulapium è violis,ad febricitantes.* 5
*Zulapij de pomis confectio.* 6
*Zulapium ſimile.* 7
*Zulapij confectio è malis punicis laudata.* 8
*Zulapium è malis ad febres adurentes.* 9
*Zulapij è fumaria confectio.* 10
*Zulapij è oxyphœnicis confectio.* 11
*Zulapij è citonijs confectio.* 12
*Zulapij myrtini confectio.* 13
*Decoctum magnum aluum ſubducens.* 14
*Decoctum ad melancholicos probatum.* 15
*Decoctum ventrem ſubducens,mirabile* 16
*Decoctum paruum ſimile.* 17
*Decoctum ſumendum cum Oxoſaccharo.* 18
*Decoctum paruum ſimile.* 19
*Decoctum magnum ventrem ſubducens.* 20
*Decoctum è zingibere,ſtomachicum.* 21
*Decoctum bechicum ad refrigerationes laudatum.* 22
*Feruores & phlegmonas,& corporis eryſipelata ſanans.* 23
*Caligines oculorum & leucomata curans.* 24
*Decoctum purgatorium,ad difficilem aluum habentes, expertũ.* 25
*Decoctum purgans,& ſubducens aluum.* 26
*Feruores,phlegmonas,& eryſipelata ſanans.* 27
*Decoctumventrem ſubducens Oribaſij,expertum.* 28

NICO

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI DE ZVLAPIIS, SECTIO DECIMANONA.

ZVLAPII polyepſeti,hoc eſt,plurimum de 1
cocti,ſeu aquæ roſaceæ confectio. Roſarum
lb.j.ß.in aquam conijce, & decoquito diem
vnum. Dein abiectis roſis,inijce alias, & co-
quito per totam diem, & ſimiliter facito qua
tuor diebus. Poſtea æquale aquæ pondus,admiſce ſacchari,
& parato. Hoc ſitim reſtinguit,ventrem ſubducit, mouetq́; humorem melancholicum.

Zulapij aquæ roſacei ſimplicis confectio. Roſarum, lb. 2
ij.ß. Aquæ,lb.vj. Coquito probè ad conſiſtentiã,& in decoctum illorum conijce æqualæ pondus ſacchari. Aluum autem cohibet,ſitim ſedat, & bilem contemperat.

Zulapij Nenupharis confectio. Primùm fit ſtillatitius
nenupharis perinde atquæ roſarum, liquor. Admiſce au- 3
tem liquoris ponderi,ſacchari.℥.ß. & conficito. Confert autem ſi bibatur cum aqua à ieiunis in febribus ardentibus,continuis,& tertianis. Prodeſt verò pueris, & [a] in media ætate conſtitutis, æſtatis tempore potum. Et hoc decoctum cum roſaceo oleo mixtum, & vino irrigatum ſine ſaccharo, ad capitis dolorem confert, & ad illinendum quando quis febricitat, & ad vigilantes optimo [b] etiam tempore.

[ a In media ætate.] *Nicolai codex legit μισοκαιρῆτας. Sed quid hæc vox ſignificet,diuinare non poſſum. Cenſeo autem legendum eſſe μισκλhκας, vel μισοκάιρους.* [ b Optimo etiam tempore.] *Græcè eſt καλοκαιρίῳ. Sic autẽ vocare Nicolaũ puto vernũ tẽpus qđ omnium pulcherrimũ ſaluberrimũq́; & vigilijs minimè obnoxiũ eſt.*

Zulapij è meliſſa confectio. Meliſſa præparetur vt ſtilla 4
ticius roſarum liquor, & ponderi ſucci inijciatur duplum ſacchari,& confice. Sit autem ſucci cum ſaccharo lb.j. Dein adijce auri puri,& margaritarum perforatarum, & non perforatarum,ſing.ſtag.ß. Prodeſt autem in hyeme, vere, & autumno ad nigrum humorem, & ad cordis timiditatẽ ac ſyncopen,timoremq́;, ad hypochondria, & vt in animo

gau

gaudium & lęticia excitetur.

5 Zulapij è violis confectio. Foliorum violarum.℥.iij.coquito ebullitione vna,& maneant in decocto per integram noctem. Manè per ſaccum tranſmittatur, adijcianturq; ſacchari, ℔.iij. & conficiatur. Confert ad exquiſitam tertianam,& ad tuſsim pleuriticam, ad febrem ardentem & continuam. Laxat ventrem,& ſitim ſedat,præſertim ijs quibus à bile orta eſt.

6 Zulapij è pomis confectio. Pomorum dulcium & repurgatorum ſucci per ſaccum transfuſi,℔.iiij.Spicæ,℔.j.Coquito. Reſtinguit ſitim,& vomitum. Prodeſt ad puſillanimitatem,& febres continuas. Qui eo vtitur, is careat rigoribus,neque ſit natura bilioſus.

7 Zulapij è malis confectio. Malorum repurgatorum,℔.j.Sacchari ℔.ix.Stillaticij roſarum liquoris boni,℔.ij.Mellis boni albi,℔.j.Coquito vt cydoniatū. Dein adijce croci, ſtag.j.Canchryos,ſtag.ij.Cinamomi veri,ſantali albi,ſin. ſtag.ij.Caryophylli,ſtag.v.Moſchi, ſtag.v.Prodeſt ſtomachicis,non appetentibus cibum,febricitantibus,& vomentibus cibum,melancholicis item,& pituitoſis.

8 Zulapij è malis punicis confectio. Succi punicorum acidorum & dulcium,ſingul.℔.v.Coquito quoad remāſerint ℔.ij.Dein adijce ſaccharū æquali pondere ſucci,hoc eſt.℔.ij.Paratū probè prębe bibendum ſine aqua, quando æger voluerit. Prodeſt ſitientibus & febricitantibus, ventrē cohibet,& ſiſtit vomitum à flaua bile natum.

9 Zulapij è malis confectio-Malorum partim dulcium partim acidorum ſucci, ℔.v. Proijce in ollam leuigatā ſplendentémve, & coquito donec remaneſerit ℔.j. Dein miſce cū ſacchari ℔.j.& conficito. Cōfert ſiti,febribus ardentib. puſillanimitati,ſyncopi cordis, & vomentibus à flaua bile.

10 Zulapij è fumaria confectio. Fumarię,ſtag.j.ß.Aniſi, fœniculi,floris iunci odorati, ſin.ſtag.iij.ß.Senę. ſta.ij.Seminis intybi,ſtag.iij.ß. Ziziphorū,prunorū,ſin.x.Coquito hæc cū aqua ad tertias.Dein adijce oxyphœnicorū ſtag. vj.atq; tū per ſaccū trāsfunde,adijce aquę roſaceę polyepſytę,& zulapij violacei qđ ſatis eſt, & benè cōfectū prębeto.

11 Zulapij è oxyphœnicis cōfectio. Oxyphœnici, & malorū dulciū ſucci,ſin.℔.j.Coquito ad lentū ignē,& per ſaccū tranſ

transfuſo adijce ſucci punicorũ acidorũ. lb.ß. Roſarũ ſtillaticij liquoris boni, lb.j. Sint autẽ ſucci lb.iiij. & ſacchari, lb. iiij. Probè coctum reconde in vaſe, & præbeto habentibus cordis feruorem quantum volueris, ieiunis.

Zulapij è cotoneis cõfectio. Cotoneorũ repurgatorũ, lb.iiij. Stillaticij roſarũ liquoris boni, lb.ij. Sacchari, lb. viij. Coquito hæc ad cõſiſtentiã. Prodeſt nõ appetentibus cibum, cœliacis, dyſentericis, ſtomachi intẽperiei, & inteſtinorum. Sumatur autem à ieiuno. 12

Zulapij myrtini confectio. Succi, myrtorum maturorum, lb.iiij. Stillaticij roſarum liquoris boni, lb.ij. Sacchari lb.viij. Coquito ad mellis cõſiſtentiã, & reconde in vaſe, & & præbeto. Valet cœliacis, cholericis, diarrhœæ, dyſentericis, defluxionibus ſtomachi, alui, & inteſtinorum. In ſumma, ad omnem affectum cœliacum. 13

Decoctum magnum, ventrem ſubducens, purgans & diſcutiens interiora ventriculi. Vtuntur autem in ijs qui difficilem aluum habent, præſertim quùm datum purgatoriũ nihil efficit. Quapropter ab alijs medicis magnũ decoctũ appellatur. Spicæ, pulegij, chamædryos, hyſſopi, hyperici, origani, thymi, epithymi, agarici, [a]medullæ, xylobalſami, [b]xantheſarion, ellebori, peplij, alypiæ, polypodij, ſin. ℥.j. Coquito in aqua ad tertias. Accipe ex decocto quantũ volueris & adijce ſacchari, lb.j. Benè confectũ præbe bibẽdum cum aqua tepida. 14

[ a Medullæ.] *Græcè eſt ſimpliciter* ἐντεριώνης. *Intelligit autem medullam colocynthidis, vt ſæpe alias. Ac puto adijciendum eſſe* κολοκύνθιδος. [ b Xantheſariõ.] *Græcè eſt* ξανθησάριον. *Quid vero hac vocè intelligat, me ignorare fateor.*

Decoctũ ad melancholicos, expertum. Piperis albi, longi, & nigri, ſing. ℥.ß. Spicæ. gran.iij. Cinamomi boni. ℥ j. Ligni zingiberis, coſti, pyrethri, galangæ, zedoariæ, ſeminis rutæ, & dauci, ammeos, amomi, mentæ, calaminthæ. tenuifolię, radicis fœniculi & ſeminis radicis eryngij, glycyrrhizę, ſpicẽ nardi, iridis chamępityos, ſeminis petroſelini, libyſtici, apij, ſtyracis, tragacãthę. carpobalſami epithymi xylobalſami, carpeſij, caryophylli, caſię calami odorati, origani, thymi, thymbrę, ſeminis anethi, aſari, [a]rhei barbari, rhei pontici, hyperici, ſin. ℥.ß. Pulegij. ℥.iij. Hęc coquito in aqua 15

ad

ad tertias dein colato,& adijce croci exa.j.ß.Piperis cōmunis triti.℥.ß.Mellis attici aut ſacchari,qđ ſatis eſt.ꝓbè paratum da bibēdū ieiuno poculū vnū cū aqua tepida, ſingulis diebus.

[ a Rheibarbari, rhei pōtici. ] *Vel ex hoc Nicolai loco omnibus palàm fit,inter ſe differre Rheum barbarum & Rheumponticū, vt alibi quoque copioſius demonſtrauimus.*

16 Decoctum magnum,ventrem ſubducens,valde mirabile.Thymi,origani,thymbræ,ſtichadis,abrotoni,ſing.℥.ß. Polypodij.℥.ij.Peplij,agarici, aſari, colocynthidos, ellebori nigri,pulegij.ſing.℥.ß. Senæ,epithimi,ſin.℥.j.Hyſſopi,grani cnidij,lathyris,[a] croniadis, myrobalani albi, ſin. ʒ.ij.Aniſi,caroi,teucrij minoris,abrotoni, alypiæ,ſing.℥.ß.Sampſychi.℥.j.Radicis eryngij,manipulum vnum.Gentianæ,xyloceratorū,polij,ſin.℥.ß. Coquito in aqua ad tertias. Dein colato, & admiſce decocto mellis, aut ſacchari, quod ſatis eſt: & vbi probè partum fuerit, præbeto. ℥.j.ß.aut duas cum aqua tepida. Dato etiam in ſingulis oblationibus dacrydij.℈.j.

[ a Croniadis.] *Græcè eſt* κρονιάδος. *Quid verò hac voce intelligat,diuinare non poſſum.*

17 Decoctum paruum eiuſdē facultatis,& ad vertiginoſos mirabile.Ligni aniſi,hyſſopi,ſticadis,origani,ſin.℥.ß.Hyperici,ellebori,ſin.℥.ß.ʒ.j.[a] Nucum iuglandiū flauarū.℥.ß. Coquito in aqua ad tertias, dein adijce mellis attici, & ſacchari,quantum ſufficit.

[ a Nucū iuglandium flauarum.] *Græcè legitur* ξανθοκαρύων.

18 Decocti confectio,ſumpti cum Oxoſacchari.℥.j.& decocti,℥.ij.Intybi ſeminis,ſtag.iij. Glycyrrhizæ, ſtag.ij.Bugloſsi, ſtag.iij. Fumariæ, ſtag.ij. Seminis fœniculi, ſtag.j. Vuarum repurgatarum.℥.j. Ziziphorum.xx. Violarum, ſtag.ij.Coriandri contuſi,ſtag.j Seminis peponis, & anguriæ,ſingulorum.ſtag.iij. Adianti, ſtag.ij.Coquito in aqua ad tertias,dein adijce mellis attici,aut ſacchari qđ ſatis eſt.

19 Decoctum paruum,vt præcedēs.Bugloſsi,ſta.ij Carniū vuarum,℥.iiij. Adianti,fumariæ, eupatorij.ſin.ſtag.iij.Seminis intybi,ſtag.iiij.Chichorij,ſta.iij.Glycyrrhizæ, ſtag.j. Roſarum,ſtag.iiij. Violarum, ſtag.iij. Coquito in aqua ad tertiam partem & adijce mellis attici, aut ſacchari quod ſatis eſt.Probè apparatum,præbeto vt præcedens.

Decoctum magnũ,mirabile valde,vt præcedens. Thymi,epithymi,origani,thymbræ,ſtichadis, abrotoni,ſingu. ℥.ß.Polypodij.℥.ij.Senę.℥.j.Agarici.℥.ß.Peplij,aſari,colocynthidis,ſingul.℥.j.Pulegij,hyſſopi,granorum cnidij,lathyridis,ſingul.℥.ß.Croniadis,myrobalani flaui;aniſi,cumini æthiopici, quod dicitur Carnabadium, ſingulorum. ℥.j.Radicis pæoniæ.teucrij minoris,alypiæ,ſampſychi,ſingulorum.℥.j.ß.Eryngij.gentianæ,xyloceratorum,ſing.℥. j.Roſarũ.℥.j.ß. Ziziphorũprunorũ,ſin.xx. Coqto in aqua ad tertias.Dein adijce mellis attici,aut ſacchari, quod ſatis eſt. Vbi probè parau eris, præbeto manè ieiuno.℥.j.ß. aut duas cum aqua tepida. Datur verò ſingulis oblationibus dacrydij.℈.j. 20

Carnabadium quid.

Decoctum ſtomachicum, valde bonũ. Abſinthij,chamę 21
dryos,marrubij, calaminthæ, pulegij, zingiberis, piperis, pyrethri. Coquito in aqua ad tertias. Dein adijce mellis attici,aut ſacchari,quod ſatis eſt,& parato vtere.

Decoctum becchicum ad frigiditatem,probatũ. Marru 22
bij herbæ, rutæ viridis, hyſſopi,origani, thymi thymbræ, pulegij,ſeminis fœniculi, aniſi. Decoquantur in aqua ad tertias. Dein adijce mellis attici,aut ſacchari,quod ſatis eſt.

Feruores,inflammationes totius corporis, & eryſipela 23
ta ſanãs. Folia braſsicæ cum farina ſubacta, illine. Aliud. Adiantum læuigatum cum lactuca illine. Aliud. Coniza [a] elixa in aceto impoſita,& eius ſuccus vt fomentum adhibitus.probatum eſt.

[ a Elixa.] *In codice manuſcripto corruptè admodum* ἔνθν *pro* ἑφθὴ *legitur.*

Caliginem oculorum ſanat,& albugines, Succus rutæ 24
cũ chalcitide inunctus. Simile. Trifolij herbæ ſuccus inſtillatus. Simile. Bryoniæ folia illita. Simile. Balſami ſuccus inunctus. Simile. Folia rutæ trita illita. Simile. Amygdalæ commanducatæ,& impoſitæ. Simile. Licium cum lacte muliebri,& ſtillatitio roſarum liquore impoſitum,aut mel ſolum impoſitum.

Iuſculum purgatorium,ad eos qui difficilem aluum ha- 25
bent, idoneum. Medullæ colocynthidis.℈.ij aut.iij. pro viribus,tritos inijce iuri carnis, aut piſcium,& da bibendos ieiuno,pro viribus. Aliud Grani cnidij.ʒ.j.tritã conijce in

ius

ius piſcium aut carnium,& præbeto. Simile. Epithymi.ʒ.j.tritam da cum iure. Simile. Alypiam,& [a] oxypurin trita probè præbeto ieiuno cum iure,pro viribus.

[a Oxypurin.] *Græcè legitur ὀξύπουριν. Quid verò hæc vox ſignificet,diuinare nequeo.* Niſi *falſo ita pro ὀξυφοίνικον ſit ſcriptum. Aut ὀξύπορον legendum, vt hoc nomine intelligat omne medicamentum quod aluum pertranſit.* Oxypuris.

26 Feruores,inflammationes totius corporis, eryſipelata, & incenſiones ſanans.[a] Azochœreæ comam, veneti folia, coriandri viridis,& laſſari,illita.Sunt verò experta.

[a Azochœreæ,veneti,& laſſari.] *Græcè ἀζωχοιρίας,βενέτου,καὶ λασσάρου. Quæ verò herbarũ genera ijs vocibus intelligat, ſcire nequeo. Sunt enim,vt omnibus apparet,voces corruptæ.*

27 Ius ſubducens aluum,mirabile admodum.Seminis cnici,exagia.ij.contuſi in pollinem, conijce in iuſculum carnis, aut piſcium. Præbe bibendum ieiuno pro viribus. Simile.Cyclamini.ʒ.iij.in decoctum verbenacæ conijce, & præbeto.Aut alypiam herbam, aut polypodium, aut granum cnidium læuigata præbe.

FINIS.

## INDEX HEPATICORVM, & Hemicranicorum.

*Hepaticum epithema ad frigidos affectus.* 1
*Hepaticum naturale,epithema mirabile.* 2
*Hepatica potio,valde mira.* 3
*Hepaticum,lienoſis etiam conueniens.& vrinam mouens.* 4
*Hepaticum epithema,mirabile.* 5
*Hepatica potio,tabidis etiam accommodata,ægrè ex thorace eijcientibus,& omnibus thoracis malis.* 6
*Hepatica potio ad iecur eliquatum.* 7
*Hedychroi magmatis confectio.* 8
*Hemicranij doloris remedium incommutabile.* 9
*Hemicranij remedium nobile.* 10
*Hemicranij intolerabilem dolorem ſanans.* 11
*Hemicranium dolorem ſedans,valde mirabile.* 12
*Hemicranium dolorem ſanans.* 13
*Hemicranij naturale remedium.* 14

*Hemicranij remedium expertum.* 15
*Hemicranium dolorem, & refrigerationem ſanans.* 16
*Hemicranium dolorem ſedans.* 17
*Hemicranios dolores curans.* 18
*Hemicranij præſidium expertum.* 19
*Hemicranij naturale remedium.* 20
*Hemicranij præſidium expertum.* 21
*Hemicranium dolorem ſedans.* 22
*Hemicranij remedium nobile.* 23
*Hemicranij doloris naturale remedium.* 24

# NICOLAI MYREPSI

## AELEXANDRINI, DE HEPATICIS, & Hemicranicijs remedijs, Sectio Viceſima.

EPITHEMA mirabile admodum ad frigidos iecoris affectus, eiuſdemq; obſtructiones vtile. Ammoniaci, ceræ puræ, ſingul. ℥. x. Mannæ, thuris, ſingul. ℥. v. Aceti optimi, cochle. j. Leuigatis & rectè paratis vtere. 1

Hepaticum naturale [a], potus mirabilis. Erua cum poſca cocta bibenda præbeto. Aut aſſarum coctum in vino da bibendum. Aut rhei barbari. ℥. ij. tuſas da bibendas cum vino. Aut centaurium cum vino coctum bibendum præbeto. 2

Nicolai locus emaculatus.

[a Potus.] *In manuſcripto Nicolai codice falſiſſimè* ἐπίθιμα, *pro* πότιμα *ſcribitur.*

Hepatica potio, mirabilis valde. Gentianæ, amomi, abſinthij, coſti, eupatorij, amygdalarum amararum, ſingulorum. ℥. ij. Piperis communis, aniſi ſingulorum. ℥. j. Hæc vbi probè confeceris, præbeto cochlea. j. cum tepida. Vacantibus autem febre cum condito. Dum verò accipitur, in eum locum in quo dolet æger inclinetur. 3

Hepaticum conferens etiam lienoſis & vrinam mouẽs. Spicæ nardi. ℥. j. Acori, aſari, chamæleontis radicis, ſingulorum. ℥. ij. ß. Trita hæc cum melle irrigata & ſubacta attico ſufficienti, præbeto. 4

Hepaticum epithema nobile. Ceræ puræ, picis liquidæ, 5
tereb

terebinthinæ, ſingulorũ. ℥.iij. Salis ammoniaci. ℥.ij. Mannæ. ℥.iij. Caricarum pinguium, olei cyprini, ſingulorum, lb.ß. Farinæ fœnigræci, ſeminis lini, ſingulorum. ℥.j. Trita hæc in pollinem irrigato, & ſubigito cum melle ſufficienti, & vtere.

6 Hepatica potio ſummè faciens ad tabidos, eos qui ægrè è thorace excreant, omnia thoracis mala, & abſceſſus. Myrrhæ troglodyticæ. ʒ.iij. Gentianæ, petroſelini macedonici, ſingulorum. ʒ.vj. Croci. ʒ.iij. Caſiæ. ʒ.v. Spicæ nardi. ʒ.iij. Caſtorij. ʒ.j. Rhei barbari. ℥.ij.ß. Hæc rectè trita [redacted] cum condito.

7 Hepatica potio ad iecur eliquatum. Roſarum aridarũ, ſiliquarum quas comedimus, gallarum, radicis rubi, ouorum lutea duo, punicorum acidorum. Hæc coquito in vino adſtringente, donec tertia pars abſumpta fuerit. Colato, & ius cum melle attico imbuito, aut ſaccharo ſufficienti, & præbe bibendum ad noctem.

8 Hedychroi magmatos confectio. Aſpalathi. ℥.ß. Caſiæ. ℥.j. Cinamomi. ℥.iij. Iunci odorati. ℥.ß. Coſti, myrrhæ, maſtiches, carpobalſami, calami odorati, ſingulorum. ʒ.j. Folij. ʒ.j.ß. Spicæ nardi, ſingulorum. ʒ.ß. Xylobalſami, mei, [a] amaraci, opobalſami, ſingulorum. ʒ.j. Rectè parato vtere.

[redacted]

9 Hemicranij doloris [redacted] intestina. xv. Piperis communis, gran. xv. Benè trita imbuito cum aceto ſufficienti, & illine.

10 Hemicranij remedium nobile. Aloes flauæ, thuris, aſſari, ſtercoris ouilli, ſingulorum. ℥.ß. Trita madefacito cũ aceto acri, quod ſatis eſt.

11 Hemicranij intolerabilem dolorem ſanans. Atramenti ſcriptorij, crocomagmatis, ſingulorum. ʒ.ij. Piperis communis. ʒ.j.ß. Myrrhæ, croci, ſingulorum. ʒ.j. Aceti ſcillitici. quod ſatis eſt. Benè paratum ſeruato. Vbi autem

exiccatum fuerit, adijce aceti quantum ſufficit, & diſſolutum probè illine loco dolenti.

Hemicranij dolorem ſedans, admodum mirabile. Piperis, gran. lx. Euphorbij. ʒ. j. Cyprini olei, cochlea. j. Caſtorij ʒ. j. Probè paratum impone ſuper partem oppoſitam laborantis cranij, & ſanabit.

Hemicranij dolores curans. Atramenti ſcriptorij, cumini, caſtorij, piperis communis, ſucci rutæ; ſingulorum. ʒ. j. Aceti, ʒ. ß. Alba trium ouorum. Confectum & ſubactum bene illine vt præcedens.

Superſtitioſum, vt reliqua tria. Si dijs placet.

[redacted]

Hemicranij remedium expertum. Accipe ſpongiam à cloaca, aut loco publico, & impone parti dolenti.

Hemicranij dolorem & refrigerationem ſanans. Canis mortui inferiorem capitis partem radens, capillos parti dolenti impone, & ſanabitur.

Hemicranij dolorem ſedans. Accipe pugnacis arietis è medio cornuum lanas ſuffitas, & impone loco dolenti.

Hemicranij dolorẽ curãs. Piperis cõmunis, ℥. ß. excipe terebinthina, & vtere, in diuturnis quidẽ malis die & nocte, in recẽtibus autẽ nocte. Curat autẽ cũ cerato roſaceo.

Hemicranij remedium, expertum. Coſti, piperis cõmunis, cardamomi, ſingulorum. ʒ. j. ß. Hæc tuſa & cribrata excipe aceto, & vtere.

Superſtitioſum.

[redacted]

Hemicranij auxilium, expertum. Canis caput comburito, & cinerem eius cum aceto ſufficienti excipe, & illine morboſam frontem.

Hemicranij dolorem ſedans. Lucernam cedria tinctam vſtam, accende & extingue: da ægrotanti odorandam, & ſedabis.

Hemicranij præſidiũ mirabile. Piperis albi, inteſtinorũ terrę, [a] muſcerdarum, myrrhæ, ſing. ℥. ß. His læuigatis & ſubactis aceto ſufficienti, illine locum dolentem.

[a Mi

[redacted]

[redacted]

Superſtitioſum.

Superſtitioſum, vt alia multa in hoc ſuffimento.

[redacted] Zarnaba. Arnabo. [redacted] Saroa. Muchlium.

2 [redacted] Aſteriũ.

*nare non poſſum.* [redacted]

3 Suffimentũ ad ſyncopen, & imbecillitatẽ cordis. Styracis boni, ladani puri, ligni aloes boni, ſingul. ʒ. viij. Benè tritis adijce nardini, & [a]moſchati olei, ſin. ʒ. ij. Dein iterũ adijce balſami, moſchi, ſin. ʒ. j. Ambaris, caphurę, ſing. ʒ. ß. Trita fermẽtato cũ prędictis, ſimulq; ſubactis omnibus diligẽter

[redacted] 4

mini, boli armenij, lapidis litzæ, lapidis [redacted] 5

Superſti tioſum.

Suffimentum quod confectum eſt in ſancta ciuitate, 7 probatum. Roſarum tenerum, lb.ij. Spicæ nardi, folij, ſingulorum. ℥.j.ß. Caſiæ. ℥.ij. Coſti, myrrhæ, maſtiches, amomi, caryophylli, opobalſami, ſingulorum. ℥.j.ß. Saroa. ℥.j. Ladani. ℥.ij. Calami odorati. ℥.ß. ʒ.j. Bryoniæ radicis, Zar

Zarnaba, ſingulorum. ℥.j. Bdellij. ℥.j.ß. Vnguium odoratorum. ℥.j. Croci. ℥.ß. Nardi celticæ, florum iunci odorati, ſing. ℥.j. Styracis lb.ß. Opobalſami. ℥.j. Vini odorati, quod ſatis eſt. Benè parato vtere.

8 Suffimentum, aut paſtilli confectio. Spicæ nardi. ℥.iiij. Folij. ℥.iij. Coſti. ℥.ij. Helenij. ℥.j. Vnguium odoratorum, ℥.j.ß. Bdellij. ℥.ij. Myrrhæ. ℥.j.ß. Maſtiches, amomi, ſingulorum. ℥.ij.ß. Caryophyli. ℥.iij.ß. Caſiæ. ℥.iij. Carpobalſami. ℥.ij. Styracis puri, lb.ß. Saroa. ℥.iij. Opobalſami, lb.ß. Roſarum tenerum, lb.v. Ladani. ℥.ij.ß. Calami odorati. ℥.iiij. Bryoniæ. ℥.j. Terantur omnia, & cribrentur, & excipiantur cum humidis, & cum benè paratum fuerit, digerito in paſtillos, ſiccatoq; in vmbra, & vtere.

9 Suffimenti moſchati confectio. Roſarum, exemptis vnguibus, ℥.j.ß. Myrrhæ, folij, ſtactes, amomi, caryophylli, ſin. ℥.ß. Styracis calamitis. ℥.iij. vnguiũ odorat[illegible] ℥.ij. Opobalſami. ℥.j. Aloes flauæ. ℥.ß. Moſchi. ℈.j.ß. Paratis rectè, & ſiccatis in vmbra, vtere.

10 Suffimenti moſchati confectio. Styracis pinguis, lb.ß. Folij, coſti, ſpicæ nardi, ſing. ℥.ß. Caryophylli, maſtiches, ſing. ℈.iij. Calami odorati. ʒ.ij. Opobalſami, cochl.v. Roſarum aridarum, ℥.ß. Moſchi. ℈.ij.ß. Moſchus ſolutus cum opobalſamo miſceatur, cæteris aridis tuſis. Paratum probe ſiccato in vmbra, & vtere.

11 Suffimenti alterius confectio. Roſarum exemptis vnguibus, lb.ij.ß. Folij, amomi, maſuchæ, ſaroa, carpobalſami, caſiæ, myrrhæ, vnguium odoratorum, coſti. ſpicæ nardi, bdellij, thuris, ſin. ℥.ij. Croci. ℥.j. Maſtiches. ʒ.iij. Muſci, qui σφάγνος Græcis dicitur. Styracis, lb.ß. & quartam partem. Opobalſami. ℥.iii. Caryophylli. ℥.ß. ʒ.j. Floris iunci odorati. ℥.ß. Vini odorati quãtũ ſufficit. Excipe omnia, ſiccatoq; in vmbra, & vtere.

12 Suffimentum dictum Veronicę, ad epilepticos: abigit enim omnem ſpiritum malum. Sampſychi, melanthij, ſeminis agni, cornu ceruini, baccarum lauri, abſinthij, bituminis iudaici, ſeminis origani ſylueſtris, cumini æthiopici, aniſi, caſtorij, reſinæ piceæ aridæ, lapidis gagatis, vnguium odoratorum, ſingulorum. ℥.ß. Cedriæ, picis liquidæ, ſingulorum. ℥.j.ß. Parato pro-

bè & vtere.

Suffimenti confectio admodum probata, quam ac- 13
cepi à Chryſaphiade comitiſſa. Styracis veri, ℔. vij. ß. Roſarum ſine vnguibus ſuis, ℔. j. ß. Coſti, ℔. ß. ℥. iij. Cariophilli, ℔. ß. Maſtiches, ℔. ß. ℥. iij. Balſami, ℔. ß. Folij. ℥. iiij. ß. Spicæ nardi. ℥. iij. Croci. ℥. ß. Nucem indicam vnam. probè parato vtere.

Maſucha. Suffimenti confectio, Maſucha dicta. Aloes flauæ, fo- 14
liorũ lauri, coſti, amomi, cardamomi, caſiæ, carpobalſami, ladani, ſingulorum, ℔. ß. Myrrhæ, iridis, meliloti, fo lij, roſarum, foliorum oleæ, celticæ, ſingulorum, ℔. ß. ℥. iij. Croci. ℥. iij. Galbani. ℥. j ß. Gummi, ℔. j. ß. Vini odorati quod ſatis eſt.

Suffimenti confectio, paſtilli. Spicæ nardi. ℥. iiij. Fo- 15
lij. ℥. iij. Coſti. ℥. ij. Helenij. ℥. j. Vnguium odoratorum, ℥. j. ß. Bdellij, myrrhæ. ℥. j. ß. Maſtiches, amomi, ſingulorum. ℥. ij. ß. Caryophilli. ℥. iij. ß. Caſiæ. ℥. iij. Carpobalſami. ℥. ij. Roſarum tenerum, ℔. v. Ladani. ℥. ij. ß. Calami odorati. ℥. iiij. Saroa. ℥. iij. Styracis, ℔. j. ß. Opobalſami. ℔. ß. Muſci. ℥. j. Hæc tuſa & cribrata adijce liquidis & fingito paſtillos, coniuncto opobalſamo, ſiccatoq; in vmbra.

Suffimenti dicti Moſchati confectio. Roſarum ſucci recentis. ℥. j ß. Myrrhæ, ſtactes, amomi, caryophylli, ſingulorum. ℥. ß. Styracis ſelecti. ℥. iij. Vnguium odoratorum magnorum. ℥. ij. Opobalſami. ℥. j. Moſchi, ℈. ij. 16

Suffimenti confectio dicti Crinati, hoc eſt lilini. 17
Liliorum integrorum flores. liiij. Coſti, carpobalſami, folij, ſingulorum. ℥. ß. Caryophylli, ſpicæ nardi, ſingulorum. ℥. ß. ʒ. j. Maſtiches. ʒ. ij. Amomi. ℥. j. Styracis. ℥. j. ß. Opobalſami. ℥. ij. Myrrhæ. ℈. iij. Vini aminæi, quod ſatis eſt.

Suffimẽtũ boni angeli. Suffimentum aliud boni angeli. Coſti. ʒ. ij. ß. 18
Thuris. ʒ. v. Caſiæ, cyperi, ſingulorum. ʒ. ij. Spicæ. ʒ. j. ß. Cinamomi. ʒ. j. Zygææ aridæ. ʒ. xv. Ceræ puræ. ʒ. x. Hæc tundæ, & arida conijce dein in mortarium, adiectis cera, & oleo irino, quantum ſufficit. vbi liqueſcere incipiunt, admiſce mellis. ℥. ß. & eliquata promptè,

ptè,conijce in mortarium. Vbi verò igne incaluerint,affunde ceram,& irinum oleum,aridaq; tuſa & cribrata. Poſtquã omnia commixta fuerint, inunge manus irino oleo,& ſubige prope ignem,ac vtere.

FINIS.

## INDEX THERIACARVM.

*Theriaca antidotus cognominata Andromachi.* 1
*Theriaca,ſiue* Hedychroi *magmatis confectio.* 2
*Theriaca,ſeu paſtilli ſcillitici confectio.* 3
*Theriaca,ſeu paſtilli ſcillitici confectio.* 4
*Theriaces Andromachi confectio.* 5
*Theriaca ex herbis.* 6
*Theriace experta ad morſus à cane rabido inflictos.* 7
*Theriaca ad venenata.* 8
*Theriaca ad ictus ſcorpionum.* 9
*Theriace Andromachi,vt præcedens.* 10

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI DE THERIACIS, SECTIO Vigeſima ſecunda.

1 THERIACA antidotus Andromachi. Menſura eius non eadem in omnibus hominibus exiſtit, ſicuti neque liquor in quo diſſoluta exhibetur. Ipſa enim aduerſus maxima mala medicamentum alexiterium eſt expertum. Datur igitur ipſa in venenatis medicamentis, aut venenatorum plagis, nucis ponticæ magnitudine, cum vino. Capitis dolores diuturnos, vertigines, auditus graues, hebetudines oculorum, guſtus inſtrumentum debilitatum, comitialem morbum, vertiginoſos, non niſi recta ceruice ſpirantes cum mulſa pota ſanat, diſſecans, attenuans, & eductu faciles reddens lentos humores. Succurrit etiam recẽti & veteri tuſſi, & ijs quibus thorax dolet Febre carentibus ex mulſo, febricitantibus autem ex mulſa. Conuenit ſanguinem expuentibus, ſiue à thorace, ſiue à

ſiue à pulmone eductio fiat. Siquidem recens eductio ſit, cum poſca: inueterata verò cum aqua decocti radicis ſymphyti, manè & veſperi ſimiliter. Stomachi vitia, ventriculi difficilem concoctionem, & imbecillitatem, emendat. Inflationes ſtomachi, & inteſtinorum cruciatus ſedat, aut colum diu dolentes, aut ileoſos placat. Datur nucis ponticæ magnitudine cum aqua calida. Valet etiam in cardiacis, & ijs qui animo linquuntur, & cholericis. Lumbricorũ etiam omne genus mirabiliter exigit, cum ſucco mentæ data, Hepaticos affectus, itemq; morbo regio laborãtes ſtrenuè curat: febre carentibus cũ vino mulſo, febricitantibus autem cum tepida aqua data. Induratos lienes liquefacit, ſordes in ijs cõſumens, cum oxymelite data. Deterit & lapides renum, cum decocto apij, aut petroſelini, aut ſemine dauci, aut quorũdam aliorum, & difficilem mictionẽ veſicæ, & in ipſa exulcerationes interdum ſanat, cum decocto chamæmeli febre vacantibus data aut cum vino dulci. Præbetur quoq; in omnis generis rigoribus diuturnis. Maximè verò quartanis, ſi quis ea artificioſè vtatur, hoc eſt, poſt inclinationem. Datur etiam hydropicis, cũ aſari decocto, & ſimilibus malis, potiſsimum verò qui anaſarca laborant. Elephantia quoq; correptis, ſæpe auxiliatur. Et partium corporis reſolutiones in potu accepta, ſæpe ſanat. Mulierum purgationes mouet, & mortuos fœtus eijcit, data cũ paſſo aut aqua mulſa: ruta tamen, aut dictamno prius in ijs liquoribus incoctis, fabæ magnitudine. Podagra afflictis, & articulorum defluxione infeſtatis conducit poſt inclinationem, non ſemel tantum, ſed multoties etiã pondere exagij vnius pota, pro viribus, & ægri temperamento. Opitulatur[a] dolentibus etiam impoſita. Admirari autem oportet hanc antidotum, quòd non modò corpori, verumetiã animo malè affecto medetur. Ex atra enim bile natas diuerſas imaginationes, hoc medicamentum exhibitum ſedat, è vaſis lienis atram bilem veluti eluens & exhauriens: quemadmodum etiam ex ferarum ictu illatum venenũ, & aquæ formidinem, peſsimum ſanè & curatu difficilem morbum, aut potius incurabilem, aſsiduè data ſæpe ſuſtulit. In peſtilentibus ſimiliter conſtitutionibus præſumentes ipſam, hoc malo corripi prohibet. Hyemis tempore iter

fac

facientibus conſulo, vt ex ipſa ſumant: eſt enim veluti bonũ viſcerũ indumẽtũ, qđ plurimũ ijs qui eã ſumpſerũt, calorẽ exhibeat. Dare oportet hoc medicamentũ, quũ probè concoxerit qui ipſum accepturus eſt, neq; cibis refertus ſit. Bibat autem ieiunus, & iube quò ſufficienti tempore à cibis abſtineat, vt medicamentum cõcoqui poſsit. Inſpicere verò etiã oportet tempus, & ætatem eius qui ſumpturus eſt. Aeſtate enim neq; omnino dabis, neq; in vigore ætatis exiſtẽtibus, vt qui plurimum habeat caloris: neq; ſæpius medicamentum ipſum exhibendum eſſe hortor. Eis verò qui iam vitæ declinationẽ attigerũt, & pituitoſis, & nauſeabũdis, & cruditate laborantibus, & ijs qui cibũ non appetunt ex melancholia, aut frigiditate, hanc ſæpius & plurimam exhibere cõuenit. Similiter etiam ijs qui ſtomachi inflatione laborant, & vteri malis, non cum aqua, ſed cum vino bono, ac veteri, conſulo hanc frequenter eſſe accipiendam. In bilioſis, febricitantibus, & pueris, omnino eius exhibitionem vitare oportet. Maior enim eſt eius facultas, quàm vires eorum tolerare poſsint: eò quòd corpora illorũ facilè diſſoluat, & innatum ſpiritum celeriter extinguat. Neceſſe verò eſt primùm confectiones, quæ hoc medicamentum ingrediuntur enarrare, vt hedychroi magmatis ſcillitici paſtilli, & theriaci, dein in vniuerſum theriaces.

[ a Dolentibus. ] *Græcè perperam* δυναμένοις *pro* ὀδυνωμένοις *ſcribitur.*

2 Confectio hedychroi magmatis. Aſpalathi [a] radicis corticis, coſti albi, ſing. ʒ. iij. Caſiæ fiſtulæ. ʒ. xiij. Aſari, xylobalſami, phu, rei pontici, maſtiches, ſingulorum ʒ. iij. [b] Amaraci. ʒ. x. Rhei barbari. ʒ. xij. Florum iunci odorati, cinamomi, amomi, botryos, ſingul ʒ. vj. Nardini celticæ, folij. ʒ. viij. Myrrhę. ʒ. xij. Croci. ʒ. vj. Hæc probè trita & cribrata excipe vino phalerno ſufficienti, & finge paſtillos, in vmbraque exiccato, adiuncto illis opobalſamo.

[ a Radicis corticis.] *In manuſcripto codice ſimpliciter legitur* ἀσπαλάθου φλοιοῦ. *Sed in Galeno & Paulo eſt* ἀσπαλάτου ῥίζης φλοιοῦ. [ b Amaraci.] *Manuſcriptus codex corruptè legit,* ἀμαρακίνου: *legendum enim, Galeno, & Paulo teſtibus,* ἀμαράκου.

3 Paſtilli ſcillitici confectio. Accipe ſcillam fœminam, eſt enim alba, & abſcindito fundum & caput: arida verò decorti

corticato,ac fermento oblinito,& in caminum balnei conijcito,aut furnum. Poſtquam autem in carbonem mutata fuerit, amoue eam ab igne, & accipe feſtucam, perforato ipſam. Et ſi promptè feſtuca penetrauerit, aſſa erit. Sin facilè non penetrauerit,non probè aſſa erit:ideo vt ipſa denuò aſſetur,neceſſe erit. Vbi verò probè aſſa fuerit, accipe internarum partium ſcillæ.ʒ.lx. & farinæ eruorum alborum.ʒ.xl. Leuigato hæc ſimul validè in mortario,& excepta digere in paſtillos,exiccatoque in vmbra.

Theriaci paſtilli confectio. Hunc paſtillum in hunc mo 4
dum conficere oportet. Acceptis viperis [a] æſtatis initio, primùm vtrinque à cauda &,capite quatuor digitorum lõgitudine amputare conuenit, dein excoriare, & in fictili cum aqua & [b] aniſo ſufficienti coquere. Vbi verò contabuerint, omnibus oſsibus exemptis, accipe de carnibus. ʒ.xvj.& leuigato in mortario validè, affundens ex ipſo decocto, vt formari paſtilli poſsint. Formatos ſiccato in vmbra,& reconde in vaſe,& vſu poſcente illis vtere.

[ a Aeſtatis.] *Nicolaus habet* θέρους, *Galenus* ἔαρος *id eſt veris*

[ b Aniſo.] *Codex Nicolai legit* ἀνίσου *,ſed Galenus & Paulus* ἀνήθου, *hoc eſt anethi.*

Theriaces Andromachi confectio. Paſtillorum theriaco 5
rum,paſtillorum ſcilliticorum, ſingulorum.ʒ.xij. Piperis communis, hedrychroi magmatis,ſingulorum.xij. Roſarũ aridarum,ſcordij,iridis illyricæ, ſeminis buniadis, glycyrrhizæ, ſingulorum.ʒ.vj. Piperis albi. ʒ.iij. Opobalſami, cinamomi,agarici,ſingulorum.ʒ.vj. Rhei [a] barbari, myrrhæ puræ,croci,caſiæ,nardi indicæ,nardi celticæ, cancrorum fluuialium cinerum,florum iunci odorati, thuris,piperis longi,dictamni,marrubij,ſtichadis,petroſelini macedonici,terebinthinæ,calaminthæ,zingiberis,pentaphylli radicis,ſing.ʒ.iij. Polij,chamępityos,ſtyracis,mei,amomi,botryos celticæ,lemnij ſigilli,phu,chamædryos,folij, chalcitidis toſtæ,gentianæ,aniſi,ſucci hypociſtidis, carpobaſami gummi,ſeminis fœniculi,apij,cardamomi,ſeſelis, acori,ſucci acaciæ, thlaſpeos, hyperici, caſtorij, ammeos,ſagapeni, ſingulorum. ʒ.ij. Clematidis. ʒ. j. Malabatri. ʒ. ij. ß. Erui.ʒ.xl. Scillæ toſtæ.ʒ.lx. Ariſtolochiæ longæ, ſeminis dauci, bituminis iudaici, opopanacis, centaurij

tenu

tenuioris, galbani, ſingulorum. ℥.j. Mellis attici, lb.vj. Vini phalerni, ſextar.j. Conijce in mortarium opium, hypociſtidem, ſagapenum, glycyrrhizam, acaciam, ſtyracem, opopanacem, & affunde exiguum mellis, & vnumquodque contuſum diſſolue, & adijce vinum vt illa ſuperet, ſinitoque vt per triduum madeſcant: inde arida omnia, radices ſcililicet, ſemina, herbas, tuſa & cribrata conijce in mortarium: & affuſo vino terito, ac læuigato vt collyria. Deinde his è mortario exemptis admiſce omnia arida, & ſubigito fortiter. Poſt hæc inijce mel, terebinthinam, galbanum, & & opobalſamum, & calefacta in cacabo cōfunde, in mortario hæc vniendo diebus quinque ſubige validè, & reconde in vaſe vitreo. Vtere hac antidoto poſt menſes ſex, aut decem. Perfectè autem coquitur poſt annos decem. Theriaces probatio. Nos in homine periculum de hoc medicamento facere nequeuntes, in aliquo aliorum animantiū ipſum facientes, veram huius medicamenti probationē inuenire conamur. Gallis enim b qui domi non enutriti, neque nobis ſunt contubernales, ſed potius agræſtib. & ſicciore præditis corporis temperamento, acceptis his quidem, hoc medicamentum infundimus, illis verò minus, & ſic ipſis obijcimus venenatas feras. Qui inter illos non biberint è theriaca, confeſtim moriuntur. Qui verò biberint, roborantur, & à morſu vitam retinent. Theriacæ probatio. Probamus interdum medicamentum num ſit adulteratum, hoc modo. Quum enim damus eorū aliquod medicamentorum quæ per ventrem purgare valent, ſi præſumpta theriaca non purgat, medicamentum eſſe optimum cognoſcimus. Vbi igitur purgationem impedierit per hoc experimentum, nunquam de hoc medicamento fallimur. Vſus huius antidoti & ſimilium. Theriaca extrinſecus impoſita, & epota, rabioſorum morſibus, & venenatorum ictibus exquiſitè ſuccurrit. Cæterum nobis etiam in peſtilentibus conſtitutionibus ſola hæc antidotus malo correptis prodeſſe adeò viſa eſt, vt nullum aliud præſidium tanto malo reſiſtere fuerit idoneum. Quamobrem Hippopocratem omnibus modis admirandum laudo, qui luem illam ex c Aethiopia Græcos inuadentē nō aliter curauit, quàm aerē mutādo & alterando. Per vniuerſā enim ciuitatē iuſsit ac-

cen

cendi ignem, non ſimplicis incenſionis materiã habentem ſed ſerta & flores ſuauiſsimos alimentum eſſe ignis conſuluit, & ipſi vnguẽta pinguiſsima infundi, vt per odorem [d] purum aerem redditum homines in mali ſubſidium reſpirarent. Simili ratione Theriacen, ceu ipſa quoq; ignis quidam purgatorius exiſtat, præſumentes in peſtifera aeris cõſtitutione, neutiquam malo corripi ſinere nouimus: correptis verò iam poſſe mederi, aeris inſpirati malitiam in alterantem, mutantemq;, nec corporis temperaturã corrumpi ſinentem. Medetur autem diuturnis capitis doloribus, vertigini, auditus difficultati & oculorum hebetudini. Prodeſt quartanis. Nonnunquã verò & guſtus inſtrumentum laborans reficit. Sæpius in phreneticis mentis alienationes, ſomnum inducens, generoſè ſedauit. Inſuper animi perturbationes, [e] & implexas ſomnis imagines abigit. Comitialibus quoq; ipſis vehementer ſolet auxiliari, humiditatem è capite abſumẽs, & liberũ ſpiritui tranſitum efficit. Iuuat etiam difficulter ſpirantes, diſſecans, & vt facilè educantur efficiens, ac extenuans lentos humores. Sanguinem reijcientibus admodum prodeſt, cum decocto ſymphyti exhibita. Stomachi quoq; vitijs mederi ſolet. Non appetẽtem, & cibum capere non potentem, vt ipſos cum voluptate adeat, emendat. Nauſeam iuuat, [f] & omnem maximũ latumq; lumbricum, qui omnem aſſumptum cibum depaſcitur, eoq; reliquũ totum corpus emaciat, mirabiliter ex inteſtinis eijcit. Iocineroſis ſuccurrit. Lienoſos etiam ſanare ſolet, calculoſos, & cœliacos affectus, omniaque inteſtinorum vitia. Dyſenteriam, ileum, choleram, omnemque vteri imbecillitatem ſanat, & podagram. In ſumma, hæc ipſa antidotus ad omnis generis hominis mala à frigiditate orta vtilis exiſtit.

Nicolaus nõ admodũ rerũ peritus, rheũ põticum & barba rũ inter ſe cõfundit.

[ a Rheibarbari.] *Nicolaus habet* ῥίου βαρβάρου, *quum tamen in Galeno, Paulo & Aetio ſcriptum ſit* ῥήου ῥοῦ ποντικοῦ, *&* ῥίου ποντικοῦ. *Id quod ideo factum eſt, quia Nicolaus hic, vt alijs etiam in locis ſæpe, Rheum ponticum, & barbarum inter ſe, ac ſi vna res eſſent, confundit. Quanquam paulò ſuprà veluti diuerſas res à ſe inuicem diſtinxerit. Vnde facilè conijcere licet, Nicolaum, vt pote vnguentarium, rerum medicarum non admodum peritum fuiſſe: aliàs enim hanc diuerſitatem facilè animaduertiſſet.*

b Qui

[b Qui domi non enutriti, &c.] *Hic locus in manuſcripto* Locus
*codice totus eſt deprauatus: ſic enim legitur ibidem*, ἀλικτρειωνὰς γὰρ Nicolai
λάβοντες μὴ εἰδότις τιναὶ αἰκοδίαι εἰσι: καὶ ὁμὶν ὀνορόφιοι. *Quum po-* emenda-
*tius, vt ex Galeno ſit manifeſtum, ita legendũ ſit*, ἀλικτρυόνας γὰρ tus.
λαβόντισ τοὺς μὴ ὅσοι γίτινις οἰκοδίαιτοιί τι εἰσιν, καὶ ὁμὶν ὁμορόφιοι.
[c Aethiopia.] *Manuſcriptus codex perperã legit*, ἐκ παιωνίας, Alia lo-
*pro* ἐκ τῆς αἰθιοπίας. [d Purum, &c.] *Et hoc loco corruptus eſt* ca Nico
*codex manuſcriptus: legit enim* καθαρὸς γινόμενος. ὁ ἀὴρ, οἱ ἄνθρω- lai reſti-
ποι ἀναπνέωσιν. *Quum ita potius ſit legendum*, ἵνα οὕτω καθαρὸν γι- tuta.
νόμενον οἱ ἄνθρωποι ἀναπνεύσωσιν εἰς τὴν ἀπαλλαγὴν τὸν ἀέρα. *Sũt*
*& in ſequentibus aliquot mendæ, quæ ex Galeno in libello quem de*
*Theriaca ad Piſonem inſcripſit, reſtitui poſſunt.* [e Et implexas
ſomnis.] *Manuſcriptus codex Nicolai habet*, παρακοπτικὰς φαντα-
σίας, *pro* περιπλοκὰς, *&c.* [f Et omnem maximum, &c.]
*Manuſcriptus codex hic totus eſt mutilus, & deprauatus: legit enim*
*ſimpliciter*, καὶ πᾶσαν νιμηννικὴν ἐκβάλλει. *quum ita planè ſit legen-*
*dum, Galeno teſte:* ἔτι καὶ τὴν μεγίστην καὶ πλατεῖαν ἕλμινθα γινο-
μένην, καὶ πᾶσαν τὴν εἰσφερομένην τροφὴν ἐκνεμένην, καὶ διὰ τοῦτ'
ἐκτήκουσαν τὸ ἄλλο πᾶν σῶμα, θαυμασίως ἐξάγει τῶν ἐντέρων.

9 Theriaca antidotus ex herbis, faciens ad ictus reptiliũ, & venenatis, pleuriticis, ruptis, cõuulſis, diuturnis tuſsibus mirabiliter conferens. Gentianæ repurgatæ, ariſtolochiæ rotundæ, baccarum lauri decorticatarũ, chamædryos, ſingul. ℥.ß. Tuſa in pollinem, & cribrata, excipe melle attico, & vtere. Datur pondere. ℈.iiij. Febricitantibus cum mulſa. vacãtibus febre cum vino. Imponitur etiam ictibus hoc medicamentum. In rabioſorum morſibus adiecto cancrorum fluuialium cinere præbeto.

7 Theriaca probata ad morſus rabioſorum. Spicæ nardi, pæoniæ, cinaberis, herbæ quæ naſcitur in Lycia, æris vſti, ſingul. ℥.ß. Piperis communis. ℥.ß.ʒ.j. Excipe oxymelite ſufficienti, & præbeto magnitudine nucis ponticæ in vino condito. Illine etiam morſui.

8 Theriaca antidotus venena abigens, admodũ mira, &, vt multa experientia comprobatũ eſt, ad omnia quæ à venenatis feris orta ſint mala cõferens. Serpylli herbæ aridæ. ʒ.ij. Ariſtolochiæ rotundæ. ʒ.iiij. Radicis bryoniæ albæ. ʒ.j. Centaurij [a] tenuis. ʒ.iiij. Mellis attici, quantum ſatis videbitur. Datur. ʒ.j. ex vino tepido ieiuno.

Librarij lapſus.

[a Tenuis.] *In codice manuſcripto corruptè λιυκȣ̃, pro λιτȣ̃ legitur.*

Theriace faciens ad eos qui à ſcorpione ſunt icti, & eos qui à draconibus liberari cupiũt, ad cõuulſa, inflationes, & multa ſimilia. Huius igitur mihi copiã fecit Gallus quidam in Arabiæ veniens Cæſariam, qui multos illic ſtipendia faciens per ipſam ſeruauit. Radicis bryoniæ albæ. ʒ.iiij. Seminis trifolij. ʒ.ij. Iridis. ʒ.iiij. Opopanacis. ʒ.ij. Ariſtolochię rotundæ. ʒ.iij. Radicis roſmarini, liquoris papaueris, myrrhæ, ſing. ʒ.ij. Rutæ ſylueſtris ſeminis, ſerpylli, ſingu. ʒ.iij. Cumini thebaici, & æthiopici, caſtorij, radicis eryngij, ſin. ʒ.j ß. Farinæ eruinæ. ʒ.vj. Vini chij aut marini, quod ſatis eſt. Vbi benè paraueris, finge paſtillos quorum ſinguli pendeant. ʒ.j. & præbeto cum vino tepido. 9

Theriaces Andromachi alia cõfectio, vt pręcedens, valde laudata. Paſtilli ſcillitici, paſtilli theriaci, ſing. ℥.iiij. Hedychroi magmatis. ℥.ij. Cinamomi. ℥.ß. Piperis cõmunis, opij, roſarũ aridarum, ſin. ℥.ij. Scordij, buniadis, iridis, glycyrrhiyæ ſucci, balſami, ſing. ℥.j. Zingiberis, exag.iij. Croci, myrrhæ, radicis [a] ephili, rhei indici, piperis albi, & longi, radicis dictamni, terebinthinæ, caſiæ, ſpicæ nardi, polij, ſtyracis calamitis, ſing, exag.iij. Seminis apij, ſeſelis, [b] ſamoletici, thlaſpis, ammeos, chamædryos, chamæpityos, fœniculi, ſucci hypociſtidis, nardi celticæ, mei athamantici, gẽtianæ, aniſi, lemnij ſigilli, chalcitidis, bituminis. amomi, acori, galbani, carpobalſami, phu, hyperici, acaciæ, gummi, cardamomi, dauci cretici, ſin. exag.ij. Sagapeni, opopanacis, caſtorij, centaurij, ariſtolochiæ longæ, & rotũdæ, ſingul. exag.j. Hæc omnia trita in pollinem madefacito cum melle attico, & vino ſufficienti, & benè confecta reponde in vaſe. Vſu poſcente præbeto exagium.j. aut quantum volueris, cum vino veteri, tepido, ieiuno. 10

[a Ephili.] *Gracè eſt ἐφίλου: ſed fortè legendum, vt ſuprà, πενταφύλλου ῥίζης.* [b Samoletici.] *Gracè legitur σαμωλητικȣ̃, Quid verò hac dictione innuat, diuinare non poſſum.*

Samoleticum.

FINIS.

## INDEX HIERARVM, ET MEDICAmentorũ, ictericis & iſchiadicis conuenientium.

*Hiera Logadij Memphitæ, ad diuturna mala à melãcholia facta,* 1

*Hiera Logadij alia.* 2
*Hiera Theoderiti probata.* 3
*Hiera Theoderiti alia, ſimilis.* 4
*Hiera Iuſti, ad vertiginoſos, colicos, & à cane demorſos.* 5
*Hiera Iuſti ad capitis dolores, probata admodum.* 6
*Hiera pura Galeni ad vitium ſtomachi, cruditatem, & alia.* 7
*Hiera antidotus Logadij, valde probata.* 8
*Hiera Galeni, probata.* 9
*Hiera alia Galeni, ad omne malum capitis, & ſtomachi imbecillitatem.* 10
*Hiera alia Galeni, vt præcedens.* 11
*Hiera picra Galeni, admodum probata.* 12
*Hiera alia magna Galeni.* 13
*Hiera Logadij Memphitæ, mirabilis.* 14
*Hiera Logadij ad caput dolentes, & lippitudine laborantes.* 15
*Hiera Iuſti, ad capitis dolorem.* 16
*Hiera Iuſti omnem bilem à capite purgans.* 17
*Hiera Archigenis ad capitis dolorem, & comitiali morbo afflictos vtilis.* 18
*Hiera Archigenis purgans caput, & ſtomachum, ac omnis generis humores.* 19
*Hiera Archigenis ad melancholiam.* 20
*Hiera purgatoria mirabilis admodum, & probata.* 21
*Hiera antidotus è marrubio probata.* 22
*Hiera Ruſi probata.* 23
*Hiera Ruſi admirabilis.* 24
*Hiera Conſtantini ad vitioſum corporis colorem.* 25
*Hiera Ducis ad melancholicos, pituitoſos, & reſolutos.* 26
*Irini confectio probata, mirabilis valde.* 27
*Hiera antidotus interpretatione Galeni & Hippocratis.* 28
*Ictericum præſidium, admodum mirabile.* 29
*Ictericum aliud expertum.* 30
*Ictericum curans exquiſitè.* 31
*Antidotus præſeruans ab iſchiade, experta.* 32
*Iſchiadico dolori ſummè conferens.* 33
*Hiera periculo vacans, ex Tralliano.* 34
*Hiera picra Galeni, ad ſtomachum, & caput.* 33
*Hiera Antiochi probata.* 36
*Hiera picra Galeni ad turbationem ſtomachi.* 37

# NICOLAI MYREPSI

## ALEXANDRINI, DE HIERIS, ET MEDICAMENTIS ICTE-ricis & iſchiadicis cõuenientibus, Sectio Vigeſima tertia.

HIERA Logadij, mala diuturna ex melancholia facta [a] tranſmutat. Data enim humores purgat, qui moleſtias corpori exhibent, neque anguſtiam vllam facit, ſed appetẽtiam incitat, & robur corpori inducit, atque ægrotantem hilarem reddit. Comitiali morbo laborantibus, vertiginoſis, ſubitò concidentibus, ſpumantibus, & linguam mandentibus, aut conuulſis, ita vt putentur aliquibus à dæmone occupati eſſe, vtilis. Conuenit autem bilioſis, & elephantia correptis inter initia. Prodeſt etiam ijs qui feris impetiginibus laborant, lethargicis, & ijs qui inuoluntariè alui excrementa emittunt, potiſsimum verò ijs qui letalia medicamenta hauſerunt. Dolorem quoque ſedat, & iocineroſis vtilis eſt. Datur etiam pleuriticis, & ijs quibus pericardium laborat. Educit enim vitioſos humores, & mouet menſtrua mulierum. Iſchiadicis, & [b] lumborum dolore affectis admodum conuenire creditur, & omnia diuturna mala ſanat, ter ſingulis meſibus ſumpta. Datur pondere. ℈. ix. in aqua mulſa vnius menſuræ. Agarici, elaterij, ſalis ammoniaci, abſinthij, ammoniaci, foliorum indicorũ, ellebori nigri, ſcillæ toſtæ, ſcamoniæ, myrrhæ, zingiberis, ſin. ʒ. vj. Aloes flauæ euforbij, ſin. ʒ. viij. Polij herbæ, caſiæ, chamædryos, cẽtaurij, hyperici, bdellij, marrubij, ſin. ʒ. v. Piperis albi, cinamomi, opopanacis, ſagapeni, piperis lõgi, croci, petroſelini macedonici, ſin. ʒ. iiij. Caſtorij, piperis nigri, ariſtolochiæ rotũdæ, ſing. ʒ. iij. ß. Colocynthidis, polypodij, ſing. ʒ. viij. Spicæ nardi, grani cnidij, ſingul. ʒ. vj. Hæc trita in pollinẽ madefacito cũ melle attico deſpumato ſufficienti. Opopanacem, ſagapenum, ſolue in mortario cum melle, & probè confectam reconde in vaſe, & vtere.

Loca aliquot in Nicolao reſtituta

[a Tranſmutat.] *In manuſcripto codice* συγκριτικῆ *legitur, pro* μετασυγκριτικῆ, *aut certè* ἐγκριτικῆ, *id eſt expellit.* [b Lumborum dolore vexatis.] *In manuſcripto codice* ψωαδικοῖς, *pro*

ψοιαδ

ϕοιαδικοῖς *legitur.*

2 Hieræ Logadij alia cõfectio. Colocynthidis, polypodij ſing. ʒ.ij. Euphorbij, polij, grani cnidij, ſing. ʒ.j.ß. Frumentaria grana ſex. Abſinthij, myrrhæ, ſing. ʒ.j. gr. xij. Cētaurij, agarici, ammoniaci thymiamatis, folij, ſcillæ, ſpicæ, dacridij, ſingu. ℥.j. Aloes flauæ, corymborum thymi, caſiæ ligneæ, chamædryos, bdellij, marrubij, ſing. ℈.j. gr. xiiij. Cinamomi, opopanacis, caſtorij, ariſtolochiæ longæ, triũ piperũ, croci, ſagapeni, ſeminis petroſelini, ſin. ʒ.ß. Ellebori nigri, & albi. ſing. ʒ.vj. Mellis attici quantum ſufficit. Datur caſtaneæ nucis quantitate cum aqua tepida manè ieiuno.

3 Hiera Theodoretis vehementer efficax, cõducens vt altera. Summè enim congruit morbo comitiali affectis, iocineroſis, lethargicis, melancholicis, & ijs qui per circuitũ exacerbantur, ſtomachicis, lienoſis, colicis, & ilioſis. Inſigniter autē menſes ducit, & malo corporis habitui aduerſatur. Aloes flauæ. ʒ.xxx. Agarici. ʒ.xij. Croci, rhei barbari, acori, maſtiches, cinamomi, ſpicæ nardi, ſing. ʒ.iij. Aſari, myrobalani nigri, ſingul. ʒ.ij. Coſti. ʒ.iiij. Caſiæ, mei, chamædryos, piperis nigri, & longi, zingiberis, gentianæ, amomi, floris iunci odorati, ſing. ʒ.j. Piperis albi. ʒ.ij. Scāmoniæ. ʒ.xij. Colocynthidis. ʒ.ij. Trita in pollinē madefacito cũ melle attico ſufficienti, & probè confectam præbeto manè ieiuno cum aqua tepida. ʒ.iij.

4 Hiera Theodoretis alia, vt præcedens. Aloes. ʒ.xxx. Aſæ fetidæ, hoc eſt, ſcordij. ʒ.xij. Agarici, croci, ſingulorum. ʒ.iij. Ariſtolochiæ longæ. ʒ.j.ß. Aſari, iridis illyricæ, opobalſami, ſingulorum. ʒ.ij. Coſti. ʒ.iiij. Maſtiches, caryophylli, ligni cinamomi, ſingulorum. ʒ.iij. Caſiæ, nucis odoratæ, ſingulorum. ʒ.xij. Spicæ nardi. ʒ.iij. Epithymi. ʒ.ix. Chamædryos. ʒ.iiij. Mei. ʒ.j. Trium piperum, euphorbij, ſingulorum. ʒ.v. Myrrhæ, florum iunci odorati, ſingulorum. ʒ.ij. Gentianæ. ʒ.ij. Amomi. ʒ.j. Xylobalſami. ʒ.ij. Scamomiæ. ʒ.ix. Trita hæc in pollinem madefacito cum melle attico ſufficienti, & præbeto. ʒ.iiij. ex aqua tepida ieiuno.

5 Hiera Iuſti conferens vertiginoſis, colicis, à cane demor-
ſis, & ſimilis eſt præſcriptæ hieræ[a] Theodoretis. Epithymi.
ʒ.v j. Stichadis, marrubij, chamędryos, ellebori nigri corti-

cis,ſcammoniæ,agarici,trium piperum,ſcillæ aſſatæ,paſtil-
li theriaci,ſing.ʒ.viij.Colocynthidis,euforbij,croci,petro-
ſelini ſeminis,gentianæ,ammoniaci thymiamatis,ſagape-
ni,ſingul.ʒ.iiij.Aloes flauæ, opopanacis,polij,cinamomi,
myrrhæ,ſpicæ nardi,caſiæ,florum iunci odorati, calamin-
thæ montanæ,& fluuialis,ſingul.ʒ.ij.Ariſtolochiæ longę,
& rotundæ,ſingulorum.ʒ.j.Hæc trita in pollinem made-
facito cum melle attico ſufficienti.

[a Theodoretis.] *Manuſcriptus codex habet* ἀρχιγένους, *pro* θεωδόρητος.

Hiera Iuſti ad capitis dolores,valde probata, Marrubij. 6
ʒ.ij.Spicæ, chamædryos, ellebori nigri, ſcammoniæ,aga-
rici,piperis nigri,ſcillæ torrefactæ,ſing.ʒ.iiij. Colocynthi
dis,euphorbij,aloes flauæ,croci,gẽtianæ,ſeminis petroſeli
ni,ammoniaci,ſagapeni,ſin.ʒ.viij. Opopanacis , polypo-
dij.ſpicæ nardi,floris iunci odorati,pulegij, ſing.ʒ.iiij. Ari
ſtolochiæ rotundæ.ʒ.ij.Mellis quantum ſufficit.

Hiera Galeni,hoc eſt amara, ad vitiũ ſtomachi, & cru- 7
ditatẽ,ileum,& ſubuerſiones,capitis dolores , hemicraniã
lienoſos,iocineroſos,ſtomachicos, & vomentes cibum. Si-
militer anginoſos, epilepticos, deſtillatione laborantes, &
gingiuarum inflãmationem iuuat.Cinamomi,ſpicę, croci,
florum iunci odorati,aſari,caſiæ ligneæ, xylobalſami, car-
pobalſami,violarum,abſynthij, epithymi, agarici, roſarũ,
turpeti,maſtiches,colocynthidis pulpæ,ſing.ʒ.ß.Aloes fla
uæ,quantum omnium aliarum ſpecierum.Nonnulli medi-
corum duplum,quãtum omnium aliarum ſpecierum inij-
ciunt.Mellis attici,quod ſatis eſt.Dantur exag.iij.aut tria
&.ß.pro viribus,cum aqua tepida ieiuno.

Hiera antidotus Logadij,valde probata. Maxima verò 8
eiuſdem commoditas,quòd è profundo excellenter purgat
varios humores,neq; compreſsionẽ, neq; anxietatem, neq;
inappętentiam, neque aliam perplexitatem faciens,ſed po-
tius benè ſpirantes, hilares , robuſtosq; efficit, vt excellen-
tiam eius aliquis miretur.Medetur itaq; hemicranicis affe-
ctibus,vertiginoſis,morbo comitiali, inſaniæ, melancho-
liæ,lethargo,& ſimilibus.Itẽ hebetudini viſus, difficultati
auditus,amiſsioni vocis , aſthmaticis, ſtomachicis,affecti-
bus diuturnis,lienoſis,nephriticis, cœliacis, iſchiadicis, ar-
thritic

thriticis, & podagricis, ſanguinem mulierũm ducit, trementibus conducit, impetiginib. feris & omnib. in ſuperficie corporis ortis exanthematis, elephantia correptis, humoresq́; dolorẽ excitãtium febrium curat, & omnia malignã vlcera, & cancroſa. Colocynthidis. ʒ.iiij. Scillæ aſſatæ, agarici, ammoniaci, ellebori nigri, corticis, ſtichadis, hyperici, ſing. ʒ.viij. Epithymi, polypodij, bdellij, aloes flauæ, chamædryos, marrubij, caſiæ, ſing. ʒ.iiij. Myrrhæ, ſagapeni, croci, ariſtolochiæ longæ, trium piperũ, cinamomi, opopanacis, caſtorij, ſeminis petroſelini, ſing. ʒ.ij. Mellis attici quantũ ſufficit. Perfecta menſura. ʒ.iiij. Media. ʒ.iij. Minima. ʒ.ij. cum aqua mulſa ſufficienti, & ſalis tenuiſsime triti cochle. ß. Datur autem manè ieiuno.

9 Hiera Galeni, valde probata. Chamædryos, piperis longi, & albi, agarici, ſtichadis, ellebori nigri, ſcammoniæ, ſpicæ nardi, ſcillæ aſſatæ, epithymi, ſingul. ℥.iij. Croci, ammoniaci, euforbij, ſing. ʒ.iiij. Mellis, quod ſatis eſt.

10 Hiera alia Galeni, ad omne capitis malum, dolorem aurium, oculi mala, & ſtomachi imbecillitatem. Aloes flauæ, ℥.j. ʒ.ij. Spicæ, exag. ß. Cinamomi, xylobalſami, caſiæ, croci, maſtiches, pulpæ colocynthidis, agarici, cẽtaurij, euphorbij, epithymi, aſari, ſingul. exag. ß. Mellis attici, quod ſatis eſt. Datur pro viribus, cum aqua tepida manè ieiuno.

11 Hiera alia Galeni ad melancholicos, comitiali morbo laborantes, vertiginoſos, refrigerationem totius corporis, & ſitim, obſtructionem item iecoris, ac lienis. Datur etiã regio morbo affectis cum decocto abſinthij. Efficax eſt quoque ad viſcera, hypochondria, dorſum, & renes, ac vteri mala ſanat. Aloes flauę. ℥.ij. Cinamomi, nardi, coſti, xylobalſami, caſiæ puræ, maſtiches, aſari, roſarum, abſinthij, amomi, ſingulorum. ʒ.j. ß. Mellis attici, quantum ſufficit. Datur ponticæ nucis quantitate cum aqua tepida manè ieiuno.

12 Hiera amara Galeni admodũ probata, potẽs eadẽ quę præcedẽs. ducit etiã mẽſes mulierũ, & cõceptionẽ iuuat. Mirabiliter etiã ad refrigerationẽ vteri valet. Colocynthidis, florũ iũci odorati, cinamomi, xylocaſię, ſin. exa. j. Xylobalſami, croci, ſin. exa. j. maſtiches, aſari, ſin. exa. ß. aloes flauę quãtũ oĩm aliarũ ſpecierũ. Mellis attici, qđ ſatis eſt. dãtur manè ie

iuno exagia tria, aut tria & ſemis cum aqua tepida.

Hiera alia magna Galeni, ad capitis dolores, vertiginem, morbum comitialem, cholericos, melancholicos, pituitoſos, quartanos, hydropicos, pleuriticos, [a] nephriticos, dyſentericos, reſolutos, ſtomachicos, morbo regio correptos, lienoſos, iocineroſos, lethargicos. Arteriæ etiam raucitatem ſanat, & vniuerſo corpori ſanitatem præbet. Aloes flauæ, ſeminis petroſelini, abſinthij, piperis nigri, ſing. exa. ij. Colocynthidis, ſcillæ aſſatæ, agarici, ellebori nigri, ammoniaci, ſulphuris, hyperici, ſingul. exag. j. ß. Epithimi, polipodij. bdellij, ſucci chamædryos, braſsicæ, exiguæ, caſiæ, ſing. exa. iij. Myrrhę, ſagapeni, ariſtolochiæ longæ, piperis albi, longi, cinamomi, opopanacis, caſtorij, ſing. ℥. j. Mellis attici, quod ſatis eſt datur manè & veſperi. cū tepida aqua ſufficienti. 13

[a Nephriticos.] *In manuſcripto Nicolai codice eſt διαφοριτικ, fortè pro νιφριτικοὺς ſcriptum.*

Hiera Logadij Memphitæ, mirabilis temperata. Abducit noua & vetara mala, maniam, & omnem melancholiam omnino purgat, crudos humores ſine moleſtia & quidem à principio. Facit ad eos qui nō concoquunt, & eos qui ſumpſerunt letalia venena. Purgat etiam humores crudos areſcentes. Prorſus inualidos, difficultates vrinæ, ſeminis profluuium inuoluntarium iuuat, & ad vterina mala ter menſe ſumpta valde mirabilis eſt. Agarici, ammoniaci thymiamatis, folij, ſileris, aſari, dacrydij, ſcordij, ſingul. exa. j. Caſiæ, chamædryos, hyperici, bdellij, marrubij, ſing. exag. iiij. Cinamomi, opopanacis, caſtorij, ariſtolochiæ longæ, trium piperum, croci, ſagapeni, ſeminis petroſelini, ſingul. exag. v. Colocynthidis, myrrhæ, elaterij, ſing. exag. j. Abſinthij, zingiberis, ſing. exag. j. Euphorbij, polij, grani cnidij, ſing. exag. ij. Epithymi, exag. v. Ellebori nigri, centaurij, ſing. exag. j. Mellis attici, quod ſatis eſt. Datur ex aqua tepidā manè ieiuno. 14

Hiera Logadij mirabilis ad dolentes caput, & lippitudine laborātes. Eſt ſimilis ei quæ prædicta eſt. Agarici, exa. j. & quartā eiuſdē partē. Ammoniaci thymiamatis, folij, aloes flauæ, thymi, polij, caſiæ, chamædryos, polypodij repurgati, ſing. exa. j. Triū piperū, opopanacis, caſtorij, ariſtolo 15

ſtolochiæ longę,ſin.exa.j.Colocynthidis exag.ß.Corticis ellebori nigri,ſcillę aſſatæ,ſin.exa.i.Dacrydij,exa.viij.Hyperici,bdellij,marrubij aridi,ſin.exag.j. Croci,ſtag.ß.℈.j. Seminis petroſelini,exa.j.Libyſtici,lapidis armenij,ſingu. exa.ß.Iridis aridæ,zingiberis,ſeſelis,ſingu.℥.ß.Centaurij, exa.ij.Myrrhæ,thuris, ſing.exag.iiij. Euphorbij,exag.ij. Stichadis,exa.ß,Melanthij,exa.ij.Grani cnidij, ſagapeni, ſing.℥.ß.Mellis attici,quod ſatis eſt.

16 Hiera Iuſti,ad capitis dolorē.Marrubij,exa,ij.Spicę nardi,chamædryos,ellebori nigri,dacrydij,agarici,piperis nigri,ſcillæ aſſatæ,ſingul.exa.iiij,Colocynthidis, euphorbij, aloes flauæ,croci,gentianæ,petroſelini,ammoniaci, ſagapeni,ſing.exa.viij.Opopanacis,polypodij,ſpicæ nardi, florum iunci odorati,pulegij, ſing.exa.iiij. Ariſtolochiæ rotundæ,exag.ij.Mellis quantum ſufficere videtur.

17 Hiera alia Iuſti,omnē flauā bilē à capite purgās. Colocynthidis,ſtichadis,chamædrios,piperis albi,& nigri,corticis ellebori nigri,agarici,dacrydij,ammoniaci, ſcillæ aſſæ, ſin.ʒ.viij.Croci,euphorbij,ſin.ʒ.iiij.Myrrhæ.ʒ.ij. Mellis attici quod ſatis eſt.Pondus exhibitionis perfectū.ʒ.iij.minus.ʒ.ij.ex mulſa calida ſufficiēti.Iuxta pōdus ātidoti prębe granū ſalis fabę magnitudine,ſicq; probè cōfecto vtere.

18 Hiera Archigenis ad capitis dolorē, & eos qui comitiali morbo laborāt.Chamædryos, agarici,marrubij.℥.j.ß.exa.j.Colocynthidis,exag.xx.Stichadis,opopanacis,ſagapeni, ſin.exa.viij.Petroſelini macedonici,folij,ariſtolochię.ſing. exa.ij.Mellis attici,quantum ſufficit. Datur pro arbitrio.

19 Hiera Archigenis alia,caput & ſtomachū, omniſq; generis humores excellenter purgās.Colocynthidis,ſcillæ aſſatæ,euphorbij,gētianę,opopanacis,paſtillorū theriacorū, ſin.ʒ.v.Stychadis.ʒ.vj.Seminis petroſelini, ellebori nigri, ſcāmonię,piperis nigri,& longi,ſin.℥.ij.Ligni cinamomi, iridis illyricę,ſagapeni,myrrhę,ſpicę nardi,florū iunci odorati, & radicis calaminthę mōtanę,ariſtolochię lōgę,& rotūdę,ſin.ʒ.ij.Seminis rutę ſylueſtris.ʒ.ij.ß.Aloes flauę.ʒ. xv,Pullorū hirūdinis vſtorū cineris,acori,xylobalſami,carpobalſami,ſeminis apij,ſin.ʒ.j.ß.Mellis attici,qđ ſatis eſt.

20 Hiera Archigenis ex epiſtola ad Marſum de melancholia.Hic verò in alio loco ait eſſe Rufi. Opopanacis.ʒ.iiij.

Sagapeni. ℥.v. Petroſelini, ariſtolochiæ rotundæ, piperis albi, ſing. ℥.ij.ß. Cinamomi, ſpicæ nardi, myrrhæ, polij, croci, ſingul. ℥.ij. Nonnulli adijciunt chamæpityn. Ego verò ꝑ chamępyti inijcio chamædryn. Hęc trita in pollinẽ, ſubigito cum melle ſufficienti, & reconde in vaſe, & præbeto. Multoties ex ea dedi, ℈.x. & effeci vt decies aut vndecies is qui ſumpſerat excerneret. Integra exhibitio eius. ℥.iiij. ex aqua mulſa, adiecto ſale, quantũ eſt cochleare paruũ.[a] Malè enim ægro affecto, efficacẽ facit præparationẽ: non ſolũ multitudine eorum quæ per aluum educũtur, ſed affectus proprietate, priuatim atram bilẽ minuens. Cõuenit pleuritidi, flatuoſisq; malis eſt accommodatiſsima. Optimã facit reſpirationẽ, & ijs quæ nutritionem impediunt è regione aduerſatur.[b] Colorẽ mirificè emendat, tum quòd ſanguinem[c] excollet, tum quia vitioſum ſpiritũ accenſum lucidiorem reddat. Sed nunc[d] non eſt laudãdi inſtitutum eam quam haud temerè hierã appellant. Prolixa enim futura eſſet oratio. Cæterum melancholicorum affectuum nullũ aliud reuera huic cõparandum inueniemus præſidium. Nã multos noui ob huius aſsiduum vſum, nullo alio indiguiſſe medicamẽto,[e] etiamſi nullã bilẽ excreuerint. Neq; enim hi tantum melancholici vocãtur, qui atram excernunt, ſed qui in ſolidis iam hanc ſtructurã obtinẽt. Mẽbranarũ cerebri malos habitus quàm maximè exterit. Proinde morbum comitialẽ, & inſaniã illinc natã mirũ in modũ demolitur.

[a Malè.] *Manuſcriptus codex legit perperam admodũ* κακοπινο, *pro* κακοπινως. [b Colorem, &c.] *In codice manuſcripto corruptè legitur,* καὶ χρωμάτοις μυστικώτατον, *pro* καὶ χρώματος σμηκτικώτατον. *Qui locus iterũ oſtendit, quantis nobis hæc conuerſio laboribus conſtiterit.* [c Excolet.] *Codex Nicolai perperã* καθηλίζων, *pro* καθυλίζον *legit.* [d Non eſt laudandi.] *In manuſcripto codice eſt ſcriptum* ἐγκομίων, *pro* ἐγκώμιον. [e Etiamſi nullam.] *Græcè eſt perperam ſcriptum* κἂν ἴδη μίας χολὴν ὡς ἀποκρινῇ, *pro* κἂν εἰ μηδεμίαν χολὴν ὅλως ἀποκρίνοιεν. *Sic nuſquam non deprauatum eſt Nicolai exemplar manuſcriptum.*

Hiera purgatoria mira admodum, & probata. Præci- 11
puum verò hoc habet, quod purgans excellenter vnum aliquem, & varios humores educens, neque compreſsionem, neque anguſtiam, neq; imbecillitatẽ, neq; appetentiæ deie-

ctionẽ,neq; aliquã perplexitatẽ ægrotanti facit. Plurimum verò ac vehemẽter confert ad diuturnos morbos comitiales, eosq; ita vehemẽtes, vt mingãt, cacent, cruentã linguã habeãt, ſpumẽt, & omnino cõuulſione cõprehendantur laborantes ipſi. Exeuntes è poteſtate, furioſos, melãcholicos, tremebundos, reſolutos, elephantia correptos, ferã impetiginẽ, omnẽ circuitũ à bile factũ, iocineroſosq; ſanat. Menſes ducit. Pleuriticos ad naturalẽ ſtatum reducit. Ter mẽſe data, reuera probè auxiliatur. Colocynthidis herbæ folia, ℥.x. Scillæ aſſatæ. ℥.v. Ammoniaci thymiamatis, agarici, ſcammoniæ, ellebori nigri, ſing. ℥.v. Hyperici, epithymi, polij, bdellij, aloes flauæ, chamædryos, marrubij, caſiæ, ſin. ℥.iiij. Piperis longi, & albi, cinamomi, croci, opopanacis, ſagapeni, caſtorij, petroſelini macedonici, ariſtolochiæ longæ, ſing. ℥.j.ß. Mellis attici, quod ſatis eſt. Datur ſingulis diebus. ℥.j.ß. ter menſe.

22 Hiera probata è marrubio. Stichadis, marrubij, [a] chamærotis ſylueſtris, colocynthidis, ſing. ℥.j. Opopanacis, ſagapeni, ſeminis petroſelini, ariſtolochiæ rotundę, piperis communis, cinamomi, ſpicæ nardi, polij, myrrhæ, croci, ſingul. ℥.ij. Mellis attici quod ſufficit.

[a Chamærotis.] *Græcè eſt* χαμάιροτος. *Quid verò hæc dictio ſignificet, ignorare nos fatemur.*

23 Hiera Rufi probata, qua vti cõſueuit Galenus. purgat enim ſine moleſtia. Cõfert morbo comitiali, hemicraniæ, pleuritidi, lapidis, coli dolorib. diuturnis malis, lienoſis, [a] & ijs quib. in vniuerſo corpore Eugata exigua alba exoriuntur, quę vocantur latinis auriga. Podagricis, & arthriticis. Nõ dabis verò hãc ijs q defluxiõe laborãt. Mulieribus quæ nõ purgãtur prodeſt, & ijs q laborãt eugatis magnis, & ſcabie dabis hãc etiã ad lũbricos, impetiginesq; Purgat quoq; aluũ. Colocynthidis, piperis, chamędryos, maſtiches, ſing. exa. iiij. Croci, myrrhę, ſing. exa. ij. Dacridij. ℥.iij.ß. Mellis attici qđ ſatis eſt. Ammoniaci. ℥.ij.ß. Euphorbij. ℥.j.ß. Datur iuxta hominis tẽperamentũ duobus diebus. Podagricis triginta dieb. coch. duo ex mulſa. Dixit verò aliquis ſapientum, quòd multoties data, elephantia laborantes purget.

[a Et ijs qbus in vniuerſo corpe.] *Hæc vt cũq; potuimus reddere, coacti ſumus. In codice enim Nicolai ita ſcriptũ erat* καὶ, ὑς τινιος

ημß

*ἐμβάλλουσι εὔγατα μικρὰ σιυκὰ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι ἅπερ λέγουσι οἱ λα-τῖνοι ἀοριγα. Vtraq; enim vox, græca nimirũ εὔγατα, & latina aoriga, nobis icognita. Sed ambæ haud dubiè corruptæ ſunt & barbaræ.*

Hiera Ruſi, confectio mirabilis, Aloes flauæ. ℥.ß. Elle 24
bori nigri, & albi, ſingulorum. ʒ.ij. Dacrydij, colocynthidis, ſingulorum. ʒ.j.ß. Nitri, euphorbij, polypodij, ſalis ammoniaci, ſingulorum. ʒ.j. gra.vij. & ß. Piperis communis, cardamomi, croci, agarici, maſtiches, epithymi, ſingulorum ʒ.ß. gran.vij. Xylocaſiæ, balſami opopanicis, cocalis, ſin. ℈.j. & quartã eius partẽ, hoc eſt gran.v. Myrrhę. ʒ.vij. Mellis attici quantum ſufficit. Datur eunti dormitum ex tepida aqũa caſtaneæ quantitate.

Hiera Cõſtatini, prodeſt ad vitioſum corporis colorem, 25
& faciei. Myrobalani cepuli, indici, & flaui, violarum, abſinthij, ſingulorum. ʒ.ij. Myrobalani bellyrici, emblici, caſiæ repurgatæ, epithymi, ſenæ, agarici, cuſcutæ, floris iunci odorati, rhei barbari, ſingul. ʒ.j. Xylocaſiæ, ſpicæ, aniſi, maſtiches, ligni aloes, ſalis gemmæ, Seſt (ſpecies lapidis) nitri, ſin. ʒ.ß. Mellis attici quod ſatis eſt. Datur quantumlibet dormituris. Vacantibus febre cum vino, febricitantibus autem cum aqua tepida.

Hiera ducis, ad melancholicos, pituitoſos, & reſolutos, 26
mirabilis. Agarici, colocynthidis, turpeti, epithymi, cuſcutæ ſingulorum. ℈.ij. gran.v. Ligni aloes, rhei barbari carpobalſami, florum iunci odorati, xylocaſiæ, croci, aſari, cinamomi, maſtiches, roſarum, abſinthij, folij, lapidis litzi, lapidis lazuli, ſingulorum. ʒ.ij. Dacrydij. ʒ.j.ß. Aloes flauæ. ʒ.ij.ß. Mellis attici quantum ſufficere videtur. Datur ex aqua tepida media nocte. Si verò hanc vis redigere in pilulas, fermentato probè cum iure abſinthij, & præbeto dormituris veſpere pilulas.xix.aut.xxj.

Irini cofectio, admodum probata. Aſpalathi. ℥.vij. 27
Olei cõmunis. ℥. ix. Aſpalathum ſubtiliter tritum conijce in aquæ cochlearia quinq;, & ſine vt illic maceretur dieb. tribus, & coquito iuſto tempore. Expreſſum in craterem conijce, & cum ipſo ſubtiliter triti xylobalſami, myrrhæ, ſing. ℥.j. & rurſus coquito iuſto tempore, dein colato, & ſtatue oleum hoc in ſtatera, & æquali põdere olei adijce irin probè tuſã, & ſine vt in eo maceretur diebus & noctibus tribus.

De

Dein expreſſo validè, & ita parato, quouis tertio die vtere.
28 Hiera antidotus interpretatione Galeni & Hippocratis, quæ non ſolum aluum, ſed & reliquum corpus purgat, præcipue verò à capite ad inferiora trahit. Nonnulli pro medicamento vtuntur, ieiunis dantes modicum commanducandum. Morbo comitiali laborantibus, melancholicis, vertiginoſis, & neruorum malis diuturnis correptis mirum in modum confert. Trium piperum, ſingulorum. ℥.j. Ammoniaci. ℥.iij. Colocynthidis. ℥.j. Myrrhæ. ℥.iij. Croci. ℥.v. Scamoniæ. ℥.j.ß. Chamædryos, epithymi, ſingulorum ℥.j. Abſinthij ſucci. ℥.ß. Salis ammoniaci. ℥.ß. Mellis attici, quod ſatis eſt.
29 Ictericum præſidium mirabile. Rubi ramorum, manip. j. Aquæ puræ, ſext.j. Conijce in ollam nouam, & coquito ad dimidium, dein colato, & reconde in vaſe, & da bibendum manè ieiuno cyathum vnum diebus quinq; aut ſeptem, & confeſtim diſcutitur malum.
30 Ictericum aliud probatum. Radicem anchuſæ aridam probè contunde, & accipe cochlearia duo, & irrigato cum aquæ menſura vna. Da bibendũ ieiuno, eſt enim mirabile.
31 Ictericum exquiſitè curans. Sulphuris ignem non experti, exag.j. Salis communis, exag.ß. Trita benè da comedenda ieiunis cum ouis ſorbilibus, eſt enim præcipuũ admodũ.
32 Ab iſchiade præſeruans, probatum. Scribe in laminam ſtanneã: Barboth barbothlibera ſeruũ Domini. N. à dolore qui ipſum corripuit iſchiadico, & appende collo laborãtis.
33 Iſchiadis dolori ſummè conferens. Radix cyclamini appenſa collo laborantis.
34 Hiera periculo vacans, ex Tralliano. Aloes. ℈.ij. Folij. agarici, opopanacis, amomi, croci, ſagapeni, caſtorij, dacrydij, ammoniaci, ſin. ℈.v. Polipodij, caſiæ, ſing. ℈.iiij. Piperis albi, petroſelini macedonici, ariſtolochiæ, ellebori nigri ſin. ℈.ij.ß. Marrubij aridi, chamædryos, bdellij, colocynthidis, ſing. ℈.iiij. Integra exhibito, ſiquidem ſine melle confeceris. ℈. ſeptem. Si verò cum melle excipere volueris, quẽadmodum multi conſueuerunt, dato. ℈.xij. Et probè parato vtere.
35 Hiera amara Galeni, mirum in modum conferens ſtomacho, & capiti. Aloes flauæ. ℥.xiiij.ß. Cinamomi, croci, coſti,

floris iunci odorati,xylobalſami,caſiæ fiſtulæ puræ,maſtiches.aſari,roſarum,amomi,abſinthij,ſin.ʒ.j. Trita in pollinē ſubigito cum melle attico ſufficienti, & præbeto exag. iij.aut.iij.&.ß.pro viribus,carentib.febre ex vino, febricitantibus cum aqua tepida.

Hiera Anthiochi probata. Chamædryos,agarici, colo- 36
cynthidis, ſin.ʒ.viij.Scillæ aſſatæ,amoniaci thymiamatis. ellebori nigri,clematitis , piperis albi, ſingulorum. ʒ.ij.ß. Cinamomi,ſpicæ nardi,zingiberis,myrrhæ troglodyticæ, croci,folij,ſingul.ʒ.ij.Mellis,quod ſatis eſt.

Hiera amara Galeni,ad aſperitatem gulæ, & mala vteri 37
peculiariter valens Vrinam quoque mouet. Tuſsientibus, caput dolentibus,vertiginoſis,defluxione laborantibus,hydropicis,nephriticis, & iocineroſis confert. Mirum in modum etiam menſes mulierum ducit. Spicæ, carpobalſami, xylobalſami,floris iunci odorati,cinamomi,nardi, dacrydij,roſarum,violarum,epithymi,agarici,abſinthij,turpeti, ſenæ ſingulorum.℥.ij.ß. Rhei barbari, exag.iij.Croci.ʒ.j. Aloes flauæ,quantum omnium aliarum ſpecierum. Mellis attici quod ſatis eſt. Vbi probè paraueris præbeto media nocte exagia.iij.aut.iij.&.ß. cū aqua tepida ſufficienti,

FINIS.

## INDEX COLLYRIORVM


*Collyrium Soteria Amanitonis,admodum efficax.* 1

*Collyrium Sol,ad omnis generis affectus.* 2

*Collyrium lumē,ad albugines & ſtaphylomata.* 3

*Collyrium Aquila,repurgans albugines.* 4

*Collyrium Proteus ad incipientes ſuffuſiones,& alia mala.* 5

*Collyrium Monohemeron magnū,ad initia,& diuturnos affectus.* 6

*Collyrium Nardanum,ad multam defluxionem,& omne malū.* 7

*Collyrium Lybianum ad phlegmones,& vlcera.* 8

*Collyrium è croco ad ſuperantes chemoſes & phlegmonas.* 9

*collyrium Cicius albus,ad incipientes lippitudines.* 10

*Collyrium è lacte mirabile.* 11

*Collyrium è cornu,ad phlemones & defluxiones.* 12

*Collyrium ad defluxiones,ſtaphylomata,chemoſes,pūcturas,& membranarum rebelliones.* 13

*Collyrium Lybianum vocatum.* 14


Colly

Collyrium ad ſuggillata,& dolores: 15
Collyrium ad morſus in tunicis oculorum factos. 16
Collirium Hydaron,ad oculos ſuggillatos. 17
Collyrum Irin,ad albugines. 18
Collyrium è roſis magnum,ad diuturna & ſordida vlcera. 19
Collyrium ſacra ancora,ad albugines non tenues ac denſas. 20
Collyrium Thodoretum,viſum acuens. 21
Collyrium Aſter,ad omnem vehementem dolorem,puſtullas,ſtaphylomata,& diuturna,vlcera. 22
Collyrium Hermolaus,ad omnem affectum ocularem. 23
Collyrium è cornu, ad albugines,& omnes affectus. 24
Collyrium Zoili,ad veteres & recentes affectus. 25
Collyrium Lambonis ſtupefactorium, anodynum, & ſomniferum. 26
Collyrium Proteus,ad incipientes ſuffuſiones , hebetudines , & cicatrices. 27
Collyrium Lambonis ad chemoſes,foſſulas , & omnem oculorum pertubationem. 28
Collyrium è fœniculo,ad hebetudines.principium ſuffuſionis , & cicatrices. 29
Collyrium è cornu nigro,ad omnē diuturnū affectum & albugines. 30
Collyrium Phœnix ad albugines,pterygia facitq́; viſum acutum. 31
Collyrium è roſis,ad phlegmones,chemoſes,& *rubores palpebrarū. 32
Colllyrium album è roſis. 33
Collyrium Monohemeron. 34
Collyrium Monohemeron,ad pterygia. 35
Collyrium croceum,reprimens. 36
Collyrium Pelarion,ad omnem affectum admodum bonum. 37
Collyrium è thure,ad caua vlcera,& foſſulas. 38
Collyrium Theodotium magnum , ad omnis generis oculorum mala. 39
Collyrium enſtacton,ad viſus acutiem mirabile. 40
Collyrium è lapidibus ſcylacijs , ad defluxionem reprimendam , & diuturnas lippitudines 41
Collyrium è ſucco ad omnem affectum. 42
Collyrium Anerij chirurgi,ad epiphoras. 43
Collyrium è cornu ad omnes generis defluxionēs , ſordida vlcera,

* ἐριθίματα forte pro ἐρυθήματα.

*cera,callos & aſperitudines.* 44
Collyrium Myraculum appellatum, ad omnem lipitudinem, ictum & ſugillatos. 45
Collyrium tenerum mollé ve, dolorem mitigans. 46
Collyryum Pancianum, ad diuturna vlcera, & ſordida 47
Collyrium Lybianum, ad deſluxiones, dolores, & recẽtes lippitudines. 48
Collyriũ ex aceto, ad omnem affectum inueteratarum aſperitudinũ. 49
Collriumy viſum acuens, & omnem hebetudinem, & incipientes ſuffuſiones. 50
Collyrium lachrymas retinens, & incipientes ſuffuſiones. 51
Collyrium molle, ad intolerabiles lippitudines. 52
Collyrium Pſitacium, ad dolores, puſtulas, æſtus, cicatrices, & alia mala. 53
Collirium ad omnem deſluxionem, phlegmonem, dolorem vehemẽtẽ & capitis dolorem. 54
Collyrium lumen, ad myiocephala, & albugines. 55
Collyrium è cornu, ad deſperatas lippitudines,, & diuturnos affectus. 56
Collirium Omlabion ad vlcera, puſtulas, rupturas, vſtiones, vuee procidentiam, & alia mala. 57
Collyrium Achariſton, ad maximas epiphoras. 58
Collyrium diathalias, ad omnia vlcera. 59
Collyrium Diathece, ſiue teſtamentum Chryſochoi. 60
Collyrium Cholas, comprehendens omnem lippitudinem, & reprimẽs omenm deſluxum. 61
Collyrium è ſucco polygoni, ad ſeptuaginta duo mala oculorum. 62
Collyrium è ſucco coriandri, ad acuta mala in principio inſtillatum. 63
Collyrium Hecatombes, ad incipientes lippitudines. 64
Collyrium Cleonis profundiſsima vlcera implens. 65
Collyrium Cleonis aliud. 66
Collyrium è vino Phalerno ad vlcera, vulnera, dolorẽ, affectuſq; diuturnos. 67
Collirium è fellibus viſum acuens, & ad cicatrices, albugines, & alia vtile. 68
Collyrium Dionyſos, ſiue lumen reprimens. 69
Collllyrium lumen, viſum maximè acuens. 70

*Collyrium Hermi, viſum acuens.* 71
*Collyrium è ſucco radicis cucumeris ſylueſtris, ad cicatrices, & albugines.* 72
*Collyrium Achariſton, ad affectus plurimos, & maximè glaucos oculos.* 73
*Collyrium omnibus conferens.* 74
*Collyrium ex Erie ad albugines, & hebetudines.* 75
*Collyrium Stratiotes, viſum acuens.* 76
*Collyrium Antoninus, fiſſulas complens, & cicatrices extergens.* 77
*Collyrium odoratum, ad vulnera, & myiocephala.* 78
*Collyrium Aſyncriton, ad myiocephala, & ſtaphylomata.* 79
*Collyrium Memphites, ad albugines, hebetudines, & ſuffuſiones.* 80
*Collyrium ad oculos quos pili pungunt.* 81
*Collyrium tingens albugines, & cicatrices.* 82
*Collyrium tingens cicatrices in oculis.* 83
*Collyrium ad albugines & nebulas omnis generis.* 84
*Collyrium opthalmicum, dictum Diatheca Chryſocoi.* 85
*Collyrium conferens ad albugines oculorum, & nebulas.* 86
*Aquæ ocularis confectio.* 87

# NICOLAI MYREPSI

## ALEXANDRINI, DE COLLYRIIS, SECTIO Vigeſima quarta.

1 COLLYRIVM Soteria dictum Manithonis admodum efficax, ad incipientes lippitudines, defluxionem, vlcera, oculos ſcabioſos, hebetudinem, albugines tenues, vngues, encanthides, ſuffuſione atque punctionibus laborantes. Eſt etiam ſomniferum, & omnem in oculis factam cauſam vincit. Habet, Caſiæ. ℥. vj. Aeris vſti. ℥. iiij. Stibij. ℥. viij. Ceruſæ. ℥. j. ß. Pompholygis. ℥. ij. Aloes flauæ, opobalſami, florum verbaſci, roſarum tenerum, carnis baccarum myrti maturarum, lycij, coriandri, ſucci mandragoræ, & hyoſcyami, ſingulorum. ℥. ij. Fœnigræci cocti in aqua pluuiali, & maſtiches expreſsionis exquiſitæ. ℥. ij. Succi ſolani, mellis attici, ſingulorum. ℥. ij.

Terito in vino bono albo veteri, & fac collyria, illisq; vtere.

Collyriũ nominatum Sol, ad omnes effectus: abſtergit 2
enim ſummè, omnia etiã deſperata mala. Caſię. ʒ. xxiiij. Stibij. ʒ. viij. Lapidis hæmatitis. ʒ. viij. Spicæ nardi, folij, myrrhæ, crocodilij, lapidis aſij, miſyos, æruginis, piperis longi & albi, gummi, ſing. ʒ. ij. Lapidis ſciſsilis, croci, opobalſami, ſingulorum. ʒ. iiij. Trita in pollinem irrigato cũ aqua pluuia ſufficienti, & finge collyria.

Collyrium dictum Lumé, ad albugines craſſas, ſtaphy- 3
lomata, vt eo ſemel tantum vtentes ſani euadant. Aeris vſti, ſquamæ æris, ſquamæ ſtomomatis, ſing. ʒ. ij. Aeruginis raſilis. ʒ. j. Chalcanthi, lapidis hæmatitis, chalcitidis, ſingul. ʒ. j. Omphacij. ʒ. ß. Hebeni radicis. ʒ. ij. Spicæ nardi, croci, ſing. ʒ. ij. Crocodilij, myrrhæ, ſingulorum. ʒ. j. Acaciæ. ʒ. iij. Thuris repurgati, cytinorum mali punici, ſingulorum. ʒ. ß. Gallarum. ʒ. j. Caſiæ. ʒ. ij. Pompholygis. ʒ. ß. Opij. ʒ. j. Aphonitri albi, gummi, ſingulorum. ʒ. vj. Trita probè madefacito vino ſufficienti, factisq; collyrijs vtere.

Collyrium Aquila, dictum myſterium, purgans albugi- 4
nes craſſas, ſummè expertum. Ammoniaci. ʒ. vj. Aeruginis raſilis. ʒ. iiij. Pumicis leuis. ʒ. ß. Crocodilij. ʒ. j. ß. Teſtarum ſepiæ. ʒ. j. ß. Salis ammoniaci. ʒ. j. ß. Myrrhæ, gummi, ſingulorum. ʒ. ß. Trita madefacito aqua pluuiali ſufficienti, formatisq; collyrijs vtere.

Collyrium Proteus, nihilominus faciens ad incipien- 5
tes ſuffuſiones, cicatrices item, & clauos exterens. Ad omnem affectum diuturnum, albugines craſſas, & eius generis mala confert. Chalcitidis crudi, ceruſſæ, ſingulorum. ʒ. xx. Piperis albi. ʒ. ij. Liquoris cyrenaici. ʒ. j. Croci. ʒ. viij. Lachrymæ oleæ. ʒ. viij. Ammoniaci. ʒ. xx. Opopanacis. ʒ. ij. ß. Opobalſami. ʒ. vj. Gummi. ʒ. x. Trita irrigato aqua pluuiali ſufficienti, factisq; collyrijs vtere.

Collyrium[a] Monohemeron dictum magnum, ad prin- 6
cipia, & veteres affectus. Illinendum autem crebrius. Eodem die malum demulcet. Poſt mittendus in balneum æger. Stibij loti. ℥. ij. ß. Myrrhæ. ʒ. iij. Ceruſſæ. ℥. j. ß. Spicæ nardi. ʒ. iij. Caſiæ. ℥. j. ß. Acaciæ. ℥. iij. ß. Aeris vſti. ℥. j.

Cro-

Croci.ʒ.iij. Caſtorij, aloes flauæ, opij, chalcitidis, ſingulorum.ʒ.j.ß. Lycij.ʒ.iij. Gummi.℥.iij.ß.ʒ.j. Trita irrigato in aqua pluuiali ſufficienti, formatisq́; collyrijs vtere.

[a Monohemeron.] *In codice manuſcripto perperam legitur* μονήμ.ρον, *pro* μονο ἥμερον. *Sic autem dictum eſt, quòd vnica illitione ſanat.*

7 Collyrium nardinum ad multam defluxionem, & omne malum, phlegmonem, dolorem, chemoſes, omnemq́; lippitudinem. Illinc multoties. Inueteratum autem ad huiuſmodi mala melius fit. Cadmiæ vſtæ.℥.j. Caſtorij.℥.j.ß. Spicæ nardi, croci, ſingulorum. ʒ.iij. Folij.ʒ.j.ß. Acaciæ.ʒ.ij.ß. Opij, myrrhæ, ſingulorum. ʒ.ij. Lycij indici, gummi, ſingulorum. ʒ.ij. Aloes flauæ, ceruſſæ, ſingulorum.ʒ.iiij. Terantur, & cum aqua pluuiali fingantur collyria, quibus vtere.

8 Collyrium Libianum ad phlegmonas, & vlcera quibus cicatricem ſummè inducit, & ad omnem affectum vtile. Eſt molle. Ceruſſæ.ʒ.iij. Spodij, pompholygis, ſingulorum.ʒ iiij. Cadmiæ lotæ.ʒ.viij. Stibij vſti, & loti, ſingulorum.ʒ.iiij. Myrrhæ. ʒ.vj. Plumbi vſti & loti. ʒ.iiij. Amyli, ſamij aſteris, ſingulorum.ʒ.j. Tragacanthæ. ʒ.iiij. Opij.ʒ.j. Trita madefacito cum quinq; ouorum albis, & aqua pluuiali ſufficienti, & fingæ collyria.

9 Collyrium è croco Oneſimi confectio, [a] ſine vlceratione. Potiſsimum verò facit ad vehementes chemoſes, & omnes phlegmonas, illitum cum multa fomẽtatione. Eſt verò comprehenſorium cum aqua illitum, vt omnẽ reprimat lippitudinẽ. Succi conizæ.ʒ.j. Succi fœniculi.℥.j. Opij, lycij, ſucci roſarũ, & hyoſcyami. ſin.ʒ.j. Omphacij.ʒ ß. Croci.ʒ.iij. Sarcocollæ.ʒ.vj. Succi glaucij. ʒ.xviij. Gummi.ʒ.xviij. Trita madefacito cũ mellis attici deſpumati cochlea. tribus: formato collyria, & dato.

[a Sine vlceratione.] *Videtur hic aliquid deſiderari quod præcedat.*

10 Collyrium dictum Cycius albus, ad incipientes lippitudines. defluxionẽ acrem & albam, æſtus, vlcera caua & ſordida, puſtulas, chemoſes, & propemodum ad omnem affectum, & eos qui non ſufferunt morſum. Pompholygis lotæ.ʒ.iiij. Cadmiæ vſtæ & lotæ.ʒ.ij ß. Ceruſſæ.ʒ.v. Samij

aſteris.ʒ.ß.gran.vij.Opij, gran.xv. Amyli.ʒ.ij.ß.Acaciæ.
ʒ.ß.Tragacanthæ.℥.j.Gummi.ʒ.ij.ß. Trita madefacito
cum aqua pluuia ſufficienti, & finge collyria. Adhibetur
ſordidis vlceribus cum lacte. Ad alia verò omnia cũ aqua
pluuiali accommodatur.

Collyrium è lacte mirabile. Cadmiæ veteris.℥.ß.Samij 11
aſteris, ceruſſæ, ſingul.℥.j.Opij.℥.j.ß.Tragacanthæ.℥.ij.
Ouorum alba.ij. Arida diſſolue cum albis ouorum. Traga
cantham verò & opium prius macerato in lacte caprino,
aqua verò non attingito. Finge collyria. Eſt excellẽter ano
dinum, vt ijs quibus illitum eſt ſtatim ſomnum accerſat.

Collyrium è cornu,[a] quo quũ eſſem in Nicea vno die 12
maximã epiphoram ſanaui. Vtere eo, poſtquã id quod ex
ouo conficitur primũ illeueris. Facit ad phlegmonas, & de-
fluxiones cõfeſtim exiccat. Vtere autẽ cũ multa experiẽtia
ad chemoſes, & exulcerationes, & in vniuerſum ad omnẽ af-
fectũ ab initio vſq; ad finẽ. Cadmiæ racemoſæ, cornu cerui
vſti, plũbi vſti, acaciæ, ſtibij, æris vſti, myrrhæ, aloes flauæ,
ſin.ʒ.j.Thuris maſculi.ʒ.ij.Lycij.ʒ.ß.Opij, ſquamæ, ſin.
ʒ.j.Caſtorij ʒ.ß.Oſsium palmularum vſtorũ.x. Trita ma
defacito cum aquæ pluuialis.℥.j.ß.Finge collyria, & vtere.

[a Quo quum eſſem.] *Hic locus in codice manuſcripto ve-
hementer deprauatus eſt.* Nos *vtcunque, potuimus omnia hæc con
uertimus, elicientes ſenſum, vt putamus, tolerabilem, & à ratione
non abhorrentem.*

Collyrium ad defluxiones, ſtaphylomata, humores, pun 13
cturas, membranarum rebelliones, lippitudines, foſſulas
oculorum, myiocephala, cruſtas, & omnes affectus, exper-
tum. Ne contemnas hoc ipſum eò quòd vtile ſit. Aeris vſti.
ʒ.viij.Cadmiæ.ʒ.x.Gummi.ʒ.xvj.Medicamenti.ʒ.xviij.
Trita irrigato cum aqua pluuiali. Eſt verò cõfectio medi-
camẽti eiuſmodi. Succi centaurij, part.j.Sapæ creticæ, par.
ß.Coquito hæc lignis è vite ſumptis in olla noua, donec
ſordium craſsitudinem acquirant. Inſtillato autem cum
ouis. Ad eos valet qui adſtrictionem nõ ferunt. Sed ſic qui-
dem cum aqua. Initio fac aquoſum, & illine.

Collyrium Libianũ vocatũ. Cadmiæ vſtæ & lotæ, ceruſ- 14
ſæ lotæ, ſing.ʒ.viij. Zingiberis.ʒ.vj.Stibij vſti & loti ʒ.j.
Amyli.ʒ.j.Cineris pompholygis.ʒ.iiij.Terræ [a] ſamiæ.ʒ.
iiij.

iiij. Trita ſubigito cum albis ouorum decem, & aqua pluuiali ſufficienti. Dein accipe opij. ʒ. vj. Terito vt pollinem, irrigato cum eis. Eſt varij vſus: facit enim ad puſtulas, inuſtiones, [b]ruptiones, ſuggillata, chemoſes, immēſos dolores, aliosq; affectus. cicatrices etiā extergit. Sic parato vtere.

[ a Samiæ.] *In manuſcripto codice σχιστῆς perperam, pro ἀστέρος legitur.* [ b Rupturas.] *Nicolai codex falſo admodum legit ῥίζας, pro ῥήξεις.*

Loca aliquot in Nicolao emendata.

15 Collyrium ad ſuggillata. & dolores eluens magnos, mirabile. Diſcutit humores in profundo exiſtentes, & externam rupturam. Cadmiæ. ℥. ß. Aeris, exag. j. ß. Myrrhæ. ℈. iiij. ß. Opij. ℈. iij. Salis ammoniaci, gummi, ſing. ℈. iij. Trita irrigato cum aqua pluuiali ſufficienti, & albis ouorum, ac finge collyria.

16 Collyrium ad morſum in tunicis oculorum factum, & eroſiones. Ceruſſæ. ʒ. iiij. Croci. ʒ. iij. Nardini indici. ʒ. ij. Meliloti. ʒ. v. Trita benè madefacito cum ſucco ſymphyti ſufficienti, & fac collyria.

17 Collyrium Hydaron, ad ſuggillatos oculos. purgat ſtatim, ſi aquoſum infundatur. Cadmiæ vſtæ, & lotæ. ℥. iij. Aeris vſti & loti. ℥. ß. ʒ. j. Zingiberis. ℥. ij & quartem partem. Opij. ℥. j. ß. Nardi celticæ. ℥. ß. ʒ. j. Aloes flauæ, ℥. j. ß. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & finge collyria.

18 Collyrium Irin, ad albugines craſſas valde bonū. Aeruginis raſilis. ʒ. ß. gran. 7. Nitri albi torrefacti. ʒ. ß. Teſtarum ſepiæ. ℥. ß. ʒ. j. Ammoniaci. ℥. j. ß. Trita fermentato cum aqua pluuiali ſufficienti, & formato collyria.

Diarhodon magnum.

19 Collyrium è roſis magnum ad vlcera vetera, ſordida, procidentias oculi, myiocephala, ſtaphylomata, ſugillata, vngues, & omnem affectum. Vtere cum albo oui, aut lacte muliebri, in acceſsione autem cum aqua pluuiali. Cadmiæ lotæ. ʒ. xij. Croci. ʒ. iij. ß. Aeruginis raſilis. ℥. j. Spicæ nardi. ℥. j. ß. Squamæ æris. ʒ. j. Opij, ʒ. j. ß. Stibij vſti & loti. ℥. iij. Myrrhæ. ʒ. j. ß. Roſarum tenerum. ʒ. xxxvj. Gummi. ℥. j. ß. Trita fermentato cum albo oui, lacte muliebri, & aqua pluuiali, & finge collyria.

20 Collyrū ſacra ancora ex Pontico, ad albugines craſſas,

nec tenues,ſed denſas, & ad ſuffuſiones, & pterygia. Ammoniaci puri.ʒ.viij. Aeruginis,aluminis ſciſsilis, ſing.ʒ.ß. Stibij.ʒ.j.Sagapeni,opopanacis,ſingu.ʒ.ß. Liquoris cyrenaici ʒ.ij.Gummi.ʒ.j.Trita fermentato cum aqua pluuiali ſufficienti,& fac collyria.

Collyrium Theodoreton ab Aſclepiade deſcriptum, 21 ſummè viſum acuens. Vſus ſum illo in quodam, qui quum vellet pungi,ſuffuſione ſanata,non amplius pungi voluit, quòd nihil impediretur,ſed acutè videret.Repurgat albugines craſſas,vngues, pterygia, cicatrices, & omnia pupillam obſcurantia,admodum mirabile. Ammoniaci puri.ʒ. xij. Thuris,opopanacis,liquoris cyrenaici , ſingulorum.ʒ. j.Sagapeni,croci.ʒ.ij.Opobalſami.ʒ.j.Myrrhę.ʒ.ij.Gummi.ʒ.iiij.Trita benè fermentato cum aqua pluuiali ſufficienti,& fingito collyria.

Collyrium Aſter,hoc eſt Stella,ad omnem dolorē, pu- 22 ſtulas,ſtaphylomata,vlcera vetera,& recentia. Facit etiam ad diuturnos affectus,& cicatrices extergit. Cadmiæ vſtæ & lotæ,ceruſſæ torrefactę,opij,ſin.℥.j.Ammoniaci.℥.ß.ʒ. j.Stibij vſti & loti.ʒ.vj. Aloes flauæ.ʒ.ij. Terræ ſamiæ, ſpodij,plumbi vſti & loti,tragacanthæ,ſingul.ʒ.iiij.Thuris maſculi.ʒ.ij.Myrrhæ.ʒ.ß.Trita fermentato cum aqua pluuiali,& formato collyria.

Collyrium [a] Hermolaus,ad omnē ocularem affectum. 23 Deſideratur.

[ a Hermolaus. ] *Manuſcriptus codex habet* ἑρμίλας, *pro* ἑρμόλαος. *Et meminit huius Collyrij Aetius lib.7.cap.9.bis,non tamen deſcribit. Et Nicolaus eiuſdem in Indice tantum mentionem facit,nec deinceps etiam deſcribit. Statim enim poſt Collyrium, quod Aſter dicitur,id quod è cornu componitur ceruino ſubiungit.*

Collyrium è cornu ad albugines craſſas,& omnē affe- 24 ctum . Cornu ceruini vſti. ℥.ß. ʒ.j. Teſtarum ſepiæ, æruginis raſilis , plumbi vſti , ſingul. ℥.ß. Ammoniaci puri. ℥.vj.Myrrhæ,gummi.ʒ.j.Trita fermentato cū aqua pluuiali,& finge collyria.

Collyrium [a] Zoili,medicum,nardinū. Ad veteres affe- 25 ctus,fluxiones,exulcerationes,hemicranicos, & eroſos angulos mirabile. Cadmiæ vſtæ,cū lacte [b] muliebri tertiò extinctæ,ſtibij,ſingul.ʒ.viij. Aeris vſti.ʒ.xx.Caſtorij.ʒ.j.ß.

Spic

Spicæ nardi,croci,ſingulo.ʒ.iij. Folij.ʒ.j.ß. Acaciæ.ʒ.v. Opij,myrrhæ,lycij,ſing.ʒ.ij.Aloes flauæ,ceruſſæ, gummi,ſingul.ʒ.iij.Trita fermentato cum aqua pluuiali ſufficienti,& formato collyria. Quum vſus exigit, irrigato cũ lactæ,& oui albo,ac vtere.

[a Zoili.] *Nicolai codex legit ζαίζο falſò,pro ζοίλου.* [b Mulicbri.] *In codice Nicolai ſimpliciter eſt γάλακτι, ſed in Aetio additur γυναικείῳ.*

26 Collyrium Lambonis ſtupefactorium,dolorem, ſedans, & ſomnũ concilians,valde probatũ.Cadmiæ vſtæ & lotæ, pompholygis lotæ,amyli,opij,ſing.℔.ß.Trita fermentato cum aqua pluuiali,fac collyria,& vtere.

27 Collyrium Proteus,cui nullum eſt ſimile. Cõducit ad incipientes ſuffuſiones,& omnem hebetudinẽ. Cicatrices & callos exterit. Cadmiæ vſtæ & lotæ,chalcitidis crudę, ceruſſę,ſin.ʒ.x. Piperis albi,gra.xij.ß.liquoris cyrenaici.ʒ. v.Croci.ʒ.iij.Opij.ʒ.ij.ß.Sagapeni,lachrymę oleę[a] ęthiopicæ,ſing.ʒ.iij. Arſenici.ʒ.iiij.ß. Zingiberis.ʒ.iij.Gummi ammoniaci,opopanacis,ſin.ʒ.v. Opobalſami.ʒ.iij. Trita fermentato cum aqua pluuiali,& fingito collyria.

[a Aethiopicæ.] *Codex Nicolai ſimpliciter legit δακρύου ἐλάιας: ſed Aetius addit,αἰθιοπικῆς.*

28 Collyrium Lambonis ad chemoſes,foſſulas, & omnem oculorum perturbationem. Cadmiæ vſtæ.℥.iij. Ceruſſæ, ℥.iij.ß. Pompholygis lotæ, opij, tragacanthæ, gummi, amyli,ſing.℥.j.ß.Trita irrigato cũ aqua pluuiali,formato collyria,& vtere.

29 Collyrium è fœniculo,ad hebetudinem, & initia ſuffuſionis.Cicatrices etiam exterit. Cadmiæ vſtæ,& lotæ, ℥.iij.℈.ix.Stibij.℥.iij.Miſyos.℥.ij.quartam partem. Chalcanthi.℥.ij Chalcitidis,℥.iiij.ß. Folij.℥.iiij. quartam partem. Omphacini collyrij.℥.j.ß.℈.ix. Spicæ nardi,croci, ſingul.ʒ.iiij.Gummi.ʒ.vj.ß.Opobalſami,ʒ.j.ß. Succi fœniculi,ſext.j. Trita benè madefacito cum aqua pluuiali; finge collyria,& vtere.

30 Collyrium è cornu nigro Sophronij [a] abſtergens, bonum ad albugines craſſas, & omnem veterem affectum, per quod multa tentauimus. Teſtarum ſepiæ interiorum,ammoniaci, ſingulorum. ʒ. iiij. Cornu ceruini

vſti.℥.xv. Zingiberis,gummi,ſingulorum.ʒ.x. Aeruginis raſilis.ʒ.xx. Trita madefacito cum aqua pluiali,finge collyria, & vtere.

[ a Abſtergens.] *In codice Nicolai* μυκτικὸν *corruptè,pro* ῥυπτικὸν *legitur.*

Collyrium phœnix ad albugines craſſas, & pterygia. 31
Viſum quoq; acuit. Teſtarum ſepiæ,ſquamę æris,pumicis, ammoniaci,æruginis,cornu ceruini vſti,ſing.℥.iij. Zingiberis,thuris maſculi,mellis attici,ſingul.℥.ß. Gummi.℥.ij. Oſsium palmulatum vſtorum,& frixorum.℥.ß.ʒ.j. Trita fermentato cum aqua pluuiali,in qua thus coctum ſit,aut cum ſtillaticio roſarum liquore puro, & albo oui, & finge collyria.

Collyrium è roſis odoratũ[a] Nili,inter initia ad phle- 32
gmonas,& chemoſes,rubores palpebrarum,eroſa,& ſugillata faciens. Roſarum [b]tenerum.ʒ.iiij. Croci.ʒ.ij. Opij, ſpicæ nardi,ſing.ʒ.j.Gummi ʒ.j.ß. Trita benè fermentato cum aqua pluuiali,& formato collyria.

[ a Nili.] *Codex Nicolai* νίδου *pro* νίλου *legit,aut vt paulus habet* νείλου. [ b Tenerum.] *Græcè eſt ,* ἁπαλῶν. *Sed Aetius habet* χλωρῶν,*hoc eſt viridium.*

Collyrium albũ è roſis.Cadmiæ vſtæ & lotæ,ceruſſæ 33
lotæ,amyli,ſing.℥.iiij.Roſarum exemptis vnguibus.℥.ij. Opij.℥.j.Gummi.℥.ij.Tragacanthæ.℥.ij.℈.ix. Aloes flauæ,exag.iiij.ß. Trita fermentato cum aqua pluuiali ſufficienti,& finge collyria.

Collyrium dictum Monohemeron,poſtquam quin- 34
quies inſtillaueris,mitte in balneum.Cadmię vſtæ & lotæ, ʒ.iiij.Chalcitidis vſtæ,& lotæ.ʒ.ij.Opij,myrrhæ , ſingul. ʒ.iij.Acaciæ.ʒ.viij.Gummi.ʒ.xij. Trita fermentato cum aqua pluuiali,& fac collyria.

Collyrium Monohemerum celebre, & quãdo vtiliter 35
& diligenter[a] concoctum fuerit collyrium , tum mitte in balneum,& miraberis.Prodeſt etiam ad pterygia. Croci, roſarum viridium,tragacanthæ,ſin.℥.j.Glaucij.℥.iij. Sarcocollę.℥.ß.Columbæ albæ ſanguinis.℥.ij.Aquæ pluuialis quod ſufficit. Tragacantham,glaucium,& crocũ macerato in lacte muliebri,& exceptis omnibus diligenter fingito collyria cum albo oui,& vtere.

[ a Con

[a Concoctum.] *Græcè eſt* πιφθῦ: *ſed non videtur quadrare hæc vox ſenſui. legēdum potius eſſe putarem* ἐγχριόμενον, *hoc eſt illitum: tamen mutare aliquid temerè citra alterius vel codicis, vel authoris fidem, haud placuit.*

36 Collyrium croceum, reprimens crebrò illitum, gaudens lauacro. Croci, aloes flauę, glaucij, ſingulorũ. ℥. iiij. Opij, cadmiæ, ſing. ℥. j. Sarcocollæ. ℥. ij. Trita fermentato cum decocto papaueris, & finge collyria.

37 Collyrium dictum Pelarion, quod etiam Antoninus, monohemerũ, & anodynon dicitur, quo vſus eſt Apollinarius Syrus, probatũ verò ab imperatore Antonino. Implet foſſulas, & exterit cicatrices, & dolorem mitigat, ad omnemque affectum valde bonum, reprimit & mitigat. Cadmiæ vſtæ & lotæ, chalcitidis vſtæ & lotæ, ſingulo. ℥. ij. Ceruſſæ, lb. ß. Acaciæ. ʒ. iiij. Zingiberis. ʒ. ij. Croci, opij, ſingulorum. ʒ. iiij. Amyli, ʒ. ij. Tragacanthæ, gummi, ſingulorum. ʒ. j. ß. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & finge collyria. Vſu exigente, diſſolue inter initia cũ aqua pluuiali, & illine crebrò.

38 Collyrium è thure, ad caua vlcera & foſſulas. Cadmiæ vſtæ, pompholygis lotæ, ſingulorum. ℥. v. Ceruſſæ. ℥. xx. Thuris. ℥. v. Opij, gummi, ſingulo. ℥. iij. Trita probè fermentato cum aqua pluuiali ſufficienti, & finge collyria. Vſu poſtulante diſſolue cum oui albo.

39 Collyrium Theodotion magnum, ad omnia oculi mala. Cadmiæ vſtæ & lotæ, opij, ſingulorum. ℥. xvj. Croci, aloes flauæ, ceruſſæ, gallarum, ramentorum ſcobiſúe hebeni, caſtorij, chalcitidis torrefactæ, pompholygis, atramenti indici, thuris ſarcocollæ, roſarum aridarum, & viridium, ſing. ℥. ij. Stybij, acaciæ, gummi, ſing. ℥. L. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & facito collyria.

40 Collyrium [a] enſtacton dictum, ad acumen viſus mirabile admodũ. Cadmiæ, ceruſſæ, ſing. ℥. xxiiij. Stibij. ℥. xliiij. Pompholygis. ℥. x. Aeruginis, folij, ſing. ℥. j. Gummi, opobalſami, ſing. ℥. iiij. Trita fermētato cum ſucco radicis fœniculi, ℥. xxxviij. & finge collyria.

[a Enſtacton.] *Manuſcriptus codex legit* ςάκτον, *pro* ἔνςακτον. *Eſt autem* ἔνςακτον, *quod inſtillatur collyrium.*

41 Collyriũ è lapidibus Stylacijs appellatũ, defluxionē in-

ter initia reprimit, & diuturnas lippitudines ſanat. Fluxionem craſſam extenuat, & aſperitudines, ficoſasque palpebras. Cicatrices, fluxiones, & omnis generis albugines craſſas exterit, Lapidis hæmatitis, & ſciſsilis, ſingul.℥.iij. Aeris vſti, cadmiæ, ſing.℥.j.ß. Chalcitidis torrefactæ, æruginis, myrrhæ, croci, opij, ſingulo.℥.ß.ʒ.j. Gummi.℥.iij. Trita fermentato cum aqua pluuiali, fac collyria, & vtere.

Collyrium è ſucco ad omnem affectú, phlegmones, chemoſes, ſuggillata, cum lacte muliebri, aut ſanguine columbæ confectum. Facit ad capitis dolorem, iniectum cum aceto, & illitum temporibus: facit ad pudenda, cum vino iniectum. Radicis maluæ arboreſcentis, ſtibij, ſeminis lini, ſingulo.℥.ß. Meliloti recentis.℥.j. Aquæ pluuialis, ſext.ß. Herbas coquito in aqua, & ſemina, quoad ſuccũ de ſe præbeant, & colato per linteum purum: adijce ex ipſo iure, lb. ß.℥.iij. Dein admiſce illi benè triti croci.℥.ß. Glaucij, amyli, ſing.℥.iij. Gummi.℥.j.ß. Probè omnibus cõfectis & exceptis, finge collyria. 42

Collyrium, Anerij chirurgi, medicum, ad epiphoras, fluxiones, cum oui media menſura, & pſydracia, cum aqua illitum, vtile eſt. Glaucij, lb.j. Sarcocollæ.℥.j. Croci.ʒ.ij. Tragacanthæ.℥.ß. Glaucium ad erui magnitudinem redactum prius in mortario cum aqua pluuiali macerato ſufficienti, & ſine vt in ea pernoctet Dein crocum tuſum & cribratum admiſce, poſtea tragacantham eo die maceratam. Probè vnita fermentato cum lacte muliebri, factisq; collyrijs vtere. 43

Collyriũ è cornu ad oẽs defluxiões, & ſordida vlcera, callos, & aſperitudines probatũ. Cadmiæ.ʒ.x. Stibij.℥.vij. ß. Spicæ nardi.ʒ.ij. Myrrhæ, piperis albi, æruginis, ſin.ʒ.j. Croci, acaciæ, ſing.ʒ.ij.ß. Aeris vſti, ceruſſæ, ſingulo.ʒ.ij. Lycij indici, opij, ſingulorum.ʒ.j. Florum roſarum.ʒ.j. ß. Plumbi vſti.ʒ.iiij. Thuris.ʒ.ij. Cornu ceruini.ʒ.iiij. Ocimi.ʒ.x. Trita fermentato cum vino veteri, & fac collyria. 44

Collyriũ miraculũ appellatũ, ad omnẽ lippitudinẽ & ictũ, ſuggillata, vlcera, & fluxiões, quale nullũ eſt aliud, cũ albo oui cõfectũ. Spicę nardi, corticis thuris, ſin.℥.ß. Caſię fiſtulę.℥.j.ß. Aeris vſti.℥.iij. Stibij vſti.℥.vj. Aloes flauę,℥. 45

iij.

iij.[a] Tragacanthę.℥.j.Croci.℥.ß.Oſsiũ palmularũ vſtorũ ℥.iij.Squamæ æris.℥.j.ß.Caſtorij,opij, ſin.℥.ß. Acaciæ.℥.ij.ß.Myrrhæ.℥.j. Gummi.℥.x. Trita fermentato cum aqua pluuiali, fingeque collyria. Hoc autem teſtatur artifex noſter, qui Ponticus etiam nominatur.

[ a Tragacanthæ. ] *Codex Nicolai legit καλλακάνθι haud dubiè pro τραγακάνθης aut certè pro χαλκάνθου. Sed prior lectio magis placet.*

46 Collyrium molle appellatum, dolorem mitigans, cui nullum aliud ſimile exiſtit. Vtile ad omnem dolorem, vlcera, puſtulas, vſtiones, eroſiones, cruſtas, procidentias, defluxionem tenuem, illitum per oui album. Circum ſupercilia illitũ, ſedat dolorẽ. Inũge quoq; crebò dolentes ꝓpter procidentiam, eſt enim mirabile. Cadmiæ vſtæ & lotæ.ʒ.vj.Ceruſſæ, roſarum, ſingulorum.ʒ.iij. Amyli recentis, opij, ſingulorum.ʒ.j.ß.Acaciæ, tragacanthæ, ſingulorum.ʒ.ß. Roſarum tenerum.ʒ.iij. Aloes flauæ, gummi.ʒ.j. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & fac collyria.

47 Collyrium[a] Pacianum Domini Seleucenſis, à nonnullis Diaſmenum vocatum. Ad vlcera vetera, & ſordida, vngues, puſtulas, cauitates, ꝓcidentias, ſuggillata, oculos cruẽtos, dolores, & puncturas, Cadmiæ vſtæ & lotæ, opij, croci, ſingulorum.ʒ. xij.ß.Aeris vſti, & loti.ʒ. vj. Myrrhæ.ʒ.v. Spicæ nardi, gummi, ſingulorum.ʒ.ij. Piperis albi.ʒ.j. Trita fermẽtato cum vino veteri ſufficienti, & finge collyria.

[ a Pacianum.] *Manuſcriptus codex habet πανκιανὸν, Aetij verò exemplar πακιανὸν.*

48 Collyriũ Libianũ ex Põtico, ad fluxiones, vehemẽtes dolores, & recẽtes lippitudines efficacisſimũ, ſine enim dolore eſſe efficit, repurgat, & ſomnũ cõciliat. Acaciæ.ʒ. vj.Stibij.ʒ.iiij.Cadmię vſtę & lotæ. ʒ.viij.Spodij.ʒ.ij.Caſtorij.ʒ.j.ß.Aloes flauæ.℥.iiij.Lycij, ſquamę ęris, ſin.℈.ß.Gũmi.ʒ.j. Trita fermẽtato cũ vino veteri ſufficiẽte, & finge collyria.

49 Collyriũ ex aceto pontico ad omnem affectum inueteratũ, & earũ quæ in callũ abierũt aſperitudinũ ad albugines craſſas, palpebræ inuerſiones, vlcera, cicatrices, vlcera facta ab aſperitudine, ad suborẽ, diuturnum malũ, albas fluxiones: confeſtim enim dolorem aufert. Cadmiæ.ʒ.v. Lapidis hematitis.ʒ.decem. Aeris vſti. drachma.iij. Croci, myr

ci,myrrhæ,gummi,ſingul.ʒ.ij. Opij.℥.j.ß. Aceti acerrimi, quod ſatis eſt,fermentato & fingito collyria.

Collyrium appellatum[a] Oxyderces,[b] hedyſtacton, ad 50
omnem hebetudiné,& incipientes ſuffuſiones. Caput etiã inſigniter alleuiat. Lachrymas etiam ſiſtit. Nam per nares & palatum plurimum humorem ducit. Prodeſt etiam ſyderatis. Cadmiæ,crocodilij,croci,piperis albi, opij, myrrhæ, omphacij,ellebori albi, ſingulor. ℥.ß. Gummi. ℥.ij. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & fac collyria.

Hedyſtacton. [ a Oxyderces.] *Nicolai codex habet ὀξυωπὶς, fortè pro ὀξυδερκὶς.* [ b Hedyſtactõ.] *Sic appellatum eſt, quòd ſuauiter inſtilletur.*

Collyrium lachrymas retinens Pontici, ad inchoantes 51
ſuffuſiones, & nyctalopas, ad recentem pupillæ dilatationem. Eſt autem[a] Thalaſſeros. Cadmiæ lotæ,ʒ.xxiiij. Piperis albi.ʒ.iij. Opopanacis.ʒ.vij. Sagapeni,liquoris cyrenaici,ſingul.ʒ.v. Ceruſſæ lotæ.ʒ.xij.ß. Atramenti indici, lachrymæ oleæ, ſing.ʒ.ij. Gummi ʒ.xxix. Opobalſami.ʒ. vij. Trita benè fermentato cum aqua pluuiali, & formato collyria. Ne illinas mulieri grauidę caueto ne abortũ faciat.

Thalaſſeros. [ a Thalaſſeros.] *Sic vocatur hoc collyrium, vt videre licet apud Paulum. Quam autem ob cauſam, neſcio.*

Collyrium molle, intolerabilem lippitudinem miti- 52
gans. Amyli.℥.iij. Succi fœnigræci,roſarum exemptis vnguibus,ſing.℥.j.ß. Ouorũ albi,aut lactis muliebris.℥.v. Tragacanthæ. ℥.iij. Gummi.℥.ß. Trita fermentato cũ lacte muliebri,aut albis ouorum,& fac collyria.

Collyrium Pſitacion dictum,ad vehementes dolores,pu 53
ſtulas,vſtiones,cicatrices,procidentias,ſuffuſiões,& ad multi ſanguinis effuſionem. Prodeſt etiam alijs affectibus, & maximè ijs oculis qui facilem ſenſum habent, à quibus lachryma alba,& magis tenuis excernitur. Cadmiæ,croci ſtibij,amyli recentis,ſingulorum.℥.ß. Opij. gummi. ſing.℥. iiij. Trita probè fermentato cum aqua pluuiali,& finge collyria. Vſu poſtulante cum albo oui vtere.

Collyrium extrinſecus illinendum ad omnem defluxio 54
nẽ,phlegmonem,vehementem dolorem, capitiſq; dolorem fronti illitum. Croci, ſpicæ nardi,folij. ſingulorum.℥.ß. Aloes iecorariæ,acaciæ, ſingulorum, ℥.j. Crocomagmatis.ʒ.ß. Myrrhæ, exagiũ.j.ß. Succi corticis mandragore,æris

ræ, æris vſti, ſingulorum, exag. j.ß. Stibij ſciſsilis. ʒ ß. Chalcanthi, ſquamæ æris, ceruſſæ, tragacanthę, gummi. ſin. ʒ.ß. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & fac collyria.

55 Colyrium Lumem appellatum, ad myocephalō, albugines craſsiores, & vbi tenſionem faciunt cicatrices, mirabile. Ammoniaci, gallarum, ſingulorum, lb.ß. Roſarū tenerū. ʒ.iiij.ß. Sinapi. ʒ.iij. Opij. ʒ.j.ß. Trita fermentato cū aqua pluuiali, finge collyria.

56 Collyrium cornu, ad deſperatos oculos, & diuturnos affectus, ſtaphylomata, & myiocephala, & hemicranicos affectus. Cadmiæ lotæ. ʒ.ß. Aloes flauæ. ʒ.j. Aeris vſti. ʒ.iij. Cornu ceruini, plumbi vſti, & loti, ceruſſæ, ſquamæ æris, gummi, ſingulorum. ʒ.j. Thuris, opij, chalcitidis, ſingulorū. ʒ.ß. Trita fermētato cum aqua pluuiali, & fac collyria.

37 Collyrium [a] Onilabion cognominatum, conferēs ad vlcera, puſtulas, [b] rupturas, vſtiones, procidentias, ſtaphylomata, ſuggillata, aduſtiones, eroſiones, nomas, carbunculos, & deſperatos affectus, vt oculos videre faciat, ac ſanos eſſe, potiſsimùm teneros oculos & gratioſos. Aquoſum verò inter initia inſtillato. Vbi autem tenuis, [c] mordax, & calida fuerit fluxio, aqua diſſolue. Terræ ſamiæ vſtæ. ʒ.j.ß. Cadmiæ vſtæ & lotæ. ʒ.j. Pompholygis lotæ. ʒ.ß. Squamæ lotæ. ʒ.iij. Opij. ʒ.iij. Gummi. ʒ.ij. Stibij vſti & loti. ʒ.j. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & fac collyria.

[ a Onilabion.] *Græcè ſcriptum erat* ὀυνιὸν. *Hanc verò literarū abbreuiationem puto valere idem quod* ὀνιλαβιον, *ſic enim aliquod collyrium appellat Aetius.* [ b Rupturas.] *Iterū* ῥίζας *corruptè ſcriptum erat: pro* ῥίζεις. [ c Mordax.] *In manuſcripto codice falſò* ῥικτὸν *pro* δηκτὸν *legitur.*

58 Collyrium Achariſton ad maximas ephiphoras; hoc enim ſolo medici, qui vtuntur, felicem experiuntur ſucceſſum, præſertim in maximis malis. Cadmiæ. ʒ.viij. Aeris vſti, acaciæ, ſingulorum. ʒ.iiij. Opij, fructus tamaricis, ſingul. lb.ß. Gummi. ʒ.iij. Trita. fermentato cūaqua pluuiali finge collyria. Vſu exigente vtere cum lacte muliebri.

59 Collyrium diathalias ad omnis generis vlcera, puſtulas cicatrices, foſſulas, & ſtaphylomata, Cadmiæ, æris vſti, ſingulorum. ʒ.iiij. Spicæ nardi, croci aloes flauæ, ceruſſæ lotæ, ſingulorum. ʒ.j.ß. Caſtorij, myrrhæ, opij, lycij indi

indici, ſingulorum.℥.ß. Stibij,acaciæ, gummi,ſingulo.
℥.iiij. Trita fermentato cum vino odorato, & fac collyria.

Collyrium Teſtamentum dictum Chryſocoi,con- 60
ferens ad omnem affectum deſperatum. Inſcriptio autem
indita eſt à conſuetudine vnctionis. Chryſocous enim quiſ
ſpiam admodum pauperculus,grauiter oculos dolens,& læ
ſus,ſibi collyrium hoc adhibuit, curatusque eſt. Curauit
autem & ipſe plures, & ditatus eſt plurimùm. Erant autem
illi tres filiæ,& vita finita, duabus filiabus dimiſit faculta-
tes: minori verò Artemidi nominatæ,collyrij huius inſcri-
ptionem, & hanc ſolam quidem,& ditata eſt per ipſam plu
rimùm. Prodeſt ad epiphoras,aſperitudines, myiocephala
& deſperatas diuturnasque cicatrices abſtergit, & ſuffuſio-
nes tollit, pellucidamque & purã efficit pupillã oculi vt ad
mirari liceat. Facit ad caliginẽ, nubeculas, puſtulas vſtiões
albugines craſſas,angulos eroſos, & cicatrices ſummè exte
rit,aliaque mala quæcumque in oculis fiunt. Inuenta verò
eſt inſcriptio inter Artemidis oracula. Cadmiæ vſtæ & lo-
tæ,æris vſti,ſingulorum.ʒ.viij.Stibij.ʒ.x. Myrrhæ, cro-
ci,ſingulorum. ʒ.ij. Spicæ nardi.ʒ.j.ß. Caſtorij, ſquamæ
ſtomomatis,ſingulorum.ʒ.j. Aeruginis raſilis. ʒ.iij. Lycij
indici.ʒ j. Opij.ʒ.ij. Aeruginis vermicularis, thuris, caſiæ
ſingulorum.ʒ.j. Lapidis ſciſsilis,chalcanthi, ſingulorum
ʒ.ß. Piperis albi ʒ.j, Ceruſſæ,opobalſami,ſucci fœniculi,fel
lis caprini, ſingulorum.ʒ.ij. Gummi. ʒ.iiij. Acaciæ
aridæ.ʒ.viij. Trita fermentato cum vino veteri bono,&
fac collyria.

Collyrium Cholas nominatum,quod omnẽ contrahit 61
lippitudinem,ac omnem fluxionem reprimit.Stibij, ſtyra-
cis vſti vnguiũ odoratorũ magnorũ tuſorũ fabarũ cõtuſarũ
ſin.℥.ß. Trita fermentato cum albo oui,& finge collyria.

Collyriũ mirabile,è ſucco polygoni ad .lxxij.oculorũ 62
mala,iuuat lippitudinem cum ouo. Succi polygoni,lycij in
dici,ſing.ʒ.iiij. Aloes flauæ,ʒ.ij.ß. Zingiberis.ʒ.ij. Opij.ʒ.
iij. Croci,thuris,ſin.ʒ.ij. Acaciæ nigræ.ʒ.vj. Trita fermen
tato cum aqua pluuiali, quantum ſufficit, & fac collyria.

Collyriũ è ſucco coriandri, ad acuta mala, expertũ in 63
principio inſtillatum. Pompholygis lotæ, croci, ſing.ʒ.ij.
℈.viij. Ceruſſæ.

Hic

Hic deſiderantur multa, vt ex indice collyriorũ pate re poteſt, quæ in Aetio & Paulo reperiuntur.

ammoniaci, ſing. ℈.iij. Succi roſarũ. ℥.j. Myrrhæ, croci, ſin. ℥.ß. Ceruſſæ. ℥.j. Opij, lycij, ſin. ʒ.ij. Thuris, acaciæ, gummi, ſing. ℈.iij. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & albis oui duobus, finge collyria, & vtere.

75 Collyriũ ex Erica, ad craſſas albugines, & hebetudines inſigniter conferens. Cadmiæ vſtæ, & in lacte caprino extinctæ, ac lotæ, æris vſti & loti, ſingulorum. ʒ.viij. Lapidis aſij. ʒ.ß. Seminis ericæ. ʒ.v. Myrrhæ, opij, caſtorij, ſingul. ʒ.ij. Acaciæ. ʒ.xj. Gummi. ʒ.j. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & formato collyria.

76 Collyrium dictũ Stratiotis viſum acuens, conferens ad hebebetudinem, & oculos qui á morbo nõ nutriuntur, cũ thure mirabile. Cadmiæ vſtæ & lotæ. ʒ.xij. Opij, miſyos, ſing. ʒ.ij. Aeruginis. ʒ.j. Piperis albi. ʒ.iij. Gummi. ʒ.iij.ß. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & fac collyria.

77 Collyriũ Antoninus, qđ etiá Pelariũ vocatur. Foſſulas cõplet, cicatrices exterit, Eſt anodynũ, & monohemerum, & ad omnem oculorum affectum conducit. Cadmiæ vſtæ & lotæ. ʒ.xij. Ceruſſæ lotæ. ʒ xxiiij. Croci, æris vſti & loti. ʒ.j. Myrrhæ. ʒ.ß. Opij, acaciæ, ſin. ʒ.xij. Tragacanthæ. ʒ.vj Amyli. ʒ.v.ß. Gummi. ʒ.j.ß. Hoc lachrymas etiã retinet, & ſomnum adducit. Vtere autẽ inter initia cũ aqua craſſa, & ipſum illine, & ad vſtiones cũ aqua vtere. Cõtrahit puſtulas, chemoſes ſoluit, cõfert ad oculos glaucos, ſuggillata, myiocephala, eunuchos, & tenero mollive corpore præditos..

78 Collyriũ odoratũ, quale nõ eſt, aliud ad oẽs aſperitudines, & myiocephala: cũ ouo, aut lacte hoc diſſolue & alterũ nõ quęre. Cadmię vſtę & lotę. ʒ.iiij. Aeris vſti loti roſarũ aridarũ, croci, ſin. ʒ.ij. Lapidis ſciſsilis folij myrrhę opij ſin. ʒ.j Gũmi, ʒ.iij. Trita fermẽtato cũ vino odorato & fac colyria

79 Collyriũ Aſyncritõ Theophili chirurgi, q teſtatur mirabiliter ꝓdeſſe ad myiocephala, & ſtaphylomata. Facit ſine chirurgia ad omnẽ craſſam albuginẽ, Ammoniaci. ℥.j. [redacted]

Col

Collyrium Memphites dictum ad craſſas albugines, hebetudines, ſuffuſiones, & omnem veterem affectum. Ammoniaci. ℥. ß. Aeruginis, raſilis, opopanacis, liquoris cyrenaici, ſingulorum. ℥. ß. Sagapeni, gummi, ſingulorum. ʒ. j. Sepiæ teſtæ interioris. ʒ. ij. Trita fermentato cum aqua pluuiali, & fac collyria. 80

Collyrium ad oculos quos pili pungunt, qui manuariæ operæ non obediunt. [a] Veſpertilionis ſanguinem & iecur læuigato, & fac collyrium, & euellens pilos è radicibus, ſtatim ſucco cicutæ diſſolue collyrium, & illinc loca vnde capillos euulſiſti. Simile. [b] Illitum collyrium è roſis, & lacte mulieris quę primum peperit, felleq; caprino; ſimul exceptis vtere. Aliud. Similiter poſtquàm euulſeris confeſtim ſpecilli mucronem aqua fermenti calefaciens, hoc ipſo locus vnde pili euulſi ſunt tingantur, & pili non aplius naſcuntur. Hæc tria bona & probata ſunt. 81

[ a Veſpertilionis. ] *Codex Nicolai legit λυκτιρίδος, fortè pro νυκτιρίδος* [ b Illitum.] *Manuſcriptus codex habet χειρόμενον forte pro χριόμενον vel, χυρόμενον hoc eſt, tonſum. Vt ſenſus ſit. primò capillos eſſe euellendos, ac dein collyrium adhibendem.*

Collyriũ tingens craſſas albugines, & cicatrices. Succi hyoſcyami. ʒ. ß. Plumbi vſti. ʒ. j. Melanteriæ. ʒ. iiij. ß. Gallarum immaturarum, chalcanthi, gummi, ſingulorum. ʒ. ij. Stibij vſti. ʒ. ß. Trita fermentato cum aqua pluuiali ſufficienti & finge collyria. 82

Collyrium tingens cicatrices in oculis. Plumbi vſti & loti. ʒ. ß. gran. vij. Punicorum medium quod iuxta grana eſt, gallarum immaturarum, gummi, ſingulorum. ʒ. ij. ß. Trita fermentato cum ſucco roſarum, & fac collyria. 83

Collyrium oculare probatum ad craſſas albugines, & nubeculas omnis generis, ſtatim ſanans, Thutiæ. ℥. j. vſtæ & lotę multoties in vino bono. Caphurę. ℥. ß. Vngulę aſini vſtæ, moſchi, teſtæ ſepiæ, margaritarum. Sacchari, quantũ omnium aliarum ſpecierum. Croci, cornu ceruini vſti, thuris maſculi. Tritis in pollinem vtere in oculo ægrotantis manè & veſperi. 84

[redacted] 85

rum

[redacted] Superſtitioſè hęc dicũtur, vt alia multa, à Nicolao

86 Collyrium ad craſſas albugines oculorũ,nubeculaſq; mirabiliter minuit,& omnia quæ in illis accidunt. Balſamum extrinſecus illitum , aut ſaccharum exhibeto cum thutia & margaritis,vtraq; in pollinem trita. Aut ſanguinem columbæ recẽtem ſub alis extractũ oculo inſtillato. Aut pueri incorrupti ſanguinem è digito in oculum ſtillato. Poſtremum deſuper præbeto ſaccharum. Verùm ſæpius dato lac mulieris quæ maſculum peperit,& deinceps ſaccharum.

87 Aquæ ocularis confectio ad phlegmones, dolores, albugines craſſas,& nubeculas oculorũ probata. Thutiæ, exag. iij.Caryophylli, maceris ſing.exa j. Teſtarũ ſepiæ,exag.j. ß.Sacchari candi, exag.j.Caphuræ, exag.j.ß.Moſchi.℈.ij. Sarcocollæ,exag.j.Sanguinis draconis,ceruſſæ, ſin.exa.ß. Aloes flauę,exa.j.Gũmi arabici,exa.ß.et quartã partẽ.Trita in pollinẽ madefacito cũ ſtillaticio roſarũ liquore mero lb.j.& vini albi odorati lb.v.℥.iij.Bene confecta vtere.

FINIS.

INDEX INSPERSILIVM CALVAriæ medicamentorum.

Paſma ſeu inſperſile caluariæ exiccatorium, mirabile. 1
Inſperſile caluariæ, admodum probatum. 2
Inſperſile caluariæ exiccatorium, probatum. 3
Inſperſile caluariæ, omnem fluxionem deſiccans. 4
Inſperſile caluariæ deſiccatorium ad omnem dolorem capitis. 5
Inſperſile caluariæ, ad omnem fluxionem capitis. 6
Inſperſile caluariæ deſiccatorium fluxionis in balneo adhibendum. 7
Inſperſile caluariæ omnem fluxionem exiccans. 8
Inſperſile caluariæ omnis generis fluxiones deſiccans. 9
Inſperſile caluariæ, deſiccatorium mirabile. 10
Inſperſile caluariæ, deſiccatorium omnis fluxionis. 11
Inſperſile caluariæ, ad capitis dolorem & refrigerationem. 12
Inſperſile caluariæ, frigidos affectus deſiccans. 13
Inſperſile caluariæ exiccatorium mirabile. 14
Inſperſile caluariæ deſiccatorium, ad omnis generis capitis fluxiones. 15
Ramices puerorum ſumme ſanans, quale non eſt aliorum quod 16

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI, DE IIS, QVAE CALVARIAE INſperguntur. Sectio Vigeſima quinta.

INSPERSILE caluariæ exiccatorium, mirabile. Seminis ericæ, florum iunci odorati, gallarum, ſampſychi, ſingul. ℥. j. Xylobalſami, coſti, iridis, ſingul. ℔. ß. Tuſa & trita in pollinem, prius loto capite, inſperge deſuper. 1

Inſperſile caluariæ, probatũ admodum. Gallæ, iridis, florum iunci odorati balauſtiorũ, ſeminis ericæ, ſidiorum, ſingulorum. ℥. ij. Trita inſperge capiti. 2

Inſperſile caluariæ exiccatorium, probatum. Aloen flauam tritam irrigato cm vino auſtero rubeo, & calefaciens impone capiti, prius lauans ægrotanté cum calido hoc medicamento, quod habet iſta: Abſinthium, flores iunci odorati, 3

rati, ſarmentorum lixiuij, ſampſychi, ſaluiæ, chamæmeli, fœnigræci, roſmarini, ſtichadis, roſarum, decoquantur in aqua ad tertias. Eſt valde probatum ad frigidos affectus.

4 Inſperſile caluariæ exiccans omnẽ defluxionem, probatum. Sonchi redolentis, ladani puri, nitri rubei vſti.

Reliqua deſiderantur in græco codice.

*Græcè eſt εὐωδιάζοντος ſcriptũ, fortè pro ἐδωδίμου, hoc eſt eſculenti.*

## INDEX VNCTIONVM purgantium.

*Vnctio purgatoria, & quæ vmbilico admouetur, ad flatuum eductionem conferens.* 1

*Vnctio purgatoria, aluum mouens & ſedem.* 2

*Vnctio vmbilico admouenda, aluum ſubducens, admodum laudata.* 3

*Purgatorium vmbilico admouendum, aluum ſubducens, ſimile.* 4

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI, DE VNCTIONIBVS PVRGANtibus, Sectio Vigeſima ſexta.

1 VNCTIO purgatoria vmbilico admouenda, ad ſedis & flatuum eductionem. Rutam tritam irrigato cum melle, vt ſuccum de ſe præbeat, ex eoq; interiora ſedis inungito. Efficaciſsimum verò exiſtit, ſi adſumpſerit paululum cumini, & nitri, aut ſuccum cyclamini. Stipula excepta imponitur, aut glans melle adiecto formatur, Flatus enim educuntur, & leuiores fiunt.

2 Vnctio purgatoria, ventrem mouens, & ſedem. dicitur autem Chezanance. Alumen cum melle tritum coquito quouſq; fuluum reddatur, & inunge ſedem.

3 Purgatorium vmbilico admouendum, ſubducens aluum, admodum laudatum. Cyclamini. ʒ. iiij. Nitri ʒ. iij. Ellebori nigri & albi, ſcammoniæ, ſingulorum ʒ. ij. Colocynthidis ʒ. iij. Succi elaterij, grani cnidij, ſingulo-

 rum.

rum. ℥.iiij. Caricarum pinguium. ℥.ij. Fellis taurini. ℥.j. Tuſa & ſubacta probè vmbilico imponantur.

Purgatorium vmbilico admouendum, ſubducens aluum, ſimile. Elaterij, lathyridis, galbani, cyclamini, ellebori nigri & albi, ſingulorum. ʒ.iiij. Colocynthidis. ʒ.viij. Cucumeris ſylueſtris recentis, ſcammoniæ, grani cnidij, ſingulorum. ʒ.ij. Tithymali. ʒ.v. Terebinthinæ. ʒ.iij. Hęc probè tuſa excipe cum felle taurino, & inſtar vnctionis inunge. Nonnulli verò adijciũt ceræ. ℥.viij. & olei Sicyonij, quod ſatis eſt, & inſtar emplaſtri imponunt. 4

FINIS.

## INDEX PVRGATORIORVM, & conditorum.

*Purgatorium ex carypphyllo, aquam educens, admodum mirabile.* 1
*Purgatorium è melle roſaceo Alexandri.* 2
*Purgatorium è melle roſaceo, ſimile.* 3
*Purgatorium ex Aſaro.* 4
*Purgatorium è malis & cotoneis.* 5
*Purgatorium è citrio malo, ſtomacho accommodatum.* 6
*Purgatorium Bucelaton valde bonum.* 7
*Purgatoriæ Colymbades probæ.* 8
*Purgatorius Paſtillus, admodum bonus.* 9
*Purgatorium Fuſca, ſtomacho conueniens.* 10
*Purgatorium vinum in hydropicis.* 11
*Purgatorius ſal probatus.* 12
*Purgatorium ex hermodactylo, podagricis aptum.* 13
*Purgatorium ex hermodactylo ſimile.* 14
*Purgatoria catapotia è lapide Armenio, ad arthriticos potiſſimùm facientia.* 15
*Purgatorium è coronopode, ſimile ei quod ex hermodactylo nominatur.* 16
*Purgatorium quartanis conueniens, è ſucco cyrenaico.* 17
*Purgatoria puls ad iſchiadicos, elephantia correptos, in quibus opus eſt aliquid vi educere.* 18
*Purgatorium è cotoneis malis, ſubducens aluum.* 19
*Purgatorium è cotoneis, ſimile.* 20
*Purgatorium è cotoneis, ſimile.* 21
*Purgatorium è cotoneis, admodum probatum.* 22

*Purgatorium è cotoneis, ſimile.* 23
*Cydonite ad cœliacos, dyſentericos, & febricitantes admodum probatum.* 24
*Cydonite ſimile.* 25
*Cydonite frugale, valde bonum.* 26
*Cotoneorum & malorum confectio admodum vtilis.* 27
*Confectio è ſucco malorum.* 28
*Confectio alia è ſucco malorum.* 29
*Confectio alia è ſucco malorum.* 30
*Confectio è iure horum, ad eos qui nihil appetunt, & vomunt cibum.* 31
*Cydonites confectio ſtomacho grata, ad eos qui non appetunt, & nihil concoquunt.* 32
*Conditum nephriticum, & lapides atterens.* 33
*Conditum ſtomachum purgans, non ſubuertens, ſiue is qui aſſumit ſanus ſit, ſiue ægrotet.* 34
*Conditum nephriticum, & calculos conterens.* 35
*Conditum nephriticum, mirabile.* 36
*Conditum nephriticum, ſimile.* 37
*Conditum purgatorium, ad hydropicos, & cholericos.* 38
*Conditum calculos atterens.* 39
*Conditum purgatorium, probatum.* 40
*Conditum ad eos qui nihil appetunt, & inflatum ſtomachum habent.* 41
*Conditum ad eos qui nihil appetunt, & quibus cibus inflatus conuertitur.* 42
*Conditum ſimile hydropicis conueniens.* 43

# NICOLAI MYREPSI AELEXANDRINI, DE PVRGATORIIS, ET CONDITIS,

## Sectio Vigeſima ſeptima.

1 PVRGATORIVM è caryophyllo aquam educens, admodum mirabile. Aloes flauæ, epithymi, caryophylli, grani cnidij, petroſelini, rhei pontici, ſingul. ℥. ß. Euphorbij. ℈. iiij. Mellis attici quod ſatis eſt. Datur pondere, cochleariorum duorum, manè ieiuno.

2 Purgatorium è melle roſaceo Alexandri. Succi roſarum,

 ſex

ſext.ij.Mellis attici,ſext.j. Coquito benè ad cõſiſtentiam. Adijce ſcammoniæ torrefactæ.℥.iiij.Datur manè ieiuno. Integra adhibitio cochlearia v.Media,tria,minima duo.

Purgatorium aliud è melle roſaceo.Mellis attici,ſucci 3
roſarum,ſingul.lb.j.Piperis communis.ʒ.j. Zingiberis.ʒ.ij.Scãmoniæ.ʒ.viij.Maſtiches.ʒ.iiij.Datur,vt præcedens.

Purgatorium ex Aſaro,quo ego vtor, valde bonum. 4
Spicæ nardi,aſari,epithymi,ſingul ℥.ß.Macerato in aqua ſufficienti diebus tribus. Coquito mediocriter, & iuri decocti admiſce ſucci roſarum, ſext.x. Mellis attici, ſext.ß. Coctis ad conſiſtentiam adijce ſcammoniæ.℥.j.ß.& probè parato vtere.

Purgatorium è malis,& cotoneis. Malorum & coto- 5
neorum aſſatorum carnis.℥.iiij. Piperis communis.℥.vj. Scammoniæ.ʒ.iij.Mellis attici.℥.vj. Datur manè ieiuno, pro viribus.

Purgatorium è citrio malo, ſtomacho accommoda- 6
tum. Corticis citrij & carnis, lb.j.Coquito in aquæ ſext. vno & dimidio vſq; ad tertias,dein adijce mellis attici ſex. dimidium. Coquito donec ad mellis conſiſtentiam veniat, & inſpergito hæc trita:nempe,piperis communis,ſcammoniæ aſſæ in fermento,turpeti.℥.j. Vbi probè paratum fuerit,dato quantum volueris.

Purgatoria buccella,admodũ bona.Scammoniæ aſſa- 7
tæ,ſeminis fœniculi,aniſi,cumini,ſing.℥.j.Piperis cõmunis,ſeminis apij,ſing.℈.j.Trita madefacito in mellis attici lb.j.De aſſatis mediocriter dato.℥.j.manè ieiuno non febricitanti cũ cõdito.ei verò qui febricitat,cũ aqua tepida.

Purgatoriæ Colymbades,hoc eſt,ſalſæ & conditæ oli- 8
uæ probatæ.Scammoniæ,piperis communis,ſing.℥.j. Epithymi,cumini fricti,petroſelini,foliorum rutæ,mentæ viridis,ſing.ʒ.iiij.Silphij.ʒ.j,Carnis palmularum,mellis attici,ſin.ʒ.v.Aceti,cochl.ij.Colymbadum ſciſſarum,ſext.j. Nonnulli adijciunt modicum gari.Poſtquam probè confeceris,dato quinque,aut ſeptem, aut nouem Colymbades, aut pro viribus.

Purgatorius paſtillus admodum bonus.Scammoniæ, 9
euphorbij,ſing.℥.iiij.Folij,piperis communis,ſingul.ʒ.ij. Trita madefacito cum melle attico, pondere.℥.iij. Datur

manè

manè ieiuno.℥.j.aut pro viribus.

10 Purgatoria fuſca,ſtomacho conueniẽs. Cumini, fœniculi.℥.j.Pulegij,ſeminis apij,aniſi,ſingulo.℥.vj.Epithimi, ſcammoniæ,ſing.℥.j.Salis communis.℥.ij.Aliqui euphorbij adijciunt.℈ iiij.Trita benè exhibeto. Integra exhitio ſunt.℈.ij.aut duo ſemis.pro viribus.

11 Purgatorium vinum ad hydropicos.Scillæ.℥.iij. Seminis apij.ʒ.vj.Piperis cõmunis.ʒ.j. Radicis capparis.ʒ.iiij. Grani cnidij decorticati.ʒ.j.ß. Folij, pilulas malobathri duas.Benè trita irrigato cũ vini cochlearijs.xij.Mellis attici,ſext.iij.Scillã tuſam macerato in vino,& comiſce cęteris.

12 Purgatorius ſal laudatus.Salis communis torrefacti.ʒ.vj.Seminis apij,zingiberis,panis aridi, ſingul.℈.vj.Seminis aniſi,piperis communis,ſing.℥.ß. Scammoniæ,epithymi,ſing.j.Terito,& præbeto cochlearium vnum. Eſt admodum laudatum medicamentum.

13 Purgatoriũ ex Hermodactylo, podagricis conueniens. Hermodactyli.℥.iij. Aniſi,cumini æthiopici, ammeos,corymborum thymi,piperis ſing.℈.iij.Epithymi.℥.ß. Terito & præbeto.℈.iiij.vel. vj.pro viribus.Datur etiam cum condito, aut cum aqua mulſa, aut cum aqua feruefacta manè ieiuno.

14 Purgatorium ex Hermodactylo,ſimile.Hermodactyli, ℥.j.Cumini æthiopici,aniſi,agarici, [a] iſij,zingiberis.ſing. ℈.iij. Alypiadis.℈.vj.Maſtiches ſpicæ nardi, ſingulo.℈.ij. Moſchi,ſiliq.j.Cnici.℈.vj.Trita irrigato cum melle attico ſufficienti. Quòd ſi opus ſit maiori vacuatione, admiſce ſcammoniæ,ſiliq.iij. Et præbeto.℈.j.Poſtquam lotus fuerit manè ieiuno.

[a Iſij.] *Græcè eſt ἰσῖς. Quid autẽ Iſiũ ſit Nicolao,cõijcere nequeo.*

15 Purgatoria catapotia ex Armenio lapide,arthriticis potiſsimùm exhibita vtilia.Aloes flauæ.℥.ij. Scammoniæ.℥.iij.Agarici,epithymi,ſin.℥.ß. Lapidis armenij,croci,ſing. ℈.vj.Caſiæ,ſpicæ nardi,coſti,rhei barbari,ſing.℥.ß.Scillæ torrefactæ.℥.j.Trita excipe cũ ſtillaticio roſarum liquore. Dantur.℈.duo manè ieiuno.

16 Purgatoriũ ex coronopode vtile,perinde atq; id qđ ex hermodactylo cõponitur.Eſt etiã ſtomacho gratũ & laudatũ. Zingiberis.℈.ij.Piperis cõmunis.℈.j.Agarici,medullę

cnici, ſin.℈.x.Radicis.℈.vj.trita benè dãtur manè,ieiuno [a]cornua.xviij.Qui autem difficilem aluum habent,ijs dantur cornua.xxiij.[b] Fac omnia ſeptem aut octo prope ventrem.Poſt vacuationem lauato,& nutrito ouis ſorbilibus & pane.

[a Cornua.] *Intelligit menſuralia,quæ interſecta erãt, vt ex Galeni libris de Comp,medic.general.ſatis liquet.* [ b Fac omnia ſeptem.] *Græcè eſt* ποιεῖ πάντα ζ' ἢ η' σιμιγγύς γαστέρας. *Quid autem ijs verbis velit* Nicolaus,*non benè aſſequor. Alijs igitur cõijciendum relinquimus.*

Purgatorium ad quartanas ex liquore cyrenaico,mirabile. Liquoris cyrenaici,piperis communis,myrrhæ, foliorum rutæ,ſing.ʒ.j.Trita madefacito cum melle attico, & dato ponticæ nucis magnitudine cum vino veteri. 17

Purgatoria puls è colocynthide,ad iſchiadicos,elephãtia correptos,& in quib.opus eſt aliquid vi educere. Colocynthidis duobus fructib cauatis, & horũ ſeminib. abiectis,medullam in ijs dimitte.Impleto eos oleo dulci,& opertito proprijs operimentis,ſinito diem & noctem. Poſtridie verò vacuato oleo,colocynthidas coquito in aqua donec colliqueſcant.Dein eas abijcito,oleoq; cum aqua permixta,adijce ellebori nigri triobolum,ſcammoniæ.ʒ.j. Simul cum ijs coquito pultem,ex ſimilagine,aut pane arido trito.Poſtea ægrotanti prius tenuiter cibato prębe pondere nucum ponticarum.xviij.aut plurimum.xxiiij. Et bibendam dato aquam calidam ſorbendam cum ipſa. 18

Purgatorium cydonite,hoc eſt ex cydonijs,ſubducens aluum.Cotoneorum carnis,gari,ſingul.lb.j.Mellis attici, lb.ij. Zingiberis,piperis longi,cinamomi, ſingu.exag.j.ß. Canchryos,croci,ſing.exa.ij.Maſtiches,ſtag.iij. Turpeti, ℥.iij. Dacrydij.℥.j.Trita benè cotonea cõijce in garũ per noctem & diem.Dein miſce cum melle,& coquito ad conſiſtentiã.Poſtea adijce prædictas ſpecies.Vſu poſcẽte dato manè ieiuno exa.iij.aut.iij.&.ß.aut.iiij.pro viriũ ratione. 19

Purgatorium cydonite,ſimile.Carnes cotoneorũ probè repurgatas coquito in aqua ad conſiſtentiam, dein benè tundito,& adijce ſacchari lb.ij.coquitoq; ad conſiſtentiã cydonitis. Adijce turpeti.ʒ.xxx.Dacrydij ʒ.xx.Zingiberis,piperis lõgi,ſin.ʒ.iij.Cinamomi boni.ʒ.ij. Amomi, 20

cro

croci,ſing.ʒ.ij Maſtiches.ʒ.v.Gari,lb.ij.Rhei barbari.℥.j.Irrigata hæc cum prædictis,exhibeto tertiana correptis, cholericis, & duplici tertiana laborantibus media nocte, pondere exagiorum.ij.ß.aut trium pro viribus.

21 Purgatorium cydonite ſimile, admodum neceſſarium. Carnium cotoneorum repurgatarum, lb.iij. Mellis attici deſpumati,lb.iij.Coquito probè ad conſiſtentiam,dein accipe hæc tuſa,cribroq; traſmiſſa, & admiſce galangæ, caryophylli,maſtiches,piperis lõgi,cinamomi,nucis moſchatæ,ſing.ʒ.iiij.Dacrydij.℥.j.Turpeti repurgati.ʒ.vj.Senę, ellebori nigri,polypodij repurgati,ſing.ʒ.v.Datur media nocte pondere exag.ij.ß.aut trium,pro viribus.

22 Purgatorium cydonite,admodum probatum. Carnis cotoneorum repurgatæ,lb.j.ß.Mellis attici deſpumati,lb.iij.Coquito ad conſiſtentiam,& adijce hæc tuſa & cribrata,nempe caryophylli.℈.iij. Petroſelini, euphorbij, folij, ſing.℈ ij. Scammoniæ.℥.j. Turpeti. ℥.ß. Datur vt præcedens.

23 Purgatorium è cotoneis aliud probatum. Carnium cotoneorum repurgatarum, lb.xx.Mellis attici deſpumati, lb.xxx.Coquito ad conſiſtentiam.Adijce tuſa & cribrata benè,piperis albi.℈ lxx.Caryophylli,ſpicæ nardi, ſing.℈.xl.Coſti.℈ xx.Scamoniæ.℥.ij.Turpeti.℥.j.Dantur exag.ij.ß.aut tria pro viribus,media nocte.

24 Cydonite ad cœliacos,dyſentericos,& febricitantes admodum probatum. Succi cotoneorum,lb.iiij. Stillaticij roſarũ liquoris puri,lb.j.Sacchari,lb.iiij.Coquito ad conſiſtentiam.& dato in prædictis malis tota die.

25 Cydonite vt præcedẽs.Succi cotoneorũ.℥.iiij.Stillaticij roſarum liquoris puri.℥.ij.Sacchari.℥.viij.Coquito ad cõſiſtentiam:vbi ab igne remoueris,adijce probè tuſa & cribrata,caryophylli,exa.ij. Cinamomi,ligni aloes,galangę, cardamomi maioris,ſing.exag.j.Maceris,gallię moſchatę, ſing.exag.ß.Nucis moſchatæ,zedoariæ, ſingul.exag.ß. & quartam partem.Coriãdri,exag.j.Spicæ,taria.iij.Moſchi, gra.ij.Croci,ſiliq.v.Datur ieiuno,& à cibo.

26 Cydonite[a] frugale,admodũ bonũ. Carniũ cotoneorũ repurgatarũ,lb.iij.Mellis attici,lb.vj,Coquito rectè ad cõſiſtentiã.Dein amotis ab igne,adijce tuſorũ & cribratorũ,

piperis communis.℈.v. Caryophylli, ſpicæ nardi,ſing.℈.iij. Coſti.℈.j.ß.Dũ coquũtur cotonea,moueto illa cũ ferula,dein admiſce odorata,recondito in folijs lauri,& vtere.

[a Frugalæ.] *Manuſcriptus codex legit* λυτὸρ, *fortè pro* λιτόρ.

Cotoneorum & malorum cõfectio valde vtilis. Succi malorum & cotoneorũ,ſing.℔.j.ß.Mellis attici deſpumati,℔.iij. Aceti,℔.j.ß.Coquito ad mellis conſiſtentiã.Dein adijce hæc tuſa & cribrata, zingiberis,piperis albi, ſpicæ, ſing.℥.ij. Ligni aloes crudi.℥.ß.Cardamomi minoris,cardamomi,ſingul.exag.ij. Zedoariæ.℥.ß.Galiæ moſchatæ, exag.ß.Nucis moſchatæ,galangæ,cinamomi, cardamomi magni,ſing.℥.j. Caryophylli.℥.ß. Maceris,exag.ij. Berberis,exag.iij.Croci.exag.j.Datur manè ieiuno,& á cibo. 27

Confectio è ſucco malorum. Malorum dulciũ[a] corpora repurgato ab eo quod intus & extra eſt,accipe,& cõtuſa exprime linteo tenui, & è ſucco expreſſo accipe ℔.j. Admiſce illi hęc tuſa & cribrata,Spicę.℥.iij.Xylobalſami, ℥.j.Coriandri.℥.ß.Zingiberis,exag.iiij.Coquito benè ad conſiſtentiam. Dato.℥.ß.vbi volueris. 28

[a Corpora.] *In codice Nicolai perperam* ζώματα, *pro* σώματα *legitur.*

Confectio alia è ſucco malorum,conferens ad vomitum,animi defectionem,continuã febrem,data in inclinatione morbi.Qui ea vtitur,rigore vacet:neque eius natura ſit biliosa,neq; etiam ſtomachus bilioſus. Iuuat autem immodicam ſitim. Succi malorum dulcium purgatorum,℔.duas.Spicæ,℔.ß.Santali rubei,ſpodij, coralli rubri,cryſtalli puri,ſing.℥.ß.Tritis & ſubactis vtere. 29

Confectio alia è ſucco malorum.Succi malorum dulciſsimorũ,℔.v.Stillaticij roſarũ liquoris puri,℔.j.Sacchari,℔.iiij.ß. Mellis attici puri,℔.ß. Coquito vt cydonite. Dein adijce illi,croci,ſpicæ,ſing.ſtag.j. Canchryos, cinamomi veri,ſantali albi,ſingul.ſtag.ij.Caryophylli,ſtag.j. Moſchi,ſtag.ß.Trita & cõfecta probè recõde in vaſe.dato manè,& à cibo ſemunciã.aut.℥.j. Prodeſt ſtomachicis, cibũ non appetentibus,febricitantibus, vomentibus cibũ. Melancholicis & pituitoſis ad modum bona. 30

Cydonite ad eos qui nihil appetũt,& cibum vomunt, & neque probè concoquunt. Succi cotoneorum, ſucci 31

mentæ,ſucci ſampſychi.ſing.℥.j.Sacchari,℔.j.Coquito benè ad conſiſtentiam. Adijce hæc tuſa,& per cribrum tranſmiſſa,caryophylli,nucis moſchatæ,galãgæ,zedoariæ, ſpicæ floris iunci odorati,ſingulorũ.ʒ.ß. Ligni aloes crudi.ʒ.ß.Datur manè ieiuno.ʒ.ß.Eſt valde laudatum.

32 Cydonitis confectio ſtomacho conueniens, ad eos qui nihil appetunt & malè cõcoquũt, & imbecillũ habent ſtomachum vtilis. Carnis cotoneorum purgatorum,℔.ij.Coquito cum vino optimo ad conſiſtentiam,dejn adijce mellis attici ℔.iiij. & coquito ad cõſiſtentiam. Vbi remoueris ab igne,adijce hæc tuſa & trita,cinamomi,zingiberis,ſing. ℥.j. Nuces moſchatas, numero tres. Maceris,exag.j.Caryophylli,exa.j.Cubebarũ,exa.ß. Zedoariç, cardamomi, ſin. exa.j.Cardamomi,magni,galliç moſchatç,ambaris, ſing. exa.ß.Croci,ſpicç ſin.ʒ.ß.Galãgç,ligni aloes,ſin.℥.ß.Moſchi,ſiliq.ij.probè confectam præbeto pondere ſemunciæ.

33 Conditum nephriticum,& calculum atterens.Rhei,ſaxi fragi,petroſelini, aſari,ſpicæ nardi,caſiæ,rhei pontici,betonicæ,ſinonis,dauci,acori,ſingul.ʒ.j. Piperis communis. ℥.j. Mellis attici.℔.j.ß. Optimi vini omphacini, ℔.vij.ß. Benè paratum datur manè ieiuno menſura vnius poculi parui.

34 Conditum purgatorium expertum,non ſubuertens,ſtomachum neq; ſanorum,neq; ægrorum, admodum nobile. Succi fœniculi viridis, ℔.ß. Mentæ viridis.℥.iij. Radicis apij.℥ j.Aquæ fontanæ,℔.iiij.ß.℥.iij.Herbas in aqua macerato tribus diebus, dein coquito donec ℔.j ß. remaneat. Poſtea colato,& abijcito herbas, tritaque hæc in mortario adijce.Piperis.℥.j.Scillç.℥.ß.Mellis attici, ℔.ß.℥.iij. Vini boni,℔.iij.ß.℥.iij.Confectum & paratum conditum recondc in vaſe. Atque vſu poſtulante,dato poculum vnum,& ieiuno,& dormituro. Probatum eſt,periculoq; vacat.

35 Conditum nephriticum, & calculos conterens. Maſtiches.℥.ij. Coſti,ſchorum ſpicæ nardi,rhei pontici,ſingul. ʒ.j.Mellis attici.℔.ß.℥.iij.Vini boni, ℔.viij.Vbi rectè cõfeceris dato manè poculum vnum.

36 Conditum nephriticum, mirabile.Saxifragi,petroſelini ſingulorum.℥.ß. Betonicæ.℥.ij.ß. Coſti.℥.ß.ʒ.j. Zingiberis, exagium.j.ß.Piperis communis,exagia.vij.ß.

Semi

Seminis rutæ. ℥.iij.ß. Spicæ nardi.℈.j. Mellis attici, ℔. ß. Vini veteris, ℔. xij.ß. Datur poculum vnum manè ieiuno.

Conditum nephriticũ ſimile. Saxifragi, betonicæ, petroſelini, ſing. ℔ ß. Spicæ nardi. ʒ.j. Piperis communis. ℥. ß. ʒ.j. Trita madefacito cum mellis attici ℔.j. & vini boni, ℔.vj. Datur manè ieiuno poculum vnum. 37

Conditum purgans, laudatum ad hydropicos, & cholericos expertũ, ſine torminibus & moleſtia purgans. Radicem iridis viridé contuſam in mortario diligenter per diẽ & noctẽ macerato in vino bono, dein exprimito per [a] linteum purum, & impleta phiala vna, admiſce mellis cochl.j. ß. piperis cõmunis, gra.vj.ß. & præbeto bibendum manè ieiuno prius calefactum. Datur autem hyeme, & æſtate, probatum enim eſt. 38

[a Linteum.] *Manuſcriptus codex habet* λίντιον, *pro* λίντιον. *Latinam nanq; dictionem græcis literis minus rectè exarauit.*

Conditum lapidem atterens, probatum. Piperis albi, ſaxifrigi, ſpicæ nardi, ſeminis lini, betonicæ, ſing. ℥.j. Petroſelini, folij, ſin. ℥.j.ß. Trita madefacito cũ mellis attici ℔. vj. & vini Aſcalonij boni, ℔.ix. & vtere. 39

Conditum purgatorium, admodum probatũ. Catapotiorum purorum, ſenæ, polypodij, thymi, epithymi, hermodactyli, pæoniæ, ſing. ℥.j. Tritis, ſi quidem non febricitant ægri, adijcæ vini puri menſuram vnam, aut ℔.vj. ſi verò febricitant, aquæ ℔.vj. Coquito ad tertias. Colato, decoctumque accipe. & ſi febre vacant ægrotantes, adijce illi mellis attici ℔.j. Sin febricitant, ſacchari ℔. j. & rurſus probè coquito, colatisq; adijce in pollinem tuſi cinamomi. ℥.j. Galãgæ, piperis cõmunis, zingiberis, ſing. exag.ij. Caryophylli, cardamomi, [a] ſpigo, ſingulorum, exag.j. Et vini boni pondus triplex ad ſuperius decoctum. Subactis & irrigatis omnibus ſimul, conficito vt [b] claretum, & præbeto manè ieiuno cum tepidæ aquæ vncijs quatuor. 40

[a Spigo.] *Græcè eſt* σπίγω. *Quid verò Nicolaus hac voce intelligat, me ignorare fateor.*

[b Claretum.] *In codice Nicolai hic, & paulò poſt eſt* κλαρέτον. *Hac voce autem illum innuere puto id potionis genus quod hodie*

*die à medicis Claretum, vel Hippocras appellatur, ideoq; claretum potius quàm Clarum ſcribendum fuiſſe arbitror.*

41 Cõditi, qđ Claretum vocatur cõfectio ad ſtomachichos cibũ nõ appetẽtes, & ſtomachi inflatione laborãtes. Spicæ ℥.ß. Cinamomi. ℥. vj. Zingiberis. ℥. iiij. Piperis cõmunis. ℥. ij. ß. Piperis longi, [a] nunteſarcas, galangæ, ſing. ℥. j. Caryophylli. ℥. ß. Sacchari & mellis, ſin. ℔. ij. Tritas ſpecies irrigato ſimul, & adijce vini menſuras. xij. Datur manè ieiuno poculum vnum exiguum.

[ a Nunteſarcas.] *Græcè eſt* νουντισάρκας. *Quæ quidem dictio eſt haud dubiè corrupta: ideoq; quid ſignificet, ſcire nequeo.*

42 Conditum ad ſtomachicos, cibum non appetentes, inflatos, & cibũ non rectè cõcoquẽtes. Cinamomi. ℥. j. ß. Caryophylli, maceris, ſingul. exag. j. Nuces moſchatas duas. Galãgæ, exag. j. ß. Cardamomi, exag. ij, Piperis longi, & communis, ſingulorum. exag. ij. Spicæ, exag. j. Trita irrigato cum mellis attici puri ℔. iij. & vini boni menſuris. vj. Poſtquam vt claretũ confeceris, dato manè ieiuno poculũ vnũ.

43 Conditum ad ſtomachicos, cibum non appetentes, inflatos, cibũq; non recte coquentes, atque hydropicos. Cinamomi boni. ℥. j. Zingiberis albi repurgati. ℥. ß. ʒ. j. Roſarum rubearum, caryophylli, ſantali rubei, ſing. ʒ. ij. Spicæ nardi ſiue Net, ſing. ʒ. j. Trita irrigato cum vino bono albo, pondere ℔. xxx. & melle attico deſpumato quod ſatis eſt, aut ſaccharo. Datur manè, meridie, & veſperi poculum vnum quoties offertur.

FINIS.

## INDEX PVRGANTIVM.

*Eligmatum.*


*Purgatorium eligma, Monachicum dictum.* 1
*Purgatorium regale eligma mirabile valde.* 2
*Purgatorium eligma ex flaua aloe.* 3
*Purgatorium eligma ex abſinthio.* 4
*Purgatorium eligma, moleſtia vacans ad iſchiadicos* 5
*Purgatorium eligma, quod vocatur Panaretos* 6
*Purgatorium eligma, nominatum Aſtrophon.* 7
*Purgatorium eligma flauæ bilis* 8
*Pargatorium eligma ſimplex, & moleſtia vacans.* 9


*purga*

*Purgatorium eligma, ad humores, & bilem probatum.* 10
*Purgatorium eligma, ac hydropicos mirabile.* 11
*Purgatorium aquam educens, ad hydropicos.* 12
*Purgatorium aquam ducens, ex grano cnidio.* 13
*Purgatorium hydropicum è ſpica nardi.* 14
*Purgatorium aquam ducens, ex euphorbio.* 15
*Purgatorium hydropicum Euchirij.* 16
*Purgatorium ex Aloe.* 17
*Purgatorium ex pipere, torminibus & moleſtia vacans.* 18
*Purgatorium è cumino, doloribus & moleſtia carens.* 19
*Purgatorium capitis errhinon, admodum probatum.* 20
*Purgatorium ſordidum ſinum glutinans.* 21

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI DE PVRGANTIBVS ELIGMAtis, Sectio Vigeſima octaua.

PVrgatorium eligma Monachicum, quod dicitur Sarracenicè Looch Elrachos, purgans, gratia Dei, vtranq; bilem, flauam & nigram, ac pituitam, maculasque in facie factas. Purum corporis colorē efficit. Prodeſt vertiginoſis, caliginique oculorum. Pruritum corporis purgat, & ſanguinem deprauatum attenuat. Exanthemata ſeu puſtulas conſumit, ac diſsipat. Bonitatem ſtomachi efficit. Venerea quoq; excitat. Pityuſę. ʒ. v. Dacrydij. ʒ. iij. ß. gran. vij. Sacchari. ʒ. iiij. Piperis longi ʒ. ij. Amomi, ſeminis apij, ammeos, ſalis ammoniaci, zingiberis, ſingul. ʒ. iij. ß. Piperis albi. ʒ. ij. Pyrethri. ʒ. ij. ß. Hæc in mortario contundito, & cribrato, ſcāmoniam bifariam terito, & vnito omnia in vnum, dein ſaccharum tritum inſperge, & commoueto diligenter. Poſtea adijce mellis attici quod ſatis eſt, & factum aquoſum repone in vaſe vitreo, & dato cum tepida, aut vini dulcis. ℥. ij aut. iiij, ijs ſcilicet qui difficilem aluum habent. Facilem autem habentibus aluū ℥. iij. Iunioribus. ℥. ij. Et febricitantibus cū tepida prębeto. 1

Purgatorium, regium eligma, quod Sarracenicè loch el- 2

melick

melick,ad bonum ſtomachi odorem & bonitatem eiuſdem confert. Purgat pituitam & bilem mirabiliter. Piperis communis,& lõgi,ſpicę nardi,nardi celticę,amomi,caryophylli,ſingulorum.℥.ß. Zingiberis.℥.ß.ʒ.j. Scammoniæ.ʒ.iij.ß. Pityuſæ.℥. vij. Sacchari.℥ iij.ß. Hæc tuſa excipe melle attico ſufficienti,& præbeto. Integra exhibitio. ℥.iij. Media.℥.ij. Minima. ℥.j. cum aqua calida: aliqui verò hoc ipſo vt electuario vtuntur, exhibentes id cum aqua calida.

3 Purgatorium eligma admodum probatum. Aloen flauã quamcumque vis accipe, & terito validè. Accipe etiam liquorem tithymali, fingito pilulas erui magnitudine, & præbeto vnam aut duas pro viribus. Purgat verò vehementer.

4 Purgatorium eligma, valde laudatum. Dacrydij, aloes, flauæ, ſingulorum.℥.j. Abſinthij, colocynthidis, ammoniaci, ſing.℥.ß. Agarici, maſtiches. ſingul. exag.j.ß. Excipe cũ ſucco braſſicæ, & madefacito probè, fingitoque pilulas erui quantitate.

5 Purgatorium eligma ſine moleſtia purgans, ad iſchiadicos,& per circuitum afflictos, eosq; qui diutius moleſtantur, admodum bonũ. Colocynthidis. ℥.ß. Nitri.℥.j. Benè trita præbeto validis.ʒ.j. cum aqua mulſa, magnæ menſuræ ieiunis. Imbecillibus.ʒ.ß.

6 Purgatorium eligma, quod ab aliquibus vocatur Panaretos, ab alijs Aſclepios. Valet ad morbos comitiales, diuturnos capitis dolores, inſanientes, lethargicos, ſtomachicos, arthriticos, melancholicos, neruorum vitia, & ad eos quibus cibus aceſcit, omniaque thoracis mala. Hoc vſus eſt Heraclides Cous, aut Galia: ſummè enim claruit. Priuatim verò vſus eſt ad hydropicos mirabiliter. Datur nucis ponticæ magnitudine, cum aquę mulſæ vna menſura. Piperis communis, albi, & longi, ſeminis dauci, aniſi, apij, petroſelini, libyſtici, carei, zingiberis, agarici, grani cnidij, ſcillæ torrefactæ, pyrethri, radicis chamæleæ, euforbij, myrrhæ, croci, polij, ſpicæ nardi, cardamomi* (ſi verò non habes, adijce duplum caſiæ) ſauinæ, amomi, caſiæ, ellebori nigri, dacrydij, aloes flauæ, ſingu.℥.ß. Trita madefacito cum melle attico ſufficienti.

* Cinamomi legẽdũ puto, ꝓpterea quod duplum caſię pro eo ſumẽdum eſſe ſcribat.

7 Purgatorium eligma expertum, non excitans tormina, & mole

moleſtia vacans. Piperis nigri, cumini, aniſi, petroſelini, fœniculi, apij, ammeos, epithymi, ſingulorum. ʒ. ß. Dacrydij. ʒ. v. Trita dantur manè ieiuno pōdere. ℈. vndecim. Poſtea ſorbēdam præbeto aquam tepidam.

Purgatorium eligma flauæ bilis. Seminis apij, piperis, 8
communis, ſingulorum. ℈. ß. Dacrydij ʒ. ß. Trita dantur vna vice manè ieiunis. Poſtea ſorbenda datur aqua tepida.

Purgatorium eligma ſimplex, moleſtia & periculo va- 9
cans, datum omni tempore. Iridis illyricæ radicis ſucci, cyathum. ß. Vini boni tantundem. Tuſa, mixta, & tepida da bibenda manè ieiuno. Eſt enim probatum medicamētum.

Purgatorium eligma probatum, pituitam, bilem, & hu- 10
mores purgans, noxa vacans. Dacrydij. ℥. ß. Colocynthidis ℥. j. exag. j. ß. Aloes flauæ. ℥. ß. Succi abſinthij. ℥. j. ʒ. ij. Trita cum ſucco braſsicæ ſubigito, & finge pilulas, datoq́ue pro viribus veſperi.

Purgatorium probatum admodum vtile, veluti prædi- 11
cta. Herbam alypiadis, cū folijs & ramis tunde, & cribrato. Datur puluis ille ijs qui à pituita, aut humore aliquo acri, aut bile infeſtantur, pondere dimidij cochlearij tepidi. Facit ad hydropicos, & eos de quibus medici deſperarunt.

Purgatorium educens aquam, hydropicis vtile. Piperis 12
communis, ſquamæ æris, ſin. ʒ. j. Struthij ſeu lanariæ. ʒ. ij. Piperis albi, dacrydij, ſin. ʒ. j ß. Trita dato manè ieiuno cochl. j. ß. Medium pondus, cochl. j. Poſt ſorbendam exhibe aquam tepidam.

Purgatorium aquam educens, probatum. Grani cnidij 13
vſti. ℈. ß. Radicis panacis, ſiliq. j. Trita præbeto cum aqua mulſa pondere cochlearij vnius manè.

Purgatoriū hydropicorum, probatum. Spicæ nardi. ʒ. 14
ij. Lybiſtici. ℥. ß. Petroſelini, dauci, ſing. ʒ. ij. Epithymi. ℈. ix. Cocci cnidij. ʒ. ij. Trita præbentur manè ieiuno pondere cochlearij vnius cum tepida.

Purgatorium aquam educens ad hydropicos probatum, 15
laudatum valde. Euphorbij, piperis, communis, cumini, pulegij, pyrethi, ſingulorum. ʒ. ij. Trita dantur cum aqua mulſa manè ieiuno pondere cochlearij vnius. Si verò vſus eius ſit poſt paucos dies, cochl. j. cum dimidio ad integram totius corporis purgationem ſufficit.

Pur

16 Purgatorium ad colicos Euchirij, quo vtebatur Aſterius medicus, expertum. Euphorbij ℥.ß. Baccarum lauri. ʒ.ß. aut gran. v. Aloes flauæ. ʒ ß. Trita irrigato cum aqua mulſa, & dato pro viribus. ℈. vj. vel. iij. vel. v. aut. vij. Eſt probatum.

17 Purgatorium expertum, bonum, quo ego vſus ſum, datur pro arbitrio. Dacrydij. ℈. iij. Aloes, epithymi, agarici, ſingulorum. ℈. j. ß. Colocynthidis, maſtiches, ſingulorum. ℈. v. & quartā partem. Trita irrigato cum aqua mulſa, aut oxymelite pondere cochlearij vnius. Dantur. ℈. v. aut. vij. & tepidæ quantum ſatis eſt.

18 Purgatorium admirabile admodum, expertum torminibus, & periculo moleſtiaq; vacans. Piperis communis, cumini, aniſi, petroſelini, fœniculi ſeminis, apij, ammeos, epithymi, ſingulorum ℥. ß. Dacrydij. ℈. ix. Trita præbeto manè ieiuno. ℈. v. ß. aut ſex. ß. cum aqua tepida.

19 Purgatorium mirabile, valde expertum, torminibus carens & detrimento. Piperis communis, cumini, ammeos, colocynthidis, epithymi, ſingulorum. ℈. ix. Dacrydij. ℈. viij. Trita dantur manè ieiuno pondere. ℈. iij. aut. v. cum aqua tepida.

20 Purgatorium capitis errhinon, admodum probatum. Melanthij, ſalis ammoniaci, elaterij, ſingulorum, ℥. ß. Excipe ſicyonio oleo, & infunde naribus cochlearium vnum tepidum.

21 Purgatorium ſinus ſordidos glutinans, primò enim carnem expurgat, & poſtea coaleſcere facit, & glutinat. Sylueſtris ficus ramorum cortices cultro modicè conſcinde, & conijce in oleum ſufficientis quantitatis. Coquito iuſto tempore, & vbi excolaueris, cortices abijcito. In oleum autem conijce ceræ modicum, vt vniri queāt per piulcum. Vbi vnita fuerint, extrinſecus impone pannum craſſum, quem obturatum & lana tectum alligato. Primò quidem ſic purgat, vt corrupta membranarum excernat.

FINIS.

## INDEX CATAPLASMATVM.

*Cataplaſma ad oculos motos, mirabile.* 1
*Cataplaſma ad dolores oculorum, probatum.* 2

*Cataplaſma ad carbunculos oculorum,& totius corporis.* 3
*Cataplaſma ad carbunculos & ſtrumas.* 4
*Cataplaſma iocinoris,expertum.* 5
*Cataplaſma iocinoris,ſtomachi & hypochondriorum.* 6
*Cataplaſma ad duritiem iecoris.* 7
*Cataplaſma dyſentericis idoneum,admodum bonum.* 8
*Cataplaſma ad ſtomachicos, lienoſos, iocineroſos, & viſcerum cauſas.* 9
*Cataplaſma ad cœliacos,& dyſentericos,probatum.* 10
*Cataplaſma ad pleuriticos,valde efficax.* 11

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI, DE CATAPLASMATIS, SECTIO Vigeſima nona.

CATAPLASMA ad oculos motos, mirabile. Croci opij, ſingulorum. ʒ.ß. Caſtorij.ʒ.ß.gran.vij.Meliloti.ʒ.j. Micarum ſiliginei panis maceratarũ in paſſo.℥.j. Ouorum aſſatorum vitellum.j. cum dimidio: excipe ſucco fœnigræci,& vtere.

Cataplaſma ad dolores oculorum,probatum. Roſarum aridarum.ʒ.ij. Opij, croci, ſingulorum.ʒ.ß. Excipe cum decocto mellis ſufficiente. 2

Cataplaſma mirabile ad carbunculos in oculis, & toto corpore factos. Meliloti, roſarum, ſingulorum. ℥.j. Tuſa coquito in aqua plurimùm. Dein coniecta in mortarium, contere diligenter,& commiſce vitellos ouorum elixorum, & modicum olei roſacei, vt emplaſtri formam acquirat, & tenui panno illitum imponito. Hoc dolores mitigat & refrigerat, item duritias & inflammationes carbunculorum diſſoluit. Poſtea illine paſtillum de halicacabo cum vino & croco: ita enim multoties ſum vſus. 3

Cataplaſma ad carbunculos,& ſtrumas,expertũ. Seminis cardamomi, farinæ fabaceæ, coquito cum ſtacte, & illinito folijs braſsicæ,& vtere. 4

Cataplaſma iocineris expertũ,admodũ bonũ. Abſinthium tuſum & cribratum coquito benè cum melle attico, & illitis vtere. 5

Cat

6 Cataplaſma è myrobalano, ad iocineroſos, ſtomachicos & hypochondriacos. Myrobalani celtici, aſari, xylobalſami, iridis, cyperi, ſing. ℥.ß. Fecis Aſcalonis, aut ſyriacæ ſapæ, aut olei nucum, quod ſatis eſt: excipe & illine.

7 Cataplaſma ad duricies iocineris, expertũ. Semẽ lini ꝓbè tuſum, & cribro trãſmiſſum, coquito ad cõſiſtẽtiã, & illine.

8 Cataplaſma dyſentericis vtile, valde bonũ. Acacię. ℥.j.ß. Gallarum. ℥.j. Polentæ. ℥.iij. Mannæ thuris. ℥.j. Myrti aridæ. ℥.iij. Roſarum ſiccarum. ℥.j. Rhois ſyriaci, exagia. iiij. ß. Aluminis ſciſsilis. ℥.ij. Rubi ſummitates. Coquito cum vino odorato ſufficienti, & vtere.

9 Cataplaſma Artomeli, ad ſtomachicos, lienoſos, iocineroſos, & cauſas viſcerũ. Meliloti, menſurã vnã. Aniſi, ſeminis apij, ſingulorũ. ℥.j. Seminis fœniculi. ℥.ß, ʒ.ij. Maſtiches. ℥.j.ß. Comæ abſinthij, exag. iiij.ß. Panis aridi in vino & melle prius tribus diebus macerati. Oenãthes aridæ. ℥.ij. Hæc irrigato probè, atq; adijce vini odorati, quod ſatis eſt, & vtere.

10 Cataplaſma ad cœliacos, & dyſentericos, expertum. Succi acaciæ, & hypociſtidis, myrti baccarum aridarum, roſarum, ſidiorum, balauſtiorum, gallarum, œnanthes aridę, oſsium palmularum, farinæ orizæ, panis aridi probè vſti, cumini, maſtiches. Redactis ſingulis in puluerem, excipe cum fece colata, aut vino bono odorato, & confecto vtere in ſtomacho, & ventre, & lumbis, & ſuprà. Eſt enim probatum. Adijce illi ſuccum vtriuſque plantaginis.

11 Cataplaſma ad pleuriticos, valde efficax. Cypariſsi folia viridia cõtuſa, & adipi ſuillo recẽti commixta, ad emplaſtri formam redige, & illita pãno ijs vtere. Igni hoc ipſum adhibere oportet, nec concedendus eius vſus, niſi calidum ſit.

FINIS.

## INDEX CERATORVM.

*Ceratum ad ſcabiem & feruentes puſtulas, pudenda glutinans.* 1
*Ceratum Sancti Ioannis euangeliſtæ, ad omnem duritiem, & ſingula mala.* 2
*Ceratum ad omnem phlegmonem, & vehementem dolorem mediarum corporũ partium, duritiem, atq; alia.* 3
*Ceratum ad omnem duritiem & diſtinctionem, probatum.* 4
*Ceratum omnem diſſoluens duritiem, expertum.* 5

*Ceratum mitigans vſtiones, & eryſipelata.* 6
*Ceratum ad exacerbationes podagricas, & arthriticas mirabile.* 7
*Ceratum ad eryſipelata, & vlcera phlegmone obſeſſa, canceroſa, & alia.* 8
*Ceratum ad eryſipelata, vlcera ſerpentia, carbunculos, & omnis generis vſtiones.* 9

# NICOLAI MYREPSI

## ALEXANDRINI, DE CERATIS, SECTIO TRIGESIMA.

CERATVM myrteum, ad ſcabies, feruẽtes puſtulas, & pudenda glutinans. Lithargyri, ceruſſæ, plumbi vſti, ſingul. ℥. ß. Ceræ puræ. ℥. ij. ß. Olei myrtini. ℥. iiij. 1

Ceratum ſancti Ioannis euangeliſtæ, per 2
viſionem illi manifeſtatum. Confert ad omnem duriciem, ac omne malum, lienes, mammas mulicbres à lacte induratas, ſtomachum phlegmone obſeſſum, bubones, furunculos, coxarum dolores, & omnem dolorem, in quacunq; corporis parte fuerit, ad abſceſſus. Aut enim exprimit & vacuat ſine ſectione, aut rũpit. Vacuat, glutinat, & curat. Nitri alexandrini. ℥. ß. Olei, ceræ, reſinæ pineæ, ſingulorum ℔. ß. Alliorum, vaginas. xij. Sauinæ. ℥. ij. Oleũ, cera, & reſina coquuntur ſimul: iniectis autem allijs in vaſculum coquuntur, donec exareſcant vehementer. Dein autem ſublatis & abiectis illis, colatur quod decoctum eſt. Poſtremum nitrum tritum additur. Inijcitur verò etiam de manna ſancti Ioannis quantum teneri poteſt tribus digitis, dicendo, in nomine patris, & filij, & ſancti ſpiritus. Liquabilibus itaque iam coactis & compactis, inijce nitrum tritum, ſpathaq; moueto, & vtere in nomine Domini, Amen.

Ceratum mitigans dolorem, & omnem phlegmonem, 3
doloremq; mediarum corporis partium, ac duriciem, ad dolentes articulos, podagras, & neruorum diſtenſiones. Inijcitur etiam colicis, & vteri malis. Prodeſt ijs qui ex morbo extenuati ſunt, & ſiccum habentibus corpus, febricitantibus cum oleo dulci, vacantibus febre cum nardo,

do celtica ſolutum. Ad carbunculos, toti corporis illitum. Recuperat enim vires,& reficit. Aſſumitur etiam ad peſſos. Adipis anſerini, ſuilli,caprini, taurini, medullæ ceruinæ,ſingulorum,lb.ß.Butyri boni,terebinthinæ,œſypi,ſingulorum.℥.ij.Ceræ,pineæ reſinæ,ſingulorum.℥.iij. Confectum rectè reconde,& vtere.

4 Ceratum è ſucco fœnogræci, ad omnem duritiam, & diſtenſionem laudatum. Olei fœnigræci, lb.j. Ceræ.℥.ij. Terebinthinæ, œſypi, ſingulorum.℥.j.ß. Fœnumgræcum vna antè hora macerato in aqua, & admiſcēdo oleum coquito.

5 Ceratum è ſolano,æſtus mitigans,& eryſipelata. Succi ſolani.℥.iij.Ceræ puræ.℥.iiij.ß.Ceruſſæ, lithargyri, plumbi,ſingulorum.℥.ij.Olei roſacei.℥.iiij.Adipis ſuilli recentis.℥.iij.Aceti parum, vtere.

6 Ceratum ad exacerbationes podagricas, & arthriticas: nam ægrotantibus dolorem abigit. Non ſinito ante triduum decidere. Olei communis, ceræ puræ, ſingulorum,lb.ß.℥.iij.Corticis radicis verbaſci,rutæ tenerum ramorum, ſingulorum.℥.j.ß. Cypariſsi pilulas.iiij.ß. Aquæ marinæ, quod ſatis eſt. Tuſa cum oleo & aqua marina conijcito in ollam nouam, & coquito, donec marina remaneat. Moueto autem virgula laurina. Deinde etiam liquato ceram,& probè confecto vtere.

7 Ceratum diſſoluens omnem duritiam,expertum. Adipis,ceræ,reſinæ pineæ,ſing.℥.iij.Picis aridæ butyri, ſin.℥.ß.ʒ.j.Medullæ ceruinæ.ʒ.ij.Coquito vt ceratū,& vtere.

8 Ceratum mirabile ad eryſipelata, ſenum podagras,vlcera phlegmone obſeſſa,& canceroſa: item pudendorum,ſedisq; calidos dolores, in anteriore parte tibiæ facta vlcera ſenilia,& deſquamationes. Scoriæ plumbi,ceruſſæ, ſucci ſolani,ceræ puræ,olei roſacei,ſingul.lb.ß.

9 Ceratum aliud è ſolano ad eryſipelata, herpiſtica, carbunculos,& omnis generis vſtiones. Plantaginis maioris, ſeridis,& ſolani ſuccorum, ſingulorum, cyath.ij. Succi lactucæ,cyath.ij.ß.Lithargyri,ceruſſæ,ſingulorum.℥.ß.Scoriæ plumbi,ſulphuris ignem non experti,ſingulorum.℥.ij.ß. Aluminis ſciſsilis, thuris, ſingulorum.℥.j.ʒ.ij. Ouorum nouem alba.Ceræ.℥.v. Adipis ſuilli.℥.v.partem.iiij.

Liquabilia fundito, & arida terito validè, recondito, & vtere.

FINIS.

## INDEX CATAPLASMATVM, colicorum, & cephalicorum.

*Cataplaſma ad colicos, & inteſtinorum cruciatus.* 1
*Cataplaſma ad colicos probatum.* 2
*Colicorum potio probata.* 3
*Colicos confeſtim dolore liberans.* 4
*Colica Croce, admodum mirabilis.* 5
*Colica inunctio Eſdra, flatus educens.* 6
*Colica antidotus, quæ ad Alypium medicum refertur.* 7
*Cyphion ſacerdotale, ad dolorem capitis, hemicraniam, & vigilias.* 8
*Cyphion aliud, probatum.* 9
*Calamum in quamcunq; corporis partem infixum eÿciens.* 10
*Cauſticum vua, probatum.* 11
*Crocomagmatis confectio probata.* 12
*Crocomagmatis alia confectio.* 13
*Commagem confectio valde vtilis.* 14
*Capitis alopecias, aut impetigines ſanans.* 15
*Capitis vnctio laudata.* 16
*Caput dolentibus ſomnum concilians, probatum.* 17
*Capitis dolorem calidum ſedans.* 18
*Caput dolentibus, ſomnum inducens.* 19
*Capitis dolorem confeſtim ſedans.* 20
*Caput vehementer dolentes iuuans, & reſolutos.* 21
*Caput purgans errhinon, probatum.* 22
*Crocidæ confectio ad colicos.* 23
*Caput purgans ſternutatorium laudatum.* 24
*Catapotia, ad dyſentericos mirabilia.* 25

# NICOLAI MYREPSI
## ALEXANDRINI, DE CATAPLASMATIS COLICORUM & CEPHALICORUM, Sectio Trigeſima prima.

CATAPLASMA ad colicos, & inteſtinorũ cruciatus. Piperis cõmunis, baccarũ lauri decorticatarum, ſeminis rutæ ſylueſtris, cumini, ſingulorũ. ℥.ß. 1
Tund

Tundantur & cribrentnr. Eſt enim expertũ,& probaum.

2 Cataplaſma ad colicos,probatum. Farinæ fœnigræci.℥. iij.Farinæ baccarum lauri,maſtiches,terebinthinę,ſing.℥. j.ß.Trita coquito cum mulſi cochl.j.& impone.

3 Colica potio probata.Fructus herbæ cynorhodi facaridos,& reconde.Vſu exigẽte dato cochlearium dimidium, cum vino temperato tepido diebus tribus manè ieiuno. Confert etiam pueris ramice inteſtinorũ laborantibus,datum diebus.xv.alternatim.Geſtet verò deligationem.

4 Colicos confeſtim dolore liberans.Succi braſsicæ,cyath. j.ß.Vini veteris.℥.j.ß.Comixta & calefacta dato bibenda ieiuno.

5 Colica Croce admodum mirabilis.Vtere in ijs colicis in quib.metus eſt ne à medicamentis epotis lædatur ſtomachus,& in quibus ea quæ ſumuntur,euomuntur. Dolorem etiam ſedat,ſi lana exceptam inuolutamq; fabæ ægyptiæ magnitudine in interiora ſedis imponamus. Habeat autẽ, lana fimbriam marginẽue extra anum propendentem,vt poſtquam dormire incipiat æger,medicamẽtum amoueamus,per marginem extrahentes . Mulieribus in pudẽdum imponitur. Non enim ſolum coli infeſtationes ſoluit, ſed etiam in omni dolore eſt neceſſarium. In viligantib.quoq; eſt probatum.Opij,caſtorij,ſing,ʒ.iiij.Myrrhę,nitri,ſing. ʒ.j.ß.Cyclamini.ʒ.j.Foliorum rutæ.ʒ.vj. Tuſa probè excipe melle attico,& reduc ad cerati craſsitudinẽ,ac vtere.

6 Colica vnctio Eſdra,flatus educens.Foliorum rutæ viridium,nitri,cumini. Tuſa irrigato cum melle attico,vt ſordium craſsitudinem acquirant,& inunge interiora ſedis.

7 Colica antidotus,quam accepi ab Alypio medico. Data autem ter menſe in ipſis exacerbationibus perfectè malum ſanat.Per hanc enim matrem ſuam prorſus curauit ab eo morbo,& multos alios. Aniſi,caſiæ,myrræ, opij,ſing.℥.ß. Seminis apij.℥.j Petroſelini,piperis albi, ſing.℈.ix.Piperis longi,caſtorij,croci,floris iunci odorati, ſpicæ nardi,ſing. ℈.vj. Tuſa & cribrata excipe melle attico cũ aqua tepida, ʒ.ß. Robuſtioribus exag. j. ß. Imbecillioribus triobolum in ipſis exacerbationibus. Potentibus præbeto alternis, & à ſumptione iube vt deambulent. Non validos iube vomere.Mirabiliter facit ad teneſmum,& ileoſos.

Cyphion ſacratum magnum ex ſeptuaginta duabus 8
ſpecieb. probatum, & mirabile, ad capitis & hemicranij do
lores, atque vigilias. Suffitum autem, omnem impurũ abi-
git ſpiritum. Facit etiam ad inuidiam, & omnẽ idignatio-
nem. Thuris maſculi, euphorbij, ſaroa, peucedani, myro-
balani, granorũ iuniperi magnorum & paruorum, chartæ
vſtæ, carpeſij, maſtiches, lapidis gagatis, caſtorij, gentianæ,
terebinthinæ, ſing. ℈ iij. Coſti, folij, dictami cretenſis, ca-
ryophylli, ſpicæ nardi, pinearum vſtarum, bdellij, croco-
magmatis, pyrethri, mei nucis indicæ, corticis mandrago-
ræ, ſtyracis ſing. ℈. iiij ß. Nitri, bituminis iudaici, artemi-
ſiæ monoclones, celticæ, amomi, caſiæ, cardamomi, xylo-
caſiæ, ligni caryophyllorum, xylobalſami calami odorati,
ariſtolochiæ longæ & rotundæ, ladani, aſari, ſeſelis. ammo-
niaci thymiamatis, pilularum cypariſsi, ſtruthij, meliloti,
glycyrrhizæ, gummi, ſin ℈. vij. ß. Floris iunci odorati, ſa-
uinæ, muſci herbæ, aſpalathi, helenij, cyperi, iridis, roſarum
aridarum, zingiberis, verbenacæ, vnguium indicarũ, lem-
nij ſigilli, opobalſami, ſing. ℈. ix. Seminum pinearum. ℥. ß.
Seminis fœniculi. ℈. iij. Croci. ℈. j. ß. Zarnaba. ℈. iiij. ß.
Palmularum pinguiũ, caricarũ pinguium, vuarũ pinguiã
exẽptis vinaceis, ſin. ℥. j. ß. Tuſa & cribrata arida excipe cũ
humidis, dein irrigato cum vino bono & melle attico ſuffi-
cienti, & ſubactis omnibus, finge paſtillos, & exciccato in
vmbra, reconde, & vtere vt probato, gratia Dei.

Cyphion mirabile ex. xxvij. ſpeciebus. Aſpalathi, bdel- 9
lij, helenij, ſtyracis, ladani. ſingul. ℥. ß. ʒ. j. Roſarum arida-
rum. ℥. j. ß. Pyrethri repurgati, cardamomi, Sphagni, ſing,
exa. vij. ß. Radicis aſphodeli, ſauinæ, croci, ſin. ℥. j. Seminis
cypariſsi, folij, nucum pinearum, purgatarũ, folij, celticæ,
ſing. exag. iiij. ß. Spicæ nardi, caſiæ, coſti, floris iunci odo-
rati, ſingulo. ℥ ß. Baccarum iuniperi magnarum & parua-
rum, ſing. xiij. Terebinthinę. ℥. iij. Vuę exemptis vinaceis,
caricarum pinguium, ſingul. ℔. ß. Carnis palmularum, ℥.
iij. Mulſi quod ſatis eſt.

Calamum infixum ex quacunque corporis parte edu- 10
cens. Pteris radicem, quæ Romanis vocatur filix, tuſam
& cribratam madefacito cum adipe ſufficienti, & impo-
ne deſuper, extrahit ipſum. Si verò non præſto ſit, radi-

cem

rem calami vrito, & frixam cum picino oleo, illine noctem & diem.

11 Cauſticum vuæ probatum. Calcis viuæ, ſaponis gallici, ſinapi. ℥. ß. Protoſtacti, quod ſatis eſt. probè parato vtere.

12 Crocomagmatis confectio probata. Croci, glaucis, roſarum aridarum, myrrhæ, aloes, amyli, gummi, thuris, vini boni. Fac paſtillos, excicatos in vmbra reconde in vaſe, & vſu poſcente dato.

13 Crocomagmatis alia confectio, admodũ bona. Croci. ℥. vj. Roſarum viridiũ. ℥. iij. Gummi. ℥. j. Vini odorati, quod ſatis eſt. Fac paſtillos, exicca in vmbra, & vtere.

14 Comageni confectio, admodũ vtilis. Cardamomi, abrotoni, baccarũ lauri, terebinthinæ, meliloti, opopanacis, florũ iunci odorati, ſing. ℥. j. Mellis attici, lb. ß. Ceræ albe. ℥. j. ß. Olei boni, lb. ß. Vini odorati, ſext. ß. vtere.

15 Capitis alopeciam, & impetigines ſanans. Piperis cõmunis, muſcerdarum, ellebori albi, ſingulo. ℥. j. ß. Excipe aceto acerrimo, & redige ad ſordium craſsitudinem, ac vtere.

16 Capitis vnctio probata. Croci, myrrhæ, ſing. ℥. ß. Crocomagmatis. ℥. iij. Foliorũ lauri. ℥. v. Vini quantu ſufficit.

17 Caput dolentibus ſomnum concilians, probatum. Similaginis puræ, abſinthij, mannæ, ſing. ℥. ß. Albi ouorũ; quod ſatis eſt. Impone fronti.

18 Capitis dolorem vehementer calidum ſedans. Succi pſyllij, aut ipſum pſyllium terito cum roſaceo ſufficienti, & reduc ad ſordium craſsitudinem. Inunge tempora, & frontem.

19 Caput dolentib. ſomnum inducens, vtile. Opij. ℈. j. Tritum irrigato cum lacte muliebri, & imbue ex eo tomẽtum. Appone ano, temporibusq; ægrotantis, & dormiet. Hoc in colicis etiam admodum laudatum eſt.

20 Capitis dolem confeſtim ſedans. Hederam contunde immaturam: & vbi probè contuderis, per linteum exprime ſuccum, eoq; irrigato nares, & frontem cum roſaceo tepido Eſt probatum.

21 Caput dolentibus. & febribus conferens. Scordium herbam viridem terito ſufficienter, & admiſce mannæ, & aceti quod ſatis eſt, finge paſtillos. Vſu poſtulante, diſſoluæ eum aceto, & vtere in fronte,

Crocidæ confectio mirabilis ad colicos. Dolorē enim 22
cōfeſtim ſedat. Educit etiā ſtercus induratū. Corticis man
dragoræ, cardamomi, ſing. ℥.j. Opij. ʒ.ij.ß. Caſtorij. ʒ.j.ß.
Cyclamini. ʒ.ß. Trita, excipe melle attico, aut felle tauri-
no, & imbuito eo floccos, anoq; imponito.

Caput purgans errhinon, laudatum. Sanat capitis do- 23
lores diuturnos, & hemicraniam, vertiginoſos, & oculorū
grauitates, aut grauitate auditus laborātes, ſi eo in balneo
vſus fueris in * laconico, ſcilicet, aut in ſole, attrahendo na
ribus puluerem. Ellebori albi, ſtruthij, piperis albi, cumini
æthiopici, ſing. ʒ.ij. Tuſa & cribrata dato vſu poſtulante.

*ξυροπρία malè pro ξυροχυρία ſcriptum erat in Nicolai codice manuſcripto.*

Sternutatorium capitis purgatorium, laudatum. Ca- 24
ſtorij, piperis albi, ſtruthij, ellebori albi, ſingulo. ʒ.ij. Trita
excipe naribus.

Catapotia è ligno maceris, ad dyſenterias, mirabile. 25
Opij, ligni maceris, rhei, ſin. ℈.vj. Gallarum, myrrhæ, ſing.
℥.j. Trita excipe vino paſſo, & fac catapotia, vtere pro ar-
bitrio.

FINIS.

## INDEX PILLVLARVM.


*Pilulæ purgantes ad dolorem ventris & ſtomachi.* 1
*Pilulæ ad dolorem ventris & ſtomachi.* 2
*Pilulæ ad capitis dolorem, hebetudines & pterygia.* 3
*Pilulæ ad reſolutos, arthriticos, morbo comitiali laborantes, & apoplecticos.* 4
*Pilulæ ad dyſentericos & cœliacos.* 5
*Pilulæ ſub lingua, ad aſthmaticos, arthriticos, tuſsientes, & alios.* 6
*Pilulæ ad arthriticos, pituitoſos, melancholicos, podagricos, nephriticos, & veſicæ mala.* 7
*Pilulæ ad quartanas, valde bonæ.* 8
*Pilulæ ex quinque myrobalanis.* 9
*Pilulæ ad ſtomachum frigidum, & pituitoſum. Purgant etiam putridos humores.* 10
*Pilulæ ad ſtomachicos & lienoſos.* 11
*Pilulæ ad vitium oris & gingiuarum, ſtomachi, & capitis, purgant etiam medullam.* 11
*Pilulæ ad podagricos, valde probatæ.* 13
*Pilulæ ad arthriticos, probatæ.* 14


Pilu

*Pilulæ ad eos qui vrinæ ſtillicidio laborant, & ad calculoſos, mirabiles.* 15
*Pilulæ coctionem iuuantes ſtomachi, & purgantes caput.* 16
*Pilulæ ab Italis vocatæ Succocitrinæ, valde probatæ.* 17
*Pilulæ ad vitioſum totius corporis colorem, & ad ſtomachicos.* 18
*Pilulæ ad capitis purgationem, & vitioſos humores, eosq́; qui comitiali laborant morbo.* 19
*Pilulæ purgantes corpus ab omni humore.* 20
*Pilulæ ad concoctionem, & bonum colorem.* 21
*Pilulæ ad dolores dentium à frigiditate ortos, mirabiles.* 22
*Pilulæ ad omnem fluxionem capitis, pectoris & pulmonis.* 23
*Pilulæ ad cœliacos, & dyſentericos.* 24
*Pilulæ purgantes, è cinamomo.* 25
*Pilulæ ad hepaticos, lienòſos, ſtomachicos, caput dolentes, & deſtillatione laborantes.* 36
*Pilulæ ad lienoſos, melancholicos, pituitoſos, & quartana correptos.* 27
*Pilulæ ex epithymo, purgantes.* 28
*Pilulæ è Sena ſtomacho gratæ.* 29
*Pilulæ purgantes.* 30
*Pilulæ ad iocineroſos, lienoſos, & omne ſtomachi malum.* 31
*Pilularum communium confectio admodum laudata.* 32
*Pilulæ ad capitis dolorem è ſtomacho natum.* 33
*Pilulæ Chryſaphij medici, admodum probatæ.* 34
*Pilulæ è roſis, valdæ laudatæ.* 35
*Pilulæ ad omnem diuturnam tuſſem, & pus educentes, inq́; tribus horis vtilitatem oſtendentes.* 36
*Pilulæ ad deſtillatione laborantes, & tuſſientes.* 37
*Pilulæ ad tuſsientes, tabidos, & arteriacos.* 38
*Pilulæ ad tuſsientes, & deſtillatione laborantes.* 39
*Pilulæ ad tuſsientes, ſuppuratos, & acrem ac tenuium partium fluxionem.* 40
*Pilulæ ad tuſsientes, ſtomachicos, & deſtillatione laborantes.* 41
*Pilulæ ad tuſsim, & deſtillationes probatæ.* 41
*Pilulæ ad tuſsientes neceſſariæ.* 43
*Pilulæ ad deſtillationes & inſuperabiles è capite ſtillationes* 44
*Pilulæ ad tuſsientes, & ſpuentes ſanguinem.* 45
*Pilulæ ad deſtillationes à capite factas in aſperam arteriam, & in gurgulionem.* 46

Pilu

*Pilulæ ad deſtillationes vtiles.* 47
*Pilulæ ad tuſsientes admodum excellentes.* 48
*Pilulæ ad cœliacos,& lientericos.* 49
*Pilulæ admirabiles,vt prædictæ.* 50
*Pilulæ dyſentericæ Aſclepiadis.* 51
*Pilulæ ad dyſentericos,& vigilantes.* 52
*Pilulæ ad dyſentericos,potiſsimùm verò ad lientericos.* 53
*Pilulæ,vt prædictæ,probatæ.* 54
*Pilulæ aliæ admodum nobiles.* 55
*Pilulæ è thure,vt præcedentes.* 56
*Pilulæ ad dyſentericos & lientericos,probatæ.* 57
*Pilulæ ad eos qui malo corporis habitu præditi ſunt, & hydropicos.* 58
*Pilulæ ſimiles prædictis.* 59
*Pilulæ ſimiles.* 60
*Pilulæ ad reſolutos,& trementes.* 61
*Pilulæ ſimiles dictis.* 62
*Pilulæ ad trementes expertæ,valde bonæ.* 63
*Pilulæ ad trementes,opiſthotonicos & reſolutos.* 64
*Pilulæ ad opiſthotonicos,& trementes.* 65
*Pilulæ ad trementes,ſimiles.* 66
*Pilulæ purgantes flauam bilem,nigram,& pituitam.* 67
*Pilulæ è quinque ſpeciebus nominatæ.* 68
*Pilulæ probatæ,è quatuor ſpeciebus.* 69
*Pilulæ aliæ Alipiadis vocatæ.* 70
*Pilulæ purgantes pituitam & caput.* 71
*Pilulæ ducentes omne ſtercus induratum & bilem.* 72
*Pilulæ ventrem emollientes,& ſtomachum non ſubuertentes.* 73
*Pilulæ ventrem ſubducentes,mirabiles.* 74
*Pilulæ ad cœliacos, dyſentericos, ſanguinem ſpuentes, & defluxione ſtomachi laborantes.* 75
*Pilulæ nominatæ Allectoriæ.* 76
*Pilulæ ſubducentes ventrem,& vtiles,ad ſtomachicos.* 77
*Pilulæ ſoluentes ventrem,probatæ.* 78
*Pilulæ purgantes pituitam.* 79
*Pilulæ dictis ſimiles.* 80
*Pilulæ ſtomacho accommodatæ laudatæ.* 81
*Pilulæ vomitoriæ,probatæ.* 82
*Pilulæ ad iocineroſos,& lienoſos, & ſtomachicos.* 83

Pilu

*Pilulæ communes appellatæ.* 84
*Pilulæ ad calculos veſicæ.* 85
*Pilulæ aquam educentes.* 86
*Pilulæ Oribaſij, ad diuerſos morbos.* 87
*Pilulæ purgantes ſtomachum.* 88
*Pilulæ purgantes pituitam, & ad iſchiadicos, & lienoſos vtiles.* 89
*Pilulæ ad arthriticos, ſtomachicos, nephriticos, & dolentes caput vtiles.* 90
*Pilulæ purgantes, admodum bonæ.* 91
*Pilulæ quinq; ſpecierum, purgantes pituitam.* 92
*Pilulæ vomitoriæ, valde bonæ.* 93
*Pilulæ iecorariæ, ſtomachicæ & lienares.* 94
*Pilulæ ſtomachicæ, admodum mirabiles.* 95
*Pilulæ ſtomachicæ, ex abſinthio.* 96
*Pilulæ Pauli, purgatoriæ.* 97
*Pilulæ ad ſtomachicos, colicos. nephriticos, & inflatos.* 98
*Pilulæ ad inflationem ſtomachi, lienis, & duritiem viſcerum, atq; colicos.* 99
*Pilulæ purgantes, magiſtri Ioannis,* 100
*Pilulæ purgantes ſtomachum & caput.* 101
*Pilulæ ad deſtillationes, mirabiles.* 102
*Pilulæ ad deſtillationes, arthriticos, podagricos, neruorum incontinentiam, & defluxionum mala.* 103
*Pilulæ purgantes caput, viſcera, vterum & totum corpus.* 104
*Pilulæ ad omnes deſtillationes, mirabiles.* 105
*Pilulæ ad deſtillationes, defluxionum mala, & podagricos.* 106
*Pilulæ omnibus dandæ, mirabiles.* 107
*Pilulæ ad ſtomachicos, colicos, & inflatos.* 108
*Pilulæ purgantes caput, ſtomachum, viſcera, inteſtina, vtiles quoque inteſtinorum cruciatibus, & nihil appetentibus.* 109
*Pilulæ ad eos qui non niſi recta ceruice & difficulter ſpirant, ac deſtillatione laborant.* 110
*Pilulæ ad ſtomachicos, lienoſos, nephriticos, iocineroſos, & caput dolentes.* 111
*Pilulæ ad arthriticos, probatæ.* 112
*Pilulæ ad arthriticos & omnem fluxionem à craſſis & lentis humoribus in ſtomacho factam.* 113
*Pilulæ ad arthriticos, podagricos, & neruorum incontinentiam.* 114

Pilulæ

Pilulæ ad iocineroſos, lienoſos, deſtillationes, & arthriticos. 115
Pilulæ ad diuerſos morbos. 116
Pilulæ ad elephantiacos, mirabiles. 117
Pilulæ Aoriæ nominatæ ex meſue, probatæ. 118
Pilulæ ſomniferæ, & dolores mitigantes 119
Pilulæ ad arthriticos, mirabiles. 120
Pilulæ ad arthriticos, podagricos, & omne malum corporis. 121
Pilulæ ad arthriticos, podagricos, & deſtillatione laborantes. 122
Pilulæ ad deſtillatiine laborantes, dolentes caput, hemicranicos, lippientes, & neruorũ incontinentiam. 123
Pilulæ ſimiles dictis, pulcherrimæ. 124
Pilulæ ſimiles. 125
Pilulæ ad calorem iecoris, & dyſentericos. 126
Pilulæ ad omnia que ex capite in oculos & os veniunt. 127
Pilulæ ad arthriticos, iocineroſos, lienoſos, & omnes partes corporis defluxioni obnoxias. 128
Pilulæ ad arthriticos, podagricos, & omnia defluxionis corporis mala 129
Pilulæ ad melancholicos, probatæ. 130
Pilulæ ſimiles. 131
Pilulæ ad deſtillationes. 132
Pilulæ ad deſtillationes, purgantes. 133
Pilulæ ad difficulter, & non niſi recta ceruice ſpirantes, & alia mala. 134
Pilulæ ad quartanas. 135
Pilulæ ad iocineroſos, lienoſos, melãcholicos, caput & oculos purgãtes. 136
Pilulæ ad podagricos, arthriticos, iocineroſos, lienoſos, & muliebria mala. 137
Pilulæ ſimiles. 138

# NICOLAI MYREPSI.

## ALEXANDRINI DE CATA TAPOTIIS, SEV PILV lis. Sectio Triceſima ſecunda.

PILV

1 Pilulæ purgantes ad dolorem ventris, & ſtomachi. Hiere picræ Galeni.ʒ.x. Colocynthidis.ʒ.iij. Dacrydij.ʒ.ij.ß. Turpeti, ſticadis ſingulorum.ʒ.v. Trita in pollinem fermentato cum ſucco fœniculi, & finge pilulas. Præbeto dormituris pilulas ſeptem, vel nouem, vel vndecim.

2 Pilulæ ad dolorem ventris & ſtomachi. Roſarum aridarum.ʒ.vj.Glycyrrhizæ,nardi,ſingulorum.ʒ.iiij. Aloes flauæ.ʒ.iiij. Turpeti.ʒ.ij. Rhei barbari,exag.j. Dacrydij.℈.ij. Vini, quod ſatis eſt. Dantur dormituris pilulæ.vij.aut.ix.aut vndecim.

3 Pilulæ octo ſpecierum,ad dolorem capitis crebò infeſtãtẽ,hebetudinẽ,& [a] pterygia. Aloes flauę,dacrydij,ſin.ʒ.ij. Colocynthidis,epithymi,dauci,agarici,maſtiches,myrobalani,cepuli,abſinthij, ſingulorum.ʒ.j. Succi ſolani quantum ſufficere videtur. Dantur cubitum euntibus pilulæ.ix.aut vndecim.

[ a Ptcrygia.] *In manuſcripto codice malè πτερώματα, pro πτερύγια legitur. Quid verò ſit pterygium, alibi abundè explicauimus.*

4 Pilulæ è caſtorio ad reſolutos, arthriticos, morbo comitiali correptos,& apoplecticos. Dantur cũ aquæ calidæ.℥.j.ß.Sunt valde vtiles.Caſtorij,opij,croci,zingiberis, pyrethri euphorbij,lathyridis,ſucci braſsicę ſylueſtris,piperis albi,nigri,ſtaphidis agriæ,epithymi,ſpicæ, ſingulorum.ʒ.j. Succi betæ quod ſatis eſt. Dantur dormituris pilulæ.ix.aut.xj.

5 Pilulæ è baccis myrti,ad dyſentericos,& cœliacos.Baccarum myrti, balauſtiorum,foliorum mali punici,ſymphyti. ſanguinis draconis,boli armenij,acaciæ,hypociſtidis, roſarum,tartari nominati græcis [a] σφίκλη,rhois culinarij,rhois ſyriaci,croci galliæ moſchatæ.dictæ Net,gallarũ,cinamomi,ſpodij,maſtiches,gummi arabici,ſingulorum.ʒ.j.Opij,ʒ.ß. Succi myrti, & lentis quod ſatis eſt. Dentur pilulæ erui magnitudine.ix.aut.xj. cum ſtillaticio roſarum liquore.

[ a σφίκλη.] *In codice Nicolai corruptè ἀφίκλι ſcriptum erat.*

6 Pilulę linguę ſubditæ, [a] Magiſtri Orſoni,ad aſthmaticos,

arth

arthriticos, tuſsientes,& ſtomachi imbecillitatem, admodum probatæ. Seminum cucumerum, ſingulorum.℈.j.ß. Glycyrrhizæ.℈.ij. Succi glycyrrhizæ.℈.iij. Galãgæ, tragacanthæ, gummi arabici, ſingulorum. ℈.j. Zingiberis, iridis, ambaris, ſtyracis calamitis, margaritarum, ligni aloes, ſingulorum.℈.j. Cinamomi, caryophylli, nucis moſchatæ papaueris albi, bugloſsi, id eſt borraginis, ocimi, ſingulorũ. ℈.j. Penidiorum.℈.iij. Moſchi.gra.vj. Nucum pinearũ.℈.j. Stillaticij roſarum liquoris quod ſatis eſt, cui tragacantha intrita ſit. Fac pilulas quæ ſub lingua contineantur. Sunt enim probatæ ad dicta mala. Conferunt ſimiliter cardiacis, & non niſi recta ceruice ſpirantibus.

Bugloſ-ſũeſt borrago.

[ a Magiſtri Orſoni. ]. *Græcè eſt* μαΐστωρος ὀρσώνου *Neq; aliud has voces ab eo quod in conuerſione noſtra expreſsimus, ſignificare putamus.*

Pilulę è myrobalano, ad arthriticos, pituitoſos, melãcholicos, podagricos, nephriticos, & veſicæ mala à frigore facta. Turpeti, polypodij, agarici, hermodactyli, ſingulorũ. ʒ.x. Eſulæ, hoc eſt chamæpityos, ſenæ, lapidis [a] litzi, id eſt lapidis viridis, ammoniaci, ſaxifragi, roſarum, myrobalanorum, cepulorum, ſingul.ʒ.iij. Caryophylli, ſpicæ, zingiberis, croci, florum iunci odorati, fœniculi, apij, caroi, aſparagi ſeminum, ſeminis ruſci, ſalis gemmæ granorum ſolis, maſtiches, epithymi, myrobalani indici ſingulorum.ʒ.j. Aloes flauæ, dacrydij, quãtum omnium aliarum ſpecierum. Succi myrobalani empelitici quantum ſufficit. Finge pilulas, & præbeto pro viribus. 7

Eſula quid.

[ a Litzi. ] *Intelligit lapidem praſium, vel armenium, vt ſuprà copioſè demonſtrauimus.*

Pilulæ ad quartanas valde bonæ. Croci, origani, hyſſopi, rutæ, myrrhæ, epithymi, [a] ellebori nigri, colocynthidis, polypodij, agarici, florum iunci odorati, grani cnidij, aloes flauæ, ſingulorum.ʒ.iij. Succi braſsicę ſylueſtris, quod ſatis eſt. Detur pro viribus. 8

[ a Ellebori. ] *In codice Nicolai perperam* ἐλαινίου *pro* ἐλλεβόρου *ſcribitur.*

Pilulę de quinque generibus myrobalanorum.

Pilulæ è quinque myrobalanis. Quinque generum myrobalanorum: agarici, dracydij, colocynthidis, ſenæ, ſin.ʒ.ij.℈.j.ß. Epithymi, turpeti, aniſi, maſtiches, lapidis litzi, id eſt 9

eſt viridis, ſingulorum. ʒ.j.gran. xvj. Rhei barbari, exagium.j. Aloes flauę. ℥.ß. Succi fœniculi, quod ſatis eſt. Vſus earum eſt ad ſtomachicos, melancholicos, lienoſos, & inflatos. Dantur pro viribus pilulæ. ix.aut.xj.aut.xiij. aut.xv. Prodeſt etiam ad duriciem viſcerum.

20 Pilulæ aromaticæ ſiue odoratæ, Ioannis Damaſceni, ad ſtomachum frigidum, & pituitoſum, dolentemq́;: purgant enim hunc omnino. Pariter & humores putridos. Purgant quoque medullam. Sunt etiam vtiles deſtillatione laborantibus. Calami odorati, cardamomi, hoc eſt cubebę, nucis moſchatæ, maceris, cinamomi, ſpicæ, carpobalſami, floris iunci odorati, maſtiches, aſari, caryophylli, ſingulorum. ℥.ß. Croci, gran.xv. Tritis ijs, adijce aquæ lb. ſex, & benè coquito, donec dimidium relictũ fuerit. Dein accipe ex ipſa aqua lb.j.℥.ij.ac conijce in eam trita & cribrata benè eiuſmodi, aloes flauæ ℥.ij.ß. Myrrhę.ʒ.ß. Sine, donec ad conſiſtentiam pegmatis veniant. Finge pilulas, & præbeto.ʒ.iij.cum vino tepido dormituro.

Cardamomum quid.

21 Pilulæ è Sena, ad ſtomachicos, lienoſos, purgantes & confirmantes. Senæ, epithymi, cuſcutæ, lapidis cyanei, hoc eſt cærulei, lapidis armenij, hoc eſt lapidis viridis, & lapidis lazuli, centaurij, ligni aloes boni, lapidis [a] litzi, bdellij, ſingulorum.ʒ.j. Polypodij, agarici, turpeti, hermodactyli, chamædryos, ſingulorum.℥.j.ß. Fœniculi, apij, petroſelini, aſparagi, & ruſci ſeminum. Seminum cucumerum, ſingulorum.℈.j. Myrobalanorum quinq; generum, ſingulorum.ʒ.j. Cyperi, cardamomi, carpobalſami, cinamomi, folij, ſpicæ, galangæ, zingiberis, nucis moſchatæ, caryophylli, roſarum, ſingulorũ.℈.j. Rhei barbari.℈.j. Aloes flauæ, quantum omnium aliarum ſpecierum. Succi fœniculi & abſinthij, quod ſatis eſt. Dãtur pro viribus. Sunt valde vtiles ad omnem melancholicum affectum.

[ a Litzi. ] *Pro lapid: praſio ſumitur. Et ex hoc loco ſuſpicio eſt, litzi pro praſio magis, quàm armenio eſſe ſumendum.*

22 Pilulæ aliæ Ioannis Damaſceni ad ſtomachum, caput, vitium oris, & gingiuarum. Purgat etiam medullam, & efficit vt homo acutè videat: & humores educit qui è capite in ſtomachum delabuntur. Calami odorati, cinamomi, cubebę, nucis moſchatæ, maceris, carpobalſami, floris iunci

odorati,maſtiches,aſari,caryophylli,ſingulorum.℥.j.Cro-
ci.ʒ.iiij.ß.Trita coquito,cum ſtillaticij roſarũ liquoris bo-
ni ℔.xij.donec remaneant ℔.iiij.Dein accipe è iure deco-
cti.℥.xxix.Adijce illi, aloes flauæ.℥,v. Myrrhæ puræ.ʒ.j.
Sine vt exiccẽtur in vmbra,quo ad inde pilulę fingi queãt.
Vſu exigente,præbeto.ʒ.iij.cũ vino feruido dormituris.

Pilulæ ad podagricos,valde probatæ. Turpeti, hermo- 13
dactyli,ſingul.℥.iij. Myrobalani indici, cepuli, & citrini,
agarici,colocynthidis,aniſi,caryophylli, ſpicæ, zingiberis,
ſaxifragi,piperis longi,ſeminis apij,& dauci, roſarũ, amo-
mi,ſalis gemmæ,maſtiches,grana ſolis,carnabadij,ſeminis
aſparagi,& fœniculi,ſingu,ʒ.j.Aloes flauæ.ʒ.j.Dacrydij.
ʒ.ij.Succi abſinthij, quod ſatis eſt. Finge pilulas, datoq;
dormituris.xj.vel.xiij.vel.xv.pro viribus.

Pilulæ probatæ ad arthriticos,admodum bonæ. Am- 14
moniaci,anacardij,anethi,agarici,aniſi,ſcordij,ligneæ ca-
ſiæ,ellebori nigri,cyperi,polypodij,colocynthidis,hermo-
dactyli,maſtiches,opopanacis,helenij,turpeti, ſingul.ʒ.ij.
Aloes flauæ, quantum omnium aliarum ſpecierum. Succi
abſinthij,quod ſatis eſt, Finge pilulas,præbeto cubitũ itu-
ris.xiij.aut.xv.aut.xvij.pro viribus.

Pilulæ ad eos qui ſtillicidio vrinæ laborant,& calculoſos 15
mirabiles. Cinamomi,coſti,xylocaſiæ,ariſtolochiæ lon-
gæ,& rotundæ,helenij,cẽtaurij,ſeminis apij, ſingulorum.
℈.ij. Aniſi,maſtiches,ſingulorum.ʒ.j. Chamædryos, zin-
giberis, ſeminis fœniculi, caroi, calaminthæ, piperis albi,
& longi, pyrethri, cyperi, floris iunci odorati, dauci, ſin-
gulorum. ʒ.j.ß. Spicæ, gummi arabici, croci, tragacan-
thæ, ſingulorum. ℈.ij. Anethi, calami odorati, cubebę,ca-
ryophylli, carpobalſami, libyſtici, ſinonis, iuniperi, hoc
Cedrus ſylueſtris. eſt cedri ſylueſtris fructus, corticis tamaricis, ſingulorum.
ʒ.j.Quinquefolij, aſparagi, ruſci, ammeos, rhei barbari,
nucis moſchatæ,ligni aloes boni,ſingulorum. ℈.j.ß. Gra-
norum ſolis,ſaxifragi, ſeminum cucumerum, ſeminis ru-
Hermodactylus quid. tæ.Been albi & rubri,hoc eſt hermodactyli; ſtyracis cala-
mitis,cardamomi,baccarum lauri,pulegij,hyſſopi,apij,ſe-
minis citrij,xylobalſami,acori,peucedani, mei, piperis ni-
Si non quid. gri,ſingulorum.℈.j,Glycyrrhizæ, bdellij, iridis, ſinonis,
hoc eſt petroſelini ſylueſtris, lapidis lyncis, euphorbij, ſin-
gul,

℥.j. Thymi,halicacabi,zedoariæ,phu,ſeminis rutę, ſinapi, nardini olei,& ebuli,olei moſchati,ſin.ʒ.ß. Aloes flauæ.℥. ß.Sãguinis ſuis ſylueſtris.ʒ.ij.Succi dictãni, quod ſatis eſt. Finge pilulas,ꝑbetoq; media nocte quãtũ vult,pro viribus.

16 Pilulæ concoctionem ſtomachi iuuantes, & benè coloratũ eum qui ſumit efficientes. Caput purgãt datæ & ante & poſt cibum,mirabiles valde. Nucis moſchatæ, ſpicæ. croci ſylueſtris,ſtyracis,calamitis,ligni aloes,galangæ,cardamomi,amomi,cinamomi,zingiberis,caryophylli,zedoariæ,cubebæ, maceris, aniſi, ſingulorum.ʒ.j.Rhei barbari, quantum omniũ aliarum ſpecierum,aloes flauæ,quantum omnium aliarum ſpecierum,cum rheo barbaro, & vini albi quod ſatis eſt. Finge pilulas & prębeto media nocte.vij. aut.ix.aut.xj.

17 Pilulæ Italica lingua nominatæ [a] ſuccocitrinæ, admodũ probatæ. Aloes flauæ,lib.ß.Myrobalani citrini,empelitici, cepuli,& indici.ſing.ʒ.ij. Agarici,aſari, roſarum, violarũ, aniſi,ſeſelis, maſtiches, abſinthij, turpeti, colocynthidis, chamæpityos,lathyridis,ſenæ,lactis tithymali, ſingul.ʒ.ß. Finge pilulas,præbeto quantum vis.

136 Pilulę mirabiles Sanę nominatę, ad podagricos, arthriticos, iocineroſos, lienoſos, & muliebria mala laudatę. Quinque generum myrobalanorum, demptis flauis, ſingulorum. ℥. ß. Turpeti, exag. ij. Rhei barbari, exag. j. ß. Roſarum rubrarum. ʒ. j. Agarici. ʒ. ij. Maſtiches. ʒ. j. Hieræ picrę Galeni, benedictę laxatiuę, cydonitis laxatiui, ſingulorum. exag. iij. Pulueris hierę picrę Galeni. ʒ. ij. Cinamomi. ʒ. j. ß. Croci. ʒ. j. Tartari, ſenę, epithymi, poly-

podij, ſing. exag. ij. ß. Aloes flauæ, exag. iij. Dacrydij, exag. j. Colocynthidis. ʒ. j. Hermodactyli. exag. ij. Papaueris albi, exag. j. Sacchari roſacei laxatiui, exag. iij. Succi roſarũ, aut fœniculi quod ſatis eſt. Fac pilulas ciceris quantitate. Dato dormituris. ix. aut. xj. aut. xiij. aut. xv. pro viribus.

Pilulæ aliæ Sanæ nominatę, ad melancholicos, bilioſos, pituitoſos, podagricos, arthriticos vtiles, & totum corpus à prauis humoribus purgant. Valent etiã ad ſcabiem, pruritum, impetigines, lepras, & elephantia correptos. Senæ, exag. iij. Epithymi repurgati. ℥. j. Polypodij repurgati, ℥. ij. Quinq; generũ myrobalanorũ demptis flauis, ſing. ℥. j. ß. Turpeti. ℥. ß. Rhei barbari, exag. ij. Dacridij, exa. ij. Cydonitis laxatiui, ſacchari roſacei laxatiui, ſin. ℥. j. Roſarum. ℥. ß. Agarici, exag. ij. Aloes flauæ. ℥. j. Benedictæ laxatiuę. hieræ, picræ laxatiuæ, ſing. ℥. j. ß. Pulueris hieræ picrę Galeni. ℥. j. Colocynthidis, exag. ij. Croci, exag. j. Succi fœniculi quod ſatis eſt. Finge pilulas ciceris quantitate, dato media nocte. xj. aut. xiij. aut. xvij. pro viribus. 131

FINIS.

## IMDEX LEXOPYRETORVM, ID eſt, finientium febres, item impetigines & calculos curantium medicamentorum.

*Lexopyreton Ambroſia.* 1
*Lexopyreton Epyrrhema. expertum.* 2
*Lexopyreton certum ac conſtans, admodum bonum.* 3
*Lexopyreton admodum nobile.* 4
*Impetiginum ferarum ſanatio valde bona.* 5
*Lichenicum ad tenera corpora, probatum.* 6
*Lichenica illitio admodum bona.* 7
*Lichenica inunctio valde laudata.* 8
*Lichenicus paſtillus probatus.* 9
*Lichenica illitio, & ad alphos experta.* 10
*Lichenica inunctio facta in medio pulpæ brachiorum, & alarum.* 11

*Lichenicum & pſoricum expertum.* 12
*Lichenicum expertum.* 13
*Lichenica illitio experta.* 14
*Lichenica inunctio probata.* 15
*Lichenica illitio admodum bona.* 16
*Lichenica inunctio nobilis.* 17
*Lichenica illitio valde laudata.* 18
*Lichenica inunctio admodum bona.* 19
*Lichenica illitio.* 20
*Lichenas & pruritus ſanans* 21
*Lichenica illitio conſtans.* 22
*Calculoſorum potus, expertus ad calculos veſicæ.* 23

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI DE LEXOPIRETIS ITEM IMPETIGINES & calculos ſanantibus medicamẽtis, Sectio Triceſima tertia.

1 L[a]EXOPYRETON, hoc eſt finiens febrem, Ambroſia. Croci.ʒ.ij. Lithargiri.℥.j.ß. Chamæmeli.℥.j. Adipis ſuilli recentis ℥.j.ß. Ceræ puræ, olei roſacei, ſingulorum.℥.iij. Meliloti.℥.j.ß. Seminis lini.℥.xx. Benè paratum recondè ad vſum.

[ a Lexopyreton. ] *ληξοπύρετον medicamentum Græcis dicitur finiens febrem, à λήγω, & πυρετός.*

2 Lexopyreton [a]epirrhema expertum. Succi ſolani, ſucci colocynthidos, ſin.lb.ß. Ouorum lutea.iiij. Olei roſacei, olei chamæmelini, ſin.℥.iiij. Miſce omnia ſimul probè, & conijce in linteum, ac crebrò mutato.

[ a Epirrhema.] *Græcè eſt ἐπίῤῥημα. Fortè ſic nominatum eſt hoc medicamẽtũ quod inſtar ſubueſtimẽti vt ita di[illegible]ã, quod Græcis ἐπίῤῥαμμα vocatur, linteo exceptũ adhibeatur. Niſi malis ἐπίθεμα legere.*

3 Lexopyreton certũ, admodum bonum. Foliorũ braſsicæ & apij diligẽter tritorum, vt ad cerati redigantur craſsitudinẽ, adijce illis aliquid panis puri, macerati in aqua frigida. Terito diligenter, & admiſce olei quod ſatis eſt. Sub-

actũ

actum diligēter illine panno, & vtere frequēter mutando.
Lexopyreton, admodum mirabile. Croci. ℥. ß. Lithar- 4
gyri, olei roſacei, adipis ſuilli recentis, ſingul. ℥. iij. Cerę pu
rę. ℥. ij. & quartam partem. Succi ſeminis lini. ℥. ß. ʒ. j, Mel
lis attici. ℥. j. Crocum & lithargyrum terito in aqua. Exci-
pe cerato frigido, & vtere, vt ſuprà dictum eſt.
Impetiginum ferarum admodum pulchra ſanatio. Ra- 5
dicis aſphodeli, ſulphuris ignem non experti, mannæ, ſin.
℥. j. Trita benè irrigato cum acerrimo aceto, & illine.
Impetiginibus cōueniens, in teneris corporibus proba- 6
tum. Semen lini tuſum & cribratum madefacito cū acerri
mo aceto vt ſordiū craſsitudinem acquirat, & illine.
Lichenica illitio admodum bona. Thuris, gūmi, ſingu. 7
exag. j. Trita probè irrigato cū aceto acerrimo, vt ſordium
craſsitudinē acquirant, illine, nitro prius perfricans locum.
Lichenica illitio, valde laudata. Succum dauci ſylue- 8
ſtris, & allia repurgata terito cum modico ſale, illine deſu-
per, nitro prius perfricans locum, aut protoſtacten illine.
Lichenicus paſtillus, probatus. Thuris maſculi, ſulphu- 9
ris ignē nō experti, radicis aſphodeli. ſing. ℥. ß. Trita in pol
linem cū aceto acerrimo madefacito, & crebrò illinito.
Lichenica illitio, & ad alphos experta. Aluminis ſciſsi- 10
lis, & rotundi, miſyos, thuris maſculi, radicis aſphodeli, chal
citidis, melanterię, aphonitri, chalcanthi, ſulphuris ignem
non experti, gummi, ſquamę ęris, ſing. ℈. iij. Aeruginis ra-
ſilis, cantharidum, ſing. ℈. j. ß. Trita benè irrigato cū ſucco
herbę heliotropij, & aceto acerrimo, ſubigitoq; vt glutinis
conſiſtentiam accipiat, & illine.
Lichenica illitio eorū quę facta ſunt in medio [a] pulpę 11
brachiorum & alarum probata. Lithargyri. ʒ. j. ß. Sulphu-
ris ignem non experti, cimolię, ſingul. ʒ. ß. Trita macerato
cum oleo roſaceo, & vino dulci, quod ſatis eſt, & redige ad
glutinis conſiſtentiam, illine.

[a Pulpę brachiorum.] *In codice manuſcripto legitur μοιύροις, corruptè haud dubiè, pro μυῶνος.*

Lichenicon, & pſoricū, expertum. Bituminis, ſulphuris 12
ignē nō experti. mānę. ſing. ℥. ß. Violarū. ℥. j. Pumicis. ℥. ß.
trita irrigato aceto acerrimo, vt glutinis cōſiſtētiā acqrāt,
& illine in ſole, aut in balneo. Admodū enim probatū eſt.

Lich

13 Lichenicum expertum, valde bonum. Sulphuris ignem non experti, muſcerdarum, ſingul. exa. j. Trita madefacito acerrimo aceto vt glutinis cõſiſtentiam aquirant: illine cum penna, donec ſanes.

14 Lichenica illitio experta. Thuris maſculi, ſulphuris ignẽ non experti, æruginis raſilis, allij caput vnum repurgatum, gummi, ſingulorum. ℥. ß. Trita irrigato aceto acerrimo quantum ſufficit, vt glutinis conſiſtentiam nanciſcantur: illine, & crebrò mutato.

15 Lichenica illitio probata. Glutinis fabrilis. ʒ. iiij. Diſſolue cum acerrimo aceto. Dein illi adijce thuris maſculi tuſi in pollinem. ʒ. ij. Irrigato vtraque, vt glutinis conſiſtentiã nanſcantur, & illine.

16 Lichenica illitio, admodum bona. Chalcitidis, gummi, ſingulorum. ʒ. iiij. Sulphuris ignem non experti, miſyos, ſingulorum. ʒ. iij. Squamæ æris acacię, ſingul. ʒ. j. Trita irrigato aceto acerrimo, vt glutinis conſiſtentiam acquirat, & illine crebrò.

17 Lichenica illitio mirabilis. Sulphuris ignẽ non experti, aphonitri, ſingulorum. ʒ. iiij. Cãcryos. gran. xxx. Terito in aceto, vt glutinis conſiſtentiam acquirant. Illine, non coinquinando locum à malo alienum. Exiccato autem medicamẽto, elue locum aqua frigida, & rurſus deſuper illine.

18 Lichenica illitio, admodum laudata. Ellebori albi. ʒ. iiij. Farinæ lupinorũ, buccinorũ vſtorũ, ſing. chœnicem vnũ. [a] Exiccata ſubigito. Feras autem impetigines vocant, quæ à mediocriter exiccantibus nihil iuuantur, ab acribus autem irritantur. Oportet igitur ex illis aſſumere medicamenta admodum efficacia, citra tamen vehementem mordicationẽ, qualia ſunt: Glaucij, thuris, halcyonij, ſulphuris ignem nõ experti, bituminis, gummi, ſin. ℥. j. Trita madefacito acęto acerrimo, vt glutinis cõſiſtentia nanciſcãtur, & illlinito.

[ a Exiccata ſubigito.] *Manuſcriptus codex legit*, ξηρᾶ μάσθαι, *pro*, ξηρὰ μάσθω.

19 Lichenica illitio valde bona. Picem africanam probè læuigatã, cũ aceto terito acerrimo, & liq̃factã crebrò illine.

20 Impetigines, & pruritus ſanãs. Chalcãthi, ſulphuris ignẽ nõ experti, thuris maſculi, nitri, ſin. exa. j. Trita irrigato cũ acerrimo aceto, vt glutinis conſiſtentiam acquirant, illine.

Liche

Lichenica illitio probata. Ammoniaci, ſulphuris ignem 21
non experti, farinæ eruinæ, & lupinorum, ſingulorum. ℥. j. Trita vt pollinem madefacito cum aceto acerrimo, vt glutinis nanciſcantur conſiſtentiam, & illine frequenter.

Lichenica circumlitio certa. Chalcanthi, nitri, miſyos, 22
ſulphuris ignem nõ experti, chalcithidis, halcyonij vſti thuris maſculi, ſeminis viticis, ammoniaci thymiamatis, ſing. ℥. ß. Glaucij, exag. iiij. Trita irrigato cum acerrimo aceto, vt ad glutinis conſiſtentiam veniant. Calefacto vtere.

Calculoſorum potus, expertus ad calculos veſicę, Floris 23
iunci odorati, piperis communis, petroſelini ſeminis, & braſſicæ, piperis longi, ſin. ℥. j. Contuſa probe vt pollinem, dato manè ieiuno. ℈. ij. aut. iiij. cum decocto glycyrrhizæ, aut rubiæ tepido.

## INDEX MALAGMATVM, & Vnguentorum.


*Marciati confectio, aut è Styrace.* 1
*Maſuaphij Indici confectio mirabilis.* 2
*Malagma monomachion, ad phlegmonas probatum.* 3
*Malagma ad luxationes & plagas.* 4
*Malagma è maſtiche, ſiue ſolidum, nobile.* 5
*Malagma oxyra dictum. Eſt verò cruentis vulneribus conueniẽs.* 6
*Malagma è myrrha, apollophanion medicamentum.* 7
*Malagma ad ſteatomata vtile.* 8
*Malagma ad fluxiones ſtomachi, & inteſtinorum.* 9
*Malagma Amblamula dictum, ad podagricos.* 10
*Malagma ad lienoſos & hydropicos.* 11
*Malagma ad iſchiadicos, & renum dolores.* 12
*Malagma ad colicos Antipatri.* 13
*Malagma Aſclepiadis, politicum.* 14
*Malagma ad neruorum diſtentiones.* 15
*Malagma probatum, diſcutiens atheromata.* 16
*Malagma Magni Sophiſtæ medicamentum.* 17
*Myrtini confectio ad colicos & dyſentericos.* 18
*Vnguenti foliati confectio valde probata.* 19
*Medi coctio, quod eſt Apomeli mirabile.* 20
*Malorum confectio admodum probata.* 21
*Vnguenti foliati alia confectio probata.* 22
*Vnguenti confectio, Pentamyri dicti.* 23


Vnguẽ

*Vnguenti confectio Decamyri vocati.* 24
*Vnguenti odorati nominati confectio.* 25

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI DE MAlagmatis & vnguentis, Sectio Triceſima quarta.

1 MARCIATI confectio. Styracis calamitis, ℥.j. Ceræ. ℥.ß. ʒ.j. Glaucij, nardi, ſingulorum ℥.j.ß. Maſtiches. ℥.ß. ʒ.j. Medullæ ceruinæ. ℥.j. Terebinthinæ. ℥.ß. Hyſſopi. ʒ.ij. Opobalſami, exag. j.ß. Trita, probeq; confecta coquito ad conſiſtentiam.

2 [a]Maſuaphij indici confectio mirabilis. Zingiberis, aloes flauæ, ſing. ℥.ß. Coſti, exag. j.ß. Caryophylli. ℈.iiij. Folij. ℥.iij. Nardi indici, amomi, croci, ſingul. ℈.iij. Caſiæ. ℈.iiij. ß. Carpobalſami. ʒ.ij. Gummi. ℥.ß. Probè trita confice cũ œnanthe liquida, quod ſatis eſt.

[ a Maſuaphij.] *Manuſcriptus codex non rectè* μασουφίου *legit, pro* μασουαφίου.

3 Malagma monomachiũ, ad plegmonas, & duritias iecoris, lienis, alui, & vteri, locos tumeſcentes, ſtrumas, maligna vlcera, bubones, & tubercula vtile: & in ſumma, omnem duritiam diſſoluens mirificè. Eſt verò ad inflationem etiam probatum. Lithargyri. ℥.iij. Radicis altheæ farinæ. ℥.iiij.ß. Seminis maluæ ſyluestris. ℥.j.ß. Adipis ſuilli veteris. ℥.j.ß. Adipis anſerini. ℥.ß. & quartam partem. Adipis gallinæ. ℥.j. ℈.iij. Farinæ fœnigræci, medullæ ceruinæ, ſin. ℥.j.ß. Ceræ puræ. ℥.iij. Galbani colophoniæ ſin. ℥.j. Olei veteris. ℥.vij.ß. Farinæ anethi. ℥ iij. Farinæ chamæmeli. ℈. iij. Ellebori albi. ʒ.j ß. Sãpſychi. ℥.ß. Liquabilia liquefacito & commiſce aridis, ſubactisq; & confectis probè vtere.

4 Malagma ad luxationes, plagas, abortus, & fracturas. Galbani. ℥.j. Croci. ʒ.ij. Ammoniaci thymiamatis, ceræ puræ, ſingulorum. ℥.j.ß. Picis aridæ, ℔.ß. Aceti acerrimi, cochlearium. ß. Tritis & probè confectis vtere, confiſus Domino.

Malagma Maſticheron, ſiue ſolidum, vt prædictum con ferens. Maſtiches. ℥.ij. Ceræ puræ. ℥.j. Colophoniæ. ℥.iij. Ammoniaci thymiamatis. ℥.ij. Pineæ reſinæ, lb.ß. Hæc rectè confecta etiam ad ramices inteſtinorũ admoueto.

Malagma Oxyra dictũ. Cruentis conuenit vulneribus, & diſtantes à ſe inuicem ſinus glutinat. Facit ad omnia cõuulſa, arthriticos, podagricos, iſchiadicos, reſolutos, coxendicum dolores, & à feris demorſos. Vtere verò potiſsimum ad eos quibus extremæ corporis partes vehementer dolent, neruorũ incuruationes, & digitorũ contractiones. Strumas atq; parotidas diſcutit. Picis aridæ, lb.ß. Ceræ puræ. ℥.iij. Ammoniaci thimiamatis. ℥.j.ß. Thuris, galbani, ſtyracis, ſing. ℥.ß. Terebinthinæ. ℥.ß. Aceti, cotylã.ß. Picẽ in minuta contuſam conijce in partem aceti, vt feruead, donec acetũ cum pice vniatur. Dein adijce ceram, & galbanũ, ſtyracemq; cũ modico ceræ emollitæ. Auferens autem ab igne, terebinthinam, ammoniacumq; & thus in aceto leuigata, & vtraq; in mortario vnita, priusq; aceto humectata inijcito. Rectè confectis, recondens in vaſe vtere.

Malagma è myrrha, Apollophanium medicamentum, accommodatum ad affectus hypochondriorum. Diſſoluit omnẽ duritiem. Facit ad iocineroſos, lienoſos, nephriticos, & omnem nerui conſenſum, articulorum dolores, & ſopores. Ceræ puræ, terebinthinæ, bdellij, zingiberis, ammoniaci. Trita probè irrigato cum vino ſufficienti, & rectè paratum illine cum lana, donec affectus finiatur.

Malagma ad ſteatomata vtile, & multi vſus, præcipuè verò ad iſta. Vſus autem illo teſtificor. Ceræ puræ, terebinthinæ, viſci. Liquefacta probè emolliantur vino bono ſufficiẽti, & coquantur quoad inquinent manus.

Malagma ad fluxionem ſtomachi, & inteſtinorum, & ad cœliacos, admodum probatum. Oenanthes aridæ. ℥.j. Omphacini, palmularũ, glandium carnium, acaciæ, aloes flauæ, gallarum, aluminis rotundi, picis aridæ, ſingulorum ℥.ij. Ceræ puræ, olei mirtini, ſingulorum. ℥.iij. Hypociſtidis & eius ſucci. ℥.ij. Roſarum rubearum, ſeminis plantaginis minoris, ſingulorum. ℥.j.ß. Succi plantaginis minoris, vini odorati, quod ſatis eſt. Tritis, ſubactis & probè confectis vtere.

Malag

10 Malagma [a] Amblamula dictum, ad podagricos expertum, item arthriticos, iſchiadicos, & reſolutos. Non ſolum autem hominibus prodeſt, ſed & iumentis. Accepi hoc ab Hepiallo medico, qui diſſoluens ex eo aliquid ad carbones cum oleo nardino, aut irino, pro acopo vtebatur, illinens eius crura. Celeriter autem expectationi reſpondens, ob id Amblamula appellatum eſt. Vſus autem illo ad podagricos, magis claruit. Opopanacis, bituminis, galbani, ſagapeni, viſci quercini, ſingulorum. ℥.j.ß. Aloes flauæ, caſtorij, ſtyracis, ſingulorum. ℥.j. Oeſypi, ammoniaci, thymiamatis, ſingulorum. ℥.ij. Bdellij, mannæ, ſingulorum. ℥.j.ß. Propolis, terebinthinæ, ſingulorum. ℥.ij. Pineæ reſinæ, lb.ß. Ceræ puræ, lb.j. Picis aridæ, lb.ß. Trita madefacito cum vino odorato quod ſatis eſt.

[a Amblamula.] *Græcè eſt ſcriptum ἀμβλαμοῦλα. Sed eſſe barbaram dictionem, nemini non conſtat. Quid vero ſignificet, Nicolaus ipſe exponit.* Amblamula.

11 Malagma ad lienoſos, hydropicos, iſchiadicos & arthriticos, probatum. Ceræ tyrrhenicæ, viſci cyprini, ſingulorum. ℥.iij.ß. Carnium myrobalanorum, nitri alexandrini, lapidis aſij, ammoniaci thymiamatis, ſingulorum. ℥.j.ß. Trita irrigato cum aceto ſufficienti.

12 Malagma ad iſchiadicos, & dolores renum, cui nullum aliorum ſimile eſt. Ceræ puræ, picis frixæ, ſingulorum, lb.ß. Styracis, ammoniaci, opopanacis, terebinthinæ, maſtiches, galbani, thuris, piperis communis, ſingul. ℥.j. Trita benè madefacito cum aceto ſufficienti.

13 Malagma ad colicos Antipatri, & omnem interiorum dolorem. Silphij, ſaluiæ, ſingulorum. ʒ.j. Caſiæ, fœniculi, melanthij, ſtaphidis agriæ, galbani, ſtruthij, ſulphuris ignẽ non experti, ſingulorum. ʒ.ij. Radicis panacis, propolis, pyrethri, ammoniaci, nitri, ſingulorũ. ʒ.iij. & ß. Lapidis aſij floris. ʒ.xij, ß. Ceræ puræ. ʒ.lij.ß. Reſinæ. ʒ.lxxv. Trita irrigato cum olei lb.ß.

14 Malagma Aſclepiadis politicum, ad omnem dolorem, aſſumentibus confeſtim dolorem ſedans. Ceræ tyrrhenicę, minã.j. Adipis taurini, minas.iiij. Adipis anſerini, minam ß. Medullæ ceruinæ, terebinthinæ, ſingulorum, minam. ß. Galbani. ℥.j.ß. Oeſypi. ℥.ij. Olei roſacei, cochlea.ij. Olei

fœnigræci, cotylam.ß.Trita irrigato benè, iuxta ignem
lentum,celeriter mouendo. Sint autem hæc promptè tuſa.
Iridis illyricæ,chœnix.j. Ariſtolochiæ,chœnix.ß. Hypoci-
ſtidis tritæ, chœnix. ß. & quarta pars. Cinamomi, croci,
myrrhæ,caſiæ,nardi indici,floris iũci odorati,calami odo-
rati,amomi,piperis communis, ſucci rhois, teſtudinis ma-
rinæ ſanguinis,androſœmi herbæ, pyrethri, ſingulorum,
ʒ.xv.Trita benè madefacito cum aceti veteris.℥.ij. Et cõ-
mixtis omnibus, ſubigito & con tundito ea, donec tracti-
lia & edomita fiant.Dein recondein vaſe. Prodeſt autem
hoc malagma ad thoracis & pulmonis defluxionem, & ijs
quibus capitis vertex dolet. Nam confeſtim dolorem abi-
git. Eſt valde probatum.

Malagma ad neruorum diſtenſiones,Ammoniaci,bdel- 15
lij,ſtyracis,caſtorij,ſingulorũ.℥.j. Trita madefacito cum
olei veteris,& ſycionij, ſingulorum. lb.ß. Quercini viſci.
℥.j.ß.Butyri recentis,adipis anſeris,ſingulorũ.℥.j.Medul-
læ ceruinæ,galbani,opopanacis,adipis taurini, ſingul.℥.ß.
Terebinthinæ.℥.j.ß.Ceræ puræ,lb.ß.Madefacito omnia,
& probè ſubacta reconde ad vſum.

Malagma probatum, atheromata diſcutiens, ſteato- 16
mata, meliceridas, & condylomata. Ceræ puræ, terebin-
thinæ,farinæ eruinæ,thuris,aphonitri, ſingulorum.℥.j.ß.
Galbani.℈.ix.Trita benè,madefacito cum oleo ſufficien-
ti,& probè confectis,vt emplaſtri formam acquirãt, vtere.

Malagma,Magni ſophiſtæ medicamentum, ad eos qui 17
futuri ſunt hydropici, & phlegmonem habentes, & ad
omnem viſcerum duritiam. Cardamomi, meliloti, bacca-
rum lauri,nardi celticæ, ſampſuchi, iridis illyricæ, radicis
panacis,cyperi, berenicarij, caſiæ, farinæ fœnigræci, apij
ſeminis, aniſi, ſingulorum. ʒ.v. quartamq; partem. Sty-
racis,zingiberis,ſingulorum.ʒ.ix.Ceræ puræ, terebinthi-
næ,ſingulorum.℥.iij. Ammoniaci, colophoniæ, ſingulo-
rum.℥.j.ß.Olei nardini.℥.ß.ʒ.j. Ammoniacum & ſtyra-
cem contunde cum exigua cera, & tollens liquefacito li-
quabilia,veluti colophoniam,& nardinum oleum, deinde
ſtyracem,ammoniacum,& ceram in mortario tuſam, pòſt
terebinthinam in alio vaſe. Adijce hæc, & benè motis ad-
miſce arida,& ſic reconde,ac vtere.

18 Myrtini confectio ad colicos, dyſentericos, & cœliacos, & ſtomachi aluiq; defluxione laborantes. Baccas myrti benè maturas exprime, & accipe è ſucco lb. xv. atque admiſce ſacchari puri lb. vij. ſ. & probè confecta reconde ad vſum.

19 Vnguenti foliati confectio, admodum probata. Folij. ℥. j. ſ. Amomi. ℥. j. ſ. Nardi ſpicæ. ℥. j. Piperis communis. ℥. ſ. Ceræ dealbatæ. ℥. ij. ſ. Olei balanij, lb. ſ. Madefacta omnia & benè ſubacta, reponito ad vſum. Foliatũ vnguentum.

20 Medi coctio, quod eſt Apomeli. Foliorum anethi, manipulum. j. Ramorum fœniculi, foliorum lauri, ſingulorũ. manipul. j. Cotoneorum maturorum, decem. Aquæ fontanæ, lb. xlv. Benè coquito ad tertias, colato, & abijcito herbas. Accipe ius, & adijce illi mellis attici, lb. xv. & coquito, donec in vniuerſum remanſerint lb. xlv. Vbi ab igne amoueris, arida benè inſpergito, verbi gratia, ſeminis apij, & fœniculi, cumini, aniſi, ſpicæ nardi, caryophylli, coſti, ſeminis rutæ, ſingulorum. ℈. iiij. ſ. Et vbi refrixerint, conijcito denuò in vas purum, & reconde in locum ſubterraneum. Hoc vtere poſt annum. Apomeli.

21 Malorum confectio, admodum probata. Malorum repurgatorum, lb. j. Seminis intybi, ſtagia. iiij. Eupatorij. ſantali, rubei, ſingulorum, ſtag. j. Coquito cum vino dulci, lb. vj. quoad malorum caro diſſoluatur. Dein per cribrum rarum colato. Adijce iuri ſacchari, quantum hoc ipſum [a] requirit, & coquito ad mellis conſiſtentiam, vnitoq; cum carnibus malorum. Deinde admiſce illis hæc tuſa & cribrata. Cinamomi veri, ſtag. iij. Maſtiches, ſtagij tertiam partem. Croci, ſtagij quartam partem. Coriandri, ſtag. j. cõfectum probè reconde in vaſe, & præbeto vbi volueris.

[a Requirit.] *In codice manuſcripto eſt* καμπανίζει. *Quid verò ista vox* Nicolao *ſignificet, ignoro. neque enim ab alijs græcis medicis vſurpatur.*

22 Vnguẽti foliati alia cõfectio. Folij. ℥. j. ſ. Amomi. ℥. ſ. Caſiæ. ℥. j. Ladani. ℥. ſ. Piperis communis, & albi, ſing. gr. xx. Myrrhæ troglodyticæ. ʒ. ſ. Tuſis & cribratis benè, adijce olei nardini, lb. ſ. Vt autem medicamentum nigrius reddatur, accipe corticem iuglandium & vrito, tritumq; illis commiſce. Dein admiſce etiam opobalſami, cochl. j. ſ. Ceræ puræ. ℥. ſ. Et ſic probè parato vtere. Foliatũ.

Vnguenti Pentamyri nominati confectio. Styracis. ℥. ſ. Maſtiches. ℥. j. Ceræ albæ. ℥. j. ſ. Opobalſami. ℥ ij. Nardi. ℥. ij. ſ. Benè parato vtere. 23

Vnguenti Decamyri vocati confectio. Spicæ nardi, folij, euphorbij, piperis communis, coſti, adarces, ſingulorum. ℥. ſ. ʒ. j. Maſtiches. ℥. ſ. & quartam partem. Opobalſami. ℥. j. Nardi, lb. ſ. Ceræ puræ, lb. j. ſ. Cōfecto probè vtere. 24

Vnguenti odorati dicti confectio. Terebinthinæ. ʒ. xxviij. Ceræ puræ. ʒ. xiiij. Oeſypi, mellis attici, medullæ ceruinæ, ammoniaci thymiamatis, galbani, aphonitri, ſingul. ʒ. iij. Olei veteris, ſext. ſ. Caſtorij ʒ. j. ſ. Vini veteris, cyathum. j. Trita & præparata præbeto. 25

Myrmeciam ſanans, vt eadem hora decidat, valde bonum. Fici folia vrito, & cinerē eorum cum lacte ficus ſubactum & panno illitum imponito, & confeſtim decidet, ac miraberis. 26

FINIS.

## INDEX NARDINI, NEPHRITICORUM, NOMAS SANANTIUM, & ABSTERSORIORUM.

*Nardini confectio probata.* 1
*Nardini confectio mirabilis.* 2
*Nardini confectio probata.* 3
*Nardini vnguenti confectio.* 4
*Nardini confectio laudata.* 5
*Renes exulceratos ſummè iuuans.* 6
*Renum exulceratorum potus probatus.* 7
*Nephriticus potus certus.* 8
*Nephriticus paſtillus mirabilis.* 9
*Neruum vulneratum, & phlegmonem ex vulnere natam ſanans* 10
*Nomas & omnes affectus reſcindens.* 11
*Abſterſorium nomas & omnes affectus iuuans.* 12
*Abſterſorium alterum, corpori bonum colorem concilians.* 13
*Abſterſorium ad clauos & cicatrices.* 14

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI, DE NARDINIS, NEPHRITICIS, nomas ſanantibus, & abſterſorijs, Sectio Triceſima quinta.

1 NARDINI vnguenti confectio probata. Habet autem omnis eius cōfectio ſextarios, quinque, vt in Cyziceno. Prima igitur embole hæc habet Aſpalathi.℥.j.ß. Calami odorati.℥.ij. Sampſychi, iridis illyricæ, piperis, ris, ſingulorum.℥.j. Cardamomi.℥.ij. Sauinæ, helenij, ariſtolochiæ longæ, ſingulorum. ℥.j.ß. Seſelis.℥.j. Xylobalſami.℥.ij. Aquæ quod ſatis eſt. Olei hiſpani.℥.v. Hæc tundantur, fiantq; tenuiora, & aqua macerentur diem vnum. Dein coquantur cum oleo ad lentum ignem horis tribus aut ſex. Altera embole hæc eſt. Floris iunci odorati.℥.j.ß. Caryophylli, caſiæ, carpobalſami, [a] arnabonis celticæ, coſti, amomi, xylocaſiæ, ſpicæ nardi, ſingulorum.℥.j.ß. Ligni caryophylli.℥.j. Trita benè conijce in aquam ſufficientem, & coquito vt primam. Embole tertia Zingiberis, bdellij, ſingulorum.℥.j. Thuris, aloes flauæ, ſingulorum.℥.ß. Croci.ʒ.ij. Maſtiches.℥.j. Stactes tenuis.℥.j.ß. Opobalſami.℥.ß. Trita benè irrigato cum aqua ſufficienti, & coquito horis duabus. Poſtquam verò lebetē ab igne ſummoueris, conijce piper in pollinem tritum, & opobalſamum, tegensq; horis tribus lebetem claudito. Apponemus & modum coctionis, & confectionem omni ſanè diligentia, vt nihil vtique deſit. Species igitur omnes recentes & probatas ſeligere oportet. Oleum verò eſſe oportet mediocriter immaturum. Tale enim eſt Cyzicenum. Oliuam enim matureſcere incipientē terūt, & propterea craſſius oleum efficiunt, vt ſuſceptas ſpecies firmius retineat, ne facilè euaneſcant tranſpirantes. Domi autem conuenit habere [b] focos præparatos, in quibus ponantur ærea vaſa extrinſecus vbi ſunt foci, cōtrita. Et ligna adijcere oportet tenuia & ſicca valde, vt neq; fumū emittāt, neq; ad æreum appropinquēt: exigua verò tantum flamma ad æreū, quod

aquã cõtinet, pertingat. Præcalefacere autẽ oportet, priuſquã alterũ habens oleũ inijciatur. Oportet autẽ eũ qui odoratũ nardinum, & [c] ab vſtione alienũ coquere vult, duobus æreis vti, vt à duplici vaſe decoctio ꝓcedat. Species verò maceretur pura aqua, & maceratione facta æreo inijcere oportet oleũ, et omnino rudicula lignea mouere. Vbi aũt prima coxeris, ab igne amota refrigerare opus. Deinceps ſublata aqua, rurſus adijce alterius emboles ſpecies aqua maceratas, & ſimiliter coquito. Et vbi colaueris, tertiæ emboles ſpecies prius maceratas adijce, & has quoq; aqua coquito. Oleũ verò ſingulis coctionibus admiſce. Aquæ eñ adiectũ nõ vritur. Aquã ad olei coctionẽ adijce recẽtem vſq; ad abſolutã perfectionẽ, & ita duab. horis ad finẽ coquito. Si enim vltrà coxeris, oleũ antea coctũ facilè aduretur. Proin aliqui vna dũtaxat hora coquunt, metuẽtes ne poſt multũ laborẽ voto ſuo fruſtrẽtur. Amotis aũt ab igne inijciũt piper, & opobalſamũ adhuc feruẽte oleo, & diligẽter mouẽt, vt vniãtur, & conficiunt tertia die. Claudunt & recõdunt in vaſe.

Multa loca emẽdata in Nicolao

[ a Arnabonis. ] *Græcè eſt μαρζανάφου ſcriptum corruptè pro ἀρνάβου, vt ſatis ex Aetio liquet.* [ b Focos. ] *In manuſcripto codice falſò legitur ἰσχάρας, pro ἐσχαρίδας.* [ c Ab vſtione. ] *Nicolai codex legit ἄκαυσον. Sed fortè ἀκάπνισον legendum erit, hoc eſt fumo vacans.*

Nardini confectio ſextariorum ſex, valde nobilis. Helenij. ℥. iiij. ß. Iridis, ℥. iij. Aſpalathi, ℔. ß. Cyperi. ℥. j. ß. Xylocaſiæ, floris iunci odorati, nardi celticæ, xylobalſami, ſingulorum. ℥. iij. Et ſic concoquito. Embole altera. Carpobalſami. ℥. j. ß. Cardamomi. ℥. j. Sampſychi. ℥. iij. Caſiæ. ℥. ij. Coſti, ſtyracis calamitis, amomi, ſingulorum. ℥. iij. Embole tertia. Foliorum [a] buchadis, ſpicæ nardi, Saroa, caryophylli, calami odorati, zingiberis regij, ſtyracis. ℥. j. ß. Nucis indicæ, zarnabo, ſingulorum. ℥. iij. Ligni caryophylli. ℥. j. Confice vt præcedentem, & vtere.

Buchas.

[ a Buchadis. ] *Nicolai codex habet βουχάδος. Quid verò ſit, diuinare nequeo: eſt enim vox barbara.*

Nardini confectio ſextariorum trium, probata. Helenij tuſi & craſsiùs conquaſſati, ℥. iiij. Cyperi repurgati, ſimiliter tuſi, vt craſsiùs conquaſſetur. ℥. x. Cyperum vna ante hora in aqua macerato. [a] Helenium autẽ horis priuſquã

coq

coquatur quatuor in aqua maceretur: dein ſimul heleniũ & cyperum in aqua coquito, vſque ad feruorem mediocrẽ. In ſuperficie natantia eijce, & adde olei optimi ſext.iij.aut ℔.iij ß.& rudicula mouens permitte vt [b] vrãtur. Quãdo autem propè eſt, vt iam ſtrepere incipiant, inijce ſalis floris tuſi.℥.j. Et ſine, donec non perſtrepant in igne: & rurſus commoueto, & miſceto: & iterũ ſine vt perſtrepant, & nõ amplius vrito, ſed ſine vt per noctẽ maneant in cinere: poſtero die concha excipe. Secunda diſpenſatio. Xylobalſami.℥.iiij. Contundito, & craſsiùs conquaſſato, & ipſum inijce cum aqua ſufficienti, in lebetẽ, & feruefaciens adijce oleum præparatũ, & coquito donec videatur bonũ, mouẽdo ex interuallis, & ſine vt per noctem ſtent abiecto igne. Poſtero die concha excipe, dein aromatis condito in hunc modum. Accipe caſiæ.℥.iiij. Cõtunde & cribrato, & acceptis aqua ſufficienti & oleo præparato, ac puro, coquito cõmouendo ne vrantur odorata. Vbi tibi rectè habere videbuntur, amota ab igne, rudicula moueto diligenter, donec refrigerentur, obturataq; ſine vt per noctem ſtent. Poſtridie concha excipe purè, ne aqua ſupercurrat, & coniectis in [c] vaſculum, adijce Opobalſami.℥.ß. Et commouendo diligenter reconde & vtere.

[ a Helenium.] *In manuſcripto codice legitur* ἔλαιον, *haud dubiè pro* ἑλένιον. *Quomodo enim oleum in aqua maceretur, nõ video. Eſt autem vniuerſum hoc caput mirificè deprauatũ, vt metuam nõ parũ, ne vbiq; legitimũ nõ ſim conſecutus ſenſum.* [ b Vrantur.] *Manuſcriptus codex perperam* κίωθαι, *pro* κάεσθαι *legit.* [ c Vaſculum. *Græcè eſt*, βῆσαν: *fortè autem* βήσιον *ſcribendum.*

4 Nardini vnguenti confectio. Olei omphacini, ℔.ij.ß. & quartam partẽ. Aſpalathi.℥.j. Calami odorati.℥.ß. Iridis.℥.j. Floris iunci odorati, helenij, cyperi, ſingulorũ.℥.j. Aquæ fontanæ, ℔.j.ß. Probè confectũ ſinito. Embole ſecunda, habet: Spicæ nardi, folij, ſingul.ʒ.j. Opobalſami.℥.ß. Hæc trita, madefacta, & confecta benè ad cõſiſtentiam, reconde in vaſe, & vtere.

5 Nardini confectio, probata. Olei communis puri, ℔.iiij. Roſmarini herbæ, myrrhæ, floris iunci odorati, ſing.℔.ß. Folij, ſpicæ nardi, ammomi, ſtyracis, ſingul.℥.ß. Aſpalathi, ℔.ß. Ariſtolochiæ longæ, ℔.ij. Cyperi, ℔.ß.

Aquę fontanę, lb.x. Helenij. ℥.iij. Aſphodeli, lb.iij. Muſci, xylobalſami, iridis, ſing. lb. ß. Cardamomi, lb. j. Coſti. ℥. j. ß. Amygdalarũ amararum. ℥. ß. Hæc tuſa, madefacta & confecta benè, vſu expoſcente aqua commiſcens, inunge in balneo.

Renes exulceratos ſummè iuuans. Papaueris albi, 6
[a]perſiæ, amyli, baccarum myrti nigrarum, ſing. ʒ.ij. Oui aſsi lutea quatuor cum dimidio. Omnes has ſpecies ſimul probè læuigatas [b]bibat ſimiliter, & ſic vtere.

[ a Perſiæ.] *Codex Nicolai* κίρσης *legit, fortè pro* περσίας

[ b Bibat.] *Græcè legitur.* κινείσθω παραπλησίως: *quàm rectè, neſcio. Neq; enim* κινείσθω *ſententiæ congruere videtur. Sed quis omnes mendoſiſsimi codicis errores, præſertim altero deſtitutus exemplari, emendare poſſet?*

Renum exulceratorum potio laudata. Pineas ſex, 7
amygdalarum amararum decorticatarum. ʒ. j. ß. Cucumeris ſatiui ſeminis repurgati nucleos. xv. Croci parũ, vt hæc tingere queat. Hæc trita benè cum lacte caprino madefacito, aut cretico paſſo ſufficienti, & præbe bibenda ieiuno ſingulis diebus.

Nephritica potio certa. Sagapenum ciceris quantitate 8
benè tritum, cum temperata ſufficienti, madefacito, & bibendum præbeto manè ieiuno.

Nephriticus paſtillus ad affectus qui in renibus & ve- 9
ſica ſunt, & ad eos qui pus aut ſanguinem, aut mucoſa mingunt, plurimumque dolent, ad vlcera, & ſcabiem. Opij. ʒ. j. ß. Cucumeris ſatiui ſeminis ʒ. vj. Seminis apij. ʒ. iij. Pinearum purgatarum, ſeminis fœniculi & lapathi, ſingulo. ʒ. j. ß. Pinearum vſtarum. ʒ. ij. Herbæ halicabi baccarum, ʒ. ij. ß. Hæc trita paſſo cretico excipe, & finge paſtillos. ʒ. pondere, & præbeto vacantibus febre cum paſsi cyathis tribus. Febricitantibus autem, cum aqua mulſa tepida.

Neruum vulneratum, & ex vulnere phlegmonem ſa- 10
nans, admodum probatum. Lixiuij ſtillaticij, & farinæ hordeaceæ, ſing. ℥. ij. Coquito cum aqua ſufficienti, & illine. Et poſt [a]lixiuium, rurſus appone farinam eruinam, cũ pluuia aqua. Vtere etiam emplaſtro ex euphorbio.

[ a Lixiuium.] *Codex Nicolai* κενίας *falſo, pro* κονίας, *legit.*

11 Nomas & omnes affectus reſcindens, & carnes emortuas. Carnem generat, & cicatricem inducit. Ad fiſtulas occultas, confiſus Domino Criſto. Aeruginis, aloes flauæ, ſquamæ æeris, ſing. ℥. ß. Iridis, thuris, ſingul. ℥. ij. Mellis attici, quod ſatis eſt. Coquito benè mel: & quando conſtiterit, inijce æruginem, deinde ſquamã, aloen, irimq; contuſa. Poſtremum thus, & vtere.

12 Nomas & omnes affectus ſanans, Nitrum dictũ. Confert ad omnes corporis pruritus, ſcabies, impetigines, & alphos admodum probatum. Nitri aſsi, thuris, ſingul. lb. ß. Ellebori albi, ſinapi, canchryos, ſtaphidis agrię, ſampſychi, baccarum lauri, ſtruthij, aloes flauæ aſſæ, adarces, ſaponis gallici, aphonitri albi, halcyonij, pumicis, ſingul. lb. ß. Tritis probè & vnitis vtere in balneo.

13 Nitrum aliud, corpori bonum inducens colorem. Oſtreorum vſtorum & cribratorum. ℥. ß. Vini, olei roſacei, ſingu. lb. ß. ℥. ij. Hyſopi aridi, farinæ, eruinæ, ſingulo. ℥. ß. Mellis attici quod ſatis eſt. Probè confecto vtere in balneo, vt probato.

14 Nitrum ad clauos & cicatrices. [a] Oregmi, myrobalani, cimoliæ, nitri rubei, ſingul. ℥. ß. Caſiæ. ℥. ß. ʒ. j. Petroſelini macedonici, thuris, carnium palmularum, ſingu. ß. Amygdalarum amararum repurgatarum, ſeminis apij, tragacanthæ, ſeminis maluæ, dauci cretici, ſeminis tordyli, ſpicæ nardi, rhei pontici, piperis communis, ſing. ℥. ß. Trita benè madefacito cum vino bono ſufficienti, & præbeto in condito, aut mulſo. Detur autem quantitate lupini, & ſic confecto vtere.

[a Oregmi.] *Quid ſit oregmum, ſcire non poſſum. Cenſeo autem perperàm, vt in ſequenti etiam ſectione, ὀρεγμοῦ, pro ἐρεγμοῦ, id eſt lomenti, eſſe ſcriptum.* Oregmum.

FINIS.

## IMDEX PVLVERVM.

*Pulueris ad eruptiones ſanguinis, carnium excreſcentiam, nomas corporis. & oris.* 1
*Puluis ad oris putredines, gingiuarum. & dentium mala.* 2
*Puluis ſanguinem comprimens, admodum bonus.* 3
*Puluis ad callos expertus.* 4

Puluis ſternutatorius, diſcutiens. 5
Puluis ad refrigeratione͂ ſtomachi, appetentiam deiectam, difficultatem concoctionis, & dolorem expertus. 6
Puluis carnem generans, valde bonus. 7
Puluis ad columellam relaxatam, & inflammatam. 8
Puluis ad vuam ex deſtillatione relaxatam. 9
Puluis ad columellam relaxatam, & phlegmone laborantem. 10
Puluis ad vuam è fluxione natam, gingiuas abſcedentes, putredines, & dentes commotos. 11
Puluis ad ranam puerorum mirabilis. 12
Puluis ad ranas puerorum ſub lingua natas. 13
Puluis ad nomas oris. 14
Puluis ori accommodatus ad gingiuas fluxione laborantes. 15
Puluis ad varios morbos. 16
Puluis ori conueniens, vocatus Thauma. 17
Puluis contemptorum pecuniæ Coſmæ & Damiani, ad omnia oculorum mala. 18
Puluis anteuertens omnem lippitudinem, expertus. 19
Puluis ad fluxionem, & humidos ſcabieq; tentatos oculos, & palpebras. 20
Puluis ad aſperitudines, & pterygia, admodum nobilis. 21
Aridum collyrium, ad ſuffuſiones, co͂fectum ab Adamantino Iatroſophiſta, 22
Aridum collyrium Seueriani, ad craſſas albugines, hebetudines, & cicatrices. 23
Aridum collyrium Philoxeni ad prurientes oculorum angulos, eroſos, & caliginem inducentes. 24
Puluis caput purgans, probatus. 25
Puluis ad nomas gingiuarum, & pudendorum, omniumq; partium corporis. 26
Puluis ad nomas, putredines, carbunculos, pterygia, aures purulentas, & oris nomas. 27
Puluis ad nomas, & carnium excreſcentias. 28
Puluis ad pudenda, quo maior non queritur. 29
Puluis ad ſycamina, hoc eſt mora. 30
Puluis Sorani cruſtas faciens, laudatus. 31
Puluis ad rectum inteſtinum procidens, expertus. 32
Puluis ad nomas, è Galeno, expertus. 33
Puluis ad ſordida vlcera, & alia. 34
Puluis

Puluis cicatricem inducens, etiam malignis vlceribus. 35
Puluis ſanguinem ſtringens, optimus, expertus. 36
Puluis ad commotos dentes. 37
Puluis omnis generis vulnera ad cicatricem perducens. 38
Puluis ad quartanas in temperata aſſumptus. 39
Puluis ad impetigines, alphos albos, & nigros, expertus. 40
Puluis Menabios dictus. 41
Puluis carnem producens, & cicatricem inducens. 42
Puluis ad ozenas mirabilis. 43
Puluis ad nomas, ſordida purgans vlcera, ac pudendis accommodatus. 44
Puluis fiſtulis conueniens, probatus. 45
Puluis carnem generans, expertus. 46
Puluis ad eryſipelata, vt eadem hora malum euaneſcat. 47
Puluis ſimilis, ad eryſipelata, probatus. 48
xeromyron ad fragrantiam veſtium, valde bonum. 49
xeromyron ſimile, ad fragrantiam veſtium. 50
Gladius vt rubiginem non contrahat. 51
Xeromyron ad fragrantiam veſtimentorum, mirabile. 52
Puluis pudenda fluxione laborantia ad cicatricem perducens. 53
Puluis ad pudenda exulcerata recentia, & attritiones vlceroſas in muliere profectas. 54
Puluis acopos, qui inſpergitur in balneo. 55
Puluis cataplaſma capitis, probatus. 56
Puluis, cataplaſma capitis, laudatus. 57
Puluis ex aloe, valde bonus. 58
Puluis è fece vini vſta, Manethonis nominatus. 59
Puluis Oribaſij, Melitera appellatus. 60
Puluis ex oſtreis vocatus. 61
Puluis è thure nominatus. 62
Puluis Aphroditarius appellatus. 63
Puluis ſanguinem comprimens, ad nomas & carnium excreſcentias. 64
Puluis Flauus nominatus. 65
Puluis Pſaros nuncupatus. 66
Puluis Heliocaes, probatus. 67
Puluis Antheron nominatus. 68
Puluis ad nomas oris potiſsimùm, & pudendorum, laudatus. 69
Puluis ex ſylueſtri myrto, ad eadem. 70

Puluis

Puluis Maſſalioti nominatus. 71
Puluis dictus Aſclepios. 72
Puluis vocatus Peponatos. 73
Puluis Critonis nominatus. 74
Puluis alius vt præcedens. 75
Arida inſperſio capitis fluxione laborantis. 76
Puluis ſiue pſilothrum podagricum, probatum. 77
Puluis ad polypos, valde bonus. 78
Puluis acopos, cuius in balneo vſus eſt. 79
Puluis ad polipum, laudatus. 80
Puluis ſanguinem conſtringens, cicatricemq́; inducens, ad ſordida oris, & alia vlcera vtilis. 81
Puluis ad cancrum oris, omnis generis vlcera & gingiuas ſanguinolentas. 82
Puluis capitalis, expurgans & implens caua vlcera carne, & oſſa eximit. 83
Puluis omnem ſupprimens eminentiam, & quæ difficilè curantur, ad cicatricem perducit. 84
Puluis implens, ad gingiuas flaccidas, oſſa non ſinens contriſtari. 85
Puluis ad pudenda defluxione laborantia, & combuſtiones ani & aliarum partium. 86
Puluis capitalis, vulnerarius, cicatricē inducens, & ad ambuſta. 87
Puluis capitalis profunda vlcera implens, & carnem generans. 88
Puluis ad dyſentericos. 89
Puluis ad ægylopas, cicatricem inducens citra perforationem. 90
Puluis Seueriani ad mala oculorum. 91
Puluis ad lachrimantes oculos, arcet ac prohibet lippitudinem. 92
Puluis pudendis conueniens, valde laudatus. 93
Puluis carnem producens, ad fiſtulas vtilis. 94
Puluis ad gingiuas defluxione laborantes inſignis. 95
Xeromyrō capitis fluxione laborantis ineuitabile, & ad deſtillationes vtile. 96
xeromyron ſimile. 97
Puluis ex iride nominatus. 98
Puluis ad naris ozenas. 99
Puluis carnem generans admodum probatus. 100
Puluis ad ozenas valde laudatus. 101
Puluis ad ozenas narium mirabilis. 102
Pul

*Puluis ad ozenas.* 203
*Puluis ad fœtorem narium probatus.* 204
*Puluis ad ozenas narium valde bonus.* 205
*Puluis vocatus Terpon, ad nares.* 206
*Puluis ad polypos, & ozenas.* 207
*Puluis ad polipos Apollonij.* 208
*Puluis ad polypos eiuſdem.* 209
*Puluis ad gingiuas eroſas & depaſtas.* 210
*Puluis ori conueniens, neceſſarius ad fluxione laborantes gingiuas.* 211
*Puluis ad putrefactiones, cancros, fœtores, dentes commotos, & alia mala.* 212
*Puluis ad comeſtionem gingiuarum admodum bonus.* 213
*Puluis probatus ad gingiuarum comeſtionem.* 214
*Puluis laudatus ad gingiuarum comeſtionem.* 215
*Puluis neceſſarius ad gingiuarum comeſtionem.* 216
*Puluis ad gingiuarum nomas probatus.* 217
*Puluis ad gingiuarum comeſtionem mirabilis admodum.* 218
*Puluis ad gingiuas abſcedentes, & oris cruſtas.* 219
*Puluis ad gingiuarum comeſtionem nobilis.* 220
*Puluis gingiuis comeſtis carnem generans.* 221
*Puluis admodum laudatus ad gingiuarum comeſtionem.* 222
*Puluis ad oris putredines.* 223
*Puluis ad putredines, gingiuas comeſtas, tonſillas, columellam, & dentes commotos.* 224
*Puluis ad gingiuas eroſas.* 225
*Puluis antheron comprobatus.* 226
*Puluis ad oris putredines.* 227
*Puluis ad putredines oris.* 228
*Puluis ad frigidos affectus laudatus.* 229
*Puluis ad naris ozenas, eroſiones, nomas, & omnia nariũ mala.* 230
*Puluis ad ozenas naris, ſimilis.* 231
*Puluis laudatus, vt præcedens.* 232
*Puluis vt præcedens.* 233
*Puluis ſimilis.* 234
*Puluis ad ozenas narium.* 235
*Puluis ad ozenas mirabilis.* 236
*Puluis ad ozenas probatus.* 237
*Puluis ad fœtorem narium.* 238

Puluis

*Puluis ad ozenas narium.* 139
*Puluis ad ozenam.* 140
*Puluis ad nares.* 141
*Puluis mirabilis ſimilis.* 142
*Puluis ſimilis laudatus.* 143

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI DE PVLVERIBVS AD DIVERSOS MORBOS, Sectio Triceſima ſexta.

PVLVIS antheron mirabiliter ad eru- 1
ptiones ſanguinis, carnium excreſcentias,
& nomas oris, totiusq́; corporis conducẽs.
Chalcitidis vſtæ. ʒ.j. Miſy os. ʒ.ij. ß. Chal.
canthi. ʒ.i. gran. xv. Tritis benè, vtere.
Puluis morſu carens, vehementer ſup- 2
primens. Valet ad oris putredines, curat etiam gingiuas, &
dentes, omnisq́; generis mala. Calcis viuæ, lb̄.j. Aluminis
ſciſsi. ℥.ij. Myrrhæ. ℥. ß. Terito ad vſum in ſole ſub canicu-
læ æſtu.
Puluis ſanguinem ſupprimens, valde bonus. Gallarum. 3
℥.iij. Squamæ æris. ʒ.j. Miſy os. ʒ.ij. ß. Aluminis ſciſsilis. ʒ.
ij. ß. Tritis in pollinem vtere.
Puluis Heracles adurẽs, & callos multa experientia de- 4
moliens. Chalcitidis, ſandarachæ, arſenici, calcis viuæ, mi-
ſyos, ſingul. ℥. ß. Trita irrigato cum aceto acri ſufficienti,
dein ſiccato, & vſu exigente terito, & vtere.
Puluis ſternutatorius. Ellebori. ℥. ß. Zingiberis, exag. j. 5
ß. Aſari. ℈. ix. Caſtorij. ℈. iij. Trita dato vſu poſtulante.
Puluis ſtomachicus, potus ad ſtomachi refrigerationẽ, 6
appetentiam amiſſam, difficilem concoctionem, & dolorẽ,
à Iuliano[a] Pœmentalo expertus. Cumini toſti. ℥.j. Piperis
communis, baccas. iiij. ß. Baccas lauri nouem. Rutæ ſatiuæ,
baccam. j. E tritis in pollinem præbeto cochl. j. cũ mulſo bo
no mẽſuræ vnius calefactũ ſtomomate ferri candẽte, & vbi
biberis confeſtim, in ſtomachũ inclinato. Eſt enim ꝓbatũ.

[ a Pœmentalo. ] *Græcè eſt ποιμιντάλου. Quid verò hæc dictio ſignificet, diuinare nõ poſſũ; niſi fortè legẽdũ ſit ποιμίνος, id eſt regis.*

Pul

7 Puluis carnem generans, valde bonus. Cadmiæ, aloes flauæ, ceruſſæ, lithargyri, amili, thuris, farinæ eruinæ, ſingul. ʒ.ß. Iridis, ariſtolochiæ longæ, ſingulorum. ʒ.j.

8 Puluis ad collumellam relaxatam, & phlegmone laborantem, valde laudatus. Piperis albi. ʒ.ß. Aluminis ſciſsi. ʒ.j. Zingiberis. ʒ.ß. Gallæ immaturæ. ʒ.j.

9 Puluis ad vuam deſtillatione ſuppreſſam, & relaxatam, valde bonus. Aluminis ſciſsilis, gallæ immaturæ, ſing. ʒ. ß. gran. vij. Piperis albi. ℥.ß. Roſarum. ℥.ß. gra. iij. Tuſa vt pollinem reconde in vitreo vaſe, & vſu poſcente conijce in æream fiſtulam, & inflato ſuper vuam.

10 Puluis ad columellas relaxatas, & vuam inflammatam. Coſti alexandrini. ℥.j. Gallæ immaturæ. ℥.ß. Tuſa probè miſceto cum melle attico ſufficienti, & illine cum penna intimè.

11 Puluis Antheron, ad vuam fluxione tentatam, gingiuas à dentibus diſcedétes, putredines, & gingiuas cruentas, détes commotos, mirabilis. Iridis illyricæ, ſandarachæ, cyperi, aluminis ſciſsilis, cytinorum mali granati, zingiberis, croco magmatis, croci, ſingulorum. ʒ.j. Tuſsis in pollinem vtere, ad putredines, & abſcedentes cruentasq́; gingiuas, & dentes commotos aridis, ad cruſtas verò cum melle.

12 Puluis ad ranas puerorum mirabilis. Mentæ aridæ, piperis albj, ſingulorum. ℈.ij. ß. Salis ammoniaci. ℈.x. Folij. ℈. iij. Coſti. ℈.ij. Trita excipe cum melle attico, quod ſatis eſt, & ſub lingua illine.

13 Puluis ad ranas puerorum ſub lingua factas admodum bonus, expertus. Coſti, gallæ immaturæ, fœniculi ſeminis veteris, ſing. ʒ.ß. Piperis communis, bac. v. ß. Salis communis, gra. j. ß. Colocynthidis, oſtrei aridi vſti, ſingu. ℈.ß. Corymborũ thymi. Trita reconde, & vſu poſtulante, linguæ illine mel, & poſtea inſpergito puluerem.

14 Puluis Antheron dictus, ad nomas in ore factas. Coſti, rhois ſyriaci, ſing. ʒ.iiij. Floris roſarũ. ʒ.viij. Zingiberis. ʒ. xv. Trita irrigato cum melle attico ſufficienti, & vtere.

15 Puluis ori conueniens, neceſſarius ad fluxione laborantes gingiuas. Foliorum fœniculi. ʒ.j. Caſiæ. ʒ.ij. Piperis communis. ʒ.j. Berenicarij. ʒ.xij. Tritis in pollinem vtere.

Puluis

Puluis ad oris putredines, cancros, fœtorem oris, dentes 16
commotos, & gingiuas aberrantes conſtringit. Facit ad ranas linguę, & ſaliuam plurimam ſupprimit, expertus. Corticis mali granati, corticis amygdalarum, colocynthidis aridæ teſtarum vſtarum, oßium palmularum vſtorum, caryophylli, piperis communis, ſingulorum. ℥. ß. Tuſa vt pollinem, dentibus, gingiuis, & ſaliuæ, arida adpone. Alijs autem malis cum melle attico. Probatus enim eſt.

Puluis ori conueniés, morſu carens, vocatus Thauma, 17
rimas linguæ & oris à fluxione natas implens. Siſtit ac ſanat omnes affectus, & gingiuas, omniq; ætati facit præter opinionem. Thuris, amyli, terræ aſteris, ſingulorum. ℥. ß. Trita in pollinem inſperge rimis. Conducit etiam ad ſedis rimas, ſi cum albo oui vſus fueris.

Aridum collyrium ſanctorum glorioſorum & mirabilia 18
efficientium, pecuniæq; contemptorum Coſmæ & Damiani, ad craſſas albugines, pterygia, & omnia oculorum mala atq; ad hebetudinem vtile. Piperis longi. ʒ. xiiij. ß. Coſti. ʒ. ij. ß. Cadmiæ racemoſæ, melanteriæ illotæ vſtæ, ſingulorũ ʒ. ij. ß. Caryophylli, baccas. viij. Maſtiches purgatæ, bac. ß. Tritis in pollinem vtere. laudatus enim eſt.

Puluis è croco, anteuertens omnem lippitudinem, ex- 19
pertus. Aloes flauæ, croci, ſarcocollæ, glaucij, [a] antioches, mamoran, caphuræ, ſingul. ℥. ß.

[ a Antioches, mamoran.] *In manuſcripto codice legitur* ἀντιόχιος μαμώραν. *Nemo verò quid ſignificent hæ dictiones, facilè (puto) diuinabit.*

Aridum collyriũ, expertũ ad fluxionẽ, & humidos ocu- 20
los: & defluẽtes capillos retinet: & vt renaſcantur, efficit: ad ſcabiẽ deniq; oculorũ & palpebrarũ cõfert. Cadmiæ, æruginis raſilis, ſin. ℥. j. Stimmi, exag. j. ß. Tuſa & cribrata humectato cũ melle attico, & conijce in ollã nouã, lutoq; oblinito, aſſato, & vbi ab igne remoueris, extingue cũ vino amineo. Dein conijce in mortariũ, & admiſce ſpicæ nardi. ℈. iij. Et tritis ſimul diligenter, vtere vt collyrio.

Aridũ collyrium ad aſperitudines & pterygia mirabile 21
valde. Accipe æs [a] manicarium, & vrinã pueri annorum. vj. aut. viij. Aes ad carbones vt vehementer candens reddatur effice. Dein extingue cum vrina, & vbi vniuerſum æs in vrina

vrina ſordium craſsitudinem nanciſcitur, repone in ſole vt tabeſcat. Dein tolle, & per tenue cribrum traijcito. De eo tandem accipe partem vnam, & admiſce illi piperis, communis, partem. ß. Salis cappadocici modicum, & læuigata benè, in die ſemel illine.

[a Manicarium.] *Nicolaus habet μανικάριον. Intelligit autē fortaßis hac voce, æs quod manibus tractatum eſt.*

22 Aridum collyrium ad ſuffuſiones inuentum, Adamantini Medici ſophiſtæ. Cadmiæ. ʒ. iiij. Euforbij. ʒ. iij. Nitri. ʒ. j. Spicæ nardi. ʒ. ij. Piperis albi. ʒ. x. Salis foſsilis. ʒ. j. Fæcis vini, aut gypſi. ʒ. ij. ß. Trita exhibe.

23 Aridum collyrium Seueriani, ad craſſas albugines, hebetudines, & cicatrices. Cadmiæ ℥. j. Ammoniaci. ℥. ß. Piperis albi. ʒ. ij. Trita exhibeto.

24 Aridum collyrium Philoxeni, ad angulos prurientes, & eroſos, atq; hebetudinem. Cadmiæ. ʒ. ij. Salis ammoniaci. ʒ. j. Piperis albi. ʒ. ij. Tritis vtitor.

25 Puluis caput purgans, probatus. Iridis, hyſſopi, aphonitri, ſtaphidis agriæ, ſingulorum. ʒ. ß. Folia lauri, duo & ß. Probè contuſis, verticem prius capitis vino rubeo irrigato tepido, & poſtea inſtar farinæ inſpergito.

26 Puluis Aegyptius dictus, ad nomas in gingiuis, & pudendis, & omnem corporis partem expertus. Comprimit carnis excreſcentiam, & cicatricem inducit. Chalcitidis aſſatæ. ʒ. iiij. Chalcanthi. ʒ. x. Miſyos aſſatæ. ʒ. vj. Aeris vſti. ʒ. ij. ß. Tritis in pollinem vtere.

27 Puluis Angeli boni ad nomas, putredines omnes, carbunculos, pterygia, aures purulentas, & oris nomas. Gallæ immaturæ, aluminis ſciſsi, chalcanthi, lapidis aſij, diphrygis, berenicarij, ſingulorum. ʒ. ß. Miſyos, chalcitidis, arſenici, ſandarachæ, ſing. ʒ. iiij. Tritis vtere. In aure quidem, cum poſca: in ore autem, cum melle attico ſufficienti.

28 Puluis Melinos vocatus, ſiſtens nomas, & carnium excreſcentias reprimens. Arſenici. ſandarachæ, chalcitidis, ſingulorum. ℥ ß. Calcis viuæ. ℥. j. Tritis vtere.

29 Puluis pudendis aptus, quo efficaciorē ne quæras. Ariſtolochiam rotundam tuſam & cribratã, ſi quidem nō [a] hæres, dubitáſve, melli miſce, & vt linamentũ inijce, & mitte intus ſi nome eſt. Si verò abſcondatur, arido vtere donec

curabis: hoc enim purgat, carnem generat, & cicatricem probabiliter inducit.

[a Hæres.] *In manuſcripto codice legitur ἀποσσόρυς, fortè pro ἀπορήσαις. Vt ſit ſenſus: ſi nō hæres, hoc eſt, ſi non dubitas quin nome ſit, aut ſi in conſpectu eſt. Nā ſtatim ſubiungit. Si verò abſcondatur.*

Puluis ad mora. Herbam heliotropium, quæ etiā Scor- 30
piurus dicitur, benè tuſam cribrato, conijce in vaſculum, & prius lauato aqua locum laborantis, & inſparge puluerem. Et tanquam optimo accipe ex ipſo [a] ter vſto, & pro ſale appone mergens intingénsve in ipſo fercula.

[a Ter vſto. [*Vel ſic reddendum, græcè enim eſt κικαυμένα γ', vel aliquid deeſt.*

Puluis Sorani, cruſtas generans, laudatus. Arſenici, cal- 31
cis viuæ, ſingulorum. ʒ.iiij. Chalcitidis, ellebori nigri, ſingul. ʒ.ij. Tritis in pollinem vtere.

Puluis ad anum procidentem expertus. [a] Gallæ vſtæ, 32
centunculi vſti, picis aridę, ſingulorum. ℥.ß. Fac puluerem, & cum manu propelle anum ad interiora, & deſuper conijcito: confeſtim [b] conſiſtet, & ſtabilietur.

[a Gallæ. [*In codice Nicolai, κίλικος, pro κηκίδος legitur.*
[b Conſiſtet.] *Græcè σαλλίσεται falſo, pro σατίσεται legitur.*

Puluis ad nomas è Galeno, expertus. Squamę æris, arſe- 33
nici, ſing. ʒ.ij. Chartæ vſtæ, æris vſti, ſulphuris ignem non experti, ſingulorum. ʒ.iiij.

Puluis cataplaſma, morſu carēs, expertus, ad modum bo- 34
nus ad ſordida vlcera, & in quibus nerui putruerunt, & ad pterygia, oſſaq; cōtrita, vuā, et tōſillas. Iridis. ʒ.iiij. Erui. ʒ. ß. Cadmiæ. ʒ.ij. ß. Mannæ, thuris, ſingu. ʒ.v. Squamæ cypriæ. ʒ.vj. Lithargyri. ʒ.ij. Terræ ſamiæ. ʒ.vij. ß. Ariſtolochiæ rotundæ. ʒ.iiij. Tritis benè vtere.

Puluis cicatricem inducēs, etiam malignis. Pineæ. ʒ.vj. 35
Cornu ceruini vſti. ʒ.ij. Cadmiæ. ʒ.ix. Ceruſſæ, mannæ, ſingul. ʒ.ij. Aeruginis raſilis. ʒ.j.

Puluis ſanguinem ſupprimēs, quem nobis Dioſcorides 36
Tarſenſis veluti expertum dedit. Bonus enim eſt ad ſanguinis eruptiones. Chalcitidis. ʒ.iiij. Mannæ. ʒ.iij. Reſinæ aridæ, gypſi vſti, ſing. ʒ.iiij. Alia quidem contunde, & per cribrum traijcito, & commiſce, ac recōde in æream pixidem. Vſu verò poſtulante gypſum admiſce, & vtere.

Pul

37 Puluis ad dentes commotos. Cornu ceruini vſti.ʒ.iiij. Rhois ſyriaci.ʒ.ij.Gallæ immaturæ.ʒ.j. Balauſtiorũ. ʒ.ij. Corticis pini,zingiberis,ſing.ʒ.ß. Tritis probè vtere.

38 Puluis cicatricem inducẽs omnibus vulneribus. Molybdenæ,aloes flauæ,ſingul.℥.j. Tritis benè vtitor.

39 Puluis ad quartanas in tepida ſumptus. Aloes flauæ,epithymi,ſin.℈ j. Terãtur. Aeger veſperè lotus præbibat ſolam tepidã, ſimiliter etiã manè lotus accipiat de eo totum pondus,& ieiunet horis ſex.

40 Puluis ad impetigines,alphos albos & nigros, expertus & probatus. Lithargyri,ellebori nigri,ſingulorum.ʒ.j.Sulphuris ignem non experti,nitri,ſampſychi, ſingulorum.ʒ.ij.His benè tritis vtere in balneo.

41 Puluis Menabios dictus. Cadmiæ, chalcitidis, ſingulorum.℥.j.Diſſolue in aceto ſub æſtu caniculæ. Hic verò confert nomis:eſt enim mirabilis.

42 Puluis generans carnẽ,& cicatricem inducens. Thuris, farinæ eruinæ,ſingu.ʒ.v. Ariſtolochiæ,panacis radicis, iridis,bryoniæ radicis,ſin.ʒ.ij.ß.Heleniij.ʒ.j.gran.xv.

43 Puluis ad ozenas mirabilis,ne illum deſpicias: expertus enim eſt. Centaurij,ſquamæ vſtæ,ſing.ʒ.iiij. Aeruginis raſilis,ſquamæ æris,radicis cyclamini, myrrhæ, aloes flauæ, ſidiorum,ſingulorum.ʒ.ij. Tritis vtere.

44 Puluis melinus,luteúsve,fiſtulis, & nomis accommodatus. Purgat enim ſordida vlcera,& pudenda. Purgat autem citra adſtrictionem, potiſsimùm in tenuibus corporibus. Arſenici,ſandarachæ,ſulphuris ignem non experti, ſquamæ æris,ſingul.℥.ß. Tritis probè vtere. Carnes enim generat,& vtilis eſt.

45 Puluis fiſtulis accommodus probatus. Miſy ſolum læuigato,& vtitor eo.

46 Puluis carnẽ generãs,expertus. Thuris,cadmiæ,farinæ eruinæ, ceruſſæ, pompholygis, amyli, mannæ, lithargyri, ſin.℈.iij. Plũbi vſti,terrę Chię,ſin.℈.vj. Tritis benè vtere.

47 Puluis ad eryſipelata,vt eadem hora euaneſcat malum. Capræ pedem vrito cum capillis, & cinerem eius in pyxidem cõijciens ſeruato. Vſu exigente locum vino prius madefacito,& poſtea puluerem inſparge.

48 Puluis ſimilis,ad eryſipelata,ꝓbatus. Oleo roſaceo,oui

albo,ſucco ſolani,& roſarum ſtillaticio liquore,probè ſub-
actis locum inunge.

Xeromyron ad fragrantiam veſtimentorum valde bo- 49
num. Violarum viridium,iridis,coſti,ſingulorum.℥.j.Te-
nuiter contuſa,& in linteo ligata tenui, reconde in vnum
quemuis arculæ angulum.

Xeromyron ſimile ad cõciliandũ bonũ odorẽ veſtibus. 50
Roſarum recentiũ, carentiũ humore, floris junci odorati,
ſing.ʒ.vj.quartã partẽ.Spicæ nardi,zingiberis,ſingul.ʒ.ß.
Amyli,xylobalſami,coſti,ſing.℈.ß.& quartẽ partẽ. Iridis.
ʒ.j. Tuſa probè ligato in linteũ tenuè,& recõde in arculã.

Gladium rubiginem contrahere non permittens.Hede- 51
ram ſylueſtrem vſtam madefacito cum oleo roſaceo ſuffi-
cienti,& probè ſubactis illine ferrum,quando lubet.

Xeromyron ad fragrantiam veſtimentorum mirabile. 52
Carpobalſami. ℥. j. ß. Caryophylli. ℥. ß. quartam par-
tem. Amomi. ℥. j. Spicæ nardi. ℥. ß. Coſti. ℥. ß. quartam
partem. Roſarum ſiccarum,folij,caſiæ, ſingulorũ.℥.ß.ʒ.j.
Benè tuſa ligato in linteo ſubtili, & repone in arcu-
lam,

Puluis Aphroditerius vocatus, ad pudenda fluxione la- 53
borantia. His enim cicatricem inducit,valde bonus eſt.Ce-
ruſſæ.℥.ij.ß.Amyli.ʒ.iiij.ß. Thuris. ʒ.iiij. partem quar-
tam. [a]Phycarcos.ʒ.j.Benè tritis vtere.

[a Phycarcos.] *Græcè eſt φυκάριως. Quid verò per hanc hanc vocem intelligat,non accipio,*

Puluis ad pudenda exulcerata, & potiſsimùm recen- 54
tia,& ad mulierum vlceroſos intertrigines, morſu vacans,
laudatus. Lapidis phrygij vſti, & extincti in melle, cumq;
vino ſufficienti leuigati. Vtere vt certo. Ego adieci ad duas
eius partes,aloes flauæ partem vnã,& fœliciter ceſsit. Etiã
citra chirurgiam malum vincit:eſt enim mirabilis.

Puluis laſsitudinem remouens, in balneo vſurpandus. 55
Sampſychi,nitri,ſingul.℥.ij.ß.Adarces,piperis communis,
baccarum lauri,pyrethri,ellebori albi,ſingul.ʒ.ij.

Puluis,capitis cataplaſma admodum bonum. Eruorum 56
aridorum.℥.ij.ß.Iridis.℥.j.exag.j.ß.Mannæ ariſtolochiæ,
ſingul.exag.iiij ß. Trita inſperge vertici capitis.

Puluis,cataplaſma capitis,probatus. Corticis pini.ʒ.iij. 57

Thu

Thuris maſculi, pumicis, ſingulo.ʒ.ij.Iridis.ʒ.j. Reſinæ aridæ.ʒ.iij. Ariſtolochiæ. ʒ.iiij. Benè trita inſperge vertici capitis.

58 Puluis ex aloe, valde bonus. Aloes flauæ.ʒ.iij. Farinæ eruinæ.ʒ.iiij.Mannæ.ʒ.ij.Gallarum.ʒ.j.ß.Aluminis ſciſſilis.ʒ.j.

59 Puluis è fæce vini combuſta, Manethonis nominatus. Cadmiæ vſtæ.& lotæ,terræ aſteris,ſing.℥.ß. Fæcis vſtæ è vino perſpicuo,thuris. Aliqui etiam amylum adijciunt,ſingulorum.℥.ij.Tritis vtere.

60 Puluis Oribaſij.Melitera dictus. Chalcitidis, ſquamæ æris gallarum,balauſtiorum,ariſtolochię longæ,ſing.℥.ß. Sidiorũ,aluminis ſciſſilis,ſing.exag.j.ß. Benè tritis vtere.

61 Puluis ex oſtreis.Cadmiæ,thuris,ſingu.℥.ß. Oſtreorum vſtorum.℥.j.ß.

62 Puluis è thure.Lithargyri,thuris,cadmiæ,ceruſſæ,ſing. ʒ.ij.℈.j.gra.iij. Tritis in pollinem vtere.

63 Puluis aphroditarium cognominatus. Thuris,ſquamæ æris,[a]mali punici,amyli,ceruſſæ, ſingulo.ʒ.j.℈.j.gra.iiij. Tritis vtere.

[a Mali punici.] *Græcus codex habet* ῥοιδαριὰ. *Eſt autem, vt Paulus in ſeptimo teſtis eſt, legendum* ῥοιαδερὸ.

64 Puluis[a] Rhodios vocatus,ſanguinem ſupprimens, ad nomas & carniũ excreſcentias laudatus. Gallæ crudæ.ʒ. iij.Gallæ vſtæ,& in vino extinctæ.ʒ.vj.Squamæ æris nigræ[b] & ſi non ſit,rubeę.ʒ.iiij Chalcanthi.ʒ.xij.Aluminis ſciſſilis.ʒ.xiij.Terito iſta diebus ſufficientibus,& vtere.

[a Rhodios.] *Manuſcriptus codex falſo* ῥοίδιον, *pro* ῥοδία *legit.*

[b Et ſi non ſit.] *Nicolai codex non recte legit* καὶ μὴ ἐρυθρᾶς, *pro* εἰ δὲ μὴ ἐρυθροῦ.

65 Puluis flauus appellatus. Chalcitidis vſtæ.ʒ.viij.Chalcanthi vſti.ʒ.x. Miſyos.ʒ.v.Aeris.ʒ.ij.ß.Tritis vtere.

66 Puluis à murino colore Pſaros nominatus. Miſyos.ʒ. ij.Gallarum.℥.j.Chalcitidis.℥.ß.Chalcanthi,æruginis raſilis,ſingulorum.exag.j.ß. Tritis vtere.

67 Puluis Heliocaes, id eſt,ſole vſtus, laudatus. Chalcanthi,arſenici,ſing.lb.ß.Calcis viuæ,lb.j.Trita ſubigito cum aqua ſufficienti,& leuigato ſub æſtu caniculari diebus ſufficientibus,dein ſiccatis vtere. Admodum enim adurit.

Puluis antheron nominatus. Cyperi.ʒ.iiij.Myrrhæ. 68
ʒ.vj.Sandarachæ.ʒ.j.ß.Roſarum.ʒ.j. Croci.ʒ.ß. Croco-
magmatis.ʒ.j.Aluminis ſciſsilis, iridis illyricæ, ſingul.ʒ.j.
Tritis vtere.

Puluis ex charta,ad nomas oris,potiſsimùm pudendo- 69
rum,admodum laudatus. Squamæ æris.chartæ vſtæ, ſin
gul.ʒ.xij.Arſenici,ſulphuris ignem non experti, ſingul.ʒ.
vj.Plumbi vſti.ʒ.iij.Terantur in pollinem. Et quidem ad
humidiores putredines aridis vtere. Cum roſaceo verò &
melle ſubactis,ad aridas vtere.

Puluis ex oxymyrſine,ſeu myrto ſylueſtri,ad eiuſmodi. 70
Rhois coriarij.℥.vj.Oxymyrſines foliorũ,ſandarachę,ſin.
ʒ.iiij.Foliorũ ſalicis aridorũ.ſidiorum,ſin.ʒ.iij.Aluminis
ſciſsilis,chryſocollæ,aloes flauæ,chalcitidis crudæ, ſquamę
arſenici.ſalis communis,ſingulorum.ʒ.ij.Tritis vtere.

Puluis[a] Maſſalioti dictus. Nitri,opij,chryſocollæ,la- 71
pidis aſij,ſandarachæ,miſyos,chalcitidis,aluminis ſciſsilis,
diphrygis,ſingulorum.℥.ß.Tritis vtere.

[a Maſſalioti.] *Ex Paulo legendum* μασσαλιώτου *: non,vt habet Nicolai codex*, μασσαλιώτου.

Puluis Smegma,quod vocatur Aſclepios.Baccarũ lau- 72
ri,nitri alexandrini,ſalis torrefacti communis, ſalis cappa-
docici,ammoniaci,aphonitri, pumicis,ſingul.ʒ.ß.Ellebori
nigri,ſtruthij,pyrethri,fecis vini vſtæ, ſtaphidis agriæ, ſi-
napi,aluminis ſciſsilis,florum iunci odorati, iridis, gallarũ,
ſingul.℥.iij.Sampſychi,℔.ß.Seminis viticis, pulegij, fari-
næ eruinæ,cumini,ſingul.℥.iij. Chamæleontis nigri, ſul-
phuris ignem nõ experti, gummi, thuris, piperis cõmunis,
radicis cucumeris ſylueſtris,marrubij,cimoliæ,pæoniæ, te-
ſtæ ſepiæ,fœnogræci,folij,coſti,euphorbij.ſpicę nardi,ſin-
gul.ʒ.ij.Alexander autem iſta adijcit,nempe ſalis amari,ſa
lis è fontibus nitri,ſingulorum.ʒ.ß.Adarces,℥.ß.Aluminis
liquidi,& albi.cnici,graminis aridi, bryoniæ ſiccæ, ſingu-
lorum.℥.j.Tritis probè vtere.

Puluis Smegma vocatũ Peponatũ. Thuris, maſtiches, 73
ammoniaci thymiamatis, ſin.℥.ß.Tragacanthæ.℥.ß.ʒ.j.
Succi vuæ immaturæ.℥.iiij.ß.Seminis peponis recẽtis re-
purgati.℥.j.ß.Similaginis,℔.cl.Alborum ouorũ.v. Iridis.
℥.ß.Aliqui etiam adijciunt ellebori.℥.j.Benè tritis vtere.

Pul

74 Puluis Critonis nominatus, probatus. [a] Lomenti, modium. ß. Similaginis, lb. iij. Trifolij, mirobalani, iridis illiricæ, ſing. lb. ij. Ammoniaci thymiamatis. ℥. vj. Ouorum alba. vij. Carnis peponis, ſucci vuæ immaturæ, ſing. lb. j. ß. Benè parata cōmiſce, & finge paſtillos, & exiccato in vmbra. Vſu verò poſtulante tuſa & cribrata exhibeto.

[ a Lomēti.] *In codice Nicolai falſo ſcribitur* ϐριγμοῦ, *pro* ἐριγμοῦ.

75 Puluis alius, & vt præcedens, admodum laudatus. Tragacanthæ, thuris, maſtiches, ammoniaci thimiamatis, ſing. ʒ. v. Succi vuæ immaturæ. ℥. ij ß. Similaginis, lb. v. ℥. iij. Albi oui. ℥. ß. Carnis peponis. ℥. v. His benè ſubactis, confice vt præcedentem.

76 Inſperſorium exiccans caput quod fluxione laborat. Nitri alexandrini rufi. ℥. ij. ß. Salis cōmunis torrefacti. ℥. ß. ʒ. j. Salis cappadocici. ℥. ß. Hæc trita & macerata aceto acerrimo ſufficienti, [a] conijce in linteum ſacculū, & in camino vrito, donec in carbones vertātur. Deinde in ſole refrigeratis ad abſtergendum vtitor cum vino ſufficienti, deſuper inſtillans in balneo.

[ a Conijce in linteum.] H*æc ex* P*aulo adiecta ſunt; & in codice* N*icolai deſiderantur, vbi legitur* ἔμβαλε λίνῳ σακκελίῳ. καὶ καῦσον ἐν καμίνῳ, *&c.*

77 Puluis vel pſilothrum podagricum, laudatum Maſtiches, thuris maſculi, vuæ ſatiuæ, ſtaphidis agriæ, ellebori albi, lithargyri, ſing. ℥. j. ß. Folij, [a] amyli, ellebori nigri, floris lapidis aſij, ſing. ℥. ß. Alcyonij, pumicis aſſatæ, cimoliæ, ſampſychi, ſing. ℥. j. ß. Spicæ nardi. ℥. ß. Nōnulli verò adijciunt, aloes flauæ. ℥. ß. Tuſa in pollinem ſeruato. Vſu verò poſtulante ſuccum orizæ & ptiſanæ in ollā conijcito: atq; vbi ebullierint, adijce pulueris. ℥. ß. ʒ. j. Alij & hæc admiſcent, Saponis gallici. ℥. ß. ʒ. j. Arſenici. ʒ. j. Aluminis ſciſsi, ℥. ß. ʒ. j. Sandarachæ. ℥. ß. ʒ. j. Calcis viuæ recentis, lb. ß. Benè confectum reconde. Vtendum autem hoc ter menſe, nono ſcilicet die lunæ, & . xxix. idq; per annum. Poſt hunc verò ſemel in menſe, luna deficiente.

[ a Amyli.] M*anuſcriptus codex legit,* μήλου, *pro* ἀμύλου.

78 Puluis ad polypos valde bonus. Aeris vſti, chalcanthi, chalcitidis, miſyos, ſingulo. ℥. j. Hæc tuſa in mortario, & excepta aceto bono in olla figulina oblita aſſato in cliba-

no, aut in furno, & eiecta diſſolue vino, & iterum aſſato: dein eiecta diſſolue, & repoſitis in vaſe vtere vt probatis.

Puluis laſsitudinem abigens, inſpergẽdus in balneo. 79
Sampſychi, nitri, ſingulo. ℥.ij.ß. Adarces, piperis cõmunis, baccarum lauri, pyrethri, ellebori albi, ſing. ℥.ij.

Puluis ad polypum probatus. Calcis viuæ, chalcitidis, 80
chalcanthi, ſinopidis, ſing. ℈.iij. Trita exhibeto, quaſi hæc ſola ſint laudata.

Puluis Rhodias nominatus, ſanguinẽ ſupprimens, & 81
cicatricem inducens. Ad ſordida oris vlcera, cũ melle datur. Ad lippitudinem, aceto madefactus. Ad reliqua verò mala, aridus inſperſus. Ad ſpuentes ſanguinẽ, cum aqua frigida, menſura cochleariorum duorum. Dyſenteriã, & alui fluorem, & nomas pudendorum confeſtim ſiſtit inſperſus. Ad pterygia digitorum ſummè facit. Prodeſt etiã ad herpetes [a]exedentes, & ad rubentes podagras. Ad vlcera pudendorum melle diſſolutus. Ad dentium dolorẽ aridus inſperſus, confeſtim enim dolorem tollit. Sanguinis eruptiones ex omni vulnere compeſcit. Ad carnis iuxta gingiuas eminentiã facit, & humidas gingiuas. Conducit peripneumonicis, ſanguinem excreantibus, & carnium excreſcentias cõprimit, & cicatricem inducit. Gallas immaturas.ix. Squamæ rubeæ.ʒ.v. Chalcanthi.ʒ.iij. Aluminis ſciſsilis.ʒ.ij. Dimidiam gallarum partem vrito, & extinguito in vino auſtero, vt nigreſcat medicamentum. Benè trito vtere.

[ a Exedentes.] *In codice Nicolai eſt ſcriptum ζῶντας, fortè pro ἐσθιομένους.*

Puluis ad carcinomata oris, & omnis generis vlcera, 82
cruentasq́; gingiuas admodum vtilis. Coſti, folij, ſpicæ nardi, gallarum immaturarum, conchyliorum oſsium crematorum, fæcis vini vſtæ, teſtarum ſepiæ vſtarum, chartæ vſtæ, [a]tarichi vſti, phales vſtæ, ſingulorũ. ℥.ß. Tritis vtere, prius abſtergendo locum vino, inuoluens digitum linteolo, & inſperge. Comede panis bucellas vino diluto maceratas. Oleo autem & melle per totum abſtineto.

[ a Tarichi vſti, & phales vſtæ.] *Græcè eſt ταρίχου κεκαυμένου, φάλης κεκαυμένης. Per τάριχος autem carnem piſcium aſſam, vt alij Græci, accipit. φάλην verò quid ſit diuinare nequeo.*

Pul

83 Pulnis capitalis purgans,& caua carnibus implẽs. Oſſa & ſquamas remouet, & ad putrefactos neruos confert. Iridis.ʒ.v. Ariſtolochiæ longæ.ʒ.ij.ß. Eruorum rubeorum.ʒ.iiij. Mannæ,thuris,ſquamæ æris,aloes flauæ, ſingulorum. ʒ.ij.ß. Singula ſeorſim tundito, & cribrato. Miſce, & vtere.

84 Puluis ſupprimens omnem eminentiam,ad cicatricem autẽ ducit etiam ea quæ difficulter curantur. Chalcitidis, ʒ.viij. Chalcanthi.ʒ.ij. Cadmiæ,miſyos,mannæ,ſingu.ʒ.iiij. Aceto diſſolue, & rurſus tere.

85 Puluis vocatus Xenocratios implens,ad flaccidas gingiuas vtilis, & oſſa non ſinit contriſtari. Cum melle purgat maligna, ac depaſcentia. Squamas etiam recedere facit. Cadmiæ.℥.ß. Miſyos,chalcitidis,ſori,myrrhæ, ſingulo.℥.ß. Tritis vtere.

86 Puluis ad pudenda fluxione laborantia,& ani,alarum, & partium quæ coſtas interiacent, vſtiones. Cadmiæ vſtę, & lotæ,corticis pini,thuris,plumbi,ſing.℥.j.

87 Puluis capitalis,vulnerarius,cicatricem inducens. Confert ad ambuſta cũ cerato roſaceo. Arido verò vbi vti velis, [a]concerpta linamenta oleo imbuta, pone ſuper puluerem Limacum vſtarum.℥.j. Thuris maſculi,aloes flauæ,ſingu.℥.ß. Læuigatis vtere.

[a Concerpta linamenta.] *Legendum* τίλματα μοτὰ, *nõ* μοτὰ *vt habet manuſcriptus* Nicolai *codex.*

88 Puluis capitalis,profunda implens vulnera, & carnem generans, valde bonus. Erui albi.ʒ.iiij. Iridis.ʒ.x. Mãnæ, thuris,ariſtolochiæ,ſquamæ,aloes flauæ, myrrhæ, ſingul. ʒ.v. Benè tritis vtere.

89 Puluis Heliocaes dictus,id eſt à ſole vſtus. Valet ad dyſentericos,iniectus cum decocto mali punici putaminum aut ruborum,aut myrti,aut foliorum oliuæ, ſummè probatus & mirabilis. Arſenici,calcis,rhois coriarij, ſingul.℥.ß. Succi hypociſtidis.℥.j. Benè trita ſubigito ſub æſtu canicułari in vrina pueri nondum corrupti, aut aqua marina, aut ſucco plantaginis maioris, aut minoris diebus viginti exiccans. Vſu poſtulante læuigato & vtere.

90 Puluis ad ægilopas expertus, ad cicatricẽ ducens ſine perforatione. Thuris, aluminis ſciſſilis, ſingulorum.℥.ß.

Trita excipiantur cum terebinthina pondere exag. iiij. & vtere.

Puluis Seueriani ad mala oculorum, tollens albugines 91
ſummè craſſas, & omnem caliginem, hebetudinem, & gingiuas. Cadmiæ. ℥. j. ß. Salis ammoniaci. ℥. j. Piperis albi, folij, ſing. ℥. ß. Tritis vtere.

Puluis ocularis, quem accepi ab Alypio archiatro, ad 92
oculos lachrymantes, qui præſeruat, & abigit omnẽ lippitudinem. Cadmiæ. ʒ. iij. Aeris vſti. ʒ. ij. Stimmi, ammoniaci, ſing. ʒ. j. Cadmia, æs, & ſtimmi cum attico melle vruntur, & vino aminæo extinguntur. Dein contunditur ammoniacum. Aliqui autem adijciunt etiam croci. ʒ. ß. & ſpicæ nardi. ʒ. j.

Puluis pudendis conueniens, admodum laudatus. Fœ- 93
niculi aſſati, & amygdalarum amararum, ſingul. ℥. j. cinerem inſperge ſæpius manu.

Puluis carnem generans, ad fiſtulas cõueniens. Cha- 94
mæleontis nigri, thuris, iridis, corticis pini, arſenici, ariſtolochiæ longæ, ſing. ℥. ß. Fiſtulam prius mulſa ablutio, dein trita in pollinem, inſperge.

Puluis antheron, ad gingiuas fluxione tentatas, præ- 95
cipuũ medicamentũ. Aluminis ſciſsilis, cyperi, ſandarachæ ſing. ʒ. iiij. Myrrhę. ʒ. j. Croci. ʒ. ß. Crocomagmatis. ʒ. j. ß.

Xeromyron capitis fluxione laborantis, in quo nullus 96
error admittitur, & ad deſtillationes valde bonum. Iridis, helenij, floris iunci odorati, ſing. lb. ß. Roſarum aridarum, ℥. j. ß. Amomi, coſti, folij, gallarum, ſing. ℥. iij. Tritis vtere à balneo, caput prius vino auſtero illinens.

Xeromyron ad caput fluxione tentatũ, & deſtillatio- 97
nem cõferẽs, in quo nullus poteſt cõmitti error. Cubebę, caryophylli, coſti, caſiæ, folij, ſpicæ nardi, ſing. exa. j. Trita benè coquito in vino rubeo bono, & lauato ex eo caput ægrotantis tepido. Dein terito aloes flauæ exag. j. ß. & irrigato vino bono quod ſatis eſt, inſperge vertici capitis, & deſuper ponito goſsipium, & permitte vt quieſcat.

Puluis ex iride. Iridis. ℥. j. ß. Gallarũ. ℥. ß. Caſię, coſti, 9
folij, ſpicę nardi, balauſtiorũ, roſarũ aridarũ, carpobalſami, ſing. ℥. j. Myrrhæ. ʒ. ij. Trita benè, & capite vino auſtero tepido madefacto, inſperge deſuper puluerem à balneo.

Pului

99 Puluis ad ozenas naris, probatus. Spicæ nardi, miſyos, ſingul. exag. j. Subacta cum vino auſtero, & irrigata benè, vt ſordium craſsitudinem nanciſcantur, illine interiora, & lana obturato. Optimè facit ad ozenas chalcanthum melle attico exceptum. Similiter chalcitis, ærugo, & ærisſquama. Et iſte puluis, qui habet: Chalcitidis crudæ. ʒ. vj. Cadmiæ. ʒ. iiij. Subige cum aceto in æſtu caniculari multis diebus, & exiccatis vtere. Aut cum vino diſſolue, aut aridum inſuffla-to. Eſt autem is puluis laudatus & mirabilis.

100 Puluis carnem generans, admodum laudatus. Thuris, cadmiæ, amyli, lithargiri, pompholygis, [a]elichnes, ſingul. ℥. j. Trita in pollinem inſperge.

[ a Elichnes.] Græcè eſt ἐλίχνης.

101 Puluis ad ozenas admodum probatus. Miſyos, chalciti dis, myrrhæ, ſingulorum. ʒ. ß. Chalcanthi. ʒ. vj. Aluminis ſciſsi, gallarũ, ſquamę, ſin. ʒ. ij. Aluminis rotũdi. ʒ. j. Thuris maris. ʒ. ß. Trita irrigato cũ aceti ℔. j. ß. & coquito in æreo vaſe. Vbi mellis conſiſtentiã nacta fuerint, exceptis vtere, elychnium imbutum interioribus narium imponendo.

102 Puluis ad ozenas naris mirabilis. Seminis erices, myr-rhæ, nitri, ſidiorũ. ſing. ʒ. ij. Croci, coſti, ſing. ʒ. j. Trita in-ſufflato per infundibulũ in interiora naris.

103 Puluis ad ozenas narium. Aluminis ſciſsi, myrrhæ, ſin. ʒ. ij. Sandarachæ, rhois culinarij, ſalis ammoniaci, croci, coſti, ſing. ʒ. j. Trita inſufflato per infundibulum naribus, mulſo naribus prius infuſo.

104 Puluis Magiſtri Theodori ad fœtorem narium, ad-modum probatus. Amomi repurgati, myrrhæ, roſarum ari darum. Trita inſufflato narium intimis partibus, aut cum nardino diſſolue vnguento, & vtere.

105 Puluis ad ozenas naris, valde bonus. Myrrhæ, caſiæ, ro ſarum aridarum, ſingulorum, exag. j. Tritis benè, & com-mixtis cum melle attico illine narium intima manè & ve-ſperi, donec vtiq; ſanetur.

106 Puluis vocatus Terpon, ad nares. Myrrhæ, caſiæ, ſingulorum. ʒ. ij. Floris iunci odorati, roſarum arida-rum, ſingulorum. ʒ. ß. Trita irrigato cum mulſo veteri, & illine naribus.

107 Puluis ad polypos, & ozenas. Aluminis ſciſsi, myrrhę ſã

dara

darachæ,ſing.ʒ.ij. Aeris vſti,gallarum,ſing.ʒ.ß. Trita naribus prius vino odorato infuſo, illine cuſpide ſpecilli.

Puluis ad polypos Appollonij, Ellebori, origani, ſing. 108
exa.j. Trita in pollinem inſufflato intimis nariũ partibus.

Puluis ad polypos eiuſdem, probatus. Ellebori nigri, 109
ſandarachæ,ſing.exag.j. Trita irrigato cum oleo ſufficienti, & excipe lana,implens interiora narium.

Puluis Heliocaes ad eroſas gingiuas ſummè faciens. Ar- 110
ſenici,calcis,ſingulorum,℔.ß. Rhois coriarij.℥.iij. Succi hypociſtidis.℥.j. Trita irrigato cum decocto putaminis malorum punicorũ,aut rubi,aut myrti,aut foliorum oliuæ, aut vrinæ,aut marinæ aquæ, aut ſucco plantaginis maioris, & ſubigito in æſtu caniculari diebus viginti. & exiccatum rurſus læuigato ad vſum.

Puluis ori accommodus,ad gingiuas fluxione laboran- 111
tes,valde probatus. Foliorum fœniculi, piperis communis ſing.ʒ.j. Caſiæ fiſtulæ.ʒ.ij. Berenicarij.℥.xij.

Puluis ad putrefactiones oris, carcinomata, fœtorem 112
oris,dentes commotos,gingiuas diſcedentes,ramas vocatas ſub lingua,& abundantem ſaliuam,mirificus, & expertus. Corticis malorũ granatorũ,amygdalarũ corticis,cucurbitę aridæ,chryſobalani vſti, oſsium palmularum vſtarũ,coſti, caryophylli,piperis communis,ſing.ʒ.iij. Tritis benè, ad dentes quidem,gingiuas,& ſaliuam,aridis vtere: ad alia verò mala,cum melle attico.

Puluis ad comeſtionem gingiuarum. Almyrithræ,arſe- 113
nici,ſing.℥.ß. Piperis communis, aluminis ſciſsi, ſalis foſsilis,chryſobalani magni & parui vnà cum oſsibus,ſalis gangrini,ſing.exag.iiij. Benè trita fermentato cũ acri aceto, & conijce in calamum,donec totum in cinerẽ vertatur. Interiorem huius partem accipe, & terito: dein ægrotantis os ablue aceto acri: & poſteà goſsipio prædictas ſpecies inſpergito,& gingiuis apponito,& ita ſex horis ſinito. Abiectis dein iterum os cum acri aceto abluito, & rurſus de eo inſperge: atque idipſum,donec ſanetur facito.

Puluis ad comeſtas gingiuas,admodum laudatus. Nu- 114
cis moſchatæ,roſarũ aridarũ,ſidiorũ,balauſtiorũ,myrobalani magni integri,aluminis ſciſsilis,floris rubi, myrrhæ, cyperi,croci,ſalis foſsilis,hypociſtidis, & eius ſucci, ſingulo-

ex

exag.j. Terito,& parato vt præcedentem. Præbeto aridum vſu poſtulante.

115 Puluis probatus ad comeſtionem gingiuarũ. Succi poly goni.℥.j. Acinorum vuæ.℥.ß. Terito& coquito cum poſca, collue ex eo os multoties. Aut acciperadicis rubi,ramorum oleæ, rhois ſyriaci, rhois coriarij, & balauſtiorũ cũ poſca ſufficienti coquito, &os cum eo collue.

116 Puluis neceſſarius ad gingiuarum comeſtiones. Nucis moſchatæ,roſarum,caryophylli,cubebæ,balauſtiorum,tri um piperũ, myrobalani magni,arſenici,aluminis ſciſsilis, ſing.℥.ß. Hæc ſiccato in teſtaceo vaſe, quoad in cinerem vertantur. Dein terito,& vtere.

117 Puluis ad nomas gingiuarum laudatus. Aluminis ſciſsi roſarum,ſing.℥.j. Salis foſsilis.ʒ.ij. Croci.ʒ.ß. Trita irrigato cum melle ſufficiente,& vtere.

118 Puluis ad gingiuarum comeſtionem valde mirabilis. Omphacij.ʒ.j. Aluminis ſciſsi, myrrhæ, nitri, ſingul.ʒ.ß. Croci,gran.xv. Trita madefacito cum melle,& vtere.

119 Puluis ab abſcedentes gingiuas,& cruſtas in ore,admo dum bonus. Aluminis ſciſsi,cyperi, myrrhæ, ſingul.ʒ.iiij. Sandarachæ.ʒ.ij. Iridis.ʒ.j.ß. Croci.ʒ.ß. Benè tritis vtere.

120 Puluis ad commeſtionem gingiuarum mirabilis. Cipe ri.ʒ.iiij. Sandarachæ.ʒ.j.ß. Myrrhæ,croci,aluminis ſciſsi, iridis, ſigulorum.ʒ.j. Trita madefacito cum melle, & vtere.

121 Puluis ad carnem generandam in gingiuis comeſtis. Roſarum veterum ſeminis.ʒ.j. Calami odorati veteris,aut indici.ʒ.ß. Trita benè deſuper inſpergito.

122 Puluis admodum laudatus ad gingiuarum comeſtionem. Florum roſarum.℈.ij. Calami odorati.℥.j.ß. Sidiorũ ℈.j. Aluminis ſciſsi,cyperi,ſing.℈.ß. Benè trita inſperge deſuper. Eſt enim mirabilis.

123 Puluis antheron ad putredines in ore factas. Aluminis ſciſsi,cyperi,ſandarachæ,ſingul.ʒ.iiij. Myrrhæ.ʒ.j. Croci, gran.xv. Crocomagmatis.ʒ.j.ß.

124 Puluis ad putredines oris,& gingiuas depaſtas, tonſillas,antiades,& columellas,aridus admotus. In dentibus autem commotis in aceto diſſolutus retinendus in ore erit. Gallarum immaturarum, aluminis ſciſsi, ſingulorum.℥.ß.

Tri

Trita inſperge deſuper vt efficacem, & probatum.

Puluis antherō ad gingiuas eroſas vtilis. Cyperi, croci 125
ſingulorum. ʒ.j. Aluminis ſciſsi. ʒ.ij. Roſarum. ʒ.iij.
Sandarachæ, iridis gallarum, cytinorum mali punici,
ſingulorum. ʒ.ij.

Puluis antheron, expertus. Cyperi. ʒ.iiij. Crocomag 126
matis, aluminis ſciſsi, iridis, ſingulorum. ʒ.j. Croci. ʒ.ß. San
darache. ʒ.j.ß.

Puluis ad putredines in ore. Foliorum oleæ vſtorum, 127
radicis lactucæ vſtæ, ſidiorū, balauſtiorū, ſingulorū. exa.
j. Coſti, exag.ß. Terito, & primū os colluito cum lacte aſi-
nino, aut caprino tepido. Aut folia oleæ, rhoem ſyriacum,
aſpalathū, roſas, lentes, roſmarinum, platani folia decoque
& cū decocti iure os ſæpius abluito. Dein inſperge dictum
puluerem, & poſtremùm os cum vino collue.

Puluis ad putredines oris. Aeruginis ferri, balauſtiorū, 128
cytinorum, aluminis ſciſsi, roſarū. gallarum, iridis ſing. exa.
j. Cumini. ʒ.j. Trita illine deſuper.

Puluis calidus admodum, ad frigidos affectus valde lau 129
datus. Salis communis, ſalis cappadocici, ſalis è fontibus ni-
tri, ſalis [a] parechiri, ſalis amari, nitri alexandrini, nitri ma-
tronici, nitri phrygij magni, pumicis, ammoniaci thyma-
matis, ſingul. ℔ ß. Ellebori nigri & albi, ſtruthij herbæ, py
rethri, fæcis vini vſtæ, ſtaphidis agriæ, alcyonij, ſinapi, cy-
peri, aluminis ſciſsi, & rotūdi, florum iunci odorati, iridis,
gallarum nō perforatarū, ſingul. ℥.iij. Sampſychi, ℔.ß. Se-
minis agni, pulegij, fabaceæ & lupini farinæ, ſingul. ℥.iij.
Chamæleontis nigri, ſolphuris ignem non experti, gummi,
thuris, piperis lōgi, radicis cucumeris ſylueſtris, marrubij
herbæ, ſing. ℥.j.ß. Teſtudinis marinæ ſalſæ, liquoris cyre-
naici, ſingul. ℥.iij. Cimoliæ. radicis pæoniæ, teſtarum ſepię
buccinorum vſtorum, coſti, oſtreorū vſtorum, aloes vſtæ,
myrrhæ, folij, cumini æthiopici, euphorbij, ſpicæ nardi celti
cæ. cnici, grani cnidij, graminis aridi, radicis bryoniæ, bac-
carum lauri, ſingulorum. ℔.ß. Adarcę. ℥.ß. Hæc benè trita
īnſperge deſuper.

[ a Parechiri. ] *In codice manuſcripto legitur* ἁλῶν παρηχιρῶν. *Itē paulo poſt* νίτρου ματρονίκου νίτρου φρυγίου μάγνου. *Quæ lectio nes an legitima ſint plurimū dubitamus. Nitri autem diuerſas ſpecies*

haud

*haud dubiè innuunt.*

130 Puluis ad ozenas naris,eroſiones,nomas,dẽſitates,& ęuę cũq; nariũ mala.Diuinũ eſt medicamẽtũ.Mannę,chalcanthi,thuris,chalcitidis,ariſtolochiæ,ſing.ʒ.iij. Vitis albæ ſucci.℥.iij. Læuigato hæc quoad arida reddantur,& vtere.

131 Puluis ad ozenas naris,ſimilis.Squamæ æris,chalcitidis ſin.ʒ.iiij.Chalcãthi.ʒ.iij. Fellis taurini , amomi,myrrhæ, calaminthæ,marrubij.Trita deſuper inſperge.

132 Puluis laudatus,vt præcedens.Sandarachæ.ʒ.iiij.Squamæ eris.ʒ.ij.Chalcanthi.ʒ.iij.Ellebori nigri.ʒ.j Trita inſufflato intimis narium partibus , & vtere vt optimo . Hoc enim medicamẽtũ in decem diebus prodeſt.Facit verò idipſum etiam chalcanthum ſolum cum aceto illitum.

133 Puluis ꝓbatus,vt pręcedens.Sidiorũ.ʒ.j.Chalcãthi.ʒ.v. Chalcitidisfellis taurini croci amomi myrrhę calamĩthęmarrubij,ſin .ʒ.ij. Trita deſuper inſperge: eſt enĩ valde bonus.

134 Puluis vt pręcedẽs , per nares immiſſus admodũ vtilis. Miſyos,chalcitidis, myrrhæ, ſin.ʒ.iij.ß. Chalcanthi.ʒ.iij. Aluminis lõgi,gallarũ,ſquamæ æris, aluminis rotũdi, ſin. ʒ.ij.Thuris.ʒ.ß.Trita conijce in aceti ℔.ß.℥.j.ß. & coquito in æreo vaſę,donec mellis cõſiſtentiã aquirant Vtere per linamenta.

135 Puluis ad ozenas nariũ,laudatus.Aeruginis,ſquamę,ſin. ʒ.j.ß.Trita inſuffla interioribus narium partibus.

136 Puluis ad ozenas narium mirabilis.Seminis ericæ, myrrhę,nitri ,ſidiorum,ſin.ʒ.ij.Croci , coſti , ſingulorum.ʒ.j. Trita intimis narium partibus,inſufflato.

137 Puluis ad ozenas narium probatus . Salis communis, aluminis ſciſſi,myrrhæ,ſingulorum.ʒ.ij.Sampſychi, rhois culinarij,ſalis ammoniaci,ſandarachæ,croci coſti , ſingul. ʒ.j. Trita inſufflato naribus , aut mulſum prius naribus inſtillato.

138 Puluis Theodori Actuarij ad fœtorem narium . Amomi,myrrhæ,roſarum aridarum,ſingulorum exag.j. Subactis cum vnguento nardino vtere.

139 Puluis ſimilis ad ozenas narium.Myrrhæ, caſiæ, roſarum,ſingulorum,exag.ij.Contuſa humectato cum tepido melle.& præbeto manè & veſperi,donec ſanetur.

140 Puluis, ad ozenas nariũ.Hedichroõ terito,& medefacito cũ

ſo cum mulſo ſufficienti,& infunde naribus.

Puluis vocatus Terpon,ad nares laudatus. Myrrhæ, 141
caſiæ,ſin.ʒ.ij. Floris iunci odorati, roſarum aridarum, ſin.
ʒ.ß. Trita madefacito cum mulſo veteri ſufficienti,& illine
naribus.

Puluis mirabilis vt præcedens. Myrrhæ,caſiæ, ſingul. 141
ʒ.j.ß. Chalcitidis.ʒ.ij. Spicæ nardi. ʒ.j. Ellebori albi.ʒ.ß.
Trita deſuper inſperge cum mulſo

Puluis, vt præcedens,laudatus. Miſyos aſſati.ʒ.iiij.Iri- 141
dis.ʒ.ij. Croci.ʒ.ß. Trita inſperge cum melle attico ſuffi-
cienti.

FINIS.

# INDEX OXYMELITVM, OXYPO-

## *riorum,confectionum vini,gingiuarum,dentium,& aliorum remediorum.*

*Oxymelitis purgatorij confectio.* 1
*Oxymelitis confectio, Iuliana vocata.* 2
*Oxymelitis purgatorij confectio.* 3
*Oxymelitis ſimplicis confectio laudata.* 4
*Oxymeli incidens, & obſtructiones tollens optimum.* 5
*Oxymeli purgatorium,expertum.* 6
*Oxymeli purgatorium,pituitam ducens.* 7
*Oxymeli purgatorium,valde bonum.* 8
*Oxymeli purgatorium,expertum.* 9
*Oxymeli purgatorium,pituitæ,flauæ bilis,& nigræ,thoracis, & ſtomachi,expertum.* 10
*Oxymeli purgatrium,ſimile.* 11
*Oxymeli ad quotidianas,tertianas, quartanas, & hydropicos vtile admodum.* 12
*Aceti ſcillitici confectio laudata.* 13
*Aceti ſcillitici confectio ſimilis.* 14
*Aceti ſcillitici ſimplicis confectio.* 15
*Oxymeli purgatorium conferens vt prædictum in primo capite.* 16
*Oxymelitis lienoſis conferentis confectio.* 17
*Oxymeli ad calculoſos laudatum.* 18
*Oxymelitis confectio Iuliani probata.* 16
*Oxymeli ad ſtomachicos, hydropicosq́, colicos, & vterum,admodum probatum.* 20

Oxy

Oxyſacchari confectio admodum laudata. 21
Oxyporium ex iuniperi granis. Lamnæa dictum. 22
Oxyporij confectio ad omnes morbos. 23
Oxyporium bilem ducens, mirabile. 24
Oxyporium ad cruditatem, & inflationem ſtomachi. 25
Oxyporium ſtomacho gratum, Midonis regis. 26
Gingiuas fluxione laborantes ſanans. 27
Oxyporium, quo vſus eſt Apollonius, coctionem adiuuans. 28
Vini confectio ex malis, & cydonijs. 29
Vini irini confectio mirabilis. 30
Mulſum ſanans, coctionem iuuans, & inflationem. Vrinam enim mouet, & interioribus confert. 31
m acidum eſſe vt breui tempore deſinat. 32
Vinum nigrum reuera vt album fiat. 33
Vinum album breui tempore vt nigrum reddatur. 34
Vinum vt ſtatim pellucidum fiat. 35
Vinum vt pellucidum album & dulce fiat. 36
Vinum vt ſtabile ſeruetur, admodum laudatum. 37
Vinum nouum vt breui vetus fiat. 38
Vinum turbidum, vt confeſtim purgetur. 39
Vinum vt dulce & ſuaue reddatur. 40
Vinum aceſcere incipiens vt corrigendum. 41
Vini conditura mirabilis. 42
Opobalſami confectio. 43
Opobalſami probatio. 44
Oenanthareon odoratum valde. 45
Oenanthes confectio admodum probata. 46
Gingiuas in ore & exanthemata ſummè curans, laudatum. 47
Gingiuas excreſcentes, intumeſcentes, putrefactas, & cruentas ſanans. 48
Oris fœtorem ſanans, valde bonum & laudatum. 49
Dentes præſeruans admodum laudatum. 50
Dentibus conueniens, vtile ad eorundem putredines, & fluxiones, atque pudendorum. 51
Dentium dolorem ſedans, valde mirabile. 52
Dentes refrigeratos & fluxione laborantes iuuans. 53
Dentes commotos mirabiliter firmans. 54
Dentes ab ictu commotos confirmans. 55
Dentium dolorem ſedans, laudatum valde. 56

Dentes dolentes ſedans, & commotos firmans. 57
Dentium dolores ſedans, laudatum. 58
Dentes eroſos & putridos iuuans. 59
Dentifricium, quo vtor, Archelai medici. 60
Dentes fluxione laborantes, & commotos iuuans, valde bonum. 61
Dentium Smegma, dentes albos ſeruans, & ad cruentas gingiuas vtile. 62
Dentibus eroſis mirabiliter conferens. 63
Dentifricium dentes albos reddens, & confirmans. 64
Dentibus nitorem concilians, & ad omnia oris vitia valens. 65
Dentium dolorem eadem hora ſedans. 66
Dentes refrigeratos ſummè curans.
Dentes commotos mirabiliter ſtabiliens.
Dentium dolorem ſanans, & ad gingiuas cruentas vtile. 69
Dentifricium candidum reddens mirabiliter. 70
Dentes commotos ſanans. 71
Ad dentium ſedandos dolores efficaciſſimum. 72
Dentifricium valde efficax. 73
Dentes nigros faciens candidos. 74
Dentes præſeruans mirabiliter. 75
Dentium ſmegma admodum laudatum. 76
Dentium fluxionem ſedat, & cruentas gingiuas & dentes commotos conſtringit. 77
Dentes minutatim frangens & eijciens citra ferrum. 78
Dentes vt citra dolorem extrahantur præter opinionem. 79
Dentium putredines, & gingiuas ſanans. 80
Dentibus accommodatum, & alijs morbis. 81
Dentibus conueniens, & ad alios morbos longè optimum. 82
Supercilia alba faciens nigra. 83
Viſum acuens, bonum & nobile. 84
Viſum acuens, bonum & mirabile admodum. 85
Serpentis, canis, & omnis venenum iaculantis morſum, auriumq; dolorem curans. 86
Non niſi recta ceruice ſpirantium potus, expertus. 87
Articulorum lubricitatem curans expertum. 88
Omphacomeli ad cœliacos, dyſentericos, & ſtomachum fluxione tentatum. 89
Omphacij compoſitio, ad collyria faciens. 90
Quæ expedit menſe Maio, & Iunio confici. 91

Quæ

*Quæ confert menſe Iulio & Auguſto confici.* 92
*Quæ prodeſt menſe Septembri, Octobri, & Nouembri confici.* 93
*Coniuratio deuorata oſſa eÿciens.* 94
*Coniuratio alia, deuorata oſſa educens.* 95
*Os ſi quis deglutierit, vt ipſum eÿciatur.* 96
*Os ſi quis deglutiat piſcis, quod ſpina vocatur, vt eÿciatur.* 97

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI, DE OXYmelitis, oxyporijs, confectionibus vini, gingiuarum, dentium, & oculorũ remedijs: Sectio Triceſima ſeptima.

1 OXYMELITIS purgatorij cõfectio. Purgat autem benè caluariam. Prodeſt etiam ad omne malum hominis, nempè ad dentes, viſus acumen, thoracem, iecur, lienem, humores ſuperioris ventris, & robur addit inferiori, & mala ſolutu facilia reddit. Ad dolores auriũ, morbo comitiali laborantes, nephriticos, ſtomachicos, non niſi recta ceruice ſpirantes, peripneumonicos valet, & robuſtum facit hominem. Ad acidum ructum, elephantia laborantes, apoplecticos, hydropicosq;. Humorem excidit, pituitam & inflationes. Datur pondere dimidij cyathi, hoc eſt, ſemunciæ. Eos autem qui biberunt cum aqua tepida, iube vt deambulent. Similiter confert tuſsientibus, tremore correptis, morſibus ventris, nauſeabundis, colicis, calculoſis, difficulter mingentibus, cœliacis, tabidis, non appetentibus cibum, melancholicis, ſcotomaticis, & ſummatim ad omnes morbos eſt laudatum. Qui verò imbecilliores ſunt quàm vt bibere queant, vtantur eo in ferculis, quibus delectantur. Cibis autem vtantur, gallinis, & pedibus porcinis, & oxygaro, aut ſorbeant ex eo myſtron, hoc eſt. ℥.j. Habet autem hæc: Aceti acris optimi & dolo vacantis, ſextaria.iij.ß. & quartam partem. Scillæ aſſatæ, ℔.ß. Petroſelini macedonici, exagium.j.ß. Silphij, nardi celticæ, ſingul. exag.ß. & quartam partem. Pyrethri, hyſſopi, mentæ, pulegij, cardamomi, ſingulorum, exag.j.ß. Apij teneri,

Dimidiatus cyathus.

Myſtrũ.

faſciculi quartā partē. Libyſtici, exa. quartā partē. Foliorū rutæ, aſari, ſin. exa. j. ß. Glycyrrhizæ, ſenæ, ſing. ℥. ß. Spicæ nardi, amomi, ſin. ℥. j. ß. Polypodij, thymbræ, ſin. exag. iiij. ß. Agarici, iridis, epithymi, ſin. ℥. ß. Scolopendrij, exag. j. ß. Origani. ℥. j. Corymborum thymi, foliorum mandragoræ, ſing. exag. j. ß. Septem radicum, ſing. ℥. ß. Radicis capparis, exag. iiij. Seminis vrticæ, exag. j. Mellis attici deſpumati, lb. j. ß. Sapæ, lb. ß. & quartam partē. Scillam, mēram, rutam, apium, ſcolopendriū tuſa primum in aceti dolo vacantis exag. iij. conijce, & macerato diebus ſeptem: coquitoq́;, donec abſumatur tertia pars. poſtea [a] vbi colaueris, inijce arida, & macerato alijs dieb. ſeptem, & rurſus coquito quoad remaneat ſext. vnū & ß. Dein per linteū denſum & firmum tutò colatis adijce mel, & iterū coquito, donec remaneat dimidius ſextarius, & quarta eius pars. Reconde in vaſe bene picato, & vtere vt prędictum eſt. Poſtea accipe turpeti repurgati, exag. j. ß. Hermodactyli, exagia. ij. Rhei barbari, exa. j. ß. Dacrydij. ʒ. j. Trita dato vna quauis oblatione cum Scrapio pondere. ℈. j. aut. ℈. j. ß. Et ſic confectō rectè vtere.

[a Vbi colaueris.] *Manuſcriptus codex perperā hic, vt alias ſæpe, διυλήσας, pro διηθήσας legit.*

Oxymelitis confectio Iulianios dicta. Spicæ. ℥. ß. Epithymi. ℥. j. Seminis cnici, fœniculi, ſingulorum, exagium. j. ß. Polypodij, exagia. ij, Pulegij. ℥. ß. Cumini, iridis, ſingulorum, exagium. j. ß. Agarici. ℥. ß. gran. vij. Seminis apij, exagia. ij, Scammoniæ. ℥. j. Hæc coquito ad tertias, & accipe ē iure quantum lubet. Adijce folij. ℥. j. Roſarum. ℥. ß. Aniſi, exagia. ij. Mellis attici, lb. j. Aceti ſcillitici, lb. ß. Confectum probè dato in prædictis malis.

Oxymelitis purgatorij confectio. Epithymi, polypodij, agarici, ſeminis apij, pulegij, aniſi, cumini, folij, calaminthæ, ſingulorum. ℥. ß. Hæc prius macerato cum aceto diebus. xv. Dein coquito cum aqua ad tertias, colato, & accipito ex iure quantum vis, & adijce mellis attici, lb. ß. ℥. j. ß. Et ei quod recte confectum eſt, admiſce ſcammoniæ læuigatæ. ℥. ß. & ſic vtere.

Oxymelitis ſimplicis cōfectio probata. Radicis fœniculi, apij, ſingu. ℥. ij. Macerato in aceti lb. tribus per tres dies.

Dein

Dein coquito quoad remaneat lb.j.ß. Colato, & herbas abijcito. Adijce ex iure decocti quantũ lubet,& melle attico lb.ß.℥.j.ß.& coquito ad lentũ ignẽ,donec mellis conſiſtentiam nanciſcantur. Vſu poſtulante præbeto cochleariũ vnũ cũ decocto fœniculi & apij radicum, aut cum ptiſana.

5 Oxymeli incidens,& obſtructiones tollens,optimum & expertum. Iridis,calaminthæ,ſing.℥.ß. Hyſſopi, exag.j.ß. Epithymi,℈.iiij. Piperis.℈.ij.ß. Fœniculi & apij radicum, ſing.℥.ß. Aceti,lb.ß.℥.j.ß. Hæc tuſa conijce in acetum diebus tribus. Piper autem macerato in vino tribus diebus, & coquito herbas in olla noua cum aqua ſufficiente,& vbi ad tertias decoctæ fuerint, colato, & accipe è iure decocti quantum vis,& admiſce mellis attici lb.j.ß.& piper læuigatum cum eo,& coquito ad lentum ignem.

6 Oxymeli purgatoriũ expertum. Dacrydij.ʒ.j. Aloes flauæ.ʒ.ij. Epithymi. ℈.ij. Trita ſubigito in aceti lb.j.ß. & præbeto cochlearium vnum cum temperata ſufficienti.

7 Oxymeli purgatorium,pituitam educẽs. Hyſſopi,origani,epithymi,iridis,ſing.℥.j. Aceti,lb.j.ß. Vnũ autem diem herbas macerato in aceto,dein coquito ad tertias. Colato & proijcito herbas,& admiſce mellis attici deſpumati,lb.j.ß.ac coquito ad conſiſtentiam. Amotis ab igne adijce grani cnidij repurgati & triti cum oxymelite frigido.℥.ß.& recondens in vaſe vitreo præbeto pro viribus cochlea.j.aut ij.aut.iij cum temperata,manè ieiuno.

8 Oxymeli purgatorium admodum probatum. Petroſelini,myrrhæ,aniſi,cumini,rutæ folij,ſingulorũ.℥.ß. Carnis palmularum.℥.ij. Coquito cum aqua ad tertias, dein colato,& accipe è iure decocti quantum lubet. Admiſce dacrydij læuigati.℥.j. Aceti,lb.j. Mellis attici.℥.viij. Coquito ad conſiſtentiam. Præbeto medijs cochlea.ij. perfectis, tria,cum temperata.

9 Oxymeli purgatorium expertum. Grani cnidij repurgati,ſpicæ nardi, ſingulorum.℥.ß. Fœniculi, origani, & petroſelini ſeminis,maſtiches, thymi, cumini æthiopici, iridis,ſingulorum.ʒ.ij. Semen cnici repurgati.℥.ß.ʒ.j. Polypodij,folij,agarici,ſingul.℥.j. Omnes herbaceas ſpecies macerato in aceto & aqua diebus tribus, aquæ autem & aceti ſint æquales portiones, ſingul.lb.j. Dein coquito ad ter-

tias. Colato, & herbas abijcito. Poſt accipe mellis attici ℥. ix. & coquito iuxta carbones ad conſiſtentiam, & remota ab igne ſine vt tepida fiant. Dein adijce in pollinem trita, maſtichem, agaricum, dacrydium, granum cnidiũ, ſubacta in poſca, cõmixtaq; diligenter reconde in vaſe vitreo. Vſu poſcente præbeto pro viribus cochl. j. aut. ij. in temperata.

Oxymeli purgatorium pituitæ, flauæ bilis, & nigræ, 11 expertũ. Thoracẽ, ſtomachi diuturnos dolores, & omnes morbos & mala diuturna iuuans. Radicis apij, & fœniculi, pulegij, anethi, gummi, mellis attici, ſing. ℥. j. Aceti, ſext. j. ß. Vnum ante diem macerato herbas in aceto, deinde coquito ad tertias, & colato, herbasq; abijcito. Admiſce mellis deſpumati, ſex. j. & coquito ad conſiſtentiam. Dein ab igne remotis, adijce zingiberis. ℥. j. Agarici. ℈. viij. Dacridij. ℥. j. Reconditũ in vaſe vitreo, vſu expoſcente præbeto pro viribus cum temperata. Eſt enim mirabile.

Oxymeli purgatoriũ pituitæ, flauæ & atrę bilis, thoracis & ſtomachi, expertum, admodùm bonũ. Hyſſopi, iridis, glycyrrizæ, thymi, pulegij, origani, ſingu. ℥. j. Epithimi. ℥. ß. ʒ. j. Polipodij, dacridij, ſing. ℥. j. ß. Aceti, ſext. j. ß. Mellis, ſex. ß. Herbas diem & noctem macerato in aceto, & poſt coquito donec remaneat ſext. ß. Dein abiectis herbis, admiſce dacridium læuigatum, & dimidiũ ſextariũ mellis, & coquito iuxta lentũ ignẽ ad cõſiſtẽtiã. Præbeto cochleariũ vnũ in tẽperata, cũ decocto apij, & fœniculi radicum. 12

Oxymeli ad quotidianas, tertianas, quartanasq; fe- 13 bres, & hydropicos valde bonum. Vrinã mouet, & melancholicum purgat humorem. Aſari, ſenæ, calaminthæ, ſing. ℥. ß. ʒ. j. Hyſſopi, ſcolopendrij, thymi, piperis cõmunis, ſingul. ℥. ß. Epithymi, petroſelini, grani cnidij repurgati, ſingulo. ʒ. ij. Aceti, ſext. j. ß. Mellis, ſext. ß. Coquito vt præcedens, & dato.

Aceti ſcillitici confectio probata. Scillam integrã fer- 14 mento oblinito, & in cinere càlido benè aſſato. Vbi amoueris ab igne, accipe interioris eius partis ℔. j. ß. irrigato cum aceti acerrimi ℔. vij. ß. & recõde in vitreo vaſe benè operto, & ſoli exponito diebus. xl. Vbi prædicti dies completi fuerint, colato, & abijcito ſcillam, atque vtere. Hoc ipſum autem facito etiam in lienoſis. Ad difficulter autem ſpiran

tantes, cum melle commiſcendo, & coquendo modicum rutę viridis, prębeto vt oxymeli, cyathũ vnũ in temperata.

14 Aceti ſcillitici cõfectio ſimilis. Acipe ſcillæ interioris, lb̄. ß. Piperis. ℥. ß. Seminis dauci cretici, ſeminis fœniculi, & apij, cumini, ſin. ſtag. j. Seminis petroſelini, ſtag. ij. Silphij, zingiberis, hyſſopi, coſti, libyſtici, cardamomi, aſari, amomi, ſin. ſta. j. Pyrethri, ſta. j. ß. Celticæ, ſtag. ß. Spicę, ſtag. ij. Rhei barbari, florũ pulegij, ſin. ſta. j. Mentæ viridis, foliorũ apij, & rutę viridis, ſin. ʒ. ß. Aceti albi, & valde acris, minã, j. ß. & quartã partem. Sic autem conficito. Scillam in acetũ cum apio, menta, & ruta conijcito, ſoliq; exponito diebus quindecim. Poſtea eximito iſta ex aceto: & poſtquã colaueris, reliqua terito diligẽter, & ſoli exponito cũ aceto alios dies. xv. & acceptis vtere ꝓ arbitrio vt intincto, aut vt ſapa.

15 Aceti ſcillitici ſimplicis confectio. Scillæ repurgatæ, & diſſolutæ, lb̄. ij. ß. Aceti, ſext. xxiiij. Soli exponito ſub æſtu caniculari dieb. xlviij. & vtere.

16 Oxymelitis purgatorij confectio, conferens vt id quod in primo capite dictum eſt. Ad eos qui malo corporis habitu præditi ſunt, hydropicos, lienoſos, iocineroſos, ſtomachicos, colicos, item eos q̨ capitis dolore laborant, ad auriũ dolores, & dentium, vertiginoſos, nephriticos, hemicranicoſq; valet. Probatũ, & melius omnibus præcedentibus cõfectionibus exiſtit, ad omnis generis mala. Seminũ cucumerum, ſing. ℥. ß. Fœniculi & vrticæ ſeminum, ſing. exag. j. Radicum fœniculi, & apij ſylueſtris, ſingul. ℥. ij. Radicis capparis valde teneræ. ℥. ß. Ammeos, exag. ß. Hypociſtidis, floris iunci odorati, ſingulo. ℥. ij. chamæleuces, ab italis nominatæ Vngula caballina, polypodij, epithymi, ramorum tamaricis, aſpleni herbæ, florum chamæmeli, ſinguul. ℥. ij. Hermodactyli. ℥. j. Adianti, manip. j. Cicerum alborum, & rubeorum, ſing. ℥. ij. ß. Agarici, exa. j. ß. Senę, cuſcutæ, ſing. exag. iiij. Iridis. ℥. ß. Aſari, exag. ij. Fœnigræci, ſantali albi, ſin. ℥. j. Glycyrrhizæ. ℥. j. ß. Santali rubei. ℥. ß. ʒ. j. Turpeti, exag. iij. ß. Medullæ ſcillæ. ℥. j. Aceti optimi vacantis dolo, & mellis attici deſpumati, & aquę fontanæ puræ, quod ſufficit. E coctis benè ad cõſiſtentiã, præbeto. ℥. ij. manè ieiuno cum aqua tepida. Sin efficacius efficere vis, adijce inter coquendum aceti ſcillitici. ℥. iiij. & rhei barbari exag. ij.

Oxymelitis confectio lienoſis conferens. Corticis ra- 17
dicis capparis,ſcolopendrij,ſpicæ nardi, aſari, iridis, floris
iunci odorati,cyperi,anethi,aniſi,cumini, fœniculi ſemi-
nũ,acori,ericæ ſeminis,ſin. ʒ.j. Foliorũ tamaricis & ſalicis,
radicis apij,roſmarini,ſcillæ,ſin.ʒ.ij. Aceti,ſext.iij. Mellis
attici,ſext.ij. Ammoniaci thymiamatis.ʒ.iij. Hæc benè tri
ta cõfice vt ſcilliticum acetum,& præbeto cochlearia duo.

Oxymeli ad calculoſos laudatum. Saxifragi, betoni- 18
cæ,graminis,adianti,ſpicæ nardi,aſari,carpeſij,ſingul.ʒ.j.
Petroſelini macedonici,ſeminis rutæ,ſing.ʒ.ß. Fœniculi vi
ridis. ſcillæ aſſatæ,iridis,chamędaphnes,corticis radicis cap
paris,ſing ʒ.iij. Sidiorum ʒ.ij. Aquæ,aceti,& mellis, ſing.
exag.ij. Trita benè confice vt ſcilliticum acetum.

Oxymelitis confectio Iuliani probata,conferens po- 19
dagricis,comitiali morbo affectis,& ijs quib. vacuare craſ-
ſos humores,atq; obſtructionẽ tollere debemus. Rutæ.ʒ.
iij. Thymi,gummi,ſing.ʒ.ij. Anethi.ʒ.j.ß. Iridis.ʒ.j. Aga
rici.ʒ.ij. Tedarum pinguium,℔.j. Grani cnidij.ʒ.iiij. La-
thyridis,alypiadis,ſing.ʒ.iij. polypodij.ʒ.iiij. Folij, coſti,
ſpicæ nardi,ſing.ʒ.j. Rheipontici.ʒ.j.ß. Scillæ, ramorum
Canopim qd. ſambuci,ſing.ʒ.ij. Aſari.ʒ.j. Canopim,hoc eſt corticis ſam
buci,pulegij,ſing.ʒ.iij. Epythymi,ellebori,acori,ſingul.ʒ.
ij. Sij,amomi,hyperici,cumini,ſingul.ʒ.j. Aniſi.ʒ.ij. Ace-
ti,ſext.x. Mellis attici,ſext.v. Herbas macerato in aceto
diebus.iij. deinde coquito, donec plus quàm dimidia eius
pars abſumpta fuerit. Admiſce mel, & amota ab igne cola-
to,& adijce illis lathyrim,coſtum, & granum cnidium. Et
ſi placet,admiſce etiam rheumbarbarum, & reponito in
vaſe,datoq;.ʒ.j aut pro viribus.

Oxymelitis confectio dicta amara, ad ſtomachicos, 20
hydropicos,colicos,& vteri mala admodũ laudata. Aloes
flauæ.ʒ.ij. Folij.ʒ.j. Coſti,caſiæ,amomi,iridis,ſingul.ʒ.ß.
Piperis communis,ſamij aſteris,ſingul ʒ.j. Aceti,& mellis
attici,ſingulorum,ſext.ß.& quartam eius partem. Fœnicu-
li.ʒ.ij. Fœniculum prius in aceto coctum abijce. Acetum
admiſce melli: & poſtquam cocta fuerint vſque ad con-
ſiſtentiam, eximito: & vbi commoueris, reliqua inſper-
ge trita.

Oxoſacchari cõfectio valde probata, cõferens ad ter- 21
tianas,

tianas, duplices tertianas, continuas, & ardentes febres, lipyrias, & hecticas. Aceti. ℥. iiij. Succi mali punici acidi. ℥. viij. Sacchari puri, lb. j. Coquito benè ad conſiſtentiam, & recondita in vaſe præbeto ieiuno cum tepida aqua. Quòd ſi verò neceſsitas exigat, dato etiam in medio diei cũ aqua frigida, Domino confiſus.

22 Oxyporium ex granis iuniperi, Lamnæon vocatũ, probatum & expertum ad omnẽ cauſam frigidam ſtomachi, & eos qui comitiali morbo laborant. Spicæ nardi. ʒ. j. Piperis communis. ℥. j. Pulegij. ℥. j. ſ. Cumini. ℥. ij. Silphij. ʒ. iiij. Ammeos. ℥. j. Seminis apij. ℥. j. ſ. Petroſelini. ℥. iiij. Zingiberis. ℥. j. Thymi, berenicarij, ſingul. ℥. j. ſ. Rutæ viridis, ℥. j. Granorum iuniperi paruorum. ℥. j. Mellis attici deſpumati, quod ſatis eſt. Deinde cuminum macerato in aceto acerrimo die & noctè, & ſubactum cum cæteris ſpecieb. tundito, & cum melle madefacito, datoq; cochleariũ vnũ quando lubet. Eſt verò experientia comprobatum.

23 Oxyporij boni confectio, ad omnis generis morbos. Oportet autem diuites ſingulis dieb. hoc ipſum in menſa paratum habere. Concoctiones enim iuuat, & bonã facit aluum, tuſsientibusq; ſine febre confert non admixto aceto. Præbeto cochl. vnum ieiuno dormituro. Purgat enim confeſtim ſingulis diebus. Comeſtum autem, caput & totũ corpus purgat, pituitam, & vtranque bilẽ, flauam ſcilicet & nigram, & omnem humorem ſubducit quotidie ſumptum, vt propemodùm ſine morbo accipientem ſeruet per omne vitæ ſuæ tempus. Obſtructiones iecoris & veſicę tollit. Ferunt nonnulli medicorum quòd ipſum colum etiam ſanet, & renes dolere nõ ſinat, atq; ſtillicidium vrinæ & calculũ fieri haud permittat, ſi quis eo vt intincto vtatur. Zingiberis, piperis cõmunis, cumini, ſing. ℥. j. Baccarũ lauri decorticatarum, ſeptem. Caryophyllorum, gra. xxx. Grani cnidij repurgati, ſiliq. iij. Foliorum rutæ viridium. ℥. ſ. Mellis attici deſpumati, ſex. ij. Vbi vſum eius, quemadmodum dictum eſt, experiri volueris, admiſceto aceti acerrimi, cochl. ij. Oxyporij aceti, cochl. j. Qui hoc dedit medicamentum, dixit, quòd ille qui eo quotidie vt intincto vtitur, pedes nunquam dolebit. Eſt enim diuinum medicamentum.

24 Oxyporiũ bilẽ educens, mirabile. Epithymi, petroſelini,

piperis albi,ſcammonię,zingiberis,ſing.℥.ij.Seminis apij,
℥.ß.Aniſi.℈.xviij.Trita irrigato cum melle attico deſpu-
mato ſufficiente:& poſtquam benè confeceris,dato adultis
cochl.iij.manè ieiunis.Pueris autem cochl.j.ß.

Oxyporium ſtomachicum ad cruditatem,& inflatio- 25
nem probatum.Piperis albi,Sinonis ſyriaci,ſeminis petro-
ſelini,zingiberis,ſucci rutæ,coſti,ſingul.℥.j.Trita irrigato
cum mellis deſpumati ℔.j.Confectum probè dato pon-
dere cochlearij vnius,manè ieiuno.

Oxyporium ſtomacho gratũ,Midonis regis.Piperis 26
communis,corymborum thymi,iridis illyricæ,origani,hyſ-
ſopi,ſing.℥.j.Trita madefacito cum melle deſpumato ſuf-
ficienti,datoq; manè ieiuno cochl.vnum.

Gingiuas fluxione infeſtatas ſanans.Panis vſti,ori- 27
gani,ſing.℥.ß.Salis communis.℥.j.Leuigata benè accom-
modato gingiuis,& confeſtim ſanabuntur.

Oxyporium,quo vſus eſt Apollonius,concoctionem 28
iuuans.Piperis.℥.j.ß.Libyſtici.℥.j.Petroſelini macedoni-
ci.℥.ß.Carei.℥.vij.ß.Ammeos.ʒ.vj.ß.Carnium baccarũ
iuniperi,ſeſelis,ſing.ʒ.ij.Trita cum melle attico madefa-
cito,& præbeto manè ieiuno cochl.vnum.

Vini confectio ex malis,& cydonijs. Cydoniorum 29
& malorum carnium repurgatarũ,ſing.℔.ß.Muſti,ſext.
v.Conijce cydonia & mala in muſtum,& vtraq; ſoli expo-
nito diebus.xxx.Roborat ſtomachum,& confert non ap-
petentibus cibum,iocinerisq; imbecillitatem iuuat.Semina
malorum & cydoniorum abijcito:& benè confectum,vſu
poſtulante,dato.

Vini irini confectio mirabilis,experta. Iridis illyri- 30
cæ,ſeminis fœniculi,aniſi,cumini,folij,ſingul.ʒ.ij.Carei,
piperis communis,ſeminis petroſelini,& macedoniſij,ſeſe-
lis,zingiberis,myrrhæ,maſtiches,ſing.ʒ.iij.Seminis apij.℥.
iiij.Mei.ʒ.j.ß.Trita madefacito cum vini boni ℔.xv.&
mellis deſpumati,℔.iij.Vbi probè confeceris,bibendum
præbeto ieiunis cyathos tres tepidos.Hoc facit ad omnem
ſtomachi cauſam,& omnes morbos.Præſumitur ad eui-
tandum mala.Datur autem ter menſe.Probatum eſt,vte-
re igitur confiſus Domino.

Oenomeli ſanum,concoctionē iuuans,& ad inflatio- 31

nes

nes vtile. Vrinam mouet, & ad interna omnia conducit. Eſt inſtar antidoti, vtile admodum & mirabile. Betonicæ herbæ. ʒ.j. Folij.ʒ.ij. Trita benè madefacito cum mellis deſpumati, lb.iiij.ß. Et vini veteris odorati, lb.ij. & quarta parte. Confecti ſingulis diebus dato calicem vnum ieiuno tepidum.

32 Vinum acidum confeſtim emendans. Gallam contuſam conijce in vinum.

33 Vinum nigrum, reuera album faciens. Salis acris, manip. j. Tritum conijce in vinum, & album efficiet. Aut ſerum lactis, quod ſatis eſt, aut Clematis albæ cinerem.

34 Vinum nigrum vt breui album fiat. Clematis nigræ cinerem conijce in vinum, & conquaſſatum obturato probè & ſinito.

35 Vinũ vt pellucidũ cõfeſtim fiat. Alba ouorũ cõijce in vas quotquot ſuffecerint, & vinũ quoad ſpumet cõcutiatur. Cũ vino & modicum ſalis albi tenuis, & fit albũ. Dein impleto vas vino. Et cũ vaſe figulino ita facito. Commoueto iuſto tempore vinum, & exquiſitè obturato.

36 Vinũ pellucidũ, odoratũ, & dulce faciẽs. Grana myrti matura exiccato, & cõtundito, ac in vinũ cõijcito. Aut mala macerato in aqua, & reconditam aquam infundito in vinum. Aut œnanthen tempore quo floret à frutice acceptam in vinum conijce, & ceram cum thure ſuffito.

37 Vinum vt ſtabile permaneat, admodum probatũ. Marinam in vinũ conijcito, & ſtabile ſeruabis. Aut fæcem olei per ſaccũ trãſmiſſã, & ſubactã cũ mellis puri dimidia parte, & cõcoctã pone in vaſis fundum. Manet enim & ſeruatur plurimo tempore.

38 Vinum nouum vt vetus breui fiat. Amygdalarum amararum repurgatarum. ℥.iij. fœnogræci, manip.j. Contunde vtraq; & pone in vaſculum, & obturato benè.

39 Vinum turbidum vt cofeſtim repurgetur. Olei fæcẽ ter coctam conijce in vas menſura cotylæ vnius, & emendabitur confeſtim. Eſt enim probatum.

40 Vinũ albũ & ſuaue vt fiat. Muſtũ ipſum conjectũ in doliũ diebus tribus, aut. v. nõ operito, dein tegito & ſinito.

41 Vinum quod aceſcere incipit, vt ſanandum, & corrigendum. Ollã nouam, aut aliud vas aqua impleto, & ita facito.

Vas

Vas operito, & in illud vinum conijcito: dein operito, & permitte vt parum reſpiret. ac poſt tres dies inuenies vinũ minimè acidum, ſed vas ipſum acetum redolens. Fac hoc multoties, quoad perfectè corrigatur. Alij lac caprinum inijciunt, vigeſimam nimirum partẽ vini, & diebus quinq; tegunt, & poſtea in aliud vas effundunt vinum, diebusq; decem tegunt, & non mutatur vinum.

Vini conditura mirabilis. Quando vinum purgatum fuerit, condito hunc in modum. Cardamomi, iridis illyricæ, caſiæ, ſpicæ nardi, meliloti, ligni balſami, iunci alexandrini, nardi celticæ, ſing. ℥. ß. Croci. ℈. iij. Trita ligato in linteo tenui, deinde in vinum conijcito: & vbi probè commoueris. exquiſitè obturato, & boni coloris vinum efficies. Aut thuris maſculi, manip. iiij. triti & cribrati vt polinem conijcito in vinum: & poſtquam probè commoueris, ſinito. Hoc auſterum faciet vinum. 42

Opobalſami confectio. Fauum oportunè collectum calamo ſectum, in vaſculũ conijcito pondere ℔. j. Deinde adijce illi olei maſtichini ℔. iij. & vas validè obturato, ac moueto diebus quinque ſine interuallo. Poſtea inſpecto apertóve vaſculo, in id conijce xylobalſami triti. ℥. j. Et rurſum diebus quinq; moueto. Dein iterum cõijce in illud cardamomi. ℥. j. ac rurſus quinq; diebus moueto. Tandem conijce in illud ſeminis coriandri triti. ℥. iij. & commouens validè diebus viginti ſoli exponito, & vtere. 43

Opobalſami ꝓbatio. Laneę veſti inſtillatus & ſiccatus, maculã non facit: lacti autẽ inſtillatus, id coagulat. Aquæ verò inſtillatus: celeriter liquatur, & lactis modo albeſcit. 44

Oenantharion odoratũ valde. Amomi. ℥. iij. Folij. ℥. ij. Coſti. ℥. j. Spicæ nardi, caryophylli, ſtyracis, ſingulo. ℥. j. Opobalſami. ℥. iij. Vini odorati, ſex. v. Liliorum exemptis vnguibus, & in vmbra exiccatorũ. ℥. viij. Tuſa & cribrata, ſtyracẽ verò in tenuiſsimas partes diuiſum, conijce in vas lati oris, dein admiſce vinũ & opobalſamũ, ſimulq; cõcuſsis obturato os vaſculi, & ſoli exponito diebus quadraginta. 45

Oenãthes cõfectio admodũ probata. Amomi. ℥. j. Caſiæ, ſtyracis, folij, ſin. ℥. ß. Opdbalſami. ℥. iij. Liliorũ flores, L. Vini anaſcaloti, aut Gaziti, ſext. viij. & ſic benè confecto vtere. 46

47 Gingiuas oris, & exanthemata ſummè curans, valde laudatum & mirabile. Aloes. ℥. ß. Nitiri alexandrini, opij, miſyos, ſingulorum. ℥. ß. Trita exhibeto.

48 Gingiuas excreſcentes, intumeſcentes, putrefactas, ac cruentas ſanans. Malum punicum integrum accipe, & in internam eius partem totam repurgatã, inijce mellis attici deſpumati, aluminis ſciſci, cinamomi, aſſatoq; in calido cinere, & permitte vt probè ferueant. Dein cum eo colluito, aut illine gingiuas, poſtea verò abluito cum decocto rubi, foliorum oleæ tenerũ, ſidiorum, balauſtiorũ, roſarũ, rhois, ſyriaci, meſpilorũ, & baccarũ myrti. Coqto ad terias, & ablue

49 Oris fœtorem ſedans valde bonũ, & laudatũ. Hordei, fœnigræci, ſingul. ℥. ß. Myrrhæ, exag. ij. Ligato tuto in [a] ſubtili linteo, aſſato in calido cinere donec in carbonem vertatur. Dein admiſce piperis communis, maſtiches, gran. l. Et trita madefacito cum melle, & illine qnando lubet.

[ a Subtilili. ] *Nicolai manuſcriptus codex χονδρῷ legit, corruptè pro ἀραίῳ.*

50 Dentes muniens, admodum laudatum. Radix, herbæ pentadactyli quotidie commanducata, illæſos ipſos ſeruat. Quòd ſi verò eroſi fuerint, & dolore affecti, commanducata dolorem abigit. Similiter & pyrethrum. eſt probatum.

51 Dentium & pudendorũ putredinibus & fluxionibus accõmodatum. Nitri puri. ʒ. j. Salis foſsilis. ʒ. iij. Gallarum, chalcanthi, ſcillæ aridæ, ſing. ʒ. iiij. Tritis paululũ affunde mellis, & redige ad emplaſtri formam. Inuoluta in pannũ lineum vrito ad carbones. Dein læuigata reconde in vaſe vitreo, ac illis vtere.

52 Dentium dolorẽ ſanans, mirabile admodum. Tedas pingues in oleo coquito, & colluito dentes. Acetum quoq; calidum, ſi eo colluantur fluxione laborantes dentes ſanat.

53 Dentes refrigeratos & fluxione infeſtatos iuuans, valde laudatum. Graminis radicẽ in aqua coquito, & dentes dolore affectos colluito, ac ſanabis.

54 Dentes cõmotos mirabiliter firmans. Aerugo in vino diſſoluta, ſi eo colluantur ſæpius dentes, ſummè facit. Similiter alumen ſciſsile læuigatum & aſperſum, confert.

55 Dentes ab ictu commotos firmans. Lacte aſinino crebrò dentes collue, & confeſtim ſanabis.

Den

Dentium dolorem ſedans,admodũ laudatum.Hyænæ 56
dentes admoti dentibus,& appenſi.

Dentium dolores ſedans:& cõmotos firmans. Cypariſ 57
ſi pilulas teneras in vino coquito tertio quouis die & crebrò
dentes colluito.

Dentium dolores ſedãs,probatum. Lapathi radicem in 58
aqua decoquito.& ex eius decocto dentes colluito.

Dentes eroſos & putrefactos iuuans. Pyrethri radicem 59
contuſam in acerrimum acetum conijce, ac ſinito illic diebus quadraginta: poſtea reliquos dentes primũ cera oblinito,& in eroſũ dentẽ prędictũ acetũ conijce,& poſt horã,digito eroſũ extrahito dẽtẽ & cõfeſtim ſine dolore illũ eijcies

Dentifriciũ quo vtor, Archelai medici. Coſto & ſalibus 60
lychnos vacuos tres imple,& vbi aſſaueris, conijce in mortarium cũ plantagine maiore. Tuſa & per tenue cribrum trãſmiſſa præbeto,vſu exigente,vt probata.

Dentes fluxione laborantes & commotos iuuans,valde 61
pulchrũ & mirabile. Cedriæ.℔.ß.quartã partem. Aluminis ſciſſi,libræ quartam partem. Aceti,℔.ß.quartã partem. Coquito hæc, & cũ tedis pinguibus moueto quoad mellis craſsitiẽ nanciſcãtur. Poſt reconde in vaſe vitreo, & vſu poſtulante,collue dentes cum poſca,& hoc medicamentũ illine.Hoc trib.facito menſibus, & nunquã dolebunt dentes. Per hoc medicamentum tam magnum affectum gratia Dei curaui,vt etiam oſſa deciderent.

Dentium ſmegma,quo vtor,dentes albos cõſeruans, & 62
ad cruentas gingiuas admodum laudatũ. Cornu ceruini vſti,℔.j.Salis ammoniaci,℔.j.ß.Maſtiches,piperis communis,ſing.℥.j. Floris iunci odorati.ʒ.j. Coſti,cardamomi,cyperi,folij,roſarum,ſingul.ʒ.iiij.Trita cribrato, & recõdito in vitreo vaſe,vſuque exigente inſpargito.

Dentes eroſos mirabiliter iuuans.Buxi, faſciculũ j.Hede 63
ræ nigræ,folia lauri,ſin.manip.j.Hæc contuſa conijce in ollam,& aquam põdere ℔.xiij.ß.Coquito quoad remanſerit ℔.j.ß.Acceptũ dẽtibus affunde,& eadẽ hora ceſſabit malũ.

Dentifriciũ candidos reddens,& ſtabiles dentes, admo 64
dum laudatum. Caſiæ.ʒ.viij. Staphidis agriæ.ʒ.iiij.Aluminis ſciſsi ʒ.viij.Coſti,maſtiches,ſingulorum.℈.iiij.Cornu ceruini vſti.ʒ.xij.Salis frixi.ʒ.ij. Piperis albi.ʒ.viij. Hæc

pro

probè trita, vſu poſtulante, præbeto.

65 Dentibus nitorem inducens, & ad omnia oris mala conferens, osq; ſuauiter olere faciens. Vitri puri, & ſplendidi, ℔.j. Iridis. ℥.ß. Pyrethri, aluminis ſciſsi, ſingulorum. ʒ.ij. Folij, coſti, thuris, ſingulorũ. ʒ.j. Hæc trita in pollinem præbeto vt ijs fricentur dentes.

66 Dentium dolorem ſedans eadem hora. Si ex inferioribus dentibus aliquis laboret, ex inferiore lapide molendini excinde lapillum ſole oriente in nomine laborantis, & ligatum in laneũ pannũ, appende dentibus. Si verò ſuperiorũ aliquis doluerit, ſuperiorẽ lapidem molendini contunde fac vt prædictum eſt. Aut octopedis marini dentem ſuſpende: idem enim efficit.

67 Dentes refrigeratos ſummè curans. Accipe murem viuum, & exemptum eius dentem appende dentibus egrotãtibus. Murem autem viuum occidito.

68 Dentes commotos mirabiliter ſtabiliens. Aluminis ſciſsi mannæ, ſing. exag. j. Probè trita inſperge deſuper.

69 Dentium dolorem curans, nec eoſdem cõmouens, ſed ſplendidos potius faciẽs, & gingiuas fieri cruentas haud permittẽs, neque excreſcere. Bonũ etiã odorẽ ori conciliat. Aluminis ſciſsi. ℥.j. Thuris maſculi. ℥.vj. Folij. ℥.j. Tritis vtere.

70 Dentifricium mirabiliter candidos faciens dẽtes. Teſtarum, ſepiæ pumicis, aloes flauæ, ſingul. ℥.j. Folij. ʒ.vij. Floris iũci odorati. ʒ.j. Trita præbeto.

71 Dentes commotos ſanans, probatũ. Sidiorũ, gallarũ, pyrethri, maſtiches, croci, thuris, ſingulorum. exag. j. Trita deſuper inſpergito.

72 Dentium dolorem ſedãs, efficaciſsimum. Staphidisagrię ʒ.iiij. Radicis panacis. ʒ ij. Nitri, folij, ſin. ʒ.j. Trita papaueris decocto vnito, & ijs oblinito dolentes dentes.

73 Dentifriciũ valde efficax. Salis frixi, ℥.iij. Origani, xylocaſię, pumicis, ſin. ℥.j. Myrrhę. ʒ.j. Trita inſperge dẽtibus

74 Dẽtes nigros albos faciens. Hordei & ſalis, ſin. exa. j. Toſtis & leuigatis ſimul, fricato crebrò dentes.

75 Dẽtes muniẽs mirabiliter. Radicẽ tithymali coqto in vino, quoad vini dimidiũ relictũ fuerit, & prębeto ex ipſo ad colluendum os bis menſe, & nunquã is dolebit dentes, Eſt enim expertum.

Den

Dentium ſmegma,admodum laudatum. [a]Lolium & 76
mel ſubigito,vt ceratum fiant.Ligataq; in purũ linteũ vrito,& læuigatis admiſce parum iridis probè cribratę:deinde illine,& miraberis.

[ a Lolium.] *In codice Nicolai legitur αἴλας, mea quidem ſententia non rectè,pro αἴρας.*

Dentium fluxionem ſiſtens,& cruentas gingiuas ſanãs 77
commotosq; dentes ſtabiliens,admodum fidele. Aluminis ſciſsi,lb.j.Piperis albi,ſaluiæ ſiccæ,zingiberis, ſing.℥.j.Tritis fricato dentes, vt expertis.

Dentes minutatim frangens,& citra ferrũ eijciens.La- 78
chrymæ hederæ,[a]phormij piperis communis, ſingulorum ℥.j. Trita probè,dentibus inſperge,& miraberis.

[ a Phormij.] *Nicolai codex hic & in ſequenti compoſitione non rectè φορμίνς pro φορμίου legit. Phormij autem meminit Paulus lib. vij.atq; idipſum attractoria prædictum eſſe facultate.*

Dentes ſine dolore,pręter opinionẽ,extrahens. Alumi- 79
nis ſciſsi, & rotũdi,ſingul.ʒ.j.Phormij.ʒ.ij.Chalcitidis.℥.j.Miſyos,minij,ſingul ʒ.j. Repurgatis & tritis dentes oblinito, & paulòpoſt citra dolorem mouebis.

Dentium putredines, & gingiuas ſanans. Folij vitis.℥. 80
iij.Aluminis ſciſsi,miſyos,mannæ, ſing.ʒ.ij. Aeruginis.ʒ.j.Trita conformato.Purgat enim,ad cicatricem ducit,fluxionemq; reprimit. Expertum.

Dentibus conueniens,quo vtor,laudatum admodùm ad 81
dentes cõmotos,gingiuarum inflammationes, & excreſcentem earundem carnem. Præcipuè verò facit inſufflatũ ad tonſillas,antiades,& vuam ita corruptam,vt non admittat chirurgiã.Bibitur etiã à ſpuentibus ſanguinem. Datur aũt cochl.vnum cum aqua,aut poſca. Vtitor hoc tanquam myſterio.Gallarum,lb.ij,Aluminis ſciſsi.ʒ.xvj.Iridis illyricæ ʒ.vj.Folij.ʒ.iiij. Amomi.℥.j.Roſarum.ʒ.iiij. Tritis vtere vt expertis & mirabilibus.

Dentibus conueniens,ad nomas[a]oris, dentes commo- 82
tos,putreſcentes gingiuas,& cruẽtas,earundẽq; excreſcentẽ carnem cõferens.In ſumma, ad putredines oris. Neſimus hoc vehemẽter laudat.Gallarũ,acanthæ,ęgiptię,rhois obſoniorum,balauſtiorum,cytinorum mali punici, ſingulorum.℥.j.Trita habeto arida.Vſu poſt ulãte melle madefacta

facta illine. Aut arido vtere etiam ad pudendorum nomas. Expertum eſt.

*[a Oris.] Codex Nicolai bis in hac compoſitione legit τὰς ἐντομίας, mea quidem ſententia parùm rectè, pro ἐν τῷ σώματι. Neq; enim ἐντομίας ſignificatio huic loco ſatis quadrare videtur.*

83 Supercilia alba, nigra faciens. Miſy leuigatum cum aceto illine ſupercilijs.

8[redacted]

85 [redacted] actum, illine. [redacted]

86 [redacted] radicem, aut botryon co[redacted]xetur, & ad tertias abſumatur. Dein colato, & in vaſe recondito. Vſu poſcēte, accipe & illine morſum. Aure autem dolente, tepidum inſtillato.

87 Potus cōferēs ijs qui nō niſi recta ceruice ſpirāt, expertus. Abrotoni, ariſtolochiæ, abſinthij, ammoniaci, ſeminis rutæ ſylueſtris, ſulphuris viui, ſing. ℥. ß. Trita irrigato cum melle deſpumato, & dato fabæ magnitudine manè ieiuno.

88 Articulorum lubricitatem ſanans, expertum. Ramenta ſcillæ in aceto acri coquito, vt emplaſtri formā nanciſcātur. Hæc deſuper ligato, & illic immota trib. diebus ſinito.

89 Omphacomelitis confectio ad cœliacos, dyſentericos, & ſtomachum fluxione infeſtatū. Roborat namq;. Succi vuæ acerbæ, ℔. xv. Mellis attici deſpumati, ℔. vj. Benè coquito, & recondito ad vſum.

90 Omphacij confectio, vt collyrium. Vuæ acerbæ ſucci diſſoluti vſque ad colliquationem, ac reconditi. Aliud. Succi vuæ acerbæ, croci, myrrhæ ſing. ℥. iii. Aluminis ſciſsi, mellis attici, ſingul. ℥. j. Benè confecto vtere.

91 Quæ confert confici menſe Maio, & Iunio. Droſaton, hoc eſt Serapium, aquam roſaceam, mel roſaceum, ſtillaticium roſarum liquorem, oleum roſaceum, anethinum & chamæmelinum, œnanthenq; fructum ſylueſtris vitis colligas, & alias quaſdam ſpecies quæ conficiuntur à ſeplaſiarijs iuſſu medicorum.

Quæ confici confert menſe Iulio, & Auguſto. Dia- 92
moron, diacaryon, quæ parantur ad vſum oris.

Quæ prodeſt confici menſe Septẽbri, Octobri, & No- 93
uembri. Mulſam, cydoniten, oleum melinum, polypodyton, myrtinum, citratum, oleum laurinum, lentiſcinum, rhoiton, ex ſucco malorum punicorũ factum, & aliæ quædam ſpecies, & confectiones.

[redacted] 94

Superſtitioſum.

[redacted] 95

FINIS.

INDEX PESSORVM PROPOMATVM ad alopecias, & alia diuerſa mala cõferẽtiũ medicamẽtorũ.

*Peſſus conceptionem adiuuans, admodum probatus.* 1
*Peſſus conceptionem iuuãs, quo vtebatur mulier barbara, & ſtatim concepit.* 2
*Peſſus conceptionem iuuans, vterum auerſum in rectum ferens, & alia efficiens.* 3
*Peſſus relaxans, & omnem duritiem diſſoluens.* 4
*Peſſus emolliens* Demarchi, *mirabilis.* 5
*Peſſus ad hydropicas mulieres valde bonus.* 6
*Peſſus ad veſicæ dolores, mirificus.* 7
*Peſſus conceptioni conferens mirabiliter, expertus.* 8
*Peſſus menſes mouens expertus.* 9
*Peſſus ad omnem duritiam, & è partu dolores vehementes.* 10
*Peſſus ad duritiem, extenſionem, phlegmonem, & œdemata vteri.* 11
*Peſſus emolliens ad phlegmonem, & duritiem vteri.* 12
*Peſſus menſes eliciens expertus.* 13
*Peſſus ſimilis, expertus.* 14
*Peſſus ſimilis, probatus.* 15
*Peſſus ad duritiem, diſtenſionẽ, phlegmonẽ, & cõdylomata vteri.* 16
*Peſſus menſes ducens, expertus, probatus.* 17
*Peſſus ſimilis, expertus.* 18
*Peſſus ſimilis, probatus.* 19
*Peſſus ſimilis, alius.* 20

Peſ

*Peſſus alius mirabilis.* 21
*Peſſus alius admodùm bonus.* 22
*Peſſus ſimilis, & purgatorius.* 23
*Peſſus ſimilis valde mirabilis.* 24
*Peſſus ad omnem vteri immundiciem.* 25
*Peſſus menſtrua educens, admodùm neceſſarius.* 26
*Peſſus ſimilis, valde probatus.* 27
*Peſſus menſes educens, & omnem vteri immundiciem purgans.* 28
*Peſſus ſiſtens, ad omnem ſanguinis eruptionem, & malè affectum vterum conferens.* 29
*Peſſus conceptionem iuuans, expertus.* 30
*Peſſus ad vterum vnde ſanguis emanat, probatus.* 31
*Peſſus multi vſus.* 32
*Peſſus ad vteri maniam mirabilis.* 33
*Peſſus ad ſtillicidium vrinæ mulieris laudatus.* 34
*Peſſus conceptionem adiuuans, expertus, & vtilis.* 35
*Peſſus conceptioni conferens, valde bonus, & probatus.* 36
*Peſſus menſtrua eliciens, expertus.* 37
*Peſſus purgatorius valde bonus, & expertus.* 38
*Peſſus Galeni ad exulceratum vterum.* 39
*Peſſus dolorem ſedans, mirabilis.* 40
*Peſſus relaxans, ad phlegmonem,* 41
*Peſſus ad rupturam, aſperitudinem, & aquæ impetum, valde neceſſarius.* 42
*Peſſus ad ſanguine manantem vterum.* 43
*Peſſus ad profluuium muliebre, admodum laudatus.* 44
*Peſſus conceptioni conferens, certus.* 45
*Propomatis cydonites confectio.* 46
*Propoma abſinthite, mirabile.* 47
*Propoma aniſite, valde bonum.* 48
*Propoma pulegij, admodum probatum.* 49
*Propoma ſtyracis, valde laudatum.* 50
*Propoma roſaceum, admodum mirabile.* 51
*Propoma abſinthite, valde probatum.* 52
*Propoma è pyris, valde laudatum.* 53
*Propoma ex aſaro, admodum laudatum.* 54
*Propoma ex amygdalis, ad ſuppuratos, & thorace malè affectos probatum.* 55
*Propoma pituitam ducens ſtomachi, & oculorum.* 56

Propoma ex citro, admodum probatum. 57
Propoma ex polypodio ad melancholicos. Ventrē quoq; ſubducit. 58
Propoma ſimile. 59
Propoma ex Carpeſijs vocatum, pulcherrimum. 60
Propoma ex aloe, ad iocineroſos & ſtomachicos. 61
Propoma odoratū, humorū copiā excernēs per ventrē, et vomitū. 62
Propoma ad quartanas, expertum. 63
Propoma ad quartanas, quo vtor, expertum & probatum. 64
Propoma ad quartanas mirabile. 65
Propoma ad quartanas probatum. 66
Propoma ad quartanas certum. 67
Propoma ad quartanas mirabile. 68
Propoma ad hydropicos, valde probatum. 69
Propoma ex cumino, mirabile. 70
Ad alopeciam, probatum. 71
Ad alopeciam capillorum, expertum. 72
Ad alopeciam capillorum, admodum probatum. 73
Ad alopeciam puerorum mirabile. 74
Ad alopeciam, valde laudatum. 75
Ad alopeciam expertum. 76
Ad alopeciam mirabile. 77
Ad alopeciam. Capillos etiam naſci facit. 78
Ad alopeciam valde laudatum. 79
Ad alopeciam Archigenis, laudatum. 80
Ad alopeciā & omne capillorū defluuiū, alphosq; diuturnos vtile. 81
Ad alopeciam Aſclepiadis, probatum. 82
Ad alopeciam capillorum, mirabile admodum. 83
Ad alopeciam Sorani, valde laudatum. 84
Ad alopeciam Archigenis, probatum. 85
Ad alopeciam, laudatum admodum. 86
Ad alopeciam, caluicium, & capillorum raritatem in capite aut mento, aut ſupercilijs. 87
Ad alopeciam Oribaſij, mirabile. 88
Ad alopeciam, & diuturna mala. 89
Ad porriginem exulceratam, admodum laudatum. 90
Ad porriginem exulceratam, & achores, admodum probatum. 91
Ad porriginem exulceratam, achores, & impetigines humidas. 92
Ad achores capitis, expertum. 93
Ad exulceratam porriginem medicamentum vehemens. 94

Ad

Ad humidas achores, valde laudatum. 95
Ad præhumidas achores, & impetigines. 96
Ad quotidianas, quartanas, ſtomachum, comitiali morbo correptos, lienoſos, & hydropicos. 97
Ad parotidas laudatum. 98
Ad ſingultus & arthriticos. 99
Ad pſydracia calidißima, & fera. 100
Ad letalia, mirabile admodum. 101
Ad dentium dolorem expertum. 102
Vt dens ſua ſponte excidat. 103
Ad dentium dolorem, mitigatorium. 104
Ad cruenta & recentia vulnera, conglutinatorium. 105
Ad oris vlcera puerorum. 106
Ad abſceſſus mirabile, & probatum. 107
Ad minuendos tumores, admodum laudatum. 108
Ad ſecundas mulieris appenſas. 109
Ad violentias, valde probatum. 110
Ad penſiles verrucas laudatum. 111
Ad eminentias mirabile, probatum. 112
Ad eminentias expertum, laudatum. 113
Ad eminentias expertum. 114
Ad internas & externas eminentias potus mirabilis. 115
Ad internas & externas eminentias. 116
Ad incipientes affectus laudatum. 117
Ad pterygia digitorum mirabile. 118
Ad feruentes papulas admodum probatum. 119
Ad feruentes papulas in ore puerorum. 120
Ad eryſipelata, admodum probatum. 121
Ad eryſipelata, & omnem inflammationem, & ad malum Zoſtera vocatum. 122
Ad eryſipelata mirabile. 123
Ad pedum fluxionem incipientem, probatum. 124
Ad eryſipelata. 125
Aduerſus inſomnia mirabile valde. 126
Ad oculos quos capilli pungunt laudatum. 127
Ad depilatos oculos, & capillos non habentes. 128
Ad encantides admodum mirabile. 129
Ad grandines oculorum. 130
Ad grandines in palpebris. 131

*Ad pterygia oculorum.* 132
*Ad polypos, & ozenas probatum.* 133
*Ad polypos, certum.* 134
*Ad ozenas, nomas, eroſiones, denſitates, & mala omnia narium.* 135
*Ad vlcera in naribus laudatum.* 135
*Ad encanthidas, & pterygia probatum.* 137
*Ad oculos quos pili pungunt, laudatum.* 138
*Ad duricies parotidum bonum.* 139
*Ad lumborum dolores, admodum laudatum.* 140
*Ad ſingultum, valde bonum.* 141
*Ad lumbricos expertum.* 142
*Ad lumbricos latos, & aſcarides.* 143
*Ad morſus ſtomachi citra manifeſtam cauſam.* 144
*Pentamyri confectio, admodum probata.* 145
*Ad phlegmonem faciei mirabile.* 146
*Ad phlegmones ex ſectione venæ natas, & duriciem.* 147
*Ad viſcera, lienem, & hydropem, emolliens & diſcutiens.* 148
*Ad phlegmonem crurum aut pedum.* 149
*Potus expertus, humiditatis exiccatorius.* 150
*Ad tormina ventris admodum mirabile.* 151
*Ad hebetudinem mirabile.* 152
*Potus ad ſuppuratos, & abſceſſu laborantes, iocineroſosq́;.* 153
*Vt vino non ſit ſæpius vtendum.* 154
*Ad vrinæ difficultatem, calculumq́;, admodum bonum.* 155
*Ad reduuias valde bonum.* 156
*Ad penſiles verrucas, & thymos in pudendis.* 157
*Ad caput dolentes, & hemicranicos.* 158
*Ad chimetla vlcerata.* 159
*Ad eos qui lienteria laborant.* 160
*Ad ſcabioſa, & fluxioni obnoxia vlcera, & partium phlegmonem, & duriciem.* 161
*Ad vulnus tibiæ diuturnum & ſordidum.* 162
*Ad anginas, & mala ſub lingua nata, expertum.* 163
*Ad ictos à ſcorpione admodum mirabile.* 164
*Ad aphthas in ore puerorum.* 165
*Ad depaſcentes aphthas, & difficilia vlcera oris profunda.* 166
*An pedum dolorem bonum, expertum.* 167
*Ad alopeciam expertum, probatum.* 168
Pad

*Podagrica potio in principio exacerbationis admodũ mirabilis.* 169
*Podagricus linctus in principio acceſsionis mirabilis.* 170
*Ad eos qui comederũt boletos, aut fungos, aut amanitas, & periculũ eſt ne moriantur.* 171
*Ad ſurditatem aurium.* 172
*Ad ſtrumas admodum probatum.* 173
*Ad aluum citam, expertum.* 174
*Ad vſtiones ab aqua calida expertum, admodum laudatum.* 175
*Ad hydropicos expertum.* 176
*Ad formicas, vt ſtatim decidant.* 177
*Ad profluuium ſanguinis narium, admodum probatum.* 178
*Ad pleuriticos mirabile valde.* 179
*Ad pleuriticos per os, probatum.* 180
*Ad eryſipelata valde bonum.* 181
*Ad carbunculos admodum vtile.* 182
*Ad vſtiones vndecunque fiant.* 183
*Potus ad aſthmaticos laudatus.* 184
*Potus ad eos qui morbo comitiali correpti ſunt, mirabilis.* 185
*Potus probatus ad tertianas & quartanas.* 186
*Potus ad quartanas ante inuaſionem acceſsionis datus.* 187
*Potus ad quartanas admodum laudatus.* 188
*Potus mirabilis ad hominis rabiem, gratia* Dei. 189

# NICOLAI MYREPSI
## ALEXANDRINI DE PESSIS, propomatis, Alopeciæ, & aliorum diuerſorum malorum medicamentis, Sectio Triceſima octaua.

1 PESSVS conceptionem iuuans, ex quo mulier ſexaginta annorũ menſtrua non videns, purgata eſt, & cõfeſtim concepit. Habet aũt hæc. Opobalſami, opopanacis, ſin. ʒ.j. Thuris maſculi. ʒ.ij. Cinamomi. ʒ.j.ß. Myrrhæ, ʒ.j Coſti. ʒ.j.ß. Croci, caſię, ſin. j.ß. Hęc benè trita cõmiſce vnguẽto irino, & reduc ad mellis craſsitudinẽ, & recõdẽs in vaſe ad vſum, illine præputiũ cũ hoc medicamento, & ſic

coeat cum viro ſuo mulier, & ſtatim concipiet. Fac autem eo tempore, quo menſes eius ſunt profluxuri.

Peſſus ad conceptionem cõferens, quo vtebatur vxor Alexandri Barbara, & concepit cõfeſtim, annorum exiſtẽs octuaginta. Opobalſami. ʒ. j. Peucedani. ʒ. ß. Ariſtolochiæ longæ, myrrhæ croci, ſing. ʒ. j. Medullæ cerui, iecoris anſerini, ſingulorum. ʒ. j. ß. His ſeorſim liquatis, & exceptis lana italica, vt decumbat mulier, ſubditoq; peſſo ad os vteri, vt contineat illum horis duabus iubeto. Amoto medicamẽto coeat cum viro, & gratia diuina magna donante, confeſtim concipiet. Quemadmodũ Cleopatra vxor Ptolemæi regis mortui vſurpauit, faciens vt inſcriptio monſtrat, & ſtatim concepit. 2

Peſſus conceptionem iuuans, vocatus Gonos, in rectũ vterum auerſum transferens, durities emolliens, & callos tollens, carcinomata ſanans, eroſiones, dolores vehementes, omnem affectũ, & mala in vtero facta. Per hunc Bænia regina peperit Flauianum. Per hunc etiam conſtitutus eſt prioris reginæ filius. Scriptus eſt itaq; magna diligentia à Claudia patricilla iocineroſa, non concipiente. Butyri, ℥. iij. Oeſypi liquidi, medullæ ceruinæ, adipis anſerini, leporis coaguli, aloes flauæ, terebinthinæ, ſingu. ℥. j. ß. Myrrhæ. ℥. j. Caſiæ, coſti, ſing. ℥. ß. Ceræ tyrrhenicæ, nardi bonæ, ſing. ℥. iij. Mellis attici, quod ſatis eſt. Mel cum liquabilibus liquato, & ſic confecto, & ſubacto vtere. 3

Peſſus relaxans, omnem diſſoluẽs duriciem, laudatus. Adipis taurini, medullæ ceruinæ, terebinthinæ, cæræ puræ, ſing. ℥. ß. Ouorũ vitellos aſſatos. xv. Olei roſacei, quod ſatis eſt. Liquefacta probè ſubigito, & præbeto cum nardino bono excepta. 4

Peſſus emolliens, à Marcho compoſitus, mirabilis. Medullæ ceruinæ, adipis ſuilli, ceræ tyrrhenicæ, ſingulo. exag. j. ß. Terebinthinæ. ʒ. j. Croci, fœnigræci, ſingul. ʒ. ß. Mellis attici, myrrhæ, butyri, ſing. ʒ. j. Liquefacta benè ſubigito cum oleo cyprino, quod ſatis eſt, & probè confecto vtere. 5

Peſſus ad hydropicas mulieres, valde bonus. Aniſi, cumini, ariſtolochiæ longæ, caroi, nitri, pulegij, fœnigræci, ſing. ʒ. j. Interiorum ficuum, gra. xv. Liquefacta ſubigi- 6

to

to cum vino bono ſufficienti,& excepta præbeto.

7 Peſſus ad veſicæ dolores,mirabilis. Ceræ tyrrhenicæ,aut ponticæ.℥.ß. Olei roſacei,croci,ſing.℥.j.ß. Adipis gallinæ, ℥.ß. Ouorum coctorũ vitellos.vj. Liquefactis probè,crocũ terito cum vino,& vnitis cõfectisq; rectè,vtere.

8 Peſſus conceptionem iuuans,expertus. Cochlearũ africa narum magnarum,tres aut quinq;. Lactis bubuli,coaguli leporis, ſing.℥.ß. Cochleas cum teſtis probè tundito, & adijce modicum lactis,vt conſiſtentiã nanciſcantur, & cro ci legitimi:omnibusq; factis,peſſum ſubijcito mẽſibus incipientibus,aut deſinentibus. Hoc facto tribus diebus,con feſtim mulier cum viro coeat,& concipiet.

9 Peſſus menſes mouens,expertus. Ceræ puræ.℥.iij. Opopanacis.℥.ij. Foliorum rutæ viridium.℥.ij.ß. Olei cyprini, ℔.ß. Terito rutam,& opopanacem ſeorſim,& ceram cum cyprino coquito. Commixta vtraq;,& probè confecta imponito vmbilico,& imo ventri,& ſic vtere.

10 Peſſus vocatus Aureus,ad omnem duriciem,& vehemẽtem dolorem,potiſsimùm ad lationes à partu factas admodum mirabilis. Reſinæ terebinthinæ, ceræ tyrrhenicæ, medullæ ceruinæ,œſypi attici,ſing.℥.iij. Adipis gallinæ,& anſerini,ſing.℥.ij. Adipis leonini,& vrſini, ſing.℥.ß. Hæc liquefacta & leuigata,reconde in pyxide,& vtere vt efficaciſsimo medicamento.

11 Peſſus libianos ad duriciem,extenſionem, phlegmonem. & condylomata vteri. Adipis anſerini.℥.ß. Adipis gallinæ, medullæ ceruinæ,œſypi,croci,ceræ tyrrhenicæ,ſing.℥.j.ß. Maſtiches.ʒ.ij. Ouorum elixorum vitellos duos. Probè confecto vtere.

12 Peſſus emolliens ad phlegmonem,& vteri duriciem,admodum laudatus. Succi lenti fœnigræci, adipis anſerini, olei anethini,chamæmelini,ſingul.℥.ß. Medullæ ceruinæ, œſypi,cerati è ſuccis,ſing.℥.ß. Terebinthinæ.℈.iij. Confecto vtere.

13 Peſſus menſes ducens,expertus. Cumini,epithymi,zingiberis,galbani,ſin.ʒ.ß. Arida benè trita cũ vino miſceto. Galbanum autem cum irino oleo,& ſic excepto vtere.

14 Peſſus menſes eliciens, probatus. Ariſtolochiæ rotundæ ℥.ß. Subacta cum melle attico ſufficienti ſubijce cum

lana ſordida. Hoc medicamentum ſecundas etiam eijcit,
expertum eſt.

Peſſus menſes ducens,expertus. Pulpæ colocynthidis, 15
myrrhæ, ſing.exag.j.trita confice cum aceto & melle, &
exceptis vtere.

Peſsi Libanoti confectio, ad duriciẽ, extenſionem, 16
phlegmonem,& condylomata vteri. Adipis anſerini.℥.ß.
Adipis gallinæ,medullæ ceruinæ, œſypi,croci,ceræ tyrrhe
nicæ,ſing.℥.j.ß.Maſtiches.ʒ.ij.Trita confice cum ouorũ
elixorum vitellis duobus.

Peſſus menſes citans,expertus. Ceræ,exag.j.ß.Opo- 17
panacis,exag.j.Foliorũ rutæ viridium.exag.j.quartã par-
tem.Olei cyprini.℥.ß.Terito rutam & opopanacem: cerã
autem cum cyprino coquito.Commixta vtraq;,recteq; cõ
fecta imponito vmbilico,& imo ventri.

Peſſus menſes ducens, expertus. Cumini æthiopici, 18
myrrhæ,galbani,adipis anſerini,ſingul.ʒ.ß.Arida cũ vino
bono miſceto,galbanum verò cum oleo irino,& probè cõ-
fecto vtere.

Peſſus menſes eliciens,laudatus. Ariſtolochiã rotundã, 19
cũ melle attico ſubactã apponito in lana ſordida. Peſſum
in rutaceo imbutũ oleo ſubdito. Hic ſecundas quoq; eijcit.

Peſſus laudatus,vt præcedens. Fœnigræci,galbani,ca- 20
ſtorij,moſchi,ſpicæ,ariſtolochiæ rotundæ,œſypi, pingue-
dinis anſeris. Conficito cum oleo cyprino,& vtere.

Peſſus ſimilis,mirabilis. Artemeſiæ,ſtyracis, carnium 21
vuarum,& caricum pinguium, exemptis vinaceis, herbæ
venti,mercurialis,olei roſacei, œſypi. Trita confice cum
adipe anſerino,& vtere.

Peſſus ſimilis,admodũ bonus. Moſchi,caſtorij, ſpicæ, 22
herbæ venti, mercurialis,carnis vuarum,& caricũ exem-
ptis acinis,ſin.ʒ.ß.Liquefacta ſubigito cum melle attico,
pinguedine gallinæ,anſeris,& cyprino oleo,& rectè con-
fecto vtere.

Peſſus ſimilis,valde bonus,& purgatorius. Iridi probè 23
repurgatæ,elotæ ter noviès,& benè cõtuſæ,adijce etiã me-
lanthium,ſaccharũ,& albũ oui cũ lacte mulicbri. Bonum
verò,ſi adijcias pinguedinẽ anſeris,aut gallinæ,aut buty-
ri. Liquefacta,& recte confecta præbeto vſu poſcente.

Peſ

24 Peſſus menſes educens, valde mirabilis. Epithimi, œſypi, ſpicæ, moſchi, galbani, herbæ venti, adipis ſuilli, vuarũ & caricarum carnium ſine vuaceis. Liquefacta cum lacte mulieris ſubigito, & vtere illis.

25 Peſſus mirabilis ad omnẽ vteri immũdiciẽ in lana exceptus, & illitus, & roſaceo imbutus, oriq́ue vteri appoſitus. Succi radicis cyclamini, colocynthidis, berenicarij, ſucci mercurialis, ſing. ℥. ß. Zingiberis, carniũ caricarũ, ſing. ℥. j. Liquefacta probè ſubigito cum melle ſufficiente, & fac linamentum, quod imbutum pinguedine anſeris, aut oleo roſaceo, & albo oui imponito.

26 Peſſus menſes eliciens, & fœtum occidens, admodũ probatus. Succo radicis cyclamini illine imum ventrẽ. Aut imponito, vt peſſum. Aut dracunculi radicis decocto ſimiliter vtere. Aut accipe decocti artemiſiæ calicem dimidiũ, ſubigito cum antidoti trypheræ magnæ exagio vno, & bibendũ præbeto manè ieiuno tepidum. Caueãt igitur grauidæ ſibi diligenter ab hoc ſucco.

27 Peſſus mẽſes educẽs, admodũ laudatus. Rutæ, galbani, herbæ vẽti, mercurialis, artemeſiæ, ſpicæ, vuarum vinaceis exẽptis, ariſtolochiæ rotũdæ. Cõminuta probè irrigato cũ oleo cyprino, lacte muliebri, & melle ſufficiẽte, & cõfectũ præbeto. Prodeſt etiã ad inflationes, ſi accipias ſenecionis herbę folia, quæ à nõnullis nominãtur Cortala, & benè tuſa ad oleris formã cũ cõdimẽtis & odoratis vocatis redigito, coquitoq; probè in clibano, & exhibeto mane ieiuno, & veſperi. Vbi comederit, bibendũ præbeto conditum, aut vinum vetus menſes ſtrenuè ducens. Eſt enim probatum. Cortala.

28 Peſſus mẽſes eliciẽs, omnẽ immũdiciẽ ab vtero reuellẽs, in lana exceptus, & illitus, aut in roſaceũ immerſus, & ori vteri appoſitus. Succi radicis cyclamini, pulpæ colocynthidis, berenicarij, ſucci mercurialis, ſing. ℥. j. Zingiberis. ℥. ij. Trita ſubigito cũ melle ſufficiẽti, & cõfecta præbeto. Dein ab infernis ſuffiãtur iſta. Ladanũ, cornu bouinũ, maſtiche, thus, ſemẽ citri, artemiſia, marrubiũ, galbanũ, ſampſychũ, menta, ſaluia, roſmarinus, roſæ, chamæmelum, coquito benè in aqua, & infunde ab infernis. Ducit enim menſes, & omnem immundiciem ab vtero reuellit.

29 Peſſus omnẽ ſanguinis eruptionẽ ſiſtens, & malè affectum vterum ſanans, valde bonus. Terræ aſteris, terræ ſami

ſamiæ , ceruſſæ, amyli,thuris maſculi,acaciæ,ſingu.ʒ.iiij.
Sanguinis draconis,maſtiches,ſing.ʒ.j. Boli armenij.ʒ.ij.
Ouorum alba.ij. &.ß. Arida in polline trita cum vino odo
rato:ſubigantur vino odorato ſufficienti,& reducantur ad
viſci craſsitudinem,priuſq; cum vino myrtito inſtillato, &
poſtea impone linamentum.

Peſſus conceptionem iuuans, expertus Aluminis ſciſsi, 30
melanthij,ſing.℥.ß.Gentianæ.℈.ix.Ceræ,puræ.ʒ.ij.Com
minuta irrigato cum vnguento ſuſino,& vtere.

Peſſus ad ſanguinem ex vtero erumpentẽ. Acaciæ,alumi 31
nis ſciſsilis, ſucci hypociſtidis, gallæ immaturæ, ſingulo.
℥.ß.Trita cũ ſucco arnogloſsi ſubigito, aut pentaneuri,aut
alio quodã ſimili ſucco,& inſtillato,aut vt peſſum ſubdito.

Peſſus Polychreſtos,durities emolliens,vteri peruerſio 32
nes,diuturnas durities, & formicas ſanans. Menſes etiam
ducit,& vt ferant vterum,facit. Ceræ, tyrrhenicæ, adipis
anſerini,& gallinæ,terebinthinæ,tetrapharmaci,vnguenti
ſuſini,ſin.℥.j.ß. Oeſypi cerati.ʒ.ij.Præparato ꝓbè,vtere.

Peſſus ad vteri maniam mirabilis. Succi plantaginis ma 33
ioris,& portulacæ,ſingul.℥.ß.ʒ.ij.Aquæ pluuialis frigidæ.
ʒ.ij. Cõmota multa cõmiſtione,in vteri ſinum in fundito.

Peſſus ad vrinæ ſtillicidium muliebre,probatus. Allium 34
decorticatum ſubigito in mortario diligenter, & lana ex-
ceptum imponito vt peſſum. Eſt expertum.

Peſſus conceptionẽ iuuans,expertus, & vtilis. Butyri re 35
centis.℥.j.ß.Mellis puri dealbati.℥.ß.Nardini cyziceni, co
aguli leporis,ſing.℥. iij.Opobalſami.℈.iiij.ß.Hæc ſubijci
to à purgatione mulieris.

Peſſus conceptionem adiuuans,admodum bonus,& pro 36
batus.Coaguli leporis,vnguenti foliati,lactis aſinini, ſin-
gulorum.℥.ß. Trypheræ magnæ, exag. iiij.Succi artemi-
ſiæ.℥.ß.Liquefacta & ſubacta reducito ad glutinis conſi-
ſtentiam, ſubijcitoque vtero diebus quinque mane & ve-
ſperi.His autem diebus cum viro non coeat,ſed ab ijs con-
grediatur cum eo,& confeſtim concipiet.

Peſſus menſes educens,expertus. Fœnigræci, maſtiches, 37
carnis caricarum,& vuarum paſſarum,marrubij,artemiſiæ
ſcarolachani,galbani,ſtruphylli radicis,ladani,butyri,nu-
cis moſchatæ,adipis gallinæ,trypheræ magnę,ſingulorum
exag.

exag.ß. Agriobambaceæ foliorum & ſeminis, ſingulorum ʒ.ß. Tuſa benè ſubigito cum oui vitello, & lacte muliebri, probeq; confecta præbeto manè & veſperi.

38 Peſſus purgatorius admodum bonus, expertus. Accipe agriobambacæ folia & ſemen, & adipem gallinæ, & anſeris adijce etiam illis artemiſiam, & benè tuſa ſubigito cum lactæ muliebri, & dato.

39 Peſſus ad exulceratum vterum, Galeni. Pompholygis ceruſſæ, cadmiæ, ſingul. ℥.ß.ʒ.ij. Melanos indici, thuris maſculi, ammoniaci thymiamatis, ceræ albæ, plumbi vſti, lycij, ſingul. ℥.ß. Terebinthinæ. ℥.j. Benè liquefacta ſubigito cum oui vitello, & lacte muliebri quod ſatis eſt, & præbeto.

40 Peſſus dolorem ſedans, mirabilis. Croci, opij, ſingu. ʒ.ß. Oui aſſati vitellum vnum. Ceræ thyrrhenicæ. ʒ.vj. Adipis anſerini. ʒ.viij. Medullæ ceruinæ, ʒ.iiij. Olei roſacei quod ſatis eſt. Liquabilia liquato, & reliquis in mortario prius tritis, beneq; ſubactis vtere.

41 Peſſus relaxans, ad phlegmonem vtilis. Oeſypi liquidi adipis anſerini, medullæ ceruinæ, nardini, ſingulorum. ℥.j. Ceræ puræ. ℥.j.ß. Terebinthinæ, butyri, ſeui taurini, ſing. ʒ.ij. Liquata & probè confecta dato manè & veſperi.

42 Peſſus ad rupturam, aſperitudinem, & aquæ impetum neceſſarius admodum. Pompholygis, ceruſſæ lotæ, plumbi vſti & loti, cadmiæ, lithargyri, ſing. ℥.ß. Olei myrtini. ℥.j. ß. Adipis anſeris. ℥.j.ß. Ceræ tyrrhenicæ. ℥.ß. Leuigentur diligenter, & cera diſſoluatur cum adipe, & ſubacta omnia ſimul, & benè confecta præbeto.

43 Peſſus ad vterum, vnde ſanguis promanat. Acaciæ. ℥. ß. Aluminis ſciſsi. ʒ.ij. Succi hypociſtidis, acanthæ ægyptiæ gallarum, cytinorum, ſymphyti, œnanthes aridæ, ſing. ℥.j. ß. Aloes flauæ. ℥.ij. Ceræ puræ. ℥.iij. Olei roſacei, aut myrtini, quantum ſufficit Benè confecto vtere.

44 Ad profluuium muliebre probatum admodum. Accipe ſaluiam hortenſem contuſam & coctam ad carbones, & in funde ipſam ab infernis ſurſum. Accipe etiã de decocto eius ſemunciam, boli armenij. ʒ.j. & vini rubei calicem paruũ. Subacta ſimul & calefacta, dato ieiuno bibenda. Præbeto autem diebus ſeptem.

Peſſus

Peſſus conceptionem iuuãs, certus. Accipe fel ſuis apri 45
omnino nigri, imbue ipſo lanam puram, & imponito
ori vteri diebus ſeptem manè & veſperi. Mulier autẽ prius
à menſibus ſuis purgata ſit. Dato etiam ſingulis diebus ma
nè ieiunæ bibendam trypheræ magnæ.℥.ß.cum decocto
ſaluiæ,& aquæ ſanctarum Dei apparitionum, vinoq́; ſuffi
cienti,tepidis,dieb.ſeptem. Poſtea accipe trypherã magnã
illine cum ea os vteri,& ſic coeat cum marito ſuo,& ſtatim
gratia Dei concipiet.

Propoma conditi confectio. Piperis cõmunis.℥.ß. Ma- 46
ſtiches.℈.j.ß. Trita cũ mellis attici ℔.j.ß. ſubigito,& vini
boni ℔.xxij.&.ß. Confectum dato.

Propoma abſinthite,mirabile. Meliloti.℥.j. Carpobalſa 47
mi,nardi celticæ, ſing.℥.j.ß. Florum iunci odorati.℥.ß.ʒ.
ij.Maſtiches.℥.ß. Roſarum aridarum.℥.j.Aromatis.℥.j.ß.
Trita irrigato cum mellis ℔.iiij.ß.& vini boni ℔.xxij.ß.
& præbeto.

Propoma Aniſatum, admodum bonum. Aniſi.℥.j.ß. 48
Maſtiches.℈.iij.Croci.℈.ij.Folij, caryophylli, ſing.℈.j.ß.
Trita irrigato cum mellis attici ℔.ij.& quarta parte, & vi
ni boni ℔.xxij.ß.Probè confectum dato.

Propoma pulegij,probatum valde.Pulegij tenerrimi.℥. 49
j.ß.Maſtiches,caryophylli,ſing.℈.j.ß.Trita madefacito cũ
mellis ℔.ij. & tertia parte, & vini boni ſext.vij.ß. aut ℔.
xj.& quarta parte. Rectè confecto vtere.

Propoma Styracinum,valde laudatum.Styracis.℥.j.ß. 50
Mellis attici,℔.iiij.ß. Vini boni,℔.ij.quartam partem.Sty
racem diligenter tundito, & exiguo melli miſceto quoad
vniantur. Vnita iam in vaſe, ad carbones calefacito,vt pro
bè miſceantur. Dein vniuerſum mel miſceto deſpumatum
& in mortario validè terito:admixtoq́; vino, benè ſubacta
dato,vſu poſtulante.

Propoma roſatum,valde mirabile. Roſarum exemptis 51
vnguibus & exiccatarũ,℔.ß. Vini boni,℔.vij.ß.Mellis atti
ci ℔.j.ß.Roſas primùm in vinũ conijcito,& ſingulis diebus
bis concutito,donec dies abierint quindecim. Dein colato
& exprimito roſas plurimùm, adijce mel, & confectum,
vſu exigente,præbeto.

Propoma abſinthite,admodum probatum.Spicæ nardi 52
amo

amomi,[a]caſami,maſtiches,ſingul.exag.j.ß.Folij,coſti,abſinthij,ſingul.℥.ß. Caſiæ. ʒ.ij. Roſarum aridarum.℥.ij. Caryophyllorum.ʒ.ij.Celticæ.℥.ß. Florum iunci odorati ℥.v.Aromatis.℥.j.ß. Trita cũ mellis attici lb.vij.ß. & vini boni lb.xxij.℥.madefacito,& probè cõfectũ præbero.

[a Caſami.] *Quãquã alias p̄ Cyclamino voce Caſami vtatur* Nicolaus *tamẽ hoc loco Aetij exẽplo p̄ carpobalſamo illã vſurpaſſe videtur.*

43 Propoma piperum mirabile. Pyrorum maturorum repurgatorum. xx. Maſtiches.ʒ.ij. Aniſi.℈.iiij. Petroſelini. ℈.ß.Seminis apij,& rutæ,piperis communis, ſingul.℈.iij. Mellis attici,lb.ß. & quartam partem. Vini boni, lb.iij.ß. & quartam partem. Pyra in vino macerato diebus duobus dein expreſsis reliqua benè tuſa adijcito & ſic cõfectũ dato.

54 Propoma Aſari admodum bonum. Aſari probè contuſi.℥.j.ß.Mellis attici,lb.iiij.ß. Vini boni,lb. xxij.ß. Rectè confectum dato.

55 Propoma ex Amygdalis,ad ſuppuratos,& ex thorace lalaborantes probatum. Amygdalarum repurgatarum.℥. iij.Contuſas cum mellis deſpumati lb.iiij.ß. & vini boni, lb.xxij.ß.madefacito,& benè confectum præbeto.

56 Propoma purgans pituitam ex ſtomacho,& oculis, ad modum bonum. Iridis illyricæ, [a]gladioli, ſing.℥.ß. Trita madefacito cum vini lb.iij.ß.& quarta parte,& mellis attici lb.v.quarta parte. Vbi confeceris,dato manè ieiuno tepidum calicem vnum.

[a Gladioli.] Nõ *rectè manuſcriptus codex* ξιφίου *pro* ξυφίου *legit.*

57 Propoma citriatũ,valde laudatũ. Corticis citrij,lb.j.Mellis boni,lb.j.ß.Vini albi boni,lb.vij.ß. Citria tuſa macerato in vino diebus quadraginta, & per colum tranſmiſsis admiſce mel,& probè confecto vtere.

58 Propoma ex polypodio ad melãcholicos. Subducit etiam ventrẽ. Polypodij repurgati.℥.iij. Macerato in vino diem vnũ,deinde probè contuſo adijcito epithymi repurgati.℥. j.Piperis communis.℥.ß.Probè trita madefacito cum mellis deſpumati lb.iiij.& vini boni,lb.vij.ß.Conficito,& dato calycem vnum tepidum ieiuno.

59 Propoma ex polypodio,ſimile. Subducit etiam ventrẽ. Muſti feruentis. lb.xv. Polypodij viridis, lb.j. Scindito idipſum cũ gladio, & ſinito vt cũ eo feruẹat dieb.xl. & per

colũ

colum transfuſum reconde, vt non admodùm amarũ fiat. Aliqui aridum ipſum decoquunt, macerantes prius in vino Confectum dato vt præcedens.

Propoma Carpeſiatum, optimum. Carpeſiæ aridæ. 60
℥.j. Vno antè die macerato in vino. Dein accipe mellis deſpumati, ℔.vj. & vini boni, ℔. xxiiij. Conficito ad conſiſtentiam, dato manè ieiuno calycem vnum tepidum.

Propoma Aloatum, ad iocinerofos & ſtomachicos. A- 61
loes flauæ. ℈.x. Coſti, maſtiches ſing. ℈.vj. Abſinthij pontici. ℈.ij. Tuſa madefacito cum mellis attici ℔.j.ß. & vini boni ℔.vij.ß. Vbi confeceris ad conſiſtentiam, dato ieiuno calicem vnum. Ventrem emollit, valde probatum.

Propoma aromaticum, ſeu odoratum, quod in Alexan 62
dria confeci. Caſiæ, floris iunci odorati, celticæ, ſingu. ℥.ß. Spicæ nardi, calami, coſti, caryophylli, ligni roſarum aridarum, ſingulorum. ℈. vj. Meliloti. ℥.ß. Maſtiches. ʒ.j. Probè tritis adijce mellis attici puri ℔.ix. Vini boni, ℔. xlv. Coquito probè, dein macerato in gari boni poculo dimidio, datoq; hora vna ante acceſsionis inuaſionem comedendũ allium, & ab eo bibendum garum. Habeat autem contriti piperis gran. lx. Ieiunus autem ſit, & vigilans, qui eſt accepturus, donec ſitiat plurimùm. Dein lauet capiatq; in cibo & potu quæcunq; ſunt calida. Vacuabit enim hoc medicamentum multitudinem humorum per ventrem & per vomitum: & Deo annuente, ſanus erit qui illud aſſumpſit.

Propoma ad quartanas, expertum. Aſari. ℥.ß. tritam in 63
decocto meri bibat ieiunus manè. Senam quoq; & epithymum cum decocto ieiunus bibat.

Propoma ad quartanas, quo ego vtor, valde laudatũ. Pi- 64
peris lõgi, zingiberis, liquoris cyrenaici, caſtorij, ſin. exa.j. Trita præbeto ante inuaſionẽ acceſsionis pro viribus. Poſteà dato vini conditi, aut mononbaſioti calicem vnum.

Propoma ad quartanas, mirabile. Hora vna ante inua 65
ſionẽ acceſsionis lauato, præbeto cũ vino diluto vt probatũ. Bituminis iudaici. ʒ j. Myrrhæ troglodyticæ. ʒ.ij. Mentę foliorũ viridiũ. ʒ.j. Cõmixta & ſubacta diligenter dato.

Propoma ad quartanas, mirabile. Bituminis iudaici. ʒ. 66
j. Myrrhæ trogloditicæ. ʒ.ij. Foliorum mentæ viridium. ʒ.j. Mixta & diligenter ſubacta dato.

Pro

66 Propoma ad quartanas probatum. Chamælæam herbam contundito vt admodum læuigetur; dato ex ea cochlearium vnum ante acceſsionis inuaſionem ſuſpecta die, poſtea præbeto vinum temperatum.

67 Propoma ad quartanā certum. Coaguli leporis ℈.j.ß. Læuigato cū vino bono ſufficiēti. Da bibēdū ſuſpecta die.

68 Propoma ad quartanas mirabile. Baccas lauri ſeptem. Piperis comunis, grana.ix. Trita madefacito cum vini boni veteris ℔.j.ß.& conijce in ollam nouam, coquito ad tertias,& dato menſuram vnam in prima acceſsione.

69 Propoma ad hydropicos, valde laudatū. Dictāni, chamæmeli, rubiæ, radicis apij, & capparis, phu, cyperi, floris iūci odorati, ericæ ſeminis cū ramis, ſcolopēdrij, adiāti, ſin. ℥.ß. Croci, exa.ß. Acori ʒ.iij. Eringij radicis, corticis fraxini, radicis fœniculi,& macedoniſij, ſing.℥.j. Seminis fœniculi, aniſi, iridis, ſin.℥.ß. Ammeos, exa.j. Spicæ.ʒ.j. Contuſa benè coquito in aqua ad tertias,& præbeto vbi volueris cum ſaccharo & vino bono bibendum.

70 Propoma è cumino, mirabile valde. Cumini.℥.j. Aniſi. ℈.ij. Læuigata madefacito cum mellis attici ℔.j.ß.& vini boni ℔.vij.ß.& bene confectum præbeto bibendum.

71 Ad alopeciam probatū. Euphorbij, thapſiæ, ſin.℥.j. Sulphuris ignem nō experti, ellebori nigri, ſingul.ʒ.ß. Tritis adijce ceræ puræ.ʒ.j. Olei laurini.℥.iij. Liquefactis vtere vt medicamēto bono in ijs qui difficilè curantur,& in longis morbis. Thapſia verò ſi careas, admiſceto ſemen cardamomi, aut erucæ. Si verò oleo laurino deſtituaris, picem liquidam inijce,& ſic confecto vtere.

72 Ad alopeciam capillorum laudatum. Alcyonium aſperum macerato in cedria, vt illam imbibat, & vrito. Dein in pollinem terito, et accipe ex eo partes.ij. Madefacito ſucci thapſiæ parte vna,& aceto exiguo. Prius irrigato locum cum eis,& illine. Aut accipe muſcas, & ſæpius fricato locū, eſt mirabile & probatum.

73 Ad alopeciam capillorum admodum probatum. Squamæ ferri.℥.j. Alcyonij vſti in olla noua.℥.ß. Liquoris cedri, adipis vulpini, ſingulorum.℥.j. Aceti ſcillitici, quod ſatis eſt. Prius alopecias fricato donec rubeſcant, aut capitis interiora cum oleo fricato.

74 Ad alopecias puerorum mirabile. Radito locum, & hordeum in farinam mola redactum miſceto, & cum adipe vulpino aut vrſino ſubigito, dein fricato locum cum cepe acerrima. Imponito vt probatum.

75 Ad alopeciam admodum laudatum. Opobalſamum bonum illinito, & fortiter locum fricato, atque inſpergito hunc puluerem. Berenicarij. ℈.ix. Pumicis. ℈.j. Salis ammoniaci. ℈.iiij. Tritis ijs benè vtere.

76 Ad alopeciã, expertum. Teſtæ erinacei marini vſti, muſcerdarũ, iridis, ſin. ℥.j. Benè cõtuſa irrigato cũ oleo omphacino, & vtere. Hoc in vulnerũ etiã cicatricibus pilos creat.

77 Ad alopeciam mirabile. Vtere illo, locum prius nitro fricans, & modico aceto: dein panno eo imbuto fricato, donec locus rubeſcat, & ſic ſæpius facito. Alcyonium vſtum cum oleo à lucerna deſumpto ſubigito, & illinito. Aut arũdinis radicem vſtam cum euphorbio, & adipe vrſina ſubactam illine. Aut ſulphur ignem non expertum cum pice liquida ſubactum illine. Aut ſeminis erucæ, & nitri, ſingul. ℥.j. cum pice liquida ſubactam illinito.

78 Ad alopeciã. Pilos etiam producit. Alcyonij vſti, piperis cõmunis, ſin. ℥.j. Adipis vrſini. ℥.ij. Muſcerdarũ. ℥.iij. Melanthij. ℥.ß. Opobalſami, & olei communis, quod ſatis eſt. Trita & probè confecta illine. Aut erinaceum terreſtrem vſtum & tritum ſubigito cum cedria & adipe vrſino ſufficiente, & inunge locum. Eſt etiam ad ophiaſin mirabile.

79 Ad alopeciam valde laudatum. [a] Vrſi capillorum vſtorum, adianti vſti, radicis arundinis, foliorũ ficus, cilicij panni, omnium vſtorum, ſin. ℥.j. Subigito cum adipe vrſino, & cedria ſufficienti. Vſu autem exigente prius locum fricato folijs ficus, & nitro: deinde eo abſterſo, illine hoc medicamentum ſingulis diebus crebrò.

[a Vrſi.] *Græcè eſt ἀρκίων ſcriptũ deprauatè, pro ἀρκτίων. Actij codex in lib. 6. cap. 55. etiã malè legit ἀρνίου, pro ἀρκτίου. Hoc medicamẽtũ ad verbũ Gal. lib. 1. de Cõp. medic. local. ex Oreſtino refert.*

80 Ad alopeciam Archigenis probatum. [a] Fimum columbinum benè tritũ cum aceto irrigato, & nitro prius fricato loco, illine. Poſtea ſubtile linteũ imponito: quod vbi abſtuleris, locũ prius irrigato. Aut alcyoniũ aſperiùs vſtum ad lucernã, & extinctũ terito, & diluito cũ opobalſamo nõ adul

teri

terino,& illinitò. Manet enim omnino, nec abſcedit donec capilli creuerint. Aut ſquamã ſtomomatis ferri ſubigito plurimũ cũ aceto in ſole, & adiecto pauco oleo, illinito. Aut caſami recẽtis carnoſum vrito,& cum aceto illine. Aut dẽtem equinũ vſtũ & tritũ cũ aceto irrigato,& illinito. Exquiſitè autẽ hoc facit ad diuturna mala. Succũ thapſiæ excipe cũ cerato, locoq; imponito, poſtea verò nihil aliud efficias: abſcedit enim extima ſuperficies,& ſua ſponte capilli creſcũt.

[a Fimum columbinũ.] *Nicolai codex habet,* περιστερᾶς κόπρον. *Aetius, vbi ſuprà, legit,* περιστερεῶνα ὀρθὸν ἐν ἡλίῳ τρίψας: *id eſt, Verbenacam rectam in ſole ex aceto tritam.*

81 Ad alopeciam, & omne defluuium capillorum, alphosq; diuturnos, mirabile. Buccina vſta & trita in oleo veteri ſufficienti ſubigito,& ad glutinis craſsitudinem reducito: raſo priùs capite,& fricto, illinito.

82 Ad alopeciam, Aſclepiadis probatũ. Aphronitri, exa. ij. Salis ammoniaci, exag. j. Vrito & ſubigito cũ aceto acerrimo,& reduc ad glutinis craſsitudinẽ, prius raſa alopecia illine deſuper,& fricato quoad in profundũ penetrabit medicamẽtum,& hoc bis die facito. Aut marrubiũ viride tritum illine. Aut perdicij herbæ viridis folia affricato frequẽter. Aut [a] ſphæritidis folia trita cum aceto ſubacta. Aut erinaceorum marinorũ teſtas crematas benè tritas irrigato cũ melle,& illine. Aut erinacei terreſtris cutẽ aut caput vſtũ, & cum melle attico ſufficienti ſubactum illine.

[a Sphæritidis.] *Appellatur autẽ Sphæritis, Galeno loco paulò antè citato teſte, cupreſſus, quæ ſphæria, id eſt pilulas producit.* Sphæritis.

83 Ad alopeciam capillorum mirabile. Alcyonij. ℥. ij. ſulphuris ignẽ nõ experti. ℥. j. Muſcarum torrefactarũ. cyath. ij. Muſcas terito ſeorſim,& ſulphur. Alcyonium autem tuſum coquito in aqua, ſubigitoq; cum aridis inſtillando paulatim. Aut fel hyenæ,& acetũ ſubige, quoad glutinis craſſitudinem accipiat. Dein pinguedinem à plauſtri rota acceptam, ac [a] manibus remollitam, illinito, confiſus vt optimo medicamento.

[a Manibus remollitam.] *Nicolaus legit* ἀνατρίψας. *Sed Aetius,* ἐπὶ τῆς χειρὸς ἀναμαλάξας. *Sunt & alia quædã in hac compoſitione, quæ Aetij verbis parum conueniunt.*

84 Ad alopeciam Sorani, quo Archigenes vſus eſt, valde

laudatum. Alopeciam prius raſam benè perfricato, dein ſca
rificato plurimùm cum cepæ, aut rhaphani cortice, illini-
toq; trita ſingula cũ melle, & affricando illine hęc ipſa. Na
ſturtij ſemen, muſcerdarum, piperis communis, ellebori al-
bi, ſingul. ℥. ß. Trita irrigato cum aceto, & illine.

Ad alopeciã, probatum Archigenis. Rhois culinarij. ʒ. 85
iiij. Sinapi. ʒ. ij. Trita irrigato cũ aceto ſufficiẽti, & illine,
aut cãtharidas vſtas, & læuigatas cũ melle loco prius frica-
to, vſurpato. Aut [a] pellis recẽtis lanoſam partẽ vſtã in ęreo
vaſe, cũ oleo vetere ſubactã. Aut mel atticũ. Aut acetũ acer
rimũ illine. hoc capillos etiã producit celeriter. Aut cyclami
ni radicẽ tritã viridẽ illine. Aut aridã vſtã cũ aceto madefa-
ctã vſurpato. Aut alliũ vſtum cũ roſaceo illine. Aut betæ ra
dicẽ. Aut vnguis odorati vſti, radicis aſphodeli vſti, alcyo-
nij, nitri, ſingul. ʒ. j. Trita irrigato oleo veteri, & vtere.

[ a Pellis. ] *In codice Nicolai legitur* κασίματος *perperam, pro*
καυσύματος. *Eſt autem* κάυσμα *Græcis idem quod* δέρμα.

Ad alopeciam admodum laudatum. Erinaceorum ma- 86
rinorum vſtorũ, gallarũ immaturarũ, amygdalarũ vſtarũ
cum cortice, ſing. ʒ. ij. Muſcerdarũ. ʒ. j. Trita diſſolue cum
aceto acri ſufficienti, priusq; fricato loco illine. Simile. Al-
cyonij, cornu ceruini, cyperi, ſin. ℥. j. Hæc trita irrigato cũ
aceto acerrimo, & illine. Simile. Abrotoni vſti. ℥. j. Tritum
madefacito cum oleo communi, & applicato.

Ad alopeciam & caluiciẽ, & raritatẽ capillorũ in capi- 87
te, aut mẽto, aut ſupercilijs. [a] Ouis pillorũ. ℥. j. Radicis arun
dinis. ℥. vj. Filicis cũ radice. ℥. iij. Caſtanearũ barbæ, hiſpi-
diúe corticis. ℥. x. Lanarum ſuccidarũ pinguiſsimarũ. ℥. vj.
Capita muſcarũ. xxx. & muſcas ſine capite. v. Omnia in ol
lã nouã cõiecta, [b] furno impoſito vrẽda. Dein cinerẽ læui-
gato. Priùs verò terito in vino aminæo ladani. ℥. j. Folij,
myrrhæ, ſin. ℥. ij. Inijcito ſimul & olei veteris. ℥. ij. Olei ce-
drini. ℥. j. Deinde [c] inſperſis aridis tritis recõde. Prius alope
cia linteo perfricata, poſtea leui ſcarificatione vſus, aut ce-
pa, aut ſcilla, aut folijs ficus, deraſa illine affricando medi-
camenta, & loco valido aſperóve linteo abſterſo, reliquum
illine quoad durat. Sanabit etiam caluiciem.

[ a Ouis. ] *Aetius legit* προβάτο, *Nicolai autem codex* βάτο,
*id eſt rubi, Galenus etiã legit* προβάτου *lib. 1. de Cõp. medic. localiũ.*

] b Fur

[ b Furno impoſito vrenda.] *Nicolaus ſimpliciter habet* ἔνθις καύσθαι. *Sed Aetius legit* ἔνθις ὕπνῳ καύσθαι. *Sic quoque Galenus habet.*[ c Inſperſis aridis,&c.] *In codice Nicolai eſt*, εἶτα σκιώ-ζας ἐπίπασσε τὰ ξηρά.

88 Ad alopeciã, Oribaſij mirabile. Muſcerdarũ. ℥.j. Fimi cameli vſti, hordei vſti, ſing. pugillũ.j. Lauri, manip.j. vſtũ. Excipe cõmixta ſordibus à rota currus deraſis, & vtere. Simile. Piperis, ouilli ſtercoris aridi, eryſimi, ſeminis erucæ, ſing. ʒ.iiij. Ellebori albi. ʒ.iij. Muſcarũ ſtercoris. ʒ.j. Probè trita madefacito cum felle taurino, aut hircino, aut ſuillo, & vtere.

89 Ad alopeciam ex thapſia ceratum, ad omnia diuturna mala. Euphorbij, thapſiæ, baccarum lauri, ſing. ℥.j. Sulphuris ignẽ nõ experti. ℥.viij. Ellebori, ceræ. ſin. ℥.vj. Olei laurini, aut ricinini, & cõmunis, quod ſatis eſt. Benè cõfecto vtere. In fortiorib. adijce etiã cardamomi. ℥.j. Alcyonij vſti. ℥.j. Hoc non ſolum eſt vtile ad alopeciã, ſed etiam ad omnẽ morbum diuturnum alopeciæ, & ad ophiaſin, capillorumq; incrementũ eſt bonum. In huius vſu prius nitro perfricandus locus eſt, frictioneq; vtendum. In alopecia verò crebrò radẽdus locus. Multos enim noui quib. per ſolam affrictionẽ, & crebras raſuras capilli nati ſunt. Simile. Abſinthiũ vrito in puro loco. Dein gallas tritas miſceto cũ abſinthij cinere, quantũ tribus digitis capi poteſt. Floris æris, ſtag.j. Poſtea irrigato cum olei cõmunis cotyla vna, & ſinito diebus tribus. Deinde illine radices capillorum. Ceratũ ex Thapſia.

90 Ad porriginẽ vlceratã, admodum laudatum. Sulphuris ignem nõ experti. ℥.ß. Mannæ. ℥.ij. Succi betæ, ſext.ß. Nitri. ℥.j.ß. Benè confecto vtere.

91 Ad porriginem exulceratã, & [a] achores probatũ. Oſsium oliuarum tritorum, & nitri vſti, abſterge cum decocto betæ radicis, & illine ante balnei tempus.

[ a Achores.] *Paſsim in Nicolai codice* ἰχῶρας *pro* ἀχῶρας *ſcribitur.*

92 Ad porriginẽ exulceratã, achores, & impetigines feras, optimũ & expertum. Sulphuris ignem non experti, rutæ, ſing. ℥.ß. Ceræ puræ. ℥.j. Olei myrtyni, lb.ß.

93 Ad achores capitis expertum plurimùm. Achorib. autẽ à iudicatione factis maximè cõuenit. Dolore verò nõ valde imminẽte, illine vt probatũ. Lentis elixę, cũ modico mellis

ſubactæ. Aut panis cũ coriãdro, plãtagine maiore, & ſolano, aut ſeride, aut polygono, aut perditio herba. Acceſsiõe increſcẽte locũ radito, abſtergitoq́; decocto fœnigræci, & aqua betę. Dein adijce plũbaginis, & ſulphuris ignẽ nõ experti, ſing. ℥. j. læuigato, affuſo roſaceo oleo, aut myrtino, aut lentiſcino, donec glutinis conſiſtentiam accipiant, & ſic confectum illine.

Ad exulceratã porriginẽ medicamẽtũ validũ, metaſyncriticũ. Prodeſt ad mala diuturna, & ſolutu difficilia. Olei cedrini, aceti acerrimi, ſing. ℔. ß. & quartã partem. Coquito benè, donec acetum diſsipetur. Dein adijce adipis taurini ſaliti veteris, ℔. ß. Eo autem liquato. * Deficiunt. 94

Ad humidas achores, valde laudatũ. Ladani, ceruſſæ, 95 ſin. ℥. iiij. Sulphuris ignẽ nõ experti. ℥. ß. Madefacito cũ vino & oleo myrtino, quod ſatis eſt, & vtere. Simile. Ladani, myrti nigri, lithargyri, ſulphuris ignẽ nõ experti, ſeminis hyoſcyami, ſidiorũ, ſin. ℥. ß. Tritis affunde vinũ, et oleũ myrtinũ, & roſaceũ, & cõfectum illine. Simile. Verbenacæ ſupinæ. ʒ. iiij. Myrrhæ. ʒ. j. Trita irrigato cũ vino auſtero. Hoc verò facit mirabiliter ad ſuppuratiões, ſanies, & [a] impetigines in mento. Simile. Accipe myrtorum, ſidiorum, chalcãthi, lithargyri, ſin. ℥. ß. Trita madefacito cũ vino & myrtino oleo. Simile. Pineæ aridæ, ceræ puræ, adipis ſuilli, aut bubuli, ſing. ℥. ij. Singula liquato ſimul, & colato aquam, manibusq́; plurimùm ſubacta vtere.

[ a Impetigines. ] *Codex Nicolai legit* καληχηνώδη, *pro* καὶ λιχηνώδη.

Ad pręhumidas achores & impetigines diuturnas, quo 96 vſus eſt Aegyptius medicus in Pelagio Megiſtano Alexandriæ, poſtquã fruſtrarẽtur cũ antiquorũ medicorũ auxilia. Colophoniæ. ℥. iij. Ammoniaci thymiamatis. ℥. j. Galbani. ℈. ij. Olei cõmunis. ʒ. ij. Maſtiches, ceræ puræ, ſin. ℥. ß. Reſinæ pineæ liquidæ lignoſæ. ʒ. ij. Aeruginis. ℈. ij. Opopanacis. ℈. j. ß. Si verò acerrimũ fuerit, nõ adijcito ęruginẽ. Hoc diſcutit abſceſſus: & ſi qui rupti ſunt, hos reſtituit & ſanat.

Ad typos quotidianos, & quartanos, & ſtomachi affe- 97 ctus oẽs, ad eos q morbo comitiali laborãt, lienoſos, & hydropicos, expertũ. Calaminthæ mõtanæ, pulegij, rutæ ſylueſtris ſemẽ, ſin. ℥. ß. Trita dato cochlea. j. vna ante inuaſionem

ſionẽ hora. Poſtea ꝑbeto bibẽdũ vini qđ ſatis eſt, & vtere.

98 Ad parotidas, laudatum admodũ, Pineæ reſinæ teneræ, nitri, butyri, ceræ puræ, ſing. ℥. j. ß. Probè cõfecto vtere.

99 Ad ſingultus, & arthriticos, expertũ. Plãtaginis minoris herbã cõtunde, ſubigitoq; cũ adipe ſuillo recenti, & vtere.

100 Ad pſydracia calidiſsima, & fera. Farinę fabarum. ℥. ij. Excipiantur vino, & ad cerati reducantur craſsitudinem & illinantur.

101 Ad deleteria letaliáve mirabile. Origanũ, & ſtillaticiũ lixiuium diluito cum vino dulci quãtum ſufficit, & prębeto bibẽdum. Aut ſanguinem anſerinum cum aceto bibendum dato. Aut anatis ſanguinẽ cum vino bibendũ prębeto.

102 Ad dentium dolorem expertum. Caryophyllum probè contundito, madefacitoq; cum garo bono, quod ſatis eſt, & exceptum imponito denti dolenti.

103 Ad dentium dolorẽ mitigatorium, expertum. Accipe radicis ficus tenerrimæ. ℥. ij. Cõtundito modicè, & cũ albo vino coquito ad tertias. Dein præbeto ad os ſæpius colluendũ. Poſtremò dato quod iuſto retineat tẽpore è vino qđ ab Italis vocatur Age vita, & hoc modo ſæpius faciẽs vtere.

104 Ad cruenta & recẽtia vulnera glutinatorium, expertum, Polij herbam tundito, & leuigata impleto vulnus: & ligatam probè, diebus trib. ſinito. Dein ſoluito, & cõfeſtim ſanabitur, & miraberis.

105 Ad dẽtes vt ſua ſpõte excidãt. Oculũ vitis albę repurgato, & eroſioni dẽtis imponito, ceraq; pura munito, atq; dẽs ſua ſponte excidet. vtere igitur veluti probato.

106 Ad vlcera in ore puerorum nata, admodum vtile & mirificum. Stercus caninum candidiſsimum vrito, & tritum cum melle ſubigito, ac vtere.

107 Ad abſceſſus: emollit enim & rũpit, diſcutitq; mirabiliter. Betæ albæ radicem cum adipe probè ſubactam illine, & miraberis.

108 Ad tumores excreſcẽtes minuendos admodum laudatum, Spongia recenti in balneo à ſupernis ad inferna iube tumores abſtergere: & vbi inceperit ſudare, continuò exprime ſpõgiã, & hoc facito, donec ad naturalẽ veniat cõſtitutionẽ intra decẽ dierũ ſpaciũ. Extenuat adeò, vt etiam abſceſſus exiccet, & hydropicos, qui calciamentis cincti

incedere nequeũt.ſed rudi pãno pedes obuoluere cogũtur.

Ad ſecundas mulieris appenſas. Sapæ cyathos duos. 109
Ouum crudũ vnum, & aquæ calidæ quod ſatis eſt. Simul mixta bibenda præbeto. Et ſi ſequitur quidem, confeſtim ipſam ſubuertet, eaq́; vomente ſtatim ſecunda ejcietur. Si verò non exciderit fœnumgræcum cum aqua coquito ad tertias, præbe bibendum: eſt enim probatum.

Ad violentias admodum laudatum & probatũ. Ru- 110
tæ manip. j. Ferueat in vino albo, & detur ieiuno bibendus calix exiguus vnus diebus trib. aut quinq;, & videbis diuinam virtutem.

Ad verrucas penſiles. Sarmenta vitis vſta, irrigato 111
cum vrina pueri incorrupti, quod ſatis eſt, & illine.

Ad eminẽtias expertũ, mirabile. Syluestris ficus groſ- 112
ſos collectos exiccato in ſole, deinde tuſos, & cribratos reconde in vaſe vitreo, & vſu exigente accipe, irrigatoq; cum myrtino oleo, & leuigato in plumbea [a] pila, vt aliquid inde accipiat, & ad cerati reducatur craſsitudinem, pannoq; illitum impone eminentijs, & vtere.

[ a Pila.] *Perperam in codice manuſcripto* ἰνδίω, *pro* ὅλμω *legitur.*

Ad eminẽtias expertum, valde probatũ. Ouum elixa- 113
to, donec purũ fiat, & repurgato: quod in eo teſtaceum eſt abijcito. interiorẽ autẽ eius partẽ cum albo ipſius in carbones cõijcito, & tantiſper aſſato, donec totũ albeſcat. Dein vitellum eius conijce in mortarium plumbeũ, cum ceruſſa & oleo roſaceo ſufficienti: & omnia ſimul diligenter ſubigito, quoad glutinis craſsitudinẽ nanciſcãtur. Dein chamæmelon coquito in aqua ad tertias, & foueto cum ſpongia ſæpius locum. Poſt vnctionem deſuper cum penna illinito, & ſic curato, bis die aſsiduè obſeruando.

Ad eminentias à Rege expertum. Colocynthidis ari- 114
dæ, teſtarum oſtreorum vſtarum, gallarum ſing. ℥. j. Trita omnia in aquæ frigidæ lb. j ß. conijcito. Foueto continuò diebus tribus, & eminentiæ euaneſcent.

Ad eminẽtias internas, & externas, potus mirabilis. Ra 115
dicis verbaſci, radicis ſtruthij, ſing. ℥. j. [a] Chryſoludorũ. ℥. ß. radicis chamędaphnes, radicis aſparagi, ſin. ℥. ß. Radicis cyclamini, maſtiches, ſin. ʒ. ß. Sẽperuiui, picis, ſin. ℥. ß. Piperis cõmunis. gran. xiij. ß. Probè trita madefacito cum vini

boni

boni & odori, ℔. ß. ac coquito ad tertias, bibendumq; præbeto ter manè ieiuno luna deficiente. Radicem verbaſci in pollinem tritam eminentijs inſperge, & decident. Simile. Lithargyri. ℥. ß. Corticis oui vſti. ℥. j. Vitellum oui vnum, croci ʒ j. ß. Canini ſtercoris albi ʒ. j. Trita madefacito cũ oleo roſaceo ſufficienti, & benè cõfectum ad emplaſtri formam redigito, & vtere.

[ a Chryſoludorum ] *Græcè ſcribitur* χρυσολόδωρ. *Quid verò ſignificet* Nicolai *vox illa, diuinare non poſſum. Legendum fortè erit,* χρυσολαχάνωρ, *id eſt* Atriplicis.

116 Ad internas & externas eminẽtias expertũ, vt ſua ſpõte decidant. Serpẽtis ſenectã ſciſſam vt formã magni numiſmatis habeat, conijce in caricas vt æger clàm ieiunus comedat, & poſt tres horas miraberis huius facultatem.

117 Ad incipiẽtes affectus valde probatum. Malum punicũ tritum & coctũ in vino auſtero, modicoq; melli cõmixtũ, imponito cum lana vt peſſum.

118 Ad digitorum pterygia mirabile. Thuris puri, aluminis ſciſsi, ſing. ℥. ß. Trita madefacito cũ felle taurino, & aqua ſufficienti, & ad emplaſtri formam redigito, ac vtere.

119 Ad feruentes papulas admodum vtile, & bonũ. Lithargyri, thuris, aluminis ſciſsi, ſing. ℥. ß. Trita madefacito cũ oleo ſufficienti, & probè confectis vtere.

120 Ad feruentes papulas oris puerorum. Myrrhæ, gallarũ immaturarum, roſarũ, ſing. ℥. ß. Terito, primumq; os cum vino veteri colluito, poſtea autem puluerem hunc inſpargito, & vtere, donec ſanus euadat.

121 Ad eryſipelata admodũ vtile. Pannũ à mẽſtruis muliebrib. cõtaminatũ vrito, & cinerẽ cũ aceto diſſoluito, ac cũ penna illinito. Aut pullũ hirũdinis in puluerẽ redactum, & poſca ſubactũ vſurpato. Mutato autẽ ipſum bis & ter die.

122 Ad eryſipelata, & omnẽ inflammationẽ, æſtumve, & ad vocatum [a] Zoſtera, malum curatu difficile. Plantaginẽ maiorem herbã cum creta argentaria, & aqua pluuiali: & vbi ad glutinis craſsitudinem redegeris, illine cum penna locum. Eſt enim mirabile.

[ a Zoſtera. ] *Supra quoq; huius mentionẽ fecit. Quale autem hoc malum ſit quod* ζωστῆρα *nominat, diuinandum ocioſis relinquo, vt alia multa quæ in hoc autore obſcura admodũ ac barbarie contami-*

*nata, & mirificè corrupta ſunt.*

Ad eryſipelata ceratum mirabile. Lithargyri. ℥. j. Ce- 123
ruſſæ, iridis, ſingul. ℥. j. Roſacei. ℥. ij. Hæc madefacito cum ſucci ſolani. ℥. ij. & redacta ad glutinis conſiſtentiā illinito cū penna locū. Simile. [a] Thecā poculorum veterē in domo repertā, aut è ſterquilinio ſublatam, pone ſuper carbones, ſinitoq; verti in cinerē, dein cum aceto ſubactum illine.

[ a Thecā poculorū.] *Manuſcriptus codex habet* κιλικὸν παλαιὸν. *Puto aūt legēdū eſſe* κυλικεῖον, *aut* κυλίκιον. *i. exiguū calicē.*

Ad fluxionē pedū incipiētem probatū. Manè ſurgēs 124
æger, ingrediatur fimū nudis pedibus. Paulo pòſt & illinc abiens, mare accedat, & longo tempore in aqua moretur, & non vltrà pedes dolebit.

Ad eryſipelata [a] eadē hora tollens. Rutæ, mentæ vi- 125
ridis, ſulphuris ignē nō experti, ſing. ℥. ß. Trita madefacito cum aceto ſufficiēti, & vtere. Simile. Lithargirū, aut [b] Phœcarinum aridū, & ſuccum coriandri ſubigito ſimul cum roſaceo oleo, & cum penna illine. Probatum enim eſt.

Phœcarinum.

[ a Eadem hora tollens.] *Codex Nicolai legit corruptè* ἄφθωρον αἴρη, *pro* αὐθωρὸν αἶρον. [ b Phœcarinum aridum.] *Græcè eſt* φοικάρινα ὄξος. *Quare conuertendum phœcarinum acidum, vel acetum. Sed quid phœcarinum illi ſigificet, ignoro.*

Vt aliquis nō ſomniet venerea, valde mirū. Semē læ- 126
ctucæ cū aqua ſufficiēti ſubactū, bibēdū dato quātū voles. Hoc ſomniātibus auxiliatur, & concubitus auertit. Simile. Agni ſeminis. ʒ. j. tritū bibito cū vini cyathis duobus. Simile. Agni ſeminis & lactucę, ſin. ʒ. j. Trita cū aqua prębeto.

Ad oculos quos pili pungunt. Poſtquā radicitus euul- 127
ſeris pilos, confeſtim ſpecilli mucronē ignitum loco admoueto, & euelles, vt nō amplius pilus ſuccreſcat. Simile. Fel caprinum, & lac mulieris quæ primum peperit, ſimul commiſce, & poſtquam euulſi ſunt pili, illinito.

Ad depilatos, piloſq; nō habentes oculos ſummè fa- 128
ciens, producit etiam pilos. Muſcerdæ, & fimi caprini, ſing. ℥. j. Trita irrigato cum melle puro quātum ſufficit, & illine. Hoc confert defluuijs palpebrarum.

Ad enchātidas admodū mirabile. Miſyos aſſati, zin- 129
giberis, ſing. ʒ. j. Trita irrigato cum melle attico, & vtere.

Ad grādines in oculis, valde bonū. Paſtilli Criogenis, 130

℥. ß.

℥.ß.ſubigito cum aceto ſuffiéti, & illitum pãno ĩponito.

131 Ad grandines factas in palpebris, admodũ probatũ, & mirabile. Nitri alexandrini, galbani, ſing. ℥.ß. Probè trita deſuper inſpergito.

132 Ad pterygia in oculis facta. Teſtarũ oſtreorum vſtarũ ℥.j. Cadmiæ, ſalis foſsilis, ſing. ℥.ß. Probè trita exhibeto. Simile. Aeris vſti, chalcanthi, ſing. ʒ.j. Trita dato. Eo autẽ ſublato, collyrium delicatum illine. Simile. Florem lapidis aſij, validè læuigatum inunge cum modico vitello oui, & admoueto pterygio, & citra chirurgiã perfectè tolletur.

133 Ad polypos, & ozenas probatum. Ellebori albi, & nigri, origani, ſandarachæ, ſingul. ℥.ß, Trita ſubigito cũ oleo ricinino ſufficienti, & exceptis lana nares illine. Hoc enim emollit. Quũ verò cõſpexeris locum iam tenerũ eſſe factũ, illine accomodatũ ozænis puluerẽ, vt citra ferrũ tollantur. Sunt autem eiuſmodi. Miſyos crudi, æruginis raſilis, ſingu. ʒ.ß. Lęuigato & ſubigito cum aceto vt glutinis cõſiſtentiã nanciſcantur, illine cum penna, & intra dies decẽ decidẽt.

134 Ad polypos certum. Polypum marinum in clibano cũ lignis oleæ, donec in cinerẽ vertantur vrito, & ſumpta de eo. ℥.j. admiſce illi chalcanthi. ℥.ß. & per arundinem inſufflato naribus.

135 Ad ozenas, eroſiones, nomas denſitates, & quæcũque naſi mala, diuinũ medicamentum. Mannæ, chalcanthi, thuris, chalcitidis, ariſtolochiæ, vitis albæ ſucci, ſin. ʒ.j.ß. Hæc lęuigato, donec in puluerẽ redigãtur, & vtere vt probato.

136 Ad vlcera nariũ, probatũ. Adipis vitulini butyri recentis, adipis anſerini, ſin. ʒ.j. Plumbi vſti. ʒ.vj. Olei roſacei. ʒ.ij. Plumbum cum oleo ſubigito, & miſce liquabilibus, & non valde coquito.

137 Ad encanthidas & pterygia probatũ. Chalcanthi nigri exa.ij. Macerato in modica aqua dieb. tribus dein exiccato, adijce illi ſquamę, æris, exag.ij. Et leuigato vtere. Hoc verò admotum confert etiam albugini craſsiori oculorum.

138 Ad oculos quos pilli pũgũt, ꝓbatũ. Alũinis ſciſsi, cerebri arces marinę viuę ſubigito ſimul, illinito prius euulſis pilis.

139 Ad duricias parotidum, bonum. Braſsicæ veteris folia, adipem veterem, & micas ſimilaginis in aqua maceratas. Subactis omnibus, ſimul, & probè confectis vtere.

Ad

Ad lumborũ dolorem valde laudatum. Vitrũ accipe purum, læuigato diligenter, & in corium veteris vtriculi conijce; ac calefacito ad carbones. Dein inſperge puluerem vitri lumbis, & vtere diebus ſeptem. Simile. Cinerem vitis ſubactam cum oleo ſufficienti, & panno exceptam illinito. 140

Ad ſingultum valde bonũ, & probatum. Rutam cum vino præbeto. Aut apium, aut caſtorium, aut abrotonum, aut ariſtolochiam, aut daucũ creticum, aut cuminum, aut aniſum, aut zingiber, aut ſcordium, aut dictamnum, aut calaminthам, aut acorum, aut celticam, aut pulegium. Vnum quodq; ſeorſim pro viribus. Simile. Abrotoni, ſiliq. ix. Cumini æthiopici, ſiliq. x. Trita madefacito cum aqua calida ſufficienti, & bibenda præbeto. 141

Ad lumbricos expertum, probatum. Semen cannabis aridum tuſum & cribratum, aquæ miſceto ſufficienti, vt glutinis nanciſcatur craſsitudinẽ, perq; pannũ purũ expreſſum præbeto bibendum cyathum vnum. Simile. Stercoris boum aridi vſti, & in puluerem redacti dato. ʒ. j. cum vino ſufficienti bibendum. Similiter. Ebuli radicem in mortario tuſam, & cum linteo expreſſam quantum capiet, cum aqua ſufficienti bibẽdam præbeto. Ventrem aũt & dorſum folijs ſambuci circundato. Simile probatum. Semen cardamomi, læuigatum cum melle attico ſufficienti bibendum præbeto. Simile. Sinopidis, coriandri, ſcobis, cornu ceruini, ſing. ʒ. j. Tritorum in pollinem dato cochl. j. cum vino temperato ſufficienti. Simile. Coriandri, gra. xxx. Melanthij, gran. xxxj. Trita madefacito cum hydromelle, & ieiuno bibendum dato. 142

Ad lumbricos latos, & aſcarides. Cytini, ſeminis cardamomi, ſingul. ℥. ß. Terito, datoq; cochl. j. cum vino temperato manè ieiuno. Simile. Ammoniaci thymiamatis, ſalis ammoniaci, nitri alexandrini, ſingulorum. ʒ. ß. Radicis filicis, ʒ. ij. Cardamomi, iuglandis aridæ, ſing. ʒ. j. ß. Trita madefacito cum aceto & aqua, ſing. cotyl. ß. bibendaq; manè ieiuno præbeto. 143

Ad eroſionẽ ſtomachi ſine manifeſta cauſa, & ad eos q̃ comedendo nõ reficiũtur, ſed tabeſcunt, pręſertim vbi citra humorẽ idipſũ accidat. Syluestris cucumeris radicis ſuccũ bibẽdũ prębeto, põdere cochl. ij. Miſceto cũ oleo nucũ alió- 144

ve eiuſmodi. Hoc eijcit feras ſtomachi, & lūbricos. Aliud probatū vt præcedēs, quo [a] Princeps vtebatur vt mirabili. Oliuas albas ab arboribus decerptas numero.xxv.aut.xxx. coqto, & comedēdas prębeto ieiuno diebus.ſequētibus.iiij. aut quinq; & poſt horas duas eijciet ferā. Simile priori exiſtit

[ a Princeps.] *Græcus codex Nicolai habet ὁ πρίγγιψ. Cenſeo vocem eſſe corruptam, idemq; valere quod latinè princeps. Scribendum itaque erat πρίγκιψ.*

145 Pentamyri confectio admodum probata. Styracis calamitis.℥.j.ß.Maſtiches.℥.ß.ʒ.j.Nardini.℥.iiij.ß. Opobalſami.℥.j.ß.Ceræ albæ.℥.ß.ʒ.j.Confectum dato.

146 Ad phlegmonē faciei mirabile. Sambuci foliorū ſuccū permitte vt cōſidat, & humorē ſucci per colū tranſmiſſū effūdito. Quod aūt craſsius eſt in eo poſtquā conſedit, admiſce oleo roſaceo ſufficienti, & oui luteo, & confectum illine.

147 Ad phlemonem è venæ ſectione natam, aut duritiem, aut flores, aut grumos. Accipe fermentum tritici, & ſubactum benè illine ſuper locum.

148 Ad viſcera ac lienem, & hydropem, emolliens & diſcutiēs. Ficuum pinguium, ℔.j. Foliorum cypariſsi viridium ℔.j. Nitri alexandrini, ℔.ß. Cypariſſum tundito, dein ficus, & ſubactis admiſce nitrum ſimul diligenter, & probè confectum primò infarcito.

149 Ad phlemonem crurum, aut pedum, laudatum. Limaces terreſtres cum teſtis.xx. Subactis miſceto cimoliam, & oui lutei quantum ſatis eſt. Imponito mortario, vt ceræ cōſiſtentiam acquirāt, & probè confectū cū penna illinito.

150 Potus expertus, humorem exiccans. Origani.℥.j. Tritum coquito in vino cretico ad tertias, & da bibendū ieiuno diebus tribus calicem dimidium. Eſt enim probatum.

151 Ad tormina ventris admodum mirabile. Origanum cū aqua coquito ad tertias, & bibendum dato.

152 Ad hebetudinem mirabile. Herbam chelidonium vocatā benè tūdito, acceptoq; è ſucco ejus quantum voles, madefactum cum aqua illine vt probatum.

153 Potus ad ſuppuratos, abſceſſu è iecore laborantes bonū. Folia petroſelini, hyſſopi, roſarum aridarū, aniſi, liquoris papaueris, croci, hyoſcyami ſeminis, zingiberis, ſpicę nardi, iridis, ſin.ʒ.j. Trita madefacito cū melle attico deſpumato ſuf

to ſufficienti, & benè confectum dato ad noctem fabæ magnitudine.

Vt vino non ſæpius ſit vtendum. Recipe teſtudinē viuam, ablue in vino bono iuſto tēpore, Dein mactato & accipe de ſāguine acillū cū vino miſceto, daq; clàm bibēdū mēſura calicis dimidij manè ieiuno diebus tribus, & videbis diuinā vim. Simile. Vuam marinam, tuſam & madefactam cū vino ſufficienti da bibendam clàm ieiuno tribus diebus. 154

Ad difficultatem vrinæ & calculum, admodū bonum. [a] Filicis fœminæ, piperis communis ſeminis petroſelini, ſin. exag. ij. Benè trita dato manè ieiuno cū condito cochleariū vnū. Simile. Stercoris hirundinis. ℥. ß. Fœnogræci odorati, exag. ij. Piperis cōmunis, exag. j. Benè terātur, & detur cochleariū vnū manè ieiuno cū vino bono. Hoc igitur confeſtim lapides mitigat, & per vrinam egredi facit. Eſt etiā ad coli dolorē admodū probatū. Simile. Accipe cicadas aridas xx. Abiectis pedib. & alis, vrito ſuper carbones, & tritas madefacito cū melle attico quod ſatis eſt, & ieiuno bibēdas fabæ magnitudine cum vino mēſuræ vnius commixtas præbeto. 155

[ a Filicis fœminæ.] *Manuſcriptus codex falſò λιθοκτίριως, pro θηλυπτίριως legit.*

Ad reduuias valde bonum. Palmulam, comanducatā à ieiuno, impone loco. 156

Ad verrucas penſiles, & thymos in pudendo. Arietis fel exceptū cōceptis linamētis illine. Simile. Mali & cotonei flores, & ramorum ſummitates coquito in aqua ad tertias, & abluito ſæpius, ac decident. 157

Ad dolentes caput & hemicranicos, probatū. Sinapi, exa. ij. Ammoniaci thymiamatis, exag. j. Trita madefacito cū aceto, donec glutinis conſiſtentiam acquirant, & illine fronti, in balneo abſtergendo. Facit etiā ad diuturna mala. 158

Ad perniones vlceratos præcipuū medicamētum, vt nō amplius * Deficit aliquid. Dein oleū cōmune, & adipē, & cerā conijce in mortariū vt liquidū omnino ceratū fiat. Miſce [a] phylitis læuigatæ, & vnita illine & impone. Dum coquitur moueto in vaſe, & ita confecto vtere. 159

[ a Phyliti. ] *Græcus Nicolai codex legit τοῖς φυλῖς, fortè pro τῆς φυλιτῖς. Niſi τοῖς φύλλοις legendum ſit: quod certò à nobis ſtatui,*

quū

*quum præcedentia in hoc loco deficiant, non poteſt.*

160 Ad lientericos deijcientes ramenta. Baccarum lauri, piperis communis, cumini, maſtiches, ſingul. exag. ſ. Tritorũ detur cochl. j. cum vino veteri bibendum.

161 Ad vlcera ſcabie & fluxione tentata, & ad partiũ phlegmonẽ, ac duritiã, è lente & [a] ſtymmatis nominatũ. Lentis alexandrinę, fructus myrti, & [b] lẽtiſcorũ viridiũ, rubi ſũmitatũ, roſarũ aridarũ, putaminis punicorũ ſin. ℥. iij. Tuſa madefacito cũ aqua ſufficiẽti, & coqto in olla noua ad tertias, poſtea colato. Accipe è iure decocti, ſubigito cũ lẽtis in pollinẽ tuſę. ℥. iij. & mellis attici, & aceti & olei roſacei quod ſatis eſt. Vbi ad emplaſtri formam redegeris, panno illitum & calefactum prædictis imponito.

[a Stymmatis.] *Stymmata hoc loco Nicolaus vocat quæ vim adſtrictoriã obtinẽt.* [b Lentiſcorũ.] *Manuſcriptus codex legit falſò* ἰχίνων, *ꝓ* σχίνων. *Librarius nãq; ꝓ* σχινων *legẽs* ἰχίνων σ *in* ι *cõuertit.*

162 Ad vulnus tibię diuturnũ & ſordidũ. Farinã hordeaceã in poſca coqto & illinito: purgat enim & cogit vulnus. Vbi verò idipſũ exiguũ feceris, medicamẽto qđ cicatricẽ inducere põt vtere. Simile. Peucedani radicẽ tuſã & cribratã ꝓbè inſpergito vulneri. Nam purgat omnem ſordiciem, carnẽ generat, cogit, & cicatricem inducit. Probatum.

163 Ad anginas, ſub linguaq; mala, expertũ. Origanum aridum, & maxime quod rufum eſt, tundito & cribrato benè, exceptũq; melle deſpumato ſufficiẽti, & ꝓbè cõfectũ illine.

164 Ad commorſos, à ſcorpione, mirabile admodum. Accipe inteſtina terrę, & lęuigata imponito morſui. Et irin benè tuſam, da bibendam cum vino ſufficienti, aut aceto.

165 Ad aphthas in ore puerorum. Rhois ſyriaci, quantum tribus digitis capi poteſt. Mentæ ramos tres. Roſarum aridarum folia. vij. Semen pineæ, gran. vij. Trita irrigato cum melle attico, & vtere.

166 Ad morboſas aphthas, & difficilia oris vlcera profunda facta & quãdo plurimũ ſaliuę effluit. Gallę & ſolani ſin. ℥. j. Tuſis, & cum aceto ſufficienti madefactis, os colluito.

167 Ad dolorem pedũ expertum, bonũ. Conizæ herbę, meliſſophylli, ſin. ℥ j. Tuſa pedibus imponito. Simile. Accipe mala punica acida, integra coquito cum aceto acerrimo, donec putamẽ eorũdẽ perfectè diſſoluatur. Dein in mortario

con

contuſum, & ad fermenti formam redactum, infarctũque linteo, impone tepidum. Fac hoc manè & veſperi.

Ad alopeciam expertum, probatum Erinaceorum ma 168
rinorum teſtas vſtas, & bene læuigatas, cumque adipe vrſino madefactas illine.

Podagricus potus in principio exacerbationis vſurpā- 169
dus vt eadem die dolor ſedetur, & poſtridiè ſanus egrediatur, expertus. Zingiberis. ℈. iij. ß. Hermodactyli, ℔. j. ℈. iij. Scammoniæ. ℈. ij ſiliq. j. Piperis cōmunis, gran. xxxv. Cumi, nigra. iiij. Zingiber tūdito & cribrato cū hermodactylo ſimiliter etiā ſcāmoniam lęuigato diligēter in mortario, & adijcito mellis attici pauxillū, & vini temperati cyathos duos. Probè confectū bibendum dato.

Podagricus linctus in principio acceſsionis valde mira 170
bilis & probatus. Accipe[a] pellē veteris calciamenti, aut vrito, aut in puluerem redigito. Simile. [b] Ceonidarum vſtarū & in puluerē redactarū. ℥. ij. Dein accipe ſucci coriandri, & aceti acerrimi quod ſatis eſt, & ad mellis craſsitudinem redacta reconde in vaſe, & illinito cum pēna dolenti loco.

[ a Pellem, &c.] *In codice Nicolai eſt κάσιμα παλάιου σιμιδαλίου, pro κάσυμα παλαίου πεδίλου, Eſt enim κάσυμα idem quod δέρμα vt paulo antè dictum eſt.* [ b Ceonidarum. ] *Græcus codex legit, κωνίδας Eſt & hæc vox mihi ignota, Tam hæc verò, quàm ea quæ illam præcedit, corrupta eſſe videtur.*

Ad eos qui boletos commederunt, aut fungos, aut ama 171
nitas, & in mortis veniunt periculū. Multos raphanos recentes edendos ac ſubinde vinum temperatum, & exiguum mellis bibendū præbeto, ac iubeto vomere. Simile. Nitrū leuigatum cum poſca bibendum præbeto. Similiter. Rutam læuigatam cum poſca bibendam dato.

Ad aures ſurdas expertum. Leporis fel & lac mulieris 172
ex æquo miſceto, ac calefacito, Infunde auri, & miraberis.

Ad ſtrumas, admodum probatum. Radicem aſphodeli 173
lanæ inuolutam appendito. Celeriter enim ſanat.

Ad aluū citā, expertū. Spōgiā recētē vino madefactā v- 174
rito, quoad in cinerē vertatur. Et cineris cochleariū vnū irrigato cū vino veteri menſuræ vnius, da bibēdū diebus tribus manè ieiuno. Si verò febricitat, prębeto bibendum cū vino temperato.

Ad vſtio

175 Ad vſtiones ab aqua feruente factas, expertum & laudatum. Ceræ puræ. ℥ ij. Olei roſacei quod ſatis eſt, & humidiorem calcem viuam in aqua conquaſſatam, ceratum colatum & confectum illine cum penna. Melius autem eſt vt pro aqua ſuccum betæ calci viuæ admiſceas.

176 Ad hydropicos expertum, probatum. Stercoris caprini. ℥. ix. picis aridæ, ceræ puræ, reſinæ pineæ, ſingulorum. lb. j. Baccarum lauri, lb. ß. Cyperi, ſinapi, ſingulorum. ℥. j. ß. Fœnigræci. ℥. ij. ß. Iridis. ℥. iij. Seminis raphani, radicis capparis, pyrethri, cardamomi, ſingulorum. ℥. ij. Nitri. ℥. iij. Colocynthidis. ℥ j. ß. probè trita madefacito cum olei communis veteris vncijs quinque. & aceto ſufficienti. Confectum admoueto.

177 Ad formicas, vt eadem hora decidant, valde bonum. Folia ficus vrito, & cinerem ipſorum accipe, & cum lacte ficus ſubigito, & pãno illitum imponito ſuper myrmecias, confeſtimq; decident, atque miraberis.

178 Ad profluuium ſanguinis narium admodum probatum. Cepam rubeam accerrimam tuſam, odorandam dato, & ſtatim ſanguinis profluuium ſiſtetur.

179 Ad pleuriticos, mirabile valde. Rutæ ſylueſtris & ſatiuæ foliorum, ſing. ℥. j. ß. Sampſychi, iridis, ſulphuris ignẽ nõ experti, butyri rẽcẽtis adipis ſuilli, aut taurini, ſin. exa. j. ß. Terebinthinæ. ℥. ß. Olei cyprini. ℥. ij. Ceræ puræ. ℥. j. ß. Benè confecto vtere, vt probato.

180 Ad pleuriticos per os ſumendum, probatum à Comite Redigapo. Opij. ʒ. ij. Caſtorij, foliorũ rutæ, ſingu. ʒ. iij. Trita madefacito cũ melle attico ſufficienti, & prębeto fabæ ægyptiæ quantitate, cum melle temperato ſufficienti.

181 Ad eryſipelata valde bonum. Succi ſolani, & plantaginis maioris, ſing. cotyl. j. Ceræ puræ. ℥. vj. Molybdenæ, ceruſſę, olei roſacei, ſing. lb. ß. Trita madefacito cum adipis taurini recentis lb. j. & probè ſubactis vtere.

182 Ad carbunculos valde vtile. Fermentũ acidum, & carbonem viuum, & caricas ſimul læuigatas imponito loco laboranti. Simile. Carnẽ bubulam diligenter cõtuſam imponito. Solue poſt tres dies, & cum radice aſcendit. Poſtquam deciderit, vt [a] cauum vlcus curato. Eſt probatum.

[a Cauum.] *In codice græco nõ rectè* κίνον, *pro* κοῖλον *legitur.*

Ad vſtiones vndecunque fiant. Cretam argentariam, aut cimoliam cum roſaceo oleo ſubactam illine. Si verò betæ ſuccum adieceris, fit admodum bonum. 183

Potus ad aſthmaticos probatus. Pulmonem vulpis accipe, & probè ipſum aſsiccato, & ſenſim læuigatum bibendum præbe aſthmaticis. Hoc credendum erit, quia probatum eſt & ſanat. 184

Potus ad eos qui morbo comitiali laborant mirabilis. Vngulas aſininas vſtas, & tritas dato bibendas continuò. Prorſus enim curat. Simile. Impetigines equorum in aceto læuigatas & potas ſanare morbum comitialem ferunt. Aliqui autem ad omnes ferarum morſus hoc vti iubent. Simile. Muſtella aſsiccata, & pota, ſanat comitiali morbo laborantes. Totam verò viuam in olla vſtam, & cinerem eius cum melle aut terebinthina, aut butyro impoſitum, ſtrumas ſanare affirmant. 185

Ad quartanas, & tertianas potus mirabilis, expertus. Succi plantaginis minoris partes duas. Aceti, partem vnã. Subigito ſimul: & vbi benè confeceris, dato bibẽdum duabus horis ante inuaſionem acceſsionis. 186

Ad quartanas potus ante inuaſionem acceſsionis dandus ieiuno. Accipe ſuccum herbæ vocatæ pimpinellæ, græcè autem * Deficit. ℥.iij. adijce illi vini Monembaſiatici. ℥.vj. Et ſubacta dato bibẽda. Præbeto etiam comedendum de electuario diatrion pipereon, exagia.iij. Et fac ita quatuor oblationes, & miraberis in nomine Domini. 187

Ad quartanas potus admodum probatus. Succi rutæ, & mentæ, ſingul. exag.iij. Theriacæ. ʒ.j. αἶγα βῆτα exag.iij. Vini Monembaſiatici. ℥.vj. Subacta ſimul bibenda præbeto ante acceſsionem ieiuno. Comedẽdum dato ex electuario diacumini ℥.iij. Et fac ita quinque oblationes. 188

Potus mirabilis ad rabidum hominem gratia Dei. Accipe radicis ſparti admodum teneræ. ℥.iij. & è fructu eius, ℥ ij. Purgata, & benè lota coquito cum vini boni lb.vj. donec tertia pars vini abſumatur. Dein colato, & accipe è vino. ℥.ij. Et vnicuique oblationi adijce theriacæ. ℥.ß. & vini Monembaſiatici. ℥.vj. Et vtraq; benè ſubacta præbeto bibenda ieiuno diebus viginti, & ſic vtere vt probato. 189

FINIS.

## INDEX ROSACEI MELLIS, SACchari roſacei, & zulapij roſacei.

*Roſacei mellis confectio probata.* 1
*Rhodoſtacti confectio.* 2
*Rhoitu confectio mirabilis.* 3
*Roſacei mellis purgatorij confectio.* 4
*Roſacei mellis confectio.* 5
*Roſaceæ aquæ confectio valde vtilis.* 6
*Roſacei olei confectio valde laudata.* 7
*Roſacei ſacchari confectio admodum laudata.* 8
*Roſacei Zulapij confectio mirabilis.* 9
*Roſacei Zulapij confectio purgatoria.* 10

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI DE MELLE, Saccharo, & Zulapio roſaceis, Sectio Triceſima nona.

1 ROSACEVM mel confert ad oris phlegmonem, gingiuarum, & tonſillarum ex fluxione calida natam, in ore retentum, & gargariſatum. Datur etiã ijs quibus venter vritur, & ſitiẽtibus propter ariditatem bilis, vbi ſcilicet ægrotantes redundantiã bilioſi humoris, & bilioſæ fluxionis, accepto cholagogo aliquo prius euomuerint. Ad ſtomachũ etiã æſtuantem abſq; redundantia, citra vomitum, & febricitantibus cum aqua, feruore & vigore febris †præſente. Sæpenumero autem roſaceum mel, & hydroroſatum largius congruo tempore exhibita, ſine aliquo alio, ad intemperiem febris reſtinguendam ſuffecerunt, ſudoribus, & alui profluuio, ventriſq; ſubductione excitatis. Præ cæteris enim omnibus potionibus mel roſaceum maximè ad humores acres per aluum ducendos vtile eſt. Confectio igitur roſacei mellis huiuſmodi eſt. Succi roſarum, lb.v, Mellis attici puri, lb.ij. Aquæ pluuialis, lb.j.ß. Coquito libram aquæ in duplici vaſe, donec dimidiũ eius abſumatur: & accipe ſemilibram, miſce cum cæteris, & vtere. Facit ad omne malum in ore factum, & aphthas puerorum.

Manuſcriptus codex legit μετὰ ἐφεστηκυίας pro ἐνιστηκυίας.

2 Rhodoſtacti compoſitio, ſeu confectio. Roſarum exectis

vnguibus ſucci,exa.ij.Mellis attici,aut ſacchari,lb̄.j.ß. Coquito ſpuma diligenter ſublata,quoad quarta pars abſumpta fuerit, dein vtere, accepta,℥.j.aut duabus pro viribus cum aqua tepida.Hoc enim ventrem emollit.

Mali punici ſucci cõfectio mirabilis.Succi malorum pu- 3
nicorum,lb̄.iiij.ß.Mellis attici,aut ſacchari.lb̄.j.ß.Coquito ad tertias,& dato cum aqua tepida ſufficienti.

Roſacei mellis purgatorij confectio. Succi roſarum, lb̄. 4
ij.Dacrydij.℥.j.exag.ij.Agarici.℥.j.Mellis attici,lb̄.v.Benè confectum dato.

Roſacei mellis cõfectio ꝓbata. Roſarũ.lb̄.vij. Aquę,lb̄. 5
J.Mellis attici,lb̄.xl.Probè coquito ad cõſiſtentiã,& vtere.

Hydroroſati confectio admodum vtilis. Roſarum exe- 6
ctis vnguibus,lb̄.j.Aquæ,lb̄.iij.Aquæ autẽ adhuc ſtrepẽti & feruenti inijce roſas,& ignem extinguito. Sinito per integrã noctem.Manè colato,probè expreſsis roſis.Dein admiſceto mellis attici deſpumati lb̄.j.decocti libris tribus. Roſas in vmbra ſeruato diebus quadraginta in loco edito. Datur ad eryſipelata,æſtus,choleras, malis humoribus refertos,acrem bilem,& ſtomachi æſtus.

Roſacei olei confectio admodum laudata. Roſarum, 7
exectis vnguibus,lb̄.j. Aquæ,lb̄.iij. Hæc coquito probè ad ignem,dein ab igne remota ſinito ſic per totam noctem.Manè per colum traiectæ huic aquæ miſceto olei cõmunis lb̄.j.& diebus.xl.inſolato. Poſthæc diligenter animaduerte,ne dum per ſaccum tranſmittitur, aliquid aquæ remaneat in oleo,tutoq; ſeruato.

Roſacei ſacchari confectio valde laudata.Accipe roſarũ 8
exectis vnguibus.lb̄.j.Contundito benè,& admiſceto ſacchari lb̄.ij.& coquito ſimul citra aquam,poſtea vacuato in marmor latũ,aut vas fictile,aut in tabulam,& ſinito refrigerari.Dein conijce in vas latum,& tundito ipſa in minuta * frangitur enim inſtar ſalis:& inſolato diebus.xl.& dato cœliacis,dyſentericis,& ſtomachicis.Mel enim non habet efficaciam,niſi in ſanis ſolùm. Febricitantibus autem & bilioſis contrarium exiſtit.

θρύει pro θραύει.

Roſacei Zulapij confectio mirabilis, & probata. Ro- 9
ſarũ,lb̄.iij.conijce in † caldarium : & coquito valde, aqua pluuiali roſis affuſa, & operiens ſinito ita horis ſex. Dein per

καρδάριον pro καλδάριον ſcribitur

per ſaccum traijcito, & accipito è iure decocti ℔.j. Et ſtillaticij roſarum liquoris, ℔.ſs. Sacchari, ℔.iij. & ad tertias decoquito. Dato cœliacis, & dyſentericis.

10 Roſacci Zulapij purgatorij confectio. Spodij, trium ſantalorum, ſingul. ʒ.iiij. Rhei barbari. ʒ.xiij. Zulapij roſacei. ℥.xv. Dacrydij. ʒ.xij. Caphuræ. ʒ.ſs. Sacchari, ℔.j. Vbi probè confeceris, dato exag.iij. aut.ij.

FINIS.

## INDEX SATYRIACORVM, SAPONUM, & Sinapiſmorum.


*Satyriacum tentiginem excitans, & ad coitum irritans, pueroſq; procreans.* 1

*Satyriacum ſimile.* 2

*Satyriacum tentiginem excitans, mirabilis potus.* 3

*Satyriacum tentiginem faciens, inunctio pudendi, ad venerea.* 4

*Satyriacum ageraton, hoc eſt non ſeneſcens, ſimile.* 5

*Satyriacum ad colis reſolutiones.* 6

*Satyriacum ad venerea admodum vtile.* 7

*Saponis confectio ad frigidas fluxiones à capite deſcendentes in thoracem.* 8

*Saponis confectio magis neceſſaria ad frigidas à capite fluxiones.* 9

*Saponis confectio fluxiones exiccans.* 10

*Saponis confectio Conſtantini fluxionem exiccans.* 11

*Saponis confectio Andreæ Comitis.* 12

*Sinapiſmi confectio probata.* 13

*Satyriacon tentiginem excitans, vnguentum probatum.* 14


# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI, DE SATYriacis, ſaponibus, & ſinapiſmis, Sectio Quadrageſima.

1 SATYRIACVM tentiginem faciens, ad coitum irritans, pueroſq; procreãs, admodùm laudatũ. Piperis cõmunis, gr.xx. Adarces, bryoniæ, pyrethri, euphorbij, ſcinci, ſin. ℈.ij. Farinæ ciceris, cerebri paſſeris in turribus habitantis. ſing. ℈.j.ſs. Hæc probè trita, & cũ melle attico confecta, dato pondere. ℈.ij. aut exagiorum duorum.

2 Satyriacum tentiginem excitans pudendorũ, ad coitum

irritans,& pueros procreans. Bryoniæ,pyrethri,adarces, euphorbij,ſing.℈.j.Piperis communis,gra.xx. Trita madefacito cum melle attico ſufficienti, & ſubacta reducito ad glutinis conſiſtentiam,ac inunge pudenda. Si verò vis vt ſedetur,foueto decocto betæ tepido.

Satyriacus,tentiginem faciens,potus mirabilis. Satyrij ſuperiorem teſtē accipe,inferior enim venerem inhibet: piperis communis,gra.xx.Corticis thuris ʒ.j.Seminis erucæ,ſeminis cepæ,ſingul.ʒ.ij.Caudæ ſcinci.ʒ.j.Probè trita madefacito cum vino dulci cretico ſufficienti,& benè confecti,præbeto.ʒ.j cum vino dulci. 3

Satyriaca,tentiginem excitans,inunctio pudēdi.Myrrhæ,pyrethri,ſeminis vrticæ,ſing.℥.j.Piperis albi.℥.ij.Trita madefacito cum oleo veteri,quod ſatis eſt,& reducta ad glutinis conſiſtentiam illine pudendis. 4

Satyriacum,tentiginem faciens Ageraton,ad venerea admodum bonum,& probatum. Styracis, myrrhæ, thuris,ſing.ʒ.iiij.Piperis communis.ʒ.j.Seſami toſti,oxybaphi.Amygdalarū toſtarū,vuarum exēptis vinaceis,ſin.minas tres.Trita madefacito cū mellis optimi cochl.duob.& ouis crudis qnq;.& vbi probè cōfecta fuerint, finge paſtillos pōdere.ʒ.j.& p̄beto cū vino nigro,aut mulſo ſufficiēti. 5

Satyriacum tentiginē excitans, ad colis reſolutiones mirabile. Seminis erucæ.ʒ.viij. Cardamomi.ʒ.iiij.Sinapi,panacis,ſing.ʒ.viij.piperis cōmunis,gra.xx.Trita madefacito cum ſucco erucæ ſufficienti:& finge paſtillos pondere.ʒ.j.præbeto ieiuno cum vino diluto. Alia ſatyriaca tum vnguenta,tum antidota quærito in litera A. 6

Satyriacū probatū ad venerea,Satyrij, nucis indicæ, piſtaciorum,pinearum,ſing.ʒ.viij. Zingiberis,aniſi,ſeminis rutæ,ſing.ʒ.j.ß.& quartam partem.Cinamomi,linguę auis,ſeminis cepę,ſin.℈.iiij.Moſchi,grana tritici.iij.Eryngij,ʒ.viij.Pinearum ſylueſtrium.ʒ.iiij. Medullæ paſſeris in turribus nidificantis.ʒ.iij.Benè trita irrigato cum melle attico ſufficienti.& vbi confeceris.exhibeto. 7

Saponis boni confectio ad frigidas fluxiones à capite venientes in thoracem, columellam,pulmonem,gingiuas, ita vt exiccet & roboret cerebrum,& defluxionem deſcendentem ſiſtat. Factus eſt ab Actuario, & cum centum & quin- 8

Actuarius.

quinquaginta alijs medicis, Conſtantino rege iubente. Et eſt admodum probatus. Roſarum aridarum, aloes flauæ, gallarum, caſiæ, nardi indicæ, ſarcocollæ, ſing. ℥. j. ß. Balauſtiorum, myrrhæ veræ, ſandarachæ, ſpicæ nardi, ſingu. ℥. j. Coſti. ℥. ß. Caryophylli, piperis cõmunis, ſpicæ, cinamomi, ſingul. exag. ij. Saponis gallici, lb. ß. Hæc benè tuſa excipe cum ſucco lupinorũ, & oleo lentiſcino: & vbi probè cõfeceris, finge paſtillos nucis ponticæ quantitate, & in vmbra ſiccato. Vſu poſcente conijce in aquã calidã: & capiti affundito veluti circunfuſionem, & imponito deſuper ſtupam. Oculi autem probè muniti ſint, ne ab acrimonia lędantur.

9 Saponis alia confectio, magis neceſſaria, ad frigidas fluxiones à capite in os deſcendentes. Thuris, maſtiches, ladani, balauſtiorum, myrrhæ, ſandarachę, floris iunci odorati, caſiæ, cyperi, amomi, folij, fæcis vini veteris vſtæ, gypſi, nitri, buccinorum vſtorum, roſarũ, erinacei marini, elenij, carpobalſami, ligni pineæ, baccarũ lauri, chamæleontis, ariſtolochiæ, pumicis, ſing. ℥. j. Saponis gallici, lb. iij. aut pro eo ſpumam ſaponis, aut olei cõmunis, aut lentiſcini, Hæc trita madefacito cum decocto lupinorum, & vbi benè cõfeceris, fingito paſtillos, & ſiccato in vmbra. Vſu exigente vtere in balneo, vt præcedenti, abundè ſoluendo cũ vino auſtero bono veteri, ab alto deſtillando & ſuper caput fundendo, veſpere domum ito, cras iterum lauato.

10 Saponis confectio, fluxionẽ exiccans, admodũ bona & probata, vt præcedens. Thuris maſtiches, ſandarache, ladani, balauſtiorũ, myrrhæ, floris iunci odorati, caſiæ, cyperi, amomi, folij, fæcis vini veteris vſtę, gypſi, nitri vſti, cinamomi, caryophylli, ſin. ℥. ß. Caſię lignee, xylobalſami, aloes flauę, coſti, ſin. exa. j. ß. Ligni rutę, chamęmeli, chamæleontis, ſpumæ ſaponis, elenij, erinacei marini, ſing. ℥. ß. Tuſa ꝓbè madefacito cũ lẽtiſcino oleo ſufficienti, & finge paſtillos vt prędictos, & vſu poſcẽte prębeto ſimiliter, vt antè dictos.

11 Saponis cõfectio Cõſtãtini exiccãs, admodũ bona. Balauſtiorũ, myrrhę, ſandarachæ, ſin. ℥. ij. Coſti, aloes flauæ, gallarũ, thuris, ſidiorũ, folij, roſarũ, ſarcocollę, ſin. ℥. iij. Spicæ nardi. ℥. ij. Saponis gallici, lb. j. Lupinorũ amarorum decocti, lb. j. ß. Sicca tundito & cribrato, & cũ liquidis ſubactis adijce ſaponem, & finge paſtillos, ſiccatoque in vmbra.

Vſu verò poſtulante, quod ſatis eſt, diluito & madefacito cum vino bono ſufficienti, & illine ante balneum ſyncipiti prius raſo, ac paulò poſtea abſtergito, & abluito.

Saponis confectio Andreæ Comitis probata. Floris 12
iunci odorati, caſiæ, cyperi, amomi, folij, coſti, gallarũ ſingul. ℥.j, Nardi celticæ, aluminis ſciſsi, iridis, fæcis vini veteris vſtæ, gypſi vſti, nitri, ſing. † ℈.xij. Roſarum ſiccarum, * ſalis cõmunis, ſing. ℈.viij. Purpuræ teſtæ vſtæ. ℥.iij. Saponis gallici, ℔.j. Trita irrigato cum decocto lupinorũ ſufficienti, & excepta digerito in paſtillos, exiccatoq; in vmbra ac vtere vt præcedenti.

Aetius habet vncias

* ἁλῶν legendũ.

Sinapiſmi confectio probata. Caricas quotquot voles 13
vno antè die in aqua tepida macerato, deinde vehementer exprimito, valideq; ſubigito. Dein accipe acre ſinapi, quale Syriacum, & ægyptium. terito ſeorſim, affuſo etiã caricarũ diluto, & facta maza inuicẽ cõmiſce. Si vis vt vehementer exulceret, duas ſinapi partes adijce vni parti caricarũ: ſin debiliter, cõtra: ſi verò mediocriter, vtrũq; ex æquo. Sinapi autẽ ante affrictionẽ aceto macerato, vt nonnulli faciunt, fit autẽ imbecillius. Poſt ſinapi purgationẽ, & vſum balnei, ſi dolor vehemẽs, aut rubedo & puſtulæ apparuerint, linteum in ſucco maluæ, aut fœnigræci madefactũ imponito. Dein roſaceum ceratum cum abſinthio, vtere. In reſolutis autem, in quibus ſenſus læſus eſt, aſsiduè attendere oportet intuentem, & videntem, ne id quod ſentit immodicè inflãmatum ſit. Et caprinus fimus cum aceto illitus, eſt vtilior, preſertim cum caricis.

Satyriacum, arrectorium vnguentum, probatum. Sa- 14
tyrij, pudendi cerui, ſcinci caudæ, ſing. ʒ.j. Seminis erucæ, pyrethri, canchryos. ceræ puræ, ſing. ʒ.ij. Terebinthinæ. ℥. ſ. Oua paſſeris troglodytici, duo. Lacertam vnã cum dimidia. Olei tedacei, aut irini, quod ſatis eſt. Macerato prius in aceto lacertas. dies. xl. in fimo reconditas cum vaſe, & benè confecto medicamento vtere.

FINIS.

## INDEX PASTILLORVM.

*Paſtillus ad pleuriticos, rigore concuſſos, ſtomachicos, & iocineroſos, dolorem mitigans.* 1

*Paſtillus ad ſpuentes ſanguinem, & cœliacos.* 2

*Paſt*

*Paſtillus lienoſis conferens, ex Galeno.* 3
*Paſtillus ad dyſentericos qui ſupernè exhibetur, & cœliacos* 4
*Paſtillus ad iocineroſos, & morbo regio correptos, valde bonus.* 5
*Paſtillus ad nephriticos, & vrinæ ſtillicidium admodum probatus.* 6
*Paſtillus ad lienoſos probatus.* 7
*Paſtillus ad quartanas, admodum laudatus.* 8
*Paſtillus ſimilis, mirabilis admodum.* 9
*Paſtillus Panchreſtos ad omne malum.* 10
*Paſtillus ad quotidianas, tertianas, quartanas, colicos, dyſentericos, & alia.* 11
*Paſtillus fluxiones oculorum prohibens, bonus.* 12
*Paſtillus inuincibilis, admodum bonus.* 13
*Paſtillus Philippi, valde bonus.* 14
*Paſtillus ad dyſentericos, & cœliacos laudatus.* 15
*Paſtillus Aſter nominatus, mirificus.* 16
*Paſtillus nominatus Trigonos.* 17
*Paſtillus è ſeminibus mirabilis.* 18
*Paſtillus ex acantha ægyptia mirificus.* 19
*Paſtillus ad dyſentericos, & cœliacos, probatus.* 20
*Paſtillus ſimilis, mirificus.* 21
*Paſtillus ex Halicacabo laudatus.* 22
*Paſtillus è corallio probatus.* 23
*Paſtillus ex eodem, ſimilis.* 24
*Paſtillus & ipſe è corallio, præter opinionem dyſentericis conferens.* 25
*Paſtillus ad ſpuentes ſanguinem, cœliacos, & dyſentericos, & ſtomachicos fluxione tentatos.* 26
*Paſtillus ad febricitantes, vigilantes, & cœliacos mirificus.* 27
*Paſtillus ad quartanas, admodum probatus.* 28
*Paſtillus probatus ad cœliacos, Nicephori.* 29
*Paſtillus lienoſis conducens, ex Galeno.* 30
*Paſtillus ſupernè exhibendus ad dyſentericos, & cœliacos probatus.* 31
*Paſtillus ad iocineroſos, & morbo regio correptos, admodum laudatus.* 32
*Paſtillus nephriticus, ad ſtillicidium vrinæ, admodum laudatus.* 33
*Paſtillus è ſuccino, valde vtilis.* 34
*Paſtillus ad dyſentericos, & ſanguinẽ ſpuentes, è cornu ceruino.* 35

Paſtillus per inferna infundendus. 36
Paſtillus ad iocineroſos, lienoſos, ſtomachicos, & hydropicos mirabilis. 37
Paſtillus lienem ſtatim minuens. 38
Paſtillus albus vocatus, admodum probatus. 39
Paſtillus inuincibilis nominatus. 40
Paſtillus è Thapſia, emicranicus. 41
Paſtillus auricularis, probatus. 42
Paſtillus Amazonis vocatus. 43
Paſtilli Polyidæ ſphragidis confectio. 44
Paſtilli Crocomagmatis confectio. 45
Paſtillus ad tertianas, quartanas & quotidianas. 46
Paſtillus è roſis, admodum probatus. 47
Paſtillus Diabes, hoc eſt, è violis nominatus. 48
Paſtillus Diorces, qui ingreditur paſtillum Rhodion. 49
Paſtillus è croco, 50
Paſtillus ſcilliticus mirabilis admodum. 51
Paſtillus Spodios. 52
Paſtillus è vipera. 53
Paſtillus è corallio admodum bonus. 54
Paſtillus è lacca, ad iocineroſos, lienoſos, & ſtomachicos à calore 55
Paſtillus ad hypochondriacos, refertos materia, & alia. 56
Paſtillus ad iocineroſos, lienoſos, ſtomachicos, & inflatos. 57
Paſtillus ad refrigeratos ſtomacho, & iecoris habentes tumorē. 58
Paſtillus ad iocineroſos, lienoſos. ſtomachicos, & eos qui malum corporis habitum incurrent. 59
Paſtillus è roſis, ad iocineroſos & ſtomachicos, præter opinionem conducens. 60
Paſtillus ad iecoris calorem, febres acutas, & ardentes. 61
Paſtillus è Caphura, ad iecoris calorem. 62
Paſtillus ad calorem iecoris, ſitim immodicam, linguæq; ariditatem, & ardentes febres. 63
Paſtillus de berberis, ſiue de acantha ægyptia. 64
Paſtillus è berberis, ſiue oxyacantha. 65
Paſtillus ad iocineroſos, lienoſos, ſtomachicos, & hypochondriacos. 66
Paſtillus ad iocineroſos, lienoſos, & melancholicos, admodum bonus. 67
Paſtillus ad grandines in oculis, admodum bonus. 68

Paſtillus ad ozænas valde bonus, & probatus. 69
Paſtillus ad cardiacos, defectione animi laborantes, & fruſtationes ſanguinis. 70
Paſtillus è moſcho, ſimilis. 71
Paſtillus ad eos qui morbo comitiali laborant, Archigenis. 72
Paſtillus ad eos qui morbo comitiali laborant, & per circuitum conuulſos aut voluulo moleſtatos, & alia mala. 73
Paſtillus ad æſtiuas vſtiones, odoratũ faciens vniuerſum corpus. 74
Paſtillus ſuffumigabilis ad tuſsientes, & nõ niſi recta ceruice ſpirantes admodum probatus. 75
Paſtilus ſuffumigabilis, ſimilis. 76
Paſtillus ex ſuccino probatus. 77
Paſtillus Doſithei, probatus ad ſanguinẽ ſpuentes, & tuſsientes. 78
Paſtillus ad ſpuentes ſanguinem, quo vtor, per omnia probatus 79
Paſtillus ad abſceſſu laborantes, tuſsientes, & ſuppuratos. 80
Paſtillus ſimilis. 81
Paſtillus ſimilis admodum probatus. 82
Paſtilus ad ſuppuratos. & tabidos. 83
Paſtillus amarus nominatus. 84
Paſtillus Aſclepiadæ, probatus ad diuerſos morbos. 85
Paſtillus Aſteris, ad colicos, probatus. 86
Paſtillus ad colicos ex calamintha. 87
Paſtillus colicus, & concoctionem iuuans. 88
Paſtillus infundendus ad colicos. 89
Paſtillus infundendus ad dyſentericos, & cœliacos. 90
Paſtillus infundendus ad dyſentericos & cœliacos admodũ probatus. 91
Paſtillus ex acantha ægyptia, ſimilis. 92
Paſtillus Trigonos nominatus. 93
Paſtillus ad dyſentericos, & cœliacos. 94
Paſtillus ad dyſentericos, & cœliacos probatus 65
Paſtillus Oribaſij, admodum bonus. 96
Paſtillus infundendus ad dyſentericos. 67
Paſtillus infundendus, ſimilis. 88
Paſtillus inſignis Fauſtini ad dyſentericos & cœliacos. 99
Paſtillus Fauſtini. 100
Paſtillus ad dyſentericos, ſanguinis eruptiones, & omnes nomas. 101
Paſtillus ad dyſentericos, plurimùm expertus 102
Paſtillus infuſilis è ſubere, Andromachi præter opinionem. 103

Paſtillus infuſilis ſomnum inducens, & ad dyſentericos febre vacantes. 104
Paſtillus infuſilis ad dyſentericos, multùm expertus. 105
Paſtillus infuſilis. thronus. Marcelli. 106
Paſtillus infuſilis, ad dyſentericos, mirabilis. 107
Paſtillus magnus ad dyſentericos. 108
Paſtillus imponendus ad dyſentericos & cœliacos, Andromachi, probatus. 109
Paſtillus ad lientericos admodum laudatus. 110
Paſtillus ſimilis, valde bonus. 111
Paſtillus Theodoritos dictus, optimus. 112
Paſtillus ad lientericos, probatus. 113
Paſtillus ſimilis mirabilis. 114
Paſtillus ad iocineroſos, admodum bonus. 115
Paſtillus ad iecur vlceratum, Andromachi, admodũ inſignis. 116
Paſtillus diſcutiens iecur, & ad febrem, & ſitim, admodum probatus. 117
Paſtillus ad iecur induratum. 118
Paſtillus ſimilis, probatus. 119
Paſtillus ad iocineroſos, lienoſos, & ſtomachicos, 120
Paſtillus ad iecur induratum, probatus. 121
Paſtillus ad lienem induratum, & phlegmonem probatus. 122
Paſtillus ex Erice, ad phlegmonem lienis, & duriciem. 123
Paſtillus ad phlegmonem, & omne malũ lienis, & hydropicos: vrinã nanq; mouet. 124
Paſtillus ſimilis, mirabilis. 125
Paſtillus ad morbum regium, & iocineroſos mirabilis. 126
Paſtillus ad diuerſos morbos. 127
Paſtillus ad hydropicos. 128
Paſtillus ad hydropicos, vrinam mouens. 129
Paſtillus ad iocineroſos, regio morbo laborantes, admodum probatus. 130
Paſtillus ad nephriticos & calculoſos. 131
Paſtillus ad abſceſſus, & vlcera in renibus probatus. 132
Paſtillus ad renum, & veſicæ affectus 133
Paſtillus ad renum exulcerationem, ac cicatricem indigentium, valde mirificus. 134
Paſtillus ad profluuium muliebre. 135
Paſtillũs ad eryſipelata, admodum laudatus. 136

Paſt

Paſtillus ad quodcũq; in auribus malum vetus, aut recens. 137
Paſtillus ad dyſentericos probatus. 138
Paſtillus ad dyſentericos, voluuloſos, difficulter mingentes, & morſos à cane rabido. 139
Paſtillus ad dyſentericos è ſubere nominatus. 140
Paſtillus ſimilis, valde probatus. 141
Paſtillus ſimilis, & ſomniferus. 142
Paſtillus Paſionis vocatus. 143
Paſtillus infuſilis Phauſtionis. 144
Paſtillus è ſubere nominatus. 145
Paſtillus Bithynos appellatus. 146
Paſtillus ad vlcera, nomas, & fluxiones veteres. 147
Paſtillus ad colicos probatus, & mirificus. 148
Paſtillus ex vino & oleo, pudendis & ſedi conueniens. 149
Paſtillus è lapide phrygio, pudendis aptus. 150
Paſtillus è lotarijs, pudendo & ſedi conferens. 151
Paſtillus albus vocatus. 152
Paſtillus ex Halicacabo. 153
Paſtillus è duobus elleboris. 154
Paſtillus Melanchloros, hoc eſt, nigri coloris nominatus. 155
Paſtillus ad Chironia, & maligna, atq; fluxiones valde laudatus. 156
Paſtillus è Thapſia, hemicranicus. 157
Paſtillus menſes ducens, probatus 158
Paſtillus ſimilis, laudatus. 159
Capillos capitis denigrans. 160
Capillos capitis flauos reddens. 161
Capillos capitis nigros efficiens. 162
Capillos denigrans. 163

# NICOLAI MYREPSI
## ALEXANDRINI DE PASTILLIS, Sectio Quadrageſima prima.

Compoſitionem paſtillorum tradituri, principio quid ſit paſtillus oſtendemus, & quot eius ſpecies, & quo pacto nominentur. Paſtillus igitur à forma figuráve appellatur. Tres autem ſunt eorum ſpecies.

Paſtillus vnde dictus.

Alij

Species paſtillorũ tres.

Alij namq; potabiles ſunt alij infuſiles, hoc eſt qui per anũ immittuntur: alij inunguntur illinunturúe. Ex ijs qui potãtur, alij aluum cohibent, aut ſanguinem, aut aliam quampiam fluxionem, refrigerando, aut aſtringẽdo, aut [a]obſtruendo, aut deſiccando compeſcunt, vt is qui ex ſpina ægyptia cõſtat, & qui è ſeminibus, & ſimiles. Alij verò dolorem mitigant, vel quòd ſenſum ſtupefaciunt, vt crocodes dictus, vel quòd diffundunt, veluti qui ex aromatis conficiuntur. Alij obſtructione liberant renum, aut lienis, aut iecoris, vt qui ex amaris amygdalis componitur, & qui huic ſimiles ſunt. Eorum autẽ qui per anum inijciuntur, nonnulli acrimonias obtundunt, vt in dyſenteria: quemadmodum qui ex põpholyge, & amylo, & terra ſamia, ſucco ptiſanæ, aut eiuſmodi aliquo præparati. Nonnulli aluum adſtringunt, aut ſanguinis profluuium: veluti Philippi dictus, aut qui ex acantha ægyptia conſtat, cum ſucco roſarum, aut plantaginis iniectus. Aliqui adurentes, in depaſcentibus dyſenterijs congruentes, ex ſandaracha, arſenico, calce, charta vſta confecti, & cum ſucco lentis, aut orizæ iniecti: inteſtino tamen prius muria eloto, & vt laborantes antea cibum & potum aſſumpſerint, ne aliquid medicamentorũ facultatis ad ſtomachum rapiatur. Cæterum vtiles ſunt paſtilli qui per inferna inijciũtur, affectib. potiſsimũ malis quæ infra vmbilicũ ſunt: nã vis eorũ vlterius peruenire nõ poteſt. [b]Poſtquàm verò quid ſit paſtillus, & quot accipiatur modis diximus, nunc ſingulorum nomenclaturas & curationes exponemus, initio facto à paſtillo qui Myſterius nominatur.

[ a Obſtruendo.] *In codice Nicolai, vt etiã in Paulo, falſò legitur* ϖαρεμπάσσειν *pro* ϖαρεμπλάσσειν. [ b Poſtquam verò.] *Hic quædam in manuſcripto codice omiſſa ſunt, quæ ex lib. 7. cap. 12. Pauli, vnde hæc ad verbum deſcripſit Nicolaus, reſtitui poſſunt.*

Paſtillus Myſterios ad pleuriticos, vna duntaxat aſſum 1
ptione quod pollicetur efficiens, dolorẽ mitigans, rigore laborantibus ſtomachicis & iocineroſis conferens. Styracis calamitis, caſtorij, piperis communis, croci, ſing. ℥. ß. Hyoſcyami, exag. j. ß. Benè trita madefacito cum aqua calida, & finge paſtillos nucis ponticæ magnitudine. Vſu exigente dato paſtillum vnum, ex vino temperato.

Paſtillus ad ſpuentes ſanguinem, & cœliacos. Opij. ℥. iij. 2

Hyo

Hyoſcyami.ʒ.viij. Aniſi,ſeminis apij,ſingulorũ.ʒ.v.Spicæ nardi.ʒ.iiij.ß. Floris iunci odorati, croci,caſiæ, ſing.ʒ.iij. Mandragoræ corticis,ſtyracis,myrrhæ, ſingul.ʒ.v.Hypociſtidis,gallarum,balauſtiorum,ſingul.ʒ.j. Benè trita fermentato cum ſucco plantaginis minoris aut maioris, & finge paſtillos gallæ magnitudine, præbetoque pro viribus cum aqua pluuiali, aut decocto myrtorum, & rhois culinarij.

3 Paſtillus lienoſus,ex Galeno,expertus. Myrricæ fructus, piperis communis, ſingul.ʒ.iiij. Spicæ nardi, ammoniaci, ſingul.ʒ.ij. Ammoniacum diſſolue cum aceto, reliquis autem comminutis & probè ſubactis, finge paſtillos pondere ℥.j.præbeto cum oxymelite quod ſatis eſt bibendum.

4 Paſtillus ἀνωτερικός,hoc eſt,per ſuperna exhibendus,ad dyſentericos & cœliacos ꝓbatus. Acaciæ,aluminis ſciſsilis ſin.ʒ.ij.Gallarum alexandrinarum,myrrhæ,opij,ſing.ʒ.ij. Trita cum vino aminęo madefacito,& formatis paſtillis vtere.

5 Paſtillus ad iocineroſos,& morbo regio correptos valde bonus. Aniſi,ſeminis apij,aſari,amygdalarum amararum, abſinthij,ſingulorum.℥.ß. Trita madefacito cum aqua, & finge ſtillos,præbetoq;.℥.j.cum aqua calida.

6 Paſtillus ad nephreticos,& vrinæ ſtillicidum. Primùm autem accipe mercedem tuam:eſt enim probatus, & mirificus admodum. Piperis.ʒ.xv. Galbani.ʒ.ix. Vuarum, exemptis vinaceis. ʒ.iij. Benè leuigata digerito in paſtillos pondere ℥.j. & præbeto cum vino bono ſufficienti in introitu balnei,& miraberis.

7 Paſtillus ad lienoſos, probatus in porcello;tribus diebus. Seminis ericæ.ʒ.ij. Piperis albi,ſpicæ nardi,ammoniaci thymiamatis,rhei barbari,ſing.ʒ.j. Trita irrigato cum decocto eryngij ſufficienti, & finge paſtillos cum aceto ſcillitico, & præbeto cum oxymelite, aut droſato ſcillitico,pro viribus.

8 Paſtillus ad quartanas admodum probatus. Liquoris cyrenaici,piperis communis,myrrhæ, foliorum rutæ, ſingulorum.℥.j. Trita in paſtillos digerito pondere obolorum duorum,& præbeto cum oxymelite,pro viribus.

9 Paſtillus ad quartanas expertus,mirabilis omnino.Myrrhæ,gra.vij. Euforbij.piperis communis,cõmunis,ſin.ʒ.j.

Trita

Trita madefacito cum aceto ſcillitico, & finge paſtillos cũ melle deſpumato nucis ponticæ magnitudine, & præbeto cum oxymelite, aut decocto ſenæ, aut aſari, aut tamaricis.

Paſtillus Panchreſtos expertus, facit ad omne malum, 10 præcipuè verò ad eos qui vigilia citra carum domãtur. Reprimit fluxionẽ tonſillas exiccat, prodeſt cardiacis, iocineroſis, cholericis, lienoſis, colicis muliebrib. moleſtatis, & abortientibus, adeò vt fœtum retineat. Sedat quotidianas, tertianas, & quartanas, prima potione febrem ſoluens, ſecunda potione rigorem, tertia exurgere facit. Sæpe etiam ad ictus venenatorum conducit, exceptis tamen ijs qui ab aſpide demorſi ſunt. Confert ad difficultatem & ſtillicidium vrinæ, & hydropem. Summè prodeſt arthriticis, bis die in potu aſſumptus ante cibum, & ad noctem. Mitigat enim ipſis dolorẽ vt probatus & mirabilis. Liquoris papaueris. ℥. ij. Seminis hyoſcyami albi, glycyrrhizæ, ſingul. ʒ. j. Piperis eſui apti nigri. ℥. ij. Aniſi cretici. ℥. ß. quartam partem. Croci. ℥. j. Styracis calamitis, caſtorij, ſin. ℥. ß. Corticis mandragoræ. ℥. ß. Styracem, opiũ ſubigito cũ paſſo cretico: reliqua diligenter trita miſce, & excipe cum paſſo, fingeq́; paſtillos fabæ græcæ magnitudine, & præbeto paſtillum vnum cum vino temperato.

Paſtillus Corinthius nominatus, ad quotidianas, tertianas, quartanas, colicos, dyſentericos, ſanguinem ſpuentes, nõ cõcoquẽtes cibum, & difficilè appetentes, ad oculos fluxione laborãtes, aut tẽpora. Habet. * Deficiũt reliqua. 11

Paſtillus ad fluxionẽ oculi inhibitoriũ, probatũ. Acaciæ, 12 thuris, zingiberis, gummi, ſin. ℥. ß. Cochlearum exiguarũ cũ carnibus. ℥. ij. Trita cũ oui albo ſubacta, & digeſta in paſtillos dato.

Paſtillus Anicetos, hoc eſt inſuperabilis, admodũ bonus. 13 Aeris vſti. ʒ. xviij. Squamæ æris. ʒ. vj. Fimi colũbini, vuarũ ſylueſtrium, pyrethri, grani cnidij, canchryos, ariſtolochiæ lõgę & rotũdę, cumini, erucę ſeminis, ſalis cappadocici, ſin. ʒ. vj. Iridis, thuris maſculi, ſing. ʒ. j. ß. Salis ammoniaci. ʒ. xviij. Aeruginis raſilis. ʒ. xlviij. Sinapi. ʒ. lxxxiiij. Trita irrigato cũ decocto caricarum pinguium ſufficienti & vbi benè ſubegeris, formato paſtillos, & præbeto.

Paſtillus Philippi admodũ bonus. Balauſtiorũ ſtag. ß. Aciæ. 14

caciæ, ſtag. ij. ß. Hypociſtidis ſucci, opij, thuris, myrrhæ, crocomagmatis, gallarum, aloes flauæ, rhei pontici, baccarum myrti, ſidiorum, ſingul. ſtag. ß. Trita excipiuntur cum droſato myrtino, & finguntur paſtilli.

15 Paſtillus diarhodon ad dyſentericos & cœliacos probatus. Balauſtiorum, thuris, ſingulorum. ℥. ß. Terræ ſamiæ, terræ aſteris, ſigilli lemnij, ſin. ℥. ß. quartam partem. Lycij, croci, roſarum ſiccarum, rhois ſyriaci, panis ſicci, ſymphyti vſti, ſinopidis, acanthæ ægyptiæ, ſing. exag. ij. Opij, gummi, ſingul. ℥. ij. Trita excipe cum ſucco plantaginis maioris, & formatis paſtillis, dato ſtagium vnum. Paſtillus diarhodon.

16 Paſtillus Aſter nominatus, admodum mirificus, & probatus. Croci, opij, caſtorij, ſpicæ nardi, caſiæ, myrrhæ, lẽnij ſigilli, corticis mandragoræ, ſingul. ℥. j Seminis dauci, apij, aniſi, ſeſelis, & hyoſcyami, ſtyracis, ſing. ℥. ij. Trita fermentato cum vino bono, & formato paſtillos. Aſter.

17 Paſtillus nominatus Trigonos. Seminis apij & hyoſcyami, ſingul. ʒ. j. Aniſi. ʒ. ij. Opij. ʒ. j. Trita fermentato cum aqua, & finge paſtillos. Paſtillus trigonus.

18 Paſtillus de ſeminibus, mirabilis. Aniſi, apij, ſingulorum. ʒ. xij. Ammeos, hyoſcyami ſeminis, ſingul. ʒ. iij. Seminis fœniculi. ʒ. vj. Opij. ʒ. iiij. Trita fermentato cum aqua ſufficienti, & formato paſtillos. Paſtillus de ſeminibus.

19 Paſtillus è ſpina ægyptia. Spinæ ægyptiæ, rhois ſyriaci, thuris, acaciæ, aluminis ſciſsilis, gallarum, ſucci hypociſtidis, lemnij ſigilli, corallij, ſymphyti, ſamij aſteris, aloes flauæ, ladani, ſingulorũ. ℥. ß. Terito, fingitoq; paſtillos cum vino, & præbeto.

20 Paſtillus Clidios Oribaſij ad dyſentericos & cœliacos, probatus. Gallæ immaturæ. ʒ. iiij. Opij. ʒ. ij. Trita fermentato cum droſato myrtino, ac formato paſtillos, aut pilulas, & præbeto tres, aut quinque cubitum ituris.

21 Paſtillus Philippi vocatus, ad dyſentericos & cœliacos mirabilis. Balauſtiorum, acaciæ, ſucci hypociſtidis, opij, rhois ſyriaci, thuris, myrrhæ, croci, gallæ, aloes flauæ, rhei pontici, ſidiorum, myrtorum, ſing. ʒ. ij. Probè trita excipe cum vino auſtero, aut ſucco plantaginis minoris. formato paſtillos triobolares: & ſi febris abeſt, præbeto cum vino, febricitantibus autem cum hydromelite. Paſtillus Philippi

Paſtil-lus ex al chechen gi.

Paſtillus è veſicarijs, laudatus. Opij, ſeminis cucumis 22
ſatiui, apij. hyoſcyami, & ſeminis fœniculi, veſicariarum,
ſingul. ℥.j.ß. Amygdalarum amararum. ℥.ß. ʒ.j. Croci.
℥.j. Trita cum vino ſufficienti fermenteſcant, & formatis
paſtillis vtere.

Paſtillus è corallio probatus. Anagallidis. ℥.ß. Corallij, 23
rhei barbari, ſpicæ nardi, myrrhæ trogloditicæ, pæoniæ, caryophylli, maceris, ſingu. ℥.j. Ariſtolochiæ longæ & rotundæ, ſingul. ℥.ij. Trita fermenteſcãt cum ſucco plantaginis maioris, & fingantur paſtilli.

Paſtillus è corallio, ſimilis. Seminis hyoſcyami, thuris, 24
ſingulorum. ʒ.j.ß. Terræ ſamiæ, corallij, rubricæ ſinopicæ, opij, ſing. ʒ.j. Trita fermẽteſcant cum ſucco polygoni, & formentur paſtilli, qui vſu poſtulante præbeantur.

Paſtillus è corallio melior omnibus, & familiaris omni- 25
bus empiricis, præter opinionem dyſentericis conferens. Terræ aſteris, balauſtiorũ, corallij, ſucci hypociſtidis, acaciæ, myrrhæ, rhei pontici, dauci, omphacij, tragacanthæ, ſingul. ℥.ß. rhois [a] rubei. ℥.j.ß. Amyli, lemnij ſigilli, croci, ſingulorum. ℈.iij. Aluminis ſciſsilis. ℈.vj. Acanthæ ægyptiæ fructus. ℈.ij. Trita excipe cum ſucco plantaginis maioris, aut vino veteri ſufficienti, & formato paſtillos. Præbeto dormituris triobolum cum poſca.

[a Rubei.] *Gracè eſt* ἐρυθρῦ. *Actuarius autem legit Syriaci.*

Paſtillus ex ægyptia ſpina, quo crebro vtor, [a] quẽ Ga- 26
lenus Aphrodiſiaſticon clidion inſcribit. Medicamentum accõmodatũ ad ſanguinẽ ſpuentes, cœliacos, dyſentericos, & defluxione ſtomachi moleſtatos, probatus. Cytinorum, ſpinæ ægyptiæ fructus, balauſtiorum, acaciæ, ſucci hypociſtidis, ſing. ℥.iij. Lycij, rhei pontici, ſingul. ℥.ij. Myrrhæ, ℥.j. Trita excipiantur cum decocto myrtorum, aut roſarum, aut vini myrtini, & fingito paſtillos, ac præbeto pro viribus cum decocto roſarum, aut myrtorum, aut pampinorum vitis, aut palmularum, aut aquæ frigidæ pluuialis. Lycio autem haud præſente, conficito cum ſucco rhois coriarij, vt probatum, & mirabile.

[a Quem Galenus, &c.] *In codice manuſcripto ſimpliciter legitur* κλιδίον. *Sed vt ex Paulo ſatis liquet, ſcribendum,* ὃν γαληνὸς ἀφροδισιαστικὸν κλιδίον ἐπιγράφει.

Paſt

27 Paſtillus ex opio, ſomnum inducens, ad febricitantes, & cœliacos mirificus. Cinamomi, ſeminis apij, aniſi, & hyoſcyami, myrrhæ, opij cretici, croci veri, ſingul. exag. j. Trita fermenteſcant cum aqua tepida, & finge paſtillos exiguos. Præbeto ſingulis diebus dormituris vnum.

28 Paſtillus ad quartanas admodũ probatus, Opij, ſeminis rutæ & hyoſcyami, ſin. ℥. ß. Croci, exag. j. ß. Caſiæ. ℥. j. Sulphuris ignẽ nõ experti. ℥. ij. exa. j. ß. Trita fermẽteſcant cum aqua pluuiali, & fingito paſtillos. ℈. j pondere, præbetoq; cum poſca ante acceſsionis inuaſionem.

29 Paſtillus probatus, Nicephori, ad cœliacos. Sandarachæ. ℥. j. ß. Opij, exag. ij. Squamæ ferri. ℥. j. Squamæ æris. ℥. j exagium. j. Croci, exagia. ij. Calcis viuæ, aluminis ſciſſilis, panis vſti, ſingulorum. ℥. j. exagium. j. Trita excipito, & paſtillos formatos præbeto.

30 Paſtillus lienoſis conferens è Galeno, expertus. Seminis ericæ, piperis communis, ſingulorum, exagia. iiij. Spicæ nardi, ammoniaci, ſingulorum. exagia. ij. Ammoniacum diſſolue ſeorſim cum aceto, dein omnibus ſimul ſubactis finge paſtillos pondere. ℥. j. & bibendos præbe cum oxymelite.

31 Paſtillus qui per ſuperiora aſſumitur, ad dyſentericos & cœliacos, admodum probatus. Acaciæ, aluminis ſciſsi, gallarum alexandrinarum, myrrhæ, opij, ſingulorum. ℥. j. Trita fermenteſcant cum vino aminæo, & fingantur paſtilli, ac dentur cum decocto ſymphyti, myrtorum, roſarum, & rhois culinarij.

32 Paſtillus ad iocineroſos, & regio morbo laborantes, laudatus. Aniſi, apij, aſari, amygdalarum amararũ, abſinthij, ſingul. ℥. j. Trita fermenteſcant cum aqua pluuiali, & formentur paſtilli pondere. ℥. j. & præbeto.

33 Paſtillus nephreticus ad vrinæ ſtillicidiũ admodum laudatus, & probatus. Primũ verò mercedem accipe. Piperis. ℥. vij. ß. Galbani. ℥. iiij. ß. Vuarũ. ℥. j. ß. Chamæmeli ʒ. j. Radicis rubiæ. ʒ. ij. Trita fermenteſcant cum decocto chamęmeli, & fingantur paſtilli, quorum ſinguli pendeant. ℥. j. Datur in deſcenſu balnei cum vino, & miraberis.

34 Paſtillus ex electro, ſeu ſuccino. Pſyllij, iridis illyricę, maſtiches, electri, croci, ſin. ℥. j. Opij ℥. ij. In alio. ℥. iiij. haben-

tur. Terantur & formentur paſtilli, præbeanturq;.

Paſtillus è cornu ceruino ad dyſentericos, & ſpuentes 35 ſanguinem. Cochlearum terreſtrium. ʒ. vj. Cornu ceruini vſti, gallæ torrefactæ, acaciæ torrefactæ, ſingulorum. ʒ. ij. ß. obolos. vj. Baccarum myrti nigræ. ʒ. vij. ß. Opij torrefacti, ſucci hypociſtidis, ſingulorum. ʒ. ij. ß. Oenanthes. ʒ. iij. Succi radicis mandragoræ, terræ aſteris, ſingul. ʒ. vj. Rhois obſoniorum. ʒ. vij. Sidiorum torridorũ. ʒ. iij. Thuris. ʒ. iiij. Corticis pineæ torrefacti. ʒ. vij. Hyoſcyami toſti. ʒ. v. Rhois coriarij, ℔. j. ß. Rhu coquatur cum vino nigro, & craſsiſsimum fiat vinum, reliquaq; excipiantur, atq, cum vino paſtilli fingantur, denturq; pro viribus.

Paſtillus per inferiora inijciendus. Succi hypociſtidis, 36 opij, ſandarachæ, arſenici, ſquamæ æris, calcis viuæ, æris vſti, aluminis, lycij, omphacij, miſyos, rhois ſyriaci, roſarum aridarum, croci, ſing. ℥. j. Chartæ vſtæ. ℥. ij. Trita fermenteſcant cum aqua ſufficienti, & fingantur paſtilli.

Paſtillus amarus, ad iocineroſos, lienoſos, ſtomachicos, 37 & hydropicos admodum mirabilis. Seminis apij, aſari, abſinthij, amygdalarum amararum, aniſi, ſingulorum, ℔. ß. Trita fermenteſcant cum ſucco abſinthij, & formentur paſtilli, ac dentur cum oxymelite ſcillitico ſufficiente.

Paſtillus liquans lienem confeſtim. Ramorum tenerum 38 rubi, ammoniaci thymiamatis, ſingulorum. ʒ. iiij. Foliorum capparis. ʒ. ij. Fructus myricæ, quæ aſplenos dicitur, ſcillæ aſſatæ, piperis communis, ſingulorum. ʒ. j. Trita ingentur cum aqua, & fingantur paſtilli, denturq; cum oxymelite, miraberisq; eius effectum.

Paſtillus Leucos, hoc eſt albus vocatus, valde probatus. 39 Tragacanthæ, lithargyri, ſingulorum. ℔. ß. Sigilli lemnij, ℔. j. Ceruſſæ, ℔. ß. quartam partem. Thuris maſculi. ℥. iiij. ß. Trita fermenteſcant cum decocto myrti & papaueris, formenturq; paſtilli, dentur pro viribus vt admodum mirifici.

Paſtillus Anicetos appellatus. Aeris vſti. ℥. ß. quartam 40 partem. Squamæ æris, vuarum agreſtium, ariſtolochiæ rotundæ, cumini, ſeminis crucæ, ſalis cappadocici, ſingulorũ. ℥. iij. Iridis. ℥. ß. Thuris maſculi. ʒ. ß. quartam partem. Aeruginis raſilis, ℔. ij. Sinapi, ℔. j. ß. Trita fermẽteſcant cum decocto

decocto caricarum,fingantur paſtilli,ac præbeantur.

41 Paſtillus ex abſinthio hemicranicus. Succi abſinthij.ʒ. viij.Myrrhæ. ʒ.iiij. Opopanacis, euphorbij, ſingulorum. ℈ iij.Nitri,liquoris parthenici,ſingul.ʒ.ij.Piperis communis,ſagapeni,ſingu.ʒ.j,Trita fermenteſcant cum aceto albo,& formentur paſtilli,qui vſu poſtulante aceto diſſoluti illinantur,& poſt horas ſex lauato.Si verò vult parcè vti, cerato æquali excepta illine integras diem & noctem.

42 Paſtillus auricularis dictus,multæ efficaciæ ad aurium ſonitus,ac apponderatione conſonans. Dicunt autem non eſſe contingendum ægrotantem priuſquam mercedem accipias:in tribus enim aut quinque diebus omnem morbum aurium ſiue vetus aut recens fuerit,emendat corrigitúe,& confeſtim dolore vacare facit. Aurium doloribus auxiliatur,in oppoſitam aurem infuſum.Foliorum rutæ,zingiberis[a] troglodytici dolo vacantis,ſingu.ʒ.iij.Succi hyoſcyami.ʒ.ß.Opij nigri,amomi,croci corycei puri,ſingulorum. ʒ.ß.Baccarum lauri excorticatarum.ʒ.iij. Trita fermenteſcant cum lacte muliebri, & informato paſtillos quos in vmbra ſiccato.Vſu exigente cum lacte irrigato muliebri, infunde cum goſipio.

[a Troglodytici.] *In codice Nicolai non rectè* τρογλότιδος, *pra* τρωγλοδυτικῶ, *vel* τρωγλοδύτιδος *legitur*, *Puto enim* Nico*laum loqui de Zingibere quod in* Troglodytica *naſcitur*.

43 Paſtillus Amazonis nominatus. Seminis apij, aniſi, cinamomi,ſingulorum.ʒ.j.ß.Comę abſinthij.ʒ.ij.Myrrhę, piperis communis,opij,caſtorij, ſingul.ʒ.j. Trita fermenteſcant cum aqua,& formentur paſtilli,denturq;.

44 Polyidæ Sphragidis confectio. Aluminis ſciſsi. ʒ.j.ß. Thuris maſculi.ʒ.ij.Myrrhæ.ʒ.iiij.Chalcanthi, aloes flauæ,ſingulorum.ʒ.j.Cytinorum.ʒ.vj.Fellis taurini. ʒ.iij. aliàs.ʒ.viij.Trita irrigato cum vino auſtero ſufficienti, & rectè confectos dato. Polyidæ paſtillus

45 Crocomagmatis confectio admodum probata. Croci, exagia.xxv.Myrrhæ,roſarum aridarum,amyli, ſingulorũ exag.xij.ß.Amygdalarum,thuris maſculi, gummi, ſingul. exag.j.ß.Coſti,ſpicæ nardi,ſing.ʒ.quartam partem. Trita ſubiguntur vino bono,& exhibentur.

46 Paſtillus rubeus appellatus,ab Italis Rubea trochiſcata. Rubea trochiſcata.

Conferens tertianis,quartanis & quotidianis,datus tẽpore acceſsionis cũ ſtillaticio roſarũ liquore, aut cũ decocto ſenæ.põticæ nucis magnitudine. Si verò placet, hũc terito cũ ſtillaticio roſarũ liquore,& inũge pulſus manuũ, tẽpora,& nares. Glycyrrhizæ radicis,cinamomi, papaueris albi, aut capitũ papaueris,ſin.ʒ.iij.℈.j.gran. frumẽtacea.v. Croci, roſarum,hyoſcyami,& ſeminis apij,ſin.ʒ.ij.gra.xv.ß. Caryophylli,ſtyracis,opij,ſingul.ʒ.ß.Paſtillorum è croco, & diocri vocati,ſing.ʒ.xij.Myrrhæ,aniſi,ſin.ʒ.xv. Trita fermenteſcant cum melle attico,& fingito paſtillos,datoq́;.

Paſtillus diarhodòn, admodum probatus. Roſarum 47 viridium.ʒ.iij.Spodij.ʒ.ij.Santali rubei.ʒ.j.ß. gran.vij. Santali albi.ʒ.j.gran.xij. Croci.℈.ij. gran.xx. Caphuræ, gran.xij. Trita fermenteſcant cum ſtillaticio roſarum liquore,& formatis paſtillis vtere.

Paſtillus è violis.

Paſtillus [a] Diaion, hoc eſt, è violis nominatus. Semi- 48
nis papaueris.ʒ.ij.℈.j.Rhei barbari.℈.v.Seminis plantaginis minoris.ʒ.j.Balſami.℈.j. Trita ſubigantur cum ſtillaticio roſarum liquore,& formatos paſtillos exhibeto.

Diaion.

[a Diaion.] *In Nicolai codice græco, vt latinis etiam corruptè admodum legitur, ὁ διάβης, pro ὁ διὰ ἴων, hoc eſt, è violis. Sic enim apud Actuarium rectè quidem legi conſtat. Vel hæ duæ dictiones de violis non ſunt integræ prolatæ. Nam in latinis codicibus nõnullis legitur diaui conciſe, pro de violis.*

Paſtillus [a] Diocres,probatus valde. Amomi.ʒ.j. Cina- 49
momi,folij.myrrhæ,caſiæ ligneæ,ſingulorum.ʒ.ß.Spicæ.℈.j.Opobalſami,coſti,iunci odorati floris, calami odorati, xylobalſami,aſari, phu, ſingulorum, gran.xv. Maſtiches, fœniculi,ſingulorum,gran.vj.[b] Tamaricis,gran.viij. Trita madefiant cum vino aſcalonite,& fingantur paſtilli,ſiccentur cum fumo ſtyracis,& dentur.

[a Diocres.] *Manuſcriptus codex lagit διόχρης, vt etiam latinus. Conſtat autem barbaram eſſe dictionem.* [b Tamaricis.] *In codice manuſcripto perperàm μύριγγος. pro μυρίκης legitur. Eam enim genuinam eſſe lectionem, è latinis etiam codicibus abundè patet.*

Paſtillus è croco. * Deficit Croci.ʒ.iij.Roſarum,am- 50
meos,myrrhæ, ſingulorum.ʒ.j.ß. Ligni aloes.℈.ij. Trita fermenteſcant cum ſtillaticio roſarum liquore, & formentur paſtilli,qui vt probati exhibeantur.

Paſt

51 Paſtillus ſcilliticus, mirabilis valde. Scillam extrinſecus fermento oblatam aſſato benè in clibano. Adijce illi farinam eruinam,& rurſus ſimul contundito,dein fermentato cũ bono vino,& vbi exceperis,formato paſtillos,& dato.

52 Paſtillus Spodios cognominatus. Spodij.ʒ.iiij.Roſarũ,ʒ.vij.Seminis portulacę,ſucci glycyrrhizę,ſin.ʒ.ij.trita fermẽteſcãt cũ ſucco ſeminis lini,& exiccati in vſum referant.

Paſtillus è ſpodio

53 Paſtillus è vipera. Alij dicunt quòd conficiatur ex alia fera,quam Itali Tirum vocant. Accipe tirum, ſiue viperã quamcunq; inueneris,& amputatis à capite ac cauda ternis digitis,deinde quod medium eſt arripe,cuteq; detracta,& interaneis omnibus abiectis,reliquum corpus ablutum & probè repurgatum in ollam cum aqua cohijce, & coquito benè:poſtea eximito,& probè oſſa vndiquaq; purgato:carnibusq; in mortarium coniectis,& benè contuſis, admiſce illis farinæ eruinæ,aut panis vſti puri,quod ſatis eſt,vt fingi paſtilli queant.vbi probè ſubacta fuerint,formato paſtillos,quibus vtere.

Paſtillus è vipera, vel theriacus.

54 Paſtillus à corrallio,admodum bonus. Corallij rubei, cinamomi,amomi,papaueris, myrrhæ.ſingul.ʒ.iiij.Floris iunci odorati,croci,ſingul.ʒ.ij.Calami odorati, xylobalſami,caſiæ ligneæ,maſtiches,polij,folij,aut phu,aſari,perdicij herbæ,per quam inficiunt veras[a] lanas,ſing.ʒ.j.Trita fermenteſcant cum droſato,aut vino ſufficienti, & formentur paſtilli,quorum ſinguli pendeant exagium vnum. Præbeto ad vſum.

[a Lanas.] *Manuſcriptus codex legit* κήρια, *falſo pro* ἔρια. *Lanas autem perdicio infici, Plinius teſtatur.*

55 Paſtillus è lacca,ad iocineroſos,lienoſos,& ſtomachicos à calore factos.probatus. Laccę qua tingũt fullones,roſarũ, ſpodij,abſinthij,ſacchari,ſucci eupatorij,ſingul.ʒ.iij.Rhei barbari.ʒ.iiij.Floris iunci odorati.ʒ.ij. Trita fermenteſcant cum ſucco fœniculi,aut intybi, & fingantur paſtilli, denturq; cum ſucco malorum punicorum.

56 Paſtillus ex rheobarbaro,ad hypochõdriacos,materia refertos,iocineroſos,lienoſos, ſtomachumq; imbecillum habentes roborat. Roſarum,abſinthij,rhei barbari,ſingul.ʒ.iij. Spodij, ſpicæ,floris iunci odorati,laccæ, eupatorij ſucci, ſingulorum.ʒ.j. Santali citrini,croci, xylocaſiæ, traga

Paſtillus è Rheobarbaro

gacanthæ,maſtiches, ſing.℈.ij.Trita fermenteſcant cum ſucco fœniculi,& fingantur paſtilli, qui exhibeantur cum decocto fœniculi.

Paſtillus ex aniſo,ad iocineroſos,lienoſos, ſtomachi- 57
cos, & inflatos. Aniſi,roſarum,fœniculi,ſing.ʒ.vij. Rhei barbari.ʒ.j.Succi glycyrrhizæ,floris iunci odorati,laccæ, maſtiches,ſpicæ,eupatorij,ſing.ʒ.iij. Xylocaſiæ,aſari,abſinthij,ſpodij,ſing.ʒ.ij. Trita fermenteſcant cum ſucco rutæ,& fingantur paſtilli,qui cum decocto fœniculi ſufficiẽti præbeantur.

Paſtillus ex abſinthio,ad eos quibus refrigeratus eſt 58
ſtomachus,iocineroſos,ſtomachicos,& habentes tumorem in iecore valde bonus. Abſinthij,fœniculi,aniſi,roſarum, amygdalarum amararũ,ſing.ʒ.iij. Aſari,ſpicæ, floris iunci odorati,apij,ſing.ʒ.ij. Rhei barbari,ſucci eupatorij,ſin.ʒ.j. Trita fermenteſcant cum ſucco intybi,& formentur paſtilli,qui pro viribus exhibeantur.

Paſtillus ex eupatorio,ad iocineroſos,lienoſos,ſtoma- 59
chicos,& eos qui malum corporis incurrent. Abſinthij,floris iunci odorati,ſucci eupatorij, roſarum fœniculi,maſtiches,ſing.ʒ.iij. Rhei barbari,aniſi,tragacanthæ,ſantali citrini,ſpodij,ſingu.ʒ.j.ſ. Trita fermenteſcant cũ ſucco intybi,& formentur paſtilli,quorum ſinguli pendeãt exag. j. Dentur cum decocto intybi,aut droſato acido,qui oxoſachar nominatur,aut acido punicorum ſucco.

Paſtillus diarhodôn,ad iocineroſos,& ſtomachicos 60
præter opinionem faciẽs. Roſarum.ʒ.x. Glycyrrhizæ.ʒ.vj. Floris iunci odorati,ſpicę,fœniculi,ſpodij,tragacanthę, ſing.ʒ.ij. Trita fermenteſcant cum ſucco intybi,fingantur paſtilli,quorum ſinguli.ʒ.j.adæquent. Præbeantut cum ſucco punicorum.

Paſtillus è ſpodio

Paſtillus è ſpodio,ad colorẽ iecoris, & febres acutas, 61
atq; ardentes,mirabilis. Roſarũ.ʒ.iij. Spodij,ſeminis portulacæ,ſucci glycyrrhizæ,ſing.ʒ.ij. Tragacanthæ,amyli, ſing.ʒ.j. Sacchari.ʒ.iiij. Trita fermẽteſcant cũ ſucco pſyllij,& fingantur paſtilli,qui cum ſucco pſyllij præbeantur.

Paſtilli è caphura ad calorem iecoris. Roſarum,gum- 62
mi arabici,tragacanthæ,ſpodij,ſingul.ʒ.iiij. Seminum cucumerum, ſeminis portulacæ,glycyrrhizæ, ſingul.ʒ.viij.
Cro

Croci.ʒ.ij. Amyli.ʒ.iij.Caphuræ.ʒ.ß.Trita fermẽteſcant cum ſucco pſyllij, & formentur paſtilli, de quibus detur quantum volueris.

63 Paſtillus è tribus ſantalis,ad iocineris calorẽ, immodicam ſitim,linguę ariditatem,& febres ardentes.Roſarum, ſpodij,ſacchari,ſingulo.ʒ.iiij. Trium ſantalorum,ſeminis portulacæ, ſucci glycyrrhizæ,ſeminis peponis & cucumeris, caphuræ, tragacanthæ, ſingulorum.℥.ß. Fermenteſcant cum ſucco pſyllij, aut mali punici,& fingãtur paſtilli, præbeantur cum pondere thuris, aut ſucco dulcis calami.

64 Paſtillus è berberis,hoc eſt oxyacantha ægyptia. Berberis,ſpodij,ſucci glycyrrhizæ,ſeminis portulacæ, ſing.ʒ. iij.Roſarum.ʒ.vj.Spicæ,amyli,tragacanthæ,ſin.ʒ.j.Seminis anguriæ.ʒ.j.ß.Caphuræ.ʒ.ß.Trita fermenteſcant cũ aqua,finganturq́; paſtilli,qui dentur. Paſtilli è berberis

65 Paſtillus è berberis, hoc eſt, oxyacantha. Succi berberis.ʒ.j.Succi intybi,ſeminis intybi,anguriæ,& portulacæ, ſing.ʒ.iij,Roſarum.ʒ.ij.Rhei barbari.ʒ.j.Senæ,ſpicæ,ſingul.ʒ.ß.Trita fermenteſcant cum aqua, formenturq́; paſtilli pondere exagij vnius,& præbeantur.

66 Paſtillus ex eupatorio,ad iocineroſos, lienoſos, ſtomachicos,& hypochondria ſublata murrantia. Spicæ, eupatorij ſucci,ſeminis fœniculi,aniſi,ſucci abſinthij,ſing.ʒ.ij. Rhei barbari.ʒ.j. Santali citrini,croci, xylocaſiæ, maſtiches,ſin.℈.ij.Spodij.ʒ.j.Trita fermẽteſcant cũ ſucco fœniculi ſufficienti,& formẽtur paſtilli.Detur vnus,eſt enim laudatus,& probatus.

67 Paſtillus è Sena,ad lienóſos,iocineroſos, & melancholicos admodum bonus.Aſari,ſenæ,ſpicæ, ſingulo.ſtag.j.ß. Rhei barbari,ſtag.ß.Seminis portulacę,roſarum,cinamomi,ſing.ʒ.iij.Seminis lactucæ,intybi,agni,cyperi,ſingul. exag.ij.gra.iiij.Trita fermenteſcant cum ſucco fœniculi, formentur paſtilli,deturq́; vnus.

68 Paſtillus Criogenes, ad grandines in oculis valde bonus. Ariſtolochiæ rotundæ, ſquamæ æris vſti, æruginis, aluminis ſciſsilis, & rotundi, zingiberis, ſucci herbæ verbenacæ rectæ, ſingulorum.ʒ.j.℈.ij. grana.v.Trita fermenteſcant cũ aceto, formentur paſtilli, &dentur.

69 Paſtillus ad oxænas, admodum probatus. Cadmiæ

ter vſtæ, & vino reſtinctæ, molybdenæ, plumbi vſti, lithargiri, ſpicæ nardi, thuris maſculi, foliorum cypariſsi, ſabinę, gallarum, lycij indici, gummi, ſing. ℥. iiij. Ceruſſæ, [a] glaucij, nitri aut rubricæ, folij, balauſtiorum, floris iunci odorati, acaciæ, aloes flauæ, ſing. ℥. viij. Foliorum & florum roſarum, ſing. ℈. vj. Trita fermenteſcant cum aceto, & fingantur paſtilli, qui diſſoluti cum vino præbeantur.

[a Glaucij.] *In manuſcripto codice legitur γραυκιο, pro γλαυκιο.*

Paſtillus ad cardiacos, animo deficientes, reſolutos, & 70
eos qui craſſos humores in ſuperiore ventre accruant, animi defectionem inducentes, & ad ſanguinis fruſtrationé. Corallij. ℥. j. Maſtiches, exag. j. Ambaris. ℥. ß. Spicæ, ligni aloes, caryophylli, cinamomi, galliæ moſchatæ, aliptæ moſchatæ, nucis moſchatæ, cubebæ, cardamomi exigui & magni, caryophylli magni, ſerici vſti, ſeminis ocymi. ſingulorum exag. j. Oſſa cordis ceruini quatuor. Florum borraginis, & roſmarini, foliorum citri, aut citreæ foliorum, ſing. exag. j. Ramenti oſsis elephantis, oſsis naris purpuræ, margaritarum, ſing, exag. ß. Saphyri. ℥. ß. Lapidis armenij, lapidis lazuli, ſingulorum. ℥. j. Moſchi, ſiliq. ij. ß. Berberis, exa. j. Auri puri, exag. ß. Trita fermentato cum ſucco borraginis & bugloſsi, fingitoq; paſtillos, pondere. ℥. j. Vſu poſcente dato quantum lubet manè ieiuno cum vino veteri ſufficiente.

Paſtillus è moſcho, ad ſyncopen cordis, & animi defe- 71
ctionem, ſanguinisq; fruſtrationem, craſſos item humores in ſuperiore ventre redundantes, & inducentes animi defectionem. Maſtiches, ſpicæ, ligni aloes, cinamomi, caryophylli, galliæ moſchatæ, nucis moſchatę, cubebę, cardamomi parui & magni, corticis citrij carnis, ſingu. exag. j. Moſchi, ſiliq. ij. ß. Oſſa cordis ceruini. iij. Berberis, exag. ß. Trita fermenteſcant cum vino, & formato paſtillos, dato manè ieiuno cum vino bono ſufficiente.

Paſtillus ad eos qui morbo comitiali capti ſunt, Ar- 72
chigenis. Impetiginis equi quę iuxta genua habetur. ℥. xij. Caſtorij, galbani, ſingulo. ℥. vj. Serpylli. ℥. iiij. Hæc probè læuigata fermenteſcant cum aceto, & fingantur paſtilli triobolares. detur vnus cum oxymelitis cyathis duobus, diebus. xl. per interualla.

Paſt

73 Paſtillus Archigenis,ad eos qui morbo comitiali laborant,& per circuitus conuelluntur, aut ilei dolore moleſtantur,aut capitis dolore affligũtur. Caſtorij,abrotoni.panacis radicis,pyrethri,croci,ſin. ʒ.viij. Rutę ſylueſtris ſeminis,myrrhæ,piperis communis,ſing. ʒ.iiij. Benè trita fermenteſcant cũ aceto ſcillitico,finganturq; paſtilli pondere ʒ.j. Detur vnus febre vacantibus cum aceto ſcillitico. Febricitantibus autẽ in remiſsione,aut interuallis, cum mulſa tribus diebus. Dein tres intermittens dies,iterum tribus diebus dato. Poſt tres dies intermittẽs,dato alijs tribus. Et vniuerſæ exhibitiones ſimul ſint nouem. Hoc facit etiã ad arthriticos,ducit menſes mulieribus in neceſsitate.

74 Paſtillus ad æſtiuas vſtiones,vniuerſum corpus odoratom faciens. Caſiæ,iridis,myrrhæ,aluminis boni,ſingu. ℥. ß. Trita fermenteſcant cum vino odorato,& formentur paſtilli,qui dentur vſu poſtulante.

75 Paſtilius Capniſtos à fumo dictus,ad tuſsientes, & nõ niſi recta ceruice ſpirantes,valde Probatus. Abrotoni,ſandarachæ,ſinapi,cardamomi, ſing. ℥ ß. Trita fermẽteſcant cum aqua,& finge paſtillos,vſuq; exigente ſuper carbones ponito,& ſuffito per infundibulum, vt æger fumum per os excipiat.

76 Paſtillus ad tuſsientes,& non niſi recta ceruice ſpirantes ſuffumigabilis,ſimilis. Arſenici,aluminis ſciſsilis,[a] ſabinæ,hordei,aut farinæ, hordei, radicis chamædryos, corij vitis,maſtiches,chamæleuces,hoc eſt vngulæ caballinæ lingua italica dictæ,coſti,lutei ouorum,ſingul. ℥.j. Trita fermenteſcant cum luteis ouorum,formenturq; paſtilli, quibus ſuffito ieiunum, & dormiturum.

[a Sabinæ.] *Manuſcriptus codex legit* κράντιου, *fortè pro* βρέκτου.

77 Paſtillus ex electro,ſeu ſuccino,probatus. Fœnigræci, iridis illyricæ,maſtiches,electri,croci,ſing. ʒ.iij. Opij. ʒ.vj. aliàs. ʒ.xij. Conterantur,& fingantur paſtilli ad vſum.

78 Paſtillus Doſithei, ad excreantes ſanguinẽm & tuſſientes laudatus. Ramorum rubi tenerrimorum, radicis ſymphyti, fructus ſpinæ ægyptiæ, ſucci hypociſtidis, lycij, opij,thuris, rhei barbari, terræ aſteris,ſingulorum. ℥.j. Rhois culinarij. ℥.j.ß. Roſarum aridarum. ℥. ij. Myrti baccarum. ℥.ij.ß. Croci, lęmnij ſigilli, corticis

ma

maceris, ſingulorum.℥.ß.ʒ.j. Trita fermenteſcant cum ſucco arnogloſsi, aut vino[a] paſſo, fingãturque paſtilli, q̃ præbeantur cũ decocto ſymphyti, at polygoni, aut arnogloſsi.
[ a Paſſo.] *In codice Nicolai eſt* ἀπαθίτου *ſcriptum. In Aetio autem* ἀπάθητι, *pro* πατήτου. *Eſt autem* πατητὸς, *hoc eſt paſſum, quod vuis diutius in vite à ſole aduſtis, aut ſponte defluit, aut exprimitur.*

paſtillus ad excreantes ſanguinem, quo crebrò vtor, benè probatus. Terræ aſteris.℥.j.ß. Amyli recentis.℥.ij.ß. Tragacanthæ.℥.ß.ʒ.j. Gummi.℥.j.ß. Glutinis piſcium.℥.ß. Ichthyocollam more eorum qui arcus faciunt diſſoluito, macerando hãc tribus diebus in aceto acerrimo, repurgandoq; & membranoſum quod in ea eſt auferẽdo. Quarta verò die exemptam paulatim in mortario contundito, & exquiſitiſsimè læuigato: ad lęuigandum enim contumax eſt. Vbi autem exquiſitè læuigaueris, conijce in acetum, ac in æreo aut ferreo aliquo vaſe coquito ad calidum cinerem & crebrò iuſto tempore agitato, donec craſsiſsima euadat. Dein coniectam in mortarium plurimùm lęuigato. Poſtea in promptu ſint ſingulæ prædictæ ſpecies, ſeorſim contuſæ & accuratè cribratæ, potiſsimùm verò tragacantham [a] in mortarium ad diſſolutam ichthyocollam inſperge, & exquiſitè vnita excipe lancibus vitreis ſolidis & exiccato, formando paſtillos mediocres. Moram aliquam dum formantur requirũt. Exhibetur paſtillus vnus cũ poſca, magna fiducia 79
[ a In mortariũ, &c.] *In codice Nicolai legitur* ἐν τῇ διαλυθείσῃ *ſimpliciter, quum ex Aetio potiùs ſit ſcribendum* ἐν τῇ θυίᾳ τῇ διαλυθείσῃ. [ b Lancibus vitreis.] *Manuſcriptus codex habet* ἐρ πίνακι ἢ ἐρ ἥλοις στερεοῖς *falſò admodum, pro* πίναξιν ὑαλίνοις στερεοῖς.

Paſtillus è ſemine lini, ad eos qui abſceſſu laborãt, tuſsiẽtes, & ſupuratos. Farinæ ſeminis lini, vuarum exemptis vinaceis, ſingul.℔.ß. Pinearum, amygdalarum amararum & dulcium, ſing.℥.iij. Auellanarũ, terebinthinæ, iridis rubeę ſing.℥.ß. Myrrhæ, croci, thuris maſculi, ſing. exag.j.ß. Hæc in mortario benè tuſa cum lacte aſinino fermenteſcant, & digerantur in paſtillos ad vſum, qui madefiant cum droſato chamæleuces, aut ex iride, ac præbeantur cum aqua calida. Si verò non madefeceris cum droſato, in modum eligmatis dato ieiuno manè & veſperi, põdere cochlearij vnius. Aut quod paſtillo ſumptum eſt terito, maſaci toque cum 80

dro

droſato chamęleuces, & factis, hypoglotijs, præbeto vt ſub lingua retineat æger.

81 Paſtillus ad ſuppuratos, abſceſſu laborantes, & tuſsientes, probatus vt prædictus. Cardamomi. ℥.iiij. Sagapeni, myrrhæ, ſingulorum. ℥.ij. Opij, caſtorij, ſingulorum. ℥.j. Piperis. ℥.*ß*. Trita fermenteſcant cum aqua ſufficienti, formenturque paſtilli [a] quorum ſinguli pendeant obolos duos. Præbeatur vnus cum aqua calida.

[ a Quorum ſinguli: &c.] *In manuſcripto codice perperàm ſcribitur* ἀναβολῶν β, *pro* ἀνὰ ὀβολῶν β.

82 Paſtillus ad eos qui abſceſſu laborant, tuſsientes & ſuppuratos, citò pus faciens expuere, admodum laudatus. Terebinthinæ, ſtyracis, ſingul. ʒ. iiij. Myrrhæ ʒ.ij.*ß*. Croci, iridis, galbani, ſing. ʒ.ij. Seminis hyoſcyami, corticis mandragoræ, eryſimi torrefacti, opopanacis, ſing. ʒ.j. Piperis communis, aphonitri, ſingulorum. ʒ.*ß*. Trita fermenteſcãt cum vino paſſo bono, fingantur paſtilli obolos duos pendentes, quorum vnus detur cum melicrati cyathis duobus, aut tribus.

83 Paſtillus ad ſuppuratos, & tabidos. Seminis cucumeris ſylueſtris excorticati (aliq pro ſylueſtris, fatuæ cucumeris ſemen inijciunt) duplam partẽ. ℥.iiij. Amygdalarum excorticatarum. ℥.ij. Seminis lini, ſeminis papaueris albi, ſin. ℥.j. Trita fermenteſcant cum decocto tragacanthæ, fingantur paſtilli, qui dentur pro viribus, ijs quidem. ℥.j. alijs verò oboli duo. Vacantibus febre cum vino dulci, febricitantibus autem cum decocto myrtorum.

84 Paſtillus amarus nominatus. Seminis apij, aniſi, ſing. ℥.j.*ß*. Abſinthij, gummi, ſingulorum. ℥.j. Myrrhæ, piperis communis, opij, caſtorij, cinamomi, ſingul. ℥.*ß*. Trita fermenteſcãt cum aqua ſufficienti, & fingantur paſtilli. Præbeatur perfectis pondus. ℥.j. Galenus verò citra mirrham conſueuit hoc medicamentum conficere, propter eius vim medicamentoſam, pro ea admiſcens piperis communis. ℥.*ß*. Datur igitur ſtomaticis cum vini diluti cyathis tribus, Cholericis cum frigida aqua. His verò qui cibum vomunt, ſiquidem laborans ſitibundus fuerit, & ſenſus caloris in ore ventriculi appauerit, frigidæque potioni per ſanitatem aſſueuerit, cum aqua frigida præbetur ſimiliter. Si minus, cum

calida

calida. Cœliacis aũt & dyſentericis, cum decocto myrtorũ. Lienoſis cum oxymelitis calidi cyathis tribus.

Paſtillus Aſclepiadis valde, probatus ad imbecillitatem ventriculi, & eos qui acidum ructant. Nominatur autem Anicetus Aſter. Medicamentum accomodatum, dolorem leniens, ſomnum inducens, multi vſus Morbos ſtomachi ſanat mirabiliter, & acidos ructus, concoctionisq́, imbecillitatem curat. Cruciatus iuxta vmbilicum & inteſtina, vertigines, inflationesq́; ſanat. Facit ad capitis dolores, potus, extrinſecusq́; fronti illitus, aceto dilutus. Auxiliatur doloribus aurium, cum ſucco perdicij diſſolutus. Et ad [a] oculorum dolores, leuigatus, & cum galbano exceptus, aut liquore ficus ſyncipiti impoſitus. In lippientibus valet cum vino dulci in lana impoſitus. His quibus tonſillę laborant, datur cum vino tepido gargariſandus, aut cum mulſa. Ad omnẽ ſanguinis eruptionẽ, cum vino myrtite diſſolutus. Facit ad ad veteres tuſſes, & deſtillationes, atque ad recentes affectus cum vino ſcibelite, aut theræo dilutus. Confert ſuppuratis, tabidis, diſſolutus decocto marrubij. Prodeſt dyſentericis, cholericis, cum ſucco rutæ diſſolutus. Facit ad omnem plagam herpetis, cum rutæ decocto potus. Soluit etiã acceſsiones per circuitum factas, potus duabus ante inuaſionem horis cum vini diluti cyathis tribus. Ducit etiam certò mulieribus menſes, cum decocto artemiſiæ potus. Facit ad veſicæ affectus mulſo diſſolutus ſimiliter. Præfocatione vteri laborantibus auxiliatur potus. Pari ratione podagricis, arthriticis, cum decocto gentianæ diſſolutus & potus confert. Lemnij ſigilli, caſtorij, myrrhæ, ſpicæ nardi, caſiæ, corticis mandragoræ, ſing. ℥. j. Croci, opij, ſin. ℥. j. ß. Seminis dauci, ſtiracis, aniſi, ſeſelis, ſeminis hyoſcyami, ſingul. ℥. ij. Myrrham, ſtyracem, & opium vino odorato diſſolue, reliqua tuſa & cribrata inſpergito, & omnibus ſimul vnitis formato paſtillos ciceris magnitudine, exiccatisq́; in vmbra vtere vt probatis. 85

[ a Oculorum dolores.] *Græcus codex legit non rectè ὠταλγίαν pro ὀφθαλγίαν.*

Paſtillus Aſteris, ad cœliacos probatus. Croci, opij: caſtorij, ſpicæ nardi, caſiæ, myrrhæ, lemnij, ſigilli, corticis mãdragoræ, ſing. ℥. ij. Seminis dauci & apij, aniſi, ſeſelis, hyoſcya 86

ſcya

ſcyami ſeminis,ſtyracis, ſingulorum.ʒ.iiij. Trita fermenteſcant cum vino, & fingantur paſtilli ad vſum.

87 Paſtillus ad cholicos,ex calamintha. Ciperi,myrrhę,aniſi,dictāni,petroſelini, piperis communis, ſing.℥.ß. Spicæ, nardi ammoniaci,calaminthæ.ſing.ʒ.iiij. Caſiæ, ſtyracis, ſingul.℥.v. Trita fermenteſcant cum aqua, & formentur paſtilli nucis ponticæ magnitudine. Exiccētur in vmbra & non ferbricitātibus detur vnus cum condito. Febricitantibus autem cum mulſa,

88 Paſtillus cholicus, concoctionem iuuans. Cumini,rutæ oui,ſing.ʒ.ß.Myrrhę,caſtorij,ſing.ʒ.j. Trita fermenteſcāt cum vino,formentur paſtilli,& dentur.

89 Paſtillus infuſilis[a] nomine vacans. Ouorum.ʒ.iiij. Seminis apij.ʒ.vj. Caſtorij.ʒ.iiij. Spicæ nardi.℥.ij. Myrrhæ, gran.xv. Aluminis ſciſsilis. ʒ.iij. Terito & formato paſtillos. Vſu poſtulante accipe de ijs.ʒ.ij. diſſolutas in vino & oleo rutaceo, & inijce tepidum vt probatum.

[a Nomine vacans.] *Manuſcriptus codex falſo ἀνόμοιος legit, pro ὅμοιος ſimpliciter, vel ἀνώνυμος.*

90 Paſtillus infuſilis nominatus, ad dyſentericos & cœliacos valde laudatus, Acaciæ,aluminis ſciſsi alexandrini,gallarum,opij, ſing.℥.ß. Trita fermenteſcant cum vino aminęo,& fingātur paſtilli. Conijciātur in enema,pro viribus.

91 Paſtillus infuſilis,ad dyſentericos, cœliacos, admodum mirificus & probatus. Succi hypociſtidis.opij, ſandarachæ, arſenici,ſquamæ æris,calcis,aluminis ſciſsi,æris vſti, lycij, omphacij,miſyos, rhois ſyriaci, roſarum aridarum, croci, ſingul.ʒ.ß. Chartæ vſtæ.ʒ.j. Trita fermenteſcant cū aqua & fingantur paſtilli,ac dentur.

92 Paſtillus ex ſpina ægyptia,ad dyſentericos,& cœliacos probatus: Spinæ ægyptiæ,rhois,thuris maſculi,acaciæ, aluminis ſciſsi,ſucci hypociſthidis,gallarum,lemnij[a] ſigilli,corallij,ſymphyti ſamię aſteris,aloes flauę,ladani,ſin.℥.j. Trita fermētèſcāt cūvino odorato & fingātur paſtilli ac dētur.

[a Sigilli.] *In codice Nicolai deprauatè σχιστῆς pro σφραγῖδος legitur.*

93 Paſtillus Trigonus appellatus. Seminis apij.℥.j. Hyoſcyami,opij, aniſi, ſingulorum.℥.ß. Trita fermenteſcant cum aqua pluuiali,& formentur paſtilli,præbeanturq́;.

94 Paſtillus ad dyſentericos, & cœliacos. Rhois culinarij, pipę

piperis communis, ſingulorũ. ℥. ij. Myrrhæ, croci, acaciæ, corticis loti, ramenti, ammeos, ſing. ℥. j. Spicæ nardi, lycij ſucci gallarum, opij, aniſi, aloes flauæ, ſing. ℥. ß. Trita fermenteſcant cum ſucco rubi, fingantur paſtilli, & detur dormituris triobolus cum aqua, febricicantibus veró cum frigida.

Paſtillus ad dyſentericos, & cœliacos admodum proba 95
tus. Aniſi. apij ſeminum, ammeos, ſucci hypociſtidis, balauſtiorum, ſeminis hyoſcyami albi, ſingulorum. ℥. iiij. Trita fermentato cum vino, fingitoq; paſtillos, & præbeto. Perfectum pondus. ℥. j. cum aquæ calidæ cyathis decem.

Paſtillus Oribaſij, valde bonus. Opij, croci, lycij, acacię 96
rhois, thuris, gallarum, hypociſtidis, ſidiorum, aloes, myrrhæ, ſingul. ℥ j. Trita fermẽteſcant cum ſucco hypociſtidis finganturq; paſtilli, qui dentur cum aqua pluuiali.

Paſtillus infuſilis ad dyſentericos, nominatus Nym- 97
phodoti, ad [a] depaſcentia, omnibus præſtantior, quemadmodum experti ſumus, ait Archigenes, compoſitus quidem vt Fauſtinus: diſſonans autem in Arſenici appõderatione, opere aũt lõgè efficacior eo apparet Chartę vſtę. ℈. vij. ß. Arſenici. ℈. ij. [b] Calcis viuæ. ℈. ij. ß. Sandarachæ. ℈ j. ß. Vini auſteri. [c] ℈ ß. quartam partem. Coquito vinum ſolum quo ad [d] tertia pars remaneat. Dein arida læuigato in mortario, & ſubigito ad conſiſtentiam, fingitoq; paſtillos pondere. ℥. ij. aut. ℥. j. &. ß. aut. ℥. j. Vtere pro ægri viribus. Infunduntur cum vino & aqua pluuiali. Sint autem aquæ incocta rhus ſyriaca, lenticula, roſæ rubeæ aridæ, oriza, & ruta. Vinum verò coctum ſit cum myrtorum nigrorum ſummitatibus, & fructibus, ita vt vtrorũq; humor ſit mẽſura cotylæ vnius, & probè confectum & ſubactum inijce vt valde mirificum, & probatum.

[ a Ad depaſcentia, &c. ] *Hic locus in manuſcripto codice totus deprauatus eſt. Ita enim illic legitur* πρὸς τὰ νιμώμενα πάντα ποιῶν ἄμυνον. ὡς πεῖραν ἐγνωκέναι ἐξαὐτοῦ φησὶν ἀρχιγένης συγκειμένου μὲν ὡς φαύστινον διαφωνῶν δὲ *&c. Quum ita potius ſcribendum erat:* πρὸς τὰ νεμόμενα πάντων ἄμυνον ποιῶν ὡς πεπειράμεθα φησὶν ἀρχιγένης συγκείμενος μὲν ὡς φαυστῖνος *&c.* [ b Calcis viuæ. ] *Codex Nicolai habet.* τιτάνιως *Aetius verò* ἀσβίσου.

[ c ℈. ß. ] *Haud dubiè hoc pondus deprauatum eſt, quod ſequentia*

*etiam*

*etiam monſtrant, & in Aetio diſertè exprimuntur ſextarij tres.* [c Tertia pars.] *In Nicolai codice falſò legitur ὁ τίτοσ, pro τὸ τρίτον.*

98 Paſtillus fuſilis ad dyſentericos, cuius multam habemus experientiam, Eſt enim mirabilis ad depaſcentia vlcera, vt non ſolùm ad dyſentericos, verumetiam ad gingiuas putreſcentes, & omnes nomas conferat. Calcis, arſenici, chartæ vſtæ, ſquamæ æris, ſingulorum, exagia. iiij. Trita ſubigito cum ſucco ramorum oliuæ, aut ſucco orizæ. Fit autem ſuccus hoc modo. Accipe ramulos oleæ, tuſos conijce in aquam ſufficientem: & donec quater efferbuerit, coquito, & expreſſo inde ſucco vtere.

99 Paſtilli inſignes. Fauſtini nominati. Et primi quidem confectio eſt eiuſmodi, valetq; ad dyſentericos & cœliacos. Chartæ combuſtæ. ʒ. vij. ſ. Calcis viuæ. ʒ. vj. quartam partem. Arſenici. ʒ. iij. Sandarachæ. ʒ. j. ſ. Trita fermenteſcant cum lenticula & decocto myrtorum, quãtum ſufficit. Alterius paſtilli Fauſtini confectio hæc eſt. Calcis viuæ. ʒ. ij. ſ. Sandarachæ. ʒ. j. ſ. Arſenici. ʒ. ij. [a] Chartæ vſtæ. ʒ. vij ſ. Trita fermenteſcant cum decocto myrtorũ, fingito paſtillos ad vſum.

[a Chartæ.] *Manuſcriptus codex ſimpliciter legit κεκαυμένυ, cum adijciendum fuiſſet χάρτυ.*

100 Paſtillus Fauſtinus nominatus, in Alexandria confectus. Arſenici, ſandarachæ, ſingulorum. ʒ. ij. Calcis. ʒ. vij. Acaciæ. ʒ. vj. Trita ſubigantur cum vino, & formentur paſtilli, qui excepti inijciantur.

101 Paſtillus Philadelphos cognominatus, ad dyſentericos, & ſanguinis eruptiones, omnesq; nomas. Sandarachæ, arſenici, ſingulorum. ℥. j. ſ. Calcis, acaciæ, ſingulorum. ℥. iij. Trita excipiantur cum ſucco arnogloſsi, aut vino auſtero, & fingantur paſtilli pendentes. ℥. ij. aut. ℥. j. ſ. aut. ℥. j. Dentur pro viribus cum vino myrtite. Heras autem hoc modo ipſum compoſuit. Arſenici. ℥. iiij. Acaciæ & calcis viuæ, ſingulorum. ℥. ij. Trita confice, & formato paſtillos, quos vſu exigente præbeto.

102 Paſtillus ad dyſentericos plurimum expertus, vt confeſtim aluum ſiſtat. Bituminis, arſenici, ſandarachæ, aluminis ſciſsilis, ſquamæ æris, ſingulorum. ℥. ij. Chartæ

combuſtæ.℥.v.Calcis viuæ.℥.iiij. Succi hypociſtidis, balauſtiorum,ſingulorum.℥.j.ß. Opij.℥.j. Trita fermenteſcant cum vino myrtite, & fingantur paſtilli. Dentur, vt prædiximus,in paſtillo Nymphodoti.

Paſtillus infuſilis è[a] ſubere, Andromachi, præter opinionem conferens. Gallarum, chartæ vſtæ, [b] ſuberis ex vaſe vini veteris accepti & vſti, panis, vſti, ſingulorum, ℥.vij.ß. Arſenici. ℥.iij. Sandarachæ. ℥.v. Calcis viuæ, lithargyri,ſingulorum.℥.j.ß.Acaciæ, ceruſſæ, ſingulorum, ℥.ij.ß.Fæcis vini vſtæ.℥.ij.Excipiantur vino adſtringente,& formentur paſtilli pondere.℥.ij.aut.℥.j.&.ß. aut.℥.j.& inijciantur, principio cum ſucco arnógloſsi, aut pólygoni, aut perdicij, aut rhois ſyriaci, aut myrti.Si verò nihil horum adſit, cum aqua tepida inijciantur. Quod ſi morbi vigor ac vehementia fuerit, inijciantur cum decocto fœnigræci, aut ſeminis lini. In inclinatione verò cum decocto myrti,aut rubi in vino coctis. In pueris, dato cyathos duos:in mulieribus,cyathos tres:in viris perfectis, cyathos.iiij.Et hoc pacto vtere vt probato. 103

[a Subere.] *φόλλων in manuſcripto codice legitur corruptè, pro φελλῶν, vt liquet ex* Paulo, *&* Aetio. [b Suberis, &c.] *In græco codice manuſcripto perperã φύλλου, pro φέλλου legitur. Et poſt παλαιοῦ adijciendum κεκαυμένου.*

Paſtillus infuſilis, Aſclepiadis,dolorem mitigans, ſomnum inducens, diuturnos dyſentericos, febre vacantes,confeſtim iuuans. Chartæ combuſtæ. ℥. v, Sandarachæ, arſenici, ſquamæ æris, aluminis ſciſsilis, omphacij, lycij, acaciæ, ſucci hypociſtidis, calcis viuæ, ſingulorum.℥.ij.ß. Opij, croci, ſingulorum. ℥. j. Trita fermenteſcant cum vino myrtite, fingantur paſtilli, quorum ſinguli adæquent. ℥. ij. aut. ℥. j. ß. aut. ℥. j. Inijciantur pro ægri viribus cum vini cretici dulcis cyathis ſex pondere perfecto. 104

Paſtillus infuſilis,ad dyſentericos multæ experientię. 105
Arſenici.℥.j. Sandarachæ. ℥.j.ß. Squamæ æris. ℥.ß. Calcis.℥.ij. Aluminis ſciſsilis. ℥.j. Chartæ combuſtæ. ʒ.ij.ß. Omphacij, acaciæ, hypociſtidis ſucci, ſingulorum. ʒ.j. Thuris. ℥.ß. Opij. ℥.j.ß. Trita fermenteſcant cum vino myrtite, aut alio auſtero, fingantur paſtilli, & inijciatur

de

de ijs pondus. ℥. j. cum aqua pluuiali, & vino myrtite. Quod ſi quis ex dyſentericis & cœliacis quod iniectum eſt, de hoc paſtillo non retineat, ſed confeſtim ipſum egerat, certò ſcias quòd non ſanabitur, ſed morietur, quemadmodum crebrò ſumus experti.

106 Paſtillus infuſilis, Thronus Marcelli. Arſenici. ℥. j. ſ. Sandarachæ. ℥. ij. Balauſtiorum. ℥. v. Aluminis ſciſsilis. ℥. ij. Opij. ℥. j. Calcis. ℥. iiij. Omphacij. ℥. j. Hypociſtidis ſucci. ℥. j. ſ. Trita fermenteſcant cum vino auſtero, & formentur paſtilli, præbeantur vt Nymphodori paſtillus. Thronus Marcelli.

107 Paſtillus infuſilis, Lycos nominatus, ad dyſentericos mirabilis. Sandarachæ. ℥. iij. Arſenici, libram. ſ. Calcis viuæ. ℥. v. Aeris vſti. ℥. x. Acaciæ. ℥. iij. Cadmiæ, chalcitidis crudæ, ſingulorum. ℥. vj. Rhois coriarij, ſucci hypociſtidis, ſingulorum. ℥ j. ſ. Myrti baccarum nigrarum recentium. ℥. iij. Soreos, miſyos, omphacij, ſingulorum. ℥. ſ. Gallarum, lycij, ſingulorum. ℥. iij. Trita ſubigantur cum vino myrtite, & ſucco arnogloſsi, ac fingantur paſtilli pondere vnciarum. ij. aut vnciæ. j. ſ. aut vnciæ vnius. Vſu exigente inijciantur cum vino adſtringente, ægri habita cura, quemadmodum in Nymphodori paſtillo diximus.

108 Paſtillus magnus, ad dyſentericos accommodatus, facit ad eos qui extremè laborant, & deſperati ſunt, vtpotè in quibus prodeunt carnoſæ & feculentæ egeſtiones. Infunditur autem cum ſucco orizæ, cum quo cocta ſint adeps hircinus, & myrtus. In ijs qui non continent, [a] muria oliuarum albarum præmittenda, & poſt horæ interſtitium paſtillus infundendus, præmuniendo ſtomachum & caput, vt in Nymphodori paſtillo prædiximus. Poſt iniectionem foueto anum. Facit verò etiam ad cruſtas in pudendis & nomas. In dyſentericis verò rectiùs facies, ſi cum cæteris quæ iam dicta ſunt, manus laborantis faſcijs circundederis longioribus, deſuper ab humeris initio facto, & ad extremas vſque manus ligamento protenſo. Non parum enim hoc facit ad defluxionis constrictionem. Balauſtiorum recentium, ſidiorum, rhois coriarij, folij, ſingulorum. ℥. j. Iſatidis tinctoriæ. ℥. j. ſ. Spinæ ægyptiæ. ℥. j. Hyoſcyami ſeminis. ℥. ſ. quartam par-

tem. Farinæ lenticulæ.℥.ij. [b] Suberis ex vaſe vini veteris accepti & vſti, gallæ immaturæ non corroſæ, ſingulorum. ℥.j. Roſarum aridarum, cum floribus ipſarum recentibus, ſingulorum.℥.j.ß. Croci.℥.j. Myrrhæ. ℥.ij. Bituminis, picis aridæ.℥.j.ß. Lycij, acaciæ, hypociſtidis, thuris maſculi, ſingulorum.℥.ij. Gummi, lb.ß. Omphacij ſucci aridi ℥.j. Opij, amyli, ſingul.℥.ß. Solearum veterum vſtarum, [c] cornu cerui vſti, oſsiculorum oliuarum vſtorum, oſsiũ palmularum vſtorum, fecis vini vſtæ, ſpongiæ nouæ pice liquida & cedria imbutæ, oſtreorum vſtorum, æris vſti, ſquamæ æris, ſingulorum.℥.ß.ʒ.j. Lapidis gagatis, corallij, [d] rubiginem ferri, ſingulorum.℥.j. Aluminis ſciſsilis in teſta vſti, aluminis coriarij, ſingulorum.℥.ß. Arſenici.℥.ß. quartam partem. Chalcitidis crudæ, ſandarachæ, gypſi eloti, calcis viuæ, ſingulorum.℥.ß.ʒ.j. Rubricæ ſinopicæ, exag.ij. quartam partem. Atramenti communis.℥.ß. quartam partem. Diphrygis.℥.ß. gran.iij. Lithargyri, exag.ij. quartam partem. Ochræ.℥.ß. gran.iij. Atramenti indici, exag.ij. quartam partem. Plumbi vſti. ℥.ß.ʒ.j. Ceruſſæ. ℥.ß. gran.iij. Terræ ſamiæ.℥.ß. quartam partem. Cimoliæ, pompholygis, ſingulorum.℥.ß. Trita omnia benè fermẽteſcant cum ſucco mandragoræ, aut ſucco arnogloſsi ſufficiente, finganturq; paſtilli, & dentur. Compoſitio quidem paſtilli vniuerſam congeriem habet ex ſimplicibus medicamentis quinquaginta quinque, præter herbas decoctas in aqua, ad paſtilli exceptionem accommodatas. Modus autem confectionis is eſt. In mortarium thebaicum conijce æris ſquamam, lithargyrum, gypſum, calcem viuam, gagatem lapidem, corallium, rubiginẽ ferri, oſtrea etiam tuſa & cribrata probè, arida valide læuigentur vt in pollinem redigãtur. Dein adijce chalcitim, ſandaracham, arſenicum, cornu ceruinum, oſſa palmularum & oliuarum, ſpongiam, alumina, & rurſus terito, affuſo aliquo ex ijs quæ ſpiſſant. Alumen verò ita vritur. Conijce ipſum in ollam nouam, & carbonibus admoueto: & vbi diffunditur, & liqueſcit tollito, & ſinito refrigerari, & ſic læuigatum admiſce. His dein tritis, rubricam, diphryges, atramentum indicum, & commune, ochram, plumbum, ſamiam terram, cimoliã, ceruſſam, pompholygem, & reliqua omnia metallica addito,

& val

& validiſsime ſub æſtu caniculari terito, donec eorum quæ ſpiſſant quartam aut quintam addideris partem. Vbi verò aliquo modo collyrij inſtar læuigatum fuerit, tum arida tuſa & cribro arctiſsimo excuſſa adijcito. Contundito etiã veteres ſoleas cũ aridis, dein adijce ea quæ ſpiſſant, leuigato rurſus vt priora, ſæpius affuſis ijs quæ ſpiſſant. Vbi verò læuigata maruerint, tum in altero mortario læuigato crocum, cum duobus ſuccis, mandragoræ ſcilicet & arnoglosſi: atque vbi leuigatum fuerit, admiſce reliqua, myrrham nimirum, thus, omphacium, acaciam, hypociſtidem, gummi, lycium, opium, picem, bitumen, & lenticulæ farinam, ſingula ſeorſim exiccata, læuigataq;. Vbi in mortario probè læuigata fuerint, affuſis duobus ſuccis largiter quantum ſatis erit vt alia excipiantur: & omnibus probè ſubactis, fingito paſtillos, qui duarum fabarum magnarum adæquent magnitudinem. Vtere cum ſucco oryzæ, aut vino adſtringente, aut aliquo alio accõmodato liquore. Ego verò non ſuppetente mihi mandragoræ ſucco viridi, aridũ ſuccum admiſceo, pondere ℥ ij. Stymata autẽ, hoc eſt ſpiſſamenta in quibus læuigas paſtillum, hoc modo apparato. Rubi, myrti cytinorum, radicis ſymphyti, radicis capparis, foliorum ſalicis, cupreſsi, gummi, ſingulorum. ℥. j. Hæc coquito cum aqua ſufficienti, & vtere. In ijs verò ſpiſſamentis ſpongias, aut glomos irrigato, & cum eis anum crebrò foueto, maximè poſt iniectionem paſtilli, & ſic vtere.

[a Muria oliuarum &c.] *Manuſcriptus codex legit, ἶνι ἃ ἁλμήρ. Hoc eſt, primùm inijce muriam, &c. Clarius Aetius πρώτιι ἁλμήρ.* [b Suberis.] *Iterum in manuſcripto codice falſo φύλλωρ, pro φελλῶρ legitur.* [c Cornu cerui.] *Hæc omnia deſiderantur in codice Nicolai, ſunt autem ex Aetio adiecta.* [d Rubiginem.] *Nicolai codex legit σκωρίας, pro ἰοῦ. Et ἰοῦ legendum eſſe, ex Aetio & ſequentibus ſatis liquet.*

109 Paſtillus Andromachi epithema, ad dyſentericos & cœliacos, admodum probatus. Hyoſcyami albi, & apij ſeminum, ſingulorũ. ℥. ß. Opij, croci, ſingulorum exag. j. ß. Aniſi, roſarum florum, ſucci hypociſtidis, balauſtiorum, rhois rubei, ſing. ℥. ß. Trita fermẽteſcant cũ vino myrtite, formentur paſtilli, ſiccentur in vmbra. Vſu poſtulãte excipiãtur palmulis paſsis, ſeu calcatis, & illinãtur linteo, impo

nanturq́; toti cauitati ſtomachi. Sic vſus eius vſto.

Paſtillus ad lientericos admodũ probatus. Croci, opij, myrrhæ, ſin. ℥. ß. Thuris. ʒ. ij. Caſtorij. ℥. ij. Trita fermẽteſcant cũ vino adſtringẽte, fingantur paſtilli, & præbeãtur. 110

Paſtillus ad lientericos valde bonus. Styracis, opij, myrrhæ, thuris, croci, ſingulorum. ʒ. ij. ß. Trita ſubigantur cum vino adſtringente, aut polygoni ſucco, formentur paſtilli, & præbeantur. 111

Paſtillus Theodoretus, Aſterios dictus. Apij, aſari, aniſi, fœniculi, gallarum, myrrhæ, hyoſcyami, & dauci ſeminis. Myrti baccarum, ſingul. ℥. ß. Petroſelini, ammeos, ſingul. exag. j. ß. Opij. ℥. j. ß. Trita irrigentur cum ſucco polygoni, & fingantur paſtilli, denturq́;. 112

Paſtillus ad lientericos, probatus. Cumini, rhois ſyriaci, balauſtiorum florum, ſingul. ℥. ß. ʒ. j. Sidiorum. ℥. ß. Silphij, exagium. j. ß. Aut aridi. ʒ. ß. Trita fermenteſcant cum ſucco polygoni, aut inſpergantur potui, aut ſubacta cum oxymelite præbeantur manè & veſperi. 113

Paſtillus mirabilis valde, ad lientericos. Myrtorum aridorm, cochlea. j. ß. Aniſi, roſarum aridarum, œnanthes, ſingul. cochlea. ß. Phœnicobalanos. xx. Trita fermẽteſcant cum ſucco polygoni, formentur paſtilli. ʒ j. cum aqua pluuiali, aut cum vino diluto. 114

Paſtillus ad iocineroſos, valde bonus. Aniſi, apij, ſeminis, aſari, amygdalarum amararum, abſinthij comæ, ſingulorum, exagium. j. Trita fermenteſcant cum aqua ſufficienti, fingantur paſtilli. ℥. j. qui dentur cum vini diluti cyathis tribus, ijs qui vacant febre, febricitantibus autem cum mulſa. Vrinam mouet is paſtillus, & leniter calidus. 115

Paſtillus ad iecur exulceratum, Andromachi, admodum inſignis. Seminis hyoſcyami, glycyrrhizæ, mandragoræ, ſymphyti, ſenæ, aſari, ſagapeni, ſingulorum ʒ. j. Rhei barbari. ʒ. iij. Opij, ſeminis papaueris, ſingulorum. ʒ. ij. Aniſi. ʒ. j. ß. Trita ſubigito cum ſucco intybi & apij, formato paſtillos, & dato. Nonnulli huic paſtillo adijciũt, cinamomi, croci, ſpicæ, ſeminis agni, ſingulorum. ℥. ß. Si verò inſtar antidoti conficere vis, fermentato cum melle attico, & præbeto cochlearium vnum. 116

Paſtillus diſcuſſorius iecoris, & ad febres, ſitimq́; admo- 117

dum

dum probatus. Succi oxyacanthæ, ſtag.ij. Anguriæ ſeminis, maſtiches, ſpodij, ſing. exag.j. Croci, ſtag.ß. Succi eupatorij, glycyrrhizæ, mannæ, ſingul. ℥.j. Rhei indici, lachæ ſingul. ſtag.ß. Roſarum aridarum, ſtag.j. Trita fermenteſcant cum ſucco fœniculi, fingatur paſtilli, denturq; vſu exigente.

118 Paſtillus ad iecur induratum. Eupatorij, ſpicæ, ſucci glycyrrhizæ, aſari, ſenæ, ſing. exag.j.ß. Berberis, exag.ß. Rhei barbari, exag.ij. Seminis portulacæ, roſarum, nardi, cinamomi, ſingulo. ℥.ß. Croci, pelecini, ſingulo. exag.ß. Chamæpityos, ſeminis agni, cyperi, ſingulo. ℥.ß. Seminis citrij. ʒ.ij. Trita ſubigantur cum ſucco fœniculi, formentur paſtilli, & dentur.

119 Paſtillus ad induratum iecur, ſimilis, probatus. Anagallidis. ℥. Rhei pontici, ſpicæ nardi, ſingulorum. ℥.j. Ariſtolochiæ, maceris, aſari, ſeminis agni, ſenæ, ſingulorum. ℥.ß. Seminis portulacæ, & papaueris albi, ſingulorum exag. j.ß. Roſarum, nardi, celticæ, ſing. exag.j. Spodij, exag.ß. Hyoſcyami ſeminis, carnis ſeminum quinq;, ſingulo. exag. ß. quartam partem. Trita fermentato cum ſucco fœniculi, fingitoq; paſtillos, quos pro viribus ægri dato cum droſato quocunq; volueris, & aqua calida.

120 Paſtillus ad iocineroſos, lienoſos, & ſtomachicos, admodum laudatus. Aſari, ſpicæ, ſenæ, ſingulorum exag.j.ß. Rhei barbari, exag.ß. Seminis portulacæ, roſarum, cinamomi, ſing. ʒ.iij. Intybi, & ſeminis agni, cyperi, ſing. exag. ij. Trita fermenteſcant cum ſucco fœniculi, & fingantur paſtilli, qui dentur.

121 Paſtillus ad iecur induratum, laudatus. Ammoniaci, exag.xv. Croci, exag.ij. Crocum tuſum & cribro trãſmiſſum ſubigito cum aqua. Dein adijce ammoniacum tritum, & ſubacta excipe, formatoq; paſtillos, quos dato pro viribus. Primis quidem. ℥.ij. medijs. ℥.j. Atq; hoc pacto vtere.

122 Paſtillus ad induratum lienem, & phlegmonem. Cyclaminis ſucci. ʒ.v. Bryoniæ, dictamni, medullę ſcillæ aſſatæ, ſingul. ʒ ß. Struthij, capparis radicis, ſing. ʒ.j.ß. Trita fermenteſcant cum aceto ſcillitico, fingantur paſtilli obolorum duorum. Detur vnus paſtillus ex oximelite.

123 Paſtillus ex Erice ad lienis phlegmonem, & duritiem.

Tenerum rubi ramorum, ammoniaci, thymiamatis, ſingulo. ʒ.ij. Capparis foliorum. ʒ.j. Myricæ fructus, aſpleni nominati, rhei pontici, ſcillæ aſſatæ, piperis communis, ſingulo. ʒ.ß. Trita ſubigantur cum aqua, fingantur paſtilli, qui dentur ex oxymelite. Miraberis illius efficaciam: lienẽ enim ſtatim minuit. Similiter vtere. Similis ericę, exagia.ij. Piperis albi, ſpicæ nardi, ammoniaci thymiamatis, rhei barbari, ſingul. exag.j. Aliàs autem hæc etiam miſcentur. Coſti, ſcolopendrij, corticis radicis capparis, ſingulo. exag.ij. Trita fermenteſcant cum aceto ſcillitico, fingantur paſtilli, & dentur. Simile. Seminis ericæ, corticis ſalicis, ſingulo. ℥.ß. ʒ.j. Corticis capparis. ℥.ß. Ammoniaci thymiamatis, ʒ.ij. Euphorbij, ſpicæ nardi, ſingulo. exag.ß. quartam partem. Trita fermenteſcant cũ aceto ſcillitico, formentur paſtilli, ac præbeantur.

Paſtilli è ſcilla, ad phlegmonẽ, & omne malum lienis. 124
Ad hydropicosq́;. Vrinam quoque mouet, & vtilis ad ſemolliendam aluum. Scillam benè magnam [a] fermento oblitam aſſato, dein purgatæ medullæ eius adijce lb.ß. Seminis dauci, exag.j.ß. Aniſi, ſeſelis, ericæ ramos, chamedryos, radicis panacis, chamæpityos, iridis, ſing. exag.j.ß. Seminis vrticę, fructus cedri. ℥.ß. Myrrhæ. ʒ.j. Eruorum excorticatorum, ℥.iiij. Trita fermenteſcant cum vino, fingãtur paſtilli, denturq́;. ℥.j. ex oxymelitis cyathis tribus. Eſt archigenis inuentum.

[ a Fermento.] *Græcè eſt ζύμη. Aetius autẽ legit πηλῷ, id eſt luto.*

Paſtillus ſimilis paſtillo è ſcilla. Hederæ nigræ co- 125
rymborum. ℥.ij. quartam partem. Spicæ nardi. ℥.j. ʒ.ij. Seminis rutæ ſylueſtris. ℥.j. Caſtorij. ʒ.ij. Iridis. ℥.j.ß. Trita ſubigito cum ſucco verbenacæ rectæ, formatoq́; paſtillos qui in prædictis malis dentur, nempe ad hydropicos & lienoſos, ex vino veteri, diebus quinque, ac vrinam mouebit cruentam. Cognouimus autem hunc paſtillum in ijs etiam qui lienem induratum habent, probatum eſſe,

Paſtillus ad ictericos & iocineroſos, mirabilis. Amyg- 126
dalarum amararum. ʒ.ij. Aniſi, abſinthij comæ, ſingulorum. ʒ.j. Spicæ nardi. ʒ.ß. Reliquę ſpecies terantur, amygdalæ autem terantur in aqua, excipiantur, & fingantur paſtilli, & detur. ʒ.j. carentibus febre ex mulſi cyathis

this tribus.

127 Paſtillus panchreſtus, ducit vrinam multam. facit etiã ad lumbos dolentes, & pituitam habentes in toto corpore, peripneumonicos, pleuriticos, quartanarios, arthriticos, & diſtenſione neruorum laborantes, datus ijs quidem cum vino, illis verò ex oximelite, alijs verò ex mulſa. Ariſtolochiæ, myrrhæ, ceruſſæ, ſeminis abrotoni, iridis, canchryos ſing. ʒ. ij. Aniſi, baccarum cedri, radicis panacis, pyrethri, ammoniaci thymiamatis, cardamomi, cumini, ſingulo ʒ. j. Trita fermenteſcant cum aqua, finganturq; paſtilli triobolares, aut duorum obolorum, dato pro viribus ægri.

128 Paſtillus ad hydropicos potus. Corallij, aluminis, ſciſsi, ſing. ʒ. j. Trita ſubigantur cum decocto calaminthæ, & formentur paſtilli, deturq; obolus vnus bibendus cum calaminthæ decocto. Archigenes ſummè etiam ad nephriticos conferre inquit.

129 Paſtillus ad hydropicos, vrinam mouens. Seminis apij, ʒ. vj. Myrrhæ, dauci, croci, ſing. ʒ. iij. ß. Iunci odorati. ʒ ij. Seminis fœniculi, aſari, ſing. ʒ. iij. Spicæ nardi, caſiæ, cinamomi, ſeſelis, ſauinæ, ſing ʒ. ß. quartam partem. Trita fermentato cum vino odorato, formatoque paſtillos oboli vnius, aut obolorum duorum. Dato pro viribus. Facit ad calculoſos, ſumptus cum vini diluti cyathis tribus.

130 Paſtillus ad iocineroſos & ictericos, admodum probatus. Aniſi, ſeminis apij, aſari, amygdalarum amararum, abſinthij, ſing. exag. j. ß. Rhei barbari, exag. j. ß. Eupatorij, exagij quartam partem. Santali rubei, & citrini, ſingul. exag. j. ß. Trita fermenteſcant cum aqua, finganturq; paſtilli pendentes ſemunciam. Alij autem. ℥. j. adæquant. Dentur pro viribus ex aqua decoctionis [a] Critharij tepida.

[ a Critharij.] *Græcè legitur* κριθαριϛ. *Per Critharium autem fortè Crithamum aut Crithmum dictum intelligit: quod regio morbo conferre Dioſcorides teſtatum reliquit.*

131 Paſtillus ad nephriticos, calculoſos. Hyoſcyami, cicutæ. fœniculi, vuæ, & maluæ ſeminum, celticæ, folij, ſpicæ nardi, ſaxifragi, ſingulorum. ʒ. j. ß. [a] Oui. ʒ. iiij. Amygdalarum amararum, pinearum, ſing. ʒ. ij. Piperis albi. ʒ. iiij. Trita fermenteſcant cum vino dulci, finganturq paſtilli,

& dentur.

[a Oui.] *Manuſcriptus codex legit ὠοῦ, ſed quàm rectè, dubito.*

Paſtillus ſimplex ad abſceſſus, & vlcera in renibus, 132
probatus. Seminis lini, ſeminis cucumerũ, ſing. ʒ.j. Amyli, ℥.ij. Trita fermenteſcant cum aqua, fingantur paſtilli, & dentur.

Paſtillus nephriticus ad renũ & veſicæ affectus, pus 133
aut ſanguinem, aut mucoſum mingentes, ad eos qui vehementi dolore laborant, atq; ſyriaſes. Opij, pinearum repurgatarum, ſeminis fœniculi, & lapathi, ſing. ʒ.j. Seminis cucumeris, ʒ.vj. Seminis apij. ʒ.iij. Pinearũ vſtarũ. ʒ.ij. Herbæ veſicariæ [a] folliculorum. ʒ.ij.ß. Trita fermenteſcant cum paſſo cretico, finganturq; paſtilli. ʒ.j. Non febricitantibus datur paſtillus vnus ex paſsi cochlearijs tribus, febricitantibus autem ex aqua.

[a Folliculorum.] *In codice Nicolai ſcribitur* κικύων, *fortè pro* θυλακίων.

Paſtillus ad exulcerationem renum, & cicatrice indi- 134
gentium, admodum mirabilis. Opij. ʒ.j. Pinearum torrefactarum, gran. xx, Amygdalarum, nucum ponticarum excorticatarum & torrefactarum, ſing. ʒ.viij. Trita ſubigantur cum vino dulci, & confectis omnibus fiant paſtilli duo, qui dentur ex vino aut aqua.

Paſtillus ad profluuim muliebre, & ruptionẽ ſangui- 135
nis ex vtero, admodum probatus. Succi hypociſtidis, terræ ſamiæ, gallæ immaturæ, acaciæ flauæ, ſingulorũ. ʒ.iiij. lemnij ſigilli, rhei barbari, ſing. ʒ.ij. Succi acaciæ, roſarum rubearum, ſingulorum. ʒ.j.ß. Cinabaris, hoc eſt ſymphyti. ʒ.j. Corallij rubei. ʒ.j.ß. Trita ſubigantur cum aqua pluuiali, formenturq; paſtilli, qui dentur ex ſucco arnogloſsi, aut filicis, aut polygoni, aut plantaginis minoris, aut myrti baccarum.

Cinabaris quid Nicolao

Paſtillus capitalis ad eryſipelata, admodũ probatus. 136
Lithargyri, ceruſſæ, croci, ſulphuris ignẽ nõ experti, opij, rubricę Sinopicę, chalcitidis, miſyos, calchãti, aluminis ſciſsilis. Trita fermẽtato cũ aceto acri, fingito paſtillos: & prębeto.

Paſtillus ad dolorẽ auriũ ob ſpiritũ flatuoſum natũ, 137
mirificus. Dicunt autem ægrotanti non eſſe admouendum, priuſquam merces accipiatur: tribus enim diebus

plu

plurimùm, ſanat. Cæterum non ſolum eos qui à flatibus dolent, ſed & omne malum tam recens quàm vetus aurium emendat, gratia Dei, & confeſtim dolorem abigit, in aurem dolenti appoſitam inſtillatus. Foliorum rutæ, zingiberis dolo vacantis troglodytici, ſing. ℥. iij. ß. Succi hyoſcyami. ℥ j. Opij nigri, amomi legitimi, croci Corycei puri, ſing. ℥. ß. Baccarum lauri excorticatarum. ℥. iij. Trita ſubigito cum lacte muliebri, formatoq; paſtillos, & exiccato in vmbra. Vſu verò poſtulante, accipe, ac terito in lacte muliebri, & benè ſubactum infunde cum goſsipio in aurē dolenti oppoſitam. Eſt probatus & inſignis.

138 Paſtillus ad dyſentericos, laudatus. Rhois ſyriaci, gallarum quercinarum, balauſtiorum, amyli, ſeminis ericę, ſeminis apij, opij, ſingul. ℥. j. Trita fementato cum aqua, & fingito paſtillos. ℥. j. & vtere.

139 Paſtillus ad dyſentericos dolorem mitigans, conferens iliofis, lienoſis, difficultate vrinæ laborantibus, & aquam metuentibus. Hyoſcyami, apij, & papaueris ſeminū, ſin. ℥. vj. Opij, caſtorij, aniſi ſpicæ nardi, ſeminis fœniculi, ſing. ℥. iij. Trita fermenteſcant cum aqua pluuiali, formentur paſtilli ſiliquas pendentes duas. Dantur ex temperata pro ægri viribus.

140 Paſtillus ad dyſentericos ex ſubere. Gallæ, chartæ vſtæ ſin. ℥. xv. Arſenici. ℥. xvj. Sādarachę. ℥. viij. Aluminis ſciſsilis, acaciæ aridæ, ſing. ℥. xx. Ceruſſæ, lithargiri, calcis viuæ, ſingul. ℥. v. Trita ſubige cum vino, & informa paſtillos. Vſu poſtulante diſſolue vino ſufficienti, & per anum infundito.

141 Paſtillus ad dyſentericos Lampterius vocatus, valde probatus. Arſenici. ℥. v. Chalcitidis crudæ. ℥. x. Squamæ æris. ℥. viij. Calcis viuæ, croci, opij, ſingulorum. ℥. ij. Trita ſubige cum vino amineæo, finge paſtillos, & præbeto.

142 Paſtillus ad dyſentericos è ſeminibus, ſomniferus. Aniſi, fœniculi & hyoſcyami ſeminis, ammeos, opij, ſeminis apij, ſing. ℥. j. Vbi contriueris, diſſolue opium cum aqua, & probè confectis fingito paſtillos, & dato.

143 Paſtillus Paſionis nominatus. Squamæ æris. ℥. vj. Aeris[a] vſti, aloes flauæ ammoniaci, aluminis rotundi, ſingulorum. ℥. iiij. Chalcanthi, croci, aluminis ſciſsilis,

croco

crocomagmatis, miſyos, thuris, ſingul. ℥.ij. Trita ſubige cũ vino aſtringẽte, aut aceto, formatoq; paſtillos & dato.

[a Vſti.] *Falſo legitur in manuſcripto codice* κεραμίου, *p* κικαυμένου.

Paſtillus infuſilis, Fauſtianus. Arſenici. ʒ.vj. Sandarachæ. ʒ.iij. Calcis viuæ. ʒ.xij.ß. Chartæ vſtæ. ʒ.j. Trita ſubigito cum ſucco baccarum myrti, aut decocto illarum, formato paſtillos, & inijce cum decocto lenticulæ, ac rubi radicum. 144

Paſtillus è ſubere. Gallarũ vſtarũ, chartæ vſtæ, [a] ſuberũ vſtorũ, panis vſti, cornu ceruini vſti, ſingul. ʒ.iij.ß. Arſenici. ʒ.x. Sandarachæ, calcis, ſing. ʒ.iij. Acaciæ, ceruſſæ. ſing. ʒ.ij.ß. Lithargiri. ʒ.j.ß. Trita fermenteſcant cum vino odorato, formentur paſtilli, & dentur. 145

[a Suberum.] *Malè* φώλωρ, *pro* φυλλῶρ *ſcribitur.*

Paſtillus Bithynus appellatus. Sidiorũ. ʒ.v. Cadmiæ ʒ.j.ß. Ariſtolochię, gallarũ radicis, radicis panacis iridis chalcãthi, aluminis ſciſsilis, chalcitidis, miſyos, ſquamy æris, mãnæ, coſti. ſing. ℥.ß. quartam partem. Trita ſubigantur cũ aceto, fingantur paſtilli, & dentur. 146

Paſtillus è caſtorio ad vlcera, nomas, & fluxiones veteres. Croci, aloes, thuris, ſingulorum. ℥.ß. Cytinorum, aluminis ſciſsilis, caſtorij, mannæ, æruginis raſilis, ſingulorũ. ℥.j. Rubricæ ſinopicæ, lb.ß. Trita excipiantur cum vino veteri, formentur paſtilli, & dentur. 147

Paſtillus è caſtorio, ad cholicos admodum laudatus & mirabilis. [a] Myrrhæ, caſtorij. ſingulorum. ℈.vj. Croci, opij, ſingulorum. ℈.ix. Aniſi, apij. & dauci ſeminis, ſingul. ʒ.ß. Seminis hyoſcyami. ℈. xviij. Trita fermenteſcant cum aqua fingantur paſtilli, & dentur. 148

[a Myrrhæ.] *Græcè eſt* ζιγγιβέρεως. *Paulus tamẽ habet* σμύρνης *& rectè quidẽ. Frequens verò eſt non ſolum in* Nicolao, *ſed & in omnibus alijs græcis medicis, vt Zingiber pro myrrha legatur, idq; non alia de cauſa, quàm quod vtrunq; ijſdem notis, nempe* ζζ *à græcis medicis ſcribi ſolitum ſit.*

Paſtillus ex œnelæo, pudendorum & ſedis vitijs vtilis. Ceruſſæ. ℥.v.ß. Lithargyri. ℥.ij.ß. Thuris, recrementi plumbi, aluminis ſciſsilis, ſingulorum. ℥.j. Trita fermenteſcant cum vino odorato marinæ expertę, fingantur paſtilli, ac dentur cum vino roſaceo, aut myrtite. 149

Paſtil

150 Paſtillus è lapide phrygio, pudēdis vtilis. Lapidis phrygij vſti, & ter reſtincti, primò quidem butyro, aut oleo roſaceo, ſecundò vino, tertiò autem melle. ℥.ij. Roſarum. ℥.j. Sidiorum. ℥.j. Confecta redigito in paſtillos. & dato.

151 Paſtillus dialotarion, id eſt, ex loto ſylueſtri, ad pudendorum & ſedis vitia probatus. Ceruſæ, amyli, glaucij, croci aluminis ſciſsi, ſingulorum. ℥.j. Trita fermenteſcant cum ſucco loti ſylueſtris, aut vino formentur paſtilli, & dentur.

152 Paſtillus Leucos, hoc eſt albus cognominatus. Terræ aſteris, pompholygis, ceruſæ, amyli, ſingulorum. ℥.j. Opij ℈.ij. Trita ſubigantur cum aqua, formenturque paſtilli, & dentur.

153 Paſtillus ex halicacabo. Lithargyri, ceruſſæ, ſingulorum. ʒ. vj. Halicacabi. ʒ.ij. Chalcanthi. ʒ.iij. & quartam partem. Aluminis ſciſsi. ʒ.j. Minij quod ad colorandum ſatis eſt. Trita fermentato cum aqua, fingito paſtillos, & dato.

154 Paſtillus è duplici elleboro, & duabus acacijs. Acaciæ nigræ, & rubræ, glutinis fabrilis: aliàs glutinis piſcium, ſingulorum. ℥.ij. Ammoniaci thymiamatis, glaucij, aloes flauæ, ſingulorum. ℥.j. Thuris maſculi, ellebori nigri & albi, ſingulorum. ℥.ß. Trita excipiantur cum aceto ſcillitico, formentur paſtilli, qui vſu poſcente, excipiantur eodem vel communi aceto, & ſubacta ante & poſt balneum inungantur.

155 Paſtillus è nigro & viridi colore, Melanchloros dictus. [a] Zingiberis, aloes flauæ, æris ſquamæ, thuris maſculi, æris vſti, arſenici, aluminis ſciſsi, & rotundi, iridis, chalcitidis, ſalis foſsilis, chalcanthi, ceruſſæ, nitri, lithargiri, radicis panacis, cadmiæ, ſidiorum, gallarum, ariſtolochiæ rotundę, ſquamæ æris, ſtomomatis, æruginis raſilis, ſingulorum. ℥. ß. Trita fermēteſcāt cū aceto, formēturq; paſtilli. Fit etiā ex eo emplaſtrū hoc modo. Paſtilli colophonię, olei cōmunis ſin. ℥. vj. Aceti, qđ ſatis eſt. Solue paſtillū & ſic cōfectovtere

[ a Zingiberis. ] *Paulus habet σμύρνης, hoc eſt myrrhæ, vt hinc etiã, quod paulò antè diximus, manifeſtum fiat, zingiber pro myrrha legi multis in locis.*

156 Paſtillus Pātolinos dictus, ad chironia, malignaq; vlcera

& flu

& fluxiones admodum probatus. Caſsiæ, æris vſti, cerusſæ, lithargiri, æruginis raſilis, aluminis ſciſsilis, & liquidi, & laterici, quod plinthetis dicitur, radicis panacis, ariſtolochiæ longæ & rotundę, chalcãthi, portulacę, iridis aſtragalitidis, calcitidis miſyos, ammoniaci thymiamatis, ſalis ammoniaci æruginis ferri, ſquamę æris aloes flauę, diphrygis thuris gallarum, ſarcocollæ, plumbi vſti, foliorum oleæ, myrrhæ atramenti indici, oxymyrſines, hoc eſt, myrti ſyluestris atramẽti liquidi, balauſtiorum, ſpinæ ægyptiæ, ſulphuris ignem non experti, nitri, rhois ſyriaci, rhois rubri, cryſocollæ, [a] aluminis coriarij, acaciæ, ſalis ſpumæ, omphacij, ſingulorum. ℥.j. Trita fermenteſcant cum aceto ſub caniculæ æſtu diebus triginta, fingantur paſtilli, & dentur.

[ a Aluminis.] *Nicolaus habet ςυπτηρίας, Paulus autem ῥόος, hoc eſt rhois: quæ lectio verior eſſe videtur, quia additur coriarij, quod de alumine non rectè dicitur.*

Paſtillus è Thaphſia, hemicranicus. Succi thapſiæ. ʒ. viij. Myrrhæ. ʒ. iiij. Opopanacis, euphorbij, ſing. ʒ. iij. Nitri [a] parthici. ʒ. ij. Piperis communis, ſagapeni, ſingulorũ ʒ. j. Trita fermentato cum aceto, & vſu exigente, aceto illitum poſt ſex horas abluito. Si verò remiſsiore vti voles, cerato pari exceptum illinito, & noctem ſinito. 157

[ a Parthici.] *Manuſcriptus codex, vt etiam Paulus, malè & corruptè παρθινικοῦ legit, pro παρθικοῦ. Nam Galenus lib. ij. de Comp. medic. local. cap. vltimo, vbi hunc paſtillum deſcribit, habet ἢτου μηδικοῦ. contermina enim ſunt regiones, Media & Parthia.*

Paſtillus menſes mouens probatus. Caſtorij, aſæ fœtidæ, hoc eſt ſcordij, ſing. ʒ. j. Oponacis, galbani, aſari, ariſtolochiæ longæ, myrrhæ, ſing. ʒ. ß. Trita fermentato cum ſucco abſinthij, & finge paſtillos, dato cum decocto melitines id eſt, abrotoni, aut abaſcanthi, hoc eſt artemiſiæ, fructus iuniperi, qui græcè vocatur cedri ſylueſtris fructus, & corticis radicis capparis, ſicq; confectum præbeto. 158

Paſtillus menſes ducens admodum laudatus. [a] Hyra. ʒ. iij. Farinæ [b] eruinæ,. ʒ. v. Rutæ, mentæ, rubiæ, ſagapeni, aſæ fœtidæ, hoc eſt, ſcordij, opopanacis, ſingulorum. ʒ. ij, Trita fermentato cum ſucco abſinthij, fingito paſtillos. ʒ. j. & præbeto cum aqua tepida, cui incocta ſint, iuniperi, hoc eſt fructus cedri ſylueſtris, abſinthij, chamæmeli flores 159

& ſic

& ſic præbeto cum paſtillo manè iuiuno.

[ a Hyra.] *Græcè ὕρα. Quid verò ſit, planè ignoro. Puto locum eſſe corruptum.* [ b Eruinæ.] *Manuſcriptus codex legit θιλμίνου, fortè pro θερμίνου, id eſt, fœnigræci farinæ.*

160 Capillos capitis denigrans. Decoctum ſaluiæ affuſum calidum, & folia illita.

161 Capillos capitis flauos efficiens. Cypri arboris folij decoctum cum ſucco ſtruthij capiti illitum.

162 Capillos capitis nigros reddens. Myrti fructus & folia in aceto decocta, & illita. Similiter capillos capitis ſiſtit ladanum, cum ſucco adianti inunctum.

163 Capillos denigrans. Corticem radicis capparis coquito cum lacte aſinino ad tertias. Dein oleum contineto in ore tuo, & tingito capillos. Si enim non continueris oleum in ore tuo, modo quodam diſtributionis naturalis dentes tui nigreſcent.

FINIS.

## INDEX HYPOGLOTTIDVM,

*Aquarum & aliorum.*


*Hypoglottis ad tuſſes ac deſtillationes.* 1

*Hypoglottis tußi vtilis, admodum probata.* 2

*Hypoglottis ſimilis laudata.* 3

*Hypoglottis ad tuſſes, deſtillationes, & omnia arteriæ & pulmonis vitia* 4

*Hypoglottis ad vocem amiſſam, & eiuſdem aſperitatem.* 5

*Hypoglottis ad tußim, raucitatē, arteriam, & vocem amiſſam.* 6

*Hypoglottis ad vocem amiſſam, raucitatem, & omnia arteriæ mala* 7

*Hypoglottis ad aſperitatem faucium, & vocem amiſſam.* 8

*Hypoglottis ad amiſſam vocem, & raucitatem à plurima humiditate factam.* 9

*Hypoglottis ad raucitatem à plurima humiditate ortam.* 10

*Hypoglottis ad raucitatem à deſtillatione natam.* 11

*Hypoglottis è braßica, vocem repurgans.* 12

*Hypoglottis ad amiſſam vocem, raucitatem, & ægrè excreantes.* 13

*Hypoglottis mirifica, ad eos qui non niſi recta ceruice ſpirant.* 14

*Hypoglottis ad tußientes, non niſi recta ceruice & difficulter ſpirantes, deſtillationeq; laborantes.* 15


Hypo

*Hypoglottis ſiſtens fluxionem.* 16
*Hypoglottis concoquens, ad diuturnas tuſſes & deſtillationes vtilis.* 17
*Hypoglottis ſitim reſtingens iis qui æſtu plurimo laborant vtilis.* 18
*Hypoglottis mirifica valde, ad eos qui æſtu laborant. ſitim reſtinguẽs.* 19
*Hypoglottis ad continuas febres, lipyrias, adurentes, & hecticas.* 20
*Aqua pleuriticis pota vtilis.* 21
*Aqua ad laborantes abſceſſu, ſuppuratos, & tuſſientes.* 22
*Aqua ad continuas febres, & adurentes, valde bona.* 23
*Aluum ſubducens medicamentum, pleuriticis & iis qui non febricitant, mirificè vtile.* 24
*Aqua in principio pota, pleuriticis, febre vacantibus vtilis.* 25
*Aqua ad vehementes oculorum dolores, cruentos, & æſtuantes.* 26
*Aquæ malorum confectio, admodum laudata.* 27
*Aquæ malorum confectio ſimilis, neceſſaria.* 28
*Aquæ roſaceæ confectio.* 29
*Aquæ mali confectio, admodum probata.* 30
*Hypomyrtites confectio, valde laudata.* 31
*Hypoglottis ad continuas febres, & ardentes probata.* 32
*Hypoglottis ad tuſſes in febre factas.* 33
*Hypoglottis ſimilis mirifica.* 34
*In hebetudine, & nubeculis oculorum vtile.* 35
*Aqua in dolore oculorum imponenda.* 36

# NICOLAI MYREPSI
## ALEXANDRINI DE HYPOGLOTTIDIBVS AQVIS ET aliis, Sectio Quadrageſima ſecunda.

HYpoglottis ad tuſſes & deſtillationes. Succi 1
glycyrrhizæ, tragacanthæ, amyli, gummi alexandrini, ſingul. exag. j. Seminum peponis, anguriæ, & cucurbitæ, ſing. exag. ß. Seminis cotoneorum. ʒ. ß. Amygdalarum dulcium repurgatarum, exagium. j. Penidiorum, exagia. iij. Probè trita ſubigãtur cũ droſato violarũ, aut chamæleuces, & fingã

fingantur hypoglottides, detur vna vt ſub lingua retineatur, & ſaliua ex ea deglutiatur.

2 Hypoglottis tuſsi conueniens, admodum probata. Tragacanthæ, glycyrrhizæ, aut eius ſucci, ſeminis portulacæ, & cotoneorum, amyli, gummi alexandrini, ſing. ʒ. iij. Seminis peponis, & anguriæ, ſing. ʒ. j. Nuces ponticas ſex. Piſtacia. iiij. Trita fermẽteſcant cum aqua tuſsilaginis, & formentur hypoglottides, ac præbeantur.

3 Hypoglottis ſimilis, laudata. Amyli, penidiorum, ſeminis cotoneorum, ſeminis vrticæ, ſeminis lini, ſucci glycyrrhizæ, ſin. ʒ. ij. Styracis. ʒ. ß. Trita ſubigito cum penidijs, & oleo amygdalarum, aut droſato violarũ, aut tuſsilaginis, formentur hypoglottides, ac dentur.

4 Hypoglottis ad tuſsientes, deſtillatione laborantes, & ad omnis generis arteriæ pulmoniſq; affectus. Omnino autem prodeſt tuſsientibus, & deſtillatione correptis. Glycyrrhizæ, amyli, tragacanthæ, amygdalarum, gummi arabici, ſeminum cucumerum, ſingulorum. exagia. iij. Penidiorum. ℥. ß. Trita fermentato cum ſucco cotoneorum, formato hypoglottides, & dato.

5 Hypoglottis arteriaca, ad amiſſam vocẽ, & eiuſdem aſperitatem. Tragacanthæ, gummi, ſing. exag. j. Succi glycyrrhizæ, exag. ß. Myrrhæ, ſiliq. ij. Croci. ʒ. quartam partem. Penidiorum. ℥. ß. Trita ſubigito cum ſucco glycyrrhizæ, & formato hypoglottidas, & dato.

6 Hypoglottides ad tuſsientes, raucitatem, arteriam exaſperatam, & vocẽ amiſſam, & eos qui ægrè excreãt. Tragacanthæ, gummi, ſeminis vrticæ. ʒ. j. Zingiberis, thuris maris, piperis longi, palmularum pinguium, ſingu. ſiliq. iij. Glycyrrhizæ. ʒ. ß. Gummi, tragacantham macerato prius in paſſo cretico, & vbi diſſoluta fuerint, reliqua tuſa adijcito: & cum droſato ſufficiẽti excipito, formato hypoglottides: & quum vſus poſtulat, dato.

7 Hypoglottis ad vocem amiſſam, & raucitatẽ, reliquoſq; arteriæ affectus probata. Tragacanthæ, gummi, ſingulorum exag. ß. Myrrhę, thuris, ſingulorum ſiliq. iij. Palmularum pinguium, glycyrrhizæ, ſingu. ſiliq. vj. Trita excipe cum paſſo cretico, aut droſato ſcillitico, aut tuſsilaginis. formato hypoglottides, & dato vt mirabiles.

Hypoglottis arteriaca,ad aſperitatem fauciũ , vocemq́; 8
amiſſam,valde laudata. Croci , gran.vij. Glycyrrhizæ,
ſpicæ nardi,ſingulorum exagia.iiij.Myrrhæ, exagij quar-
tam partem. Thuris , exagia.iij. Seminis hyoſcyami, exa-
gium.j. Trita fermentato cum droſato, finge hypoglotti-
des,& præbeto,

Hypoglottis experta,ad amiſſam vocem,& raucitatem 9
à plurima humiditate natam. Coſti , folij , ſpicæ nardi,
amomi,piperis communis,caſiæ,maſtiches, ſingulorũ exa-
gia.v.Opij,exag.j.Trita ſubigito cum ſucco mororum,&
fingantur hypoglottides non admodum aridæ, vt ſcilicet
facilè ſub lingua liqueſcant,ac dato.

Hypoglottis admodum mira , ad raucitatem propter 10
plurimam humiditatem factam. Croci,ſiliq.vij.Gummi,
ſiliq.x. Tragacanthæ,ſiliq.xvj.Caſiæ,ſiliq.viij.Seminis pa
pauceris albi,ſiliq.xij.Piperis cõmunis,ſiliq.iiij. Thuris ma
ſculi , ſiliq.iij. Trita excipiantur cum droſato ſcillitico,&
ſucco mori,fingantur hypoglottides,& præbeantur.

Hypoglottis ad raucitatem à deſtillatione ortã, admo- 11
dum probata. Maceris,ſiliquas.vj.Cinamomi, ſpicæ,ſin-
gulorum ſiliq ſex.Succi glycyrrhizæ, carnis caricarum,ſin
gul.ſtag.j.Trita excipe cum ſucco braſsicæ phrygiæ , for-
mato hypoglottides,& dato.

Hypoglottis è braſsica, vocem repurgans, valde mira- 12
bilis. Succi foliorũ braſsicæ hortenſis , vnito cum melle
probè deſpumato,ac coquito ſimul benè ad conſiſtentiam.
Adijce ſucci glycyrrhizam , & tragacantham maceratam.
Subactiſq́; ſimul benè & emollitis , rurſus prope lentum
ignem ad cõſiſtentiam vſque coquito.Dein ab igne ſemo-
ta,in lebete maneant tribus diebus, Tandem exempta re-
conde in vaſe, ac vſu exigente formato hypoglottidas, &
dato cubitum ituris,muniens ægros à frigore.

Hypoglottis ad amiſſam vocem, raucitatem, & eos qui 13
ægrè excreant valde probata.Tragacanthæ,gummi, ſing.
ʒ.vj.Myrrhæ.ʒ.j.obolos.ij.Thuris maſculi.ʒ.j.ß. Piperis
albi, gran.xx.Croci.ʒ.ß.Succi glycyrrhizæ.ʒ.vj. Palmu-
larum pinguium. Trita excipito cum paſſo cretico. Gum-
mi autem & tragacantham tundito & cribrato. Paſſum ve
rò irrigato cum ſucco glycyrrhizæ , & tuſa in aqua coqui-
to

to ad conſiſtentiam quadruplam, ſingito hypoglottidas, & dato.

24 Hypoglottis mirifica, ad eos qui non niſi recta ceruice ſpirant. Croci, glycyrrhizæ, thuris maſculi, myrrhæ, gummi, tragacanthæ, ſingulorum. ℈.iij. Penidiorum. ℈.j.ß. Trita fermentato cum viño dulci, formatas hypoglottidas præbeto.

25 Hypoglottis ad tuſsientes, non niſi recta ceruice ſpirantes, & deſtillatione laborantes. Tragacanthæ, gummi arabici, amyli, amygdalarum dulcium, ſeminis portulacæ & vrticæ, cucumeris ſeminum, glycyrrhizæ, ſeminis papaueris albi, ſeminis lini, ſucci glycyrrhizæ, ſingulorum. ʒ.iij. Penidiorum. ʒ.ij. Trita fermenteſcant cum droſato ſcillitico, fingito hypoglottidas, & dato.

26 Hypoglottis fluxiones ſiſtens, retenta per totam noctē. At ſaliuam ex ipſa coactā expuere prodeſt. Styracis, croci, thuris, opij, ſin. exa. j. Trita fermenteſcant cum droſato roſarū, aut myrtino, fingātur hypoglottides, & dentur.

27 Hypoglottis concoquens, ad diuturnas tuſſes, & deſtillatione laborantes vtilis. Mellis attici puri. ℥.iiij. Terebinthinæ ſubactæ. ℥.ij. Galbani. ℥.j. Mel cum terebinthina benè coquito, poſtea adijce galbanum emollitum: vbi liquefacta fuerint, tollito ab igne, moueto quoad refrigerentur. Vbi refrigerata fuerint, formato hypoglottides fabæ aut nucis ponticæ magnitudine, deinde in vmbra ſiccato. Vnamquamque hypoglottidem extrinſecus cera obuoluito ne diſſoluantur, ſeruatoq; in vaſe. Vſu verò poſtulante adempta cera, vnam ſub lingua retineto. Aeger ſaliuam exuſtam deglutiat.

28 Hypoglottis ſitim arcens, ad ęſtuantes. Seminis cucumeris ſatiui, intybi, & lactucæ, ſingulorum exag. j. Spodij, ſiliquas. iiij. Seminis cotonei, & malorum ſucci glycyrrhizæ, ſingulorum exagium. ß. Tragacanthæ, exag. j. ß. Sacchari candi, & penidij, ſingulorum exag. j. Trita fermenteſcant cum albo oui, aut ſucco zeæ, quam * far latini nominant, aut nenupharis, fingito hypoglottides, & dato.

* φάῤῥος.

29 Hypoglottis admodum mira, ad æſtuantes, ſitim reſtinguens. Seminis cucumeris ſatiui, cotoneorū. ʒ.ij. Seminis lactucæ, & intybi, ſingul. ʒ.j. Glaciei hyemalis in for-

nicibus factæ. ʒ.iij. Sacchari candi, exag.j. Trita ſubigito
cum albo oui, formato hypoglottides, & dato.

Hypoglottis ad continuas febres nominatas lipyrias, 20
ardentes, & hecticas. Seminum cucumerum, ſingulo-
rum. ℥.ß. Seminis lactucæ, & intybi, ſingulorum exa-
gium.j. Seminum pyrorum, exagium.ß. Succi glycyrrhi-
zæ, exagium.j. Tragacanthæ, gummi, ſingulorum exa-
gia.ij. Seminis portulacæ. ℥ ß. Seminis atriplicis, ſiliq.vj.
Penidiorum. ℥.j. Trita fermẽtato cum ſucco pſyllij, ſingi-
to hypoglottides, easq́; vſu exigente præbeto.

Aqua pota, pleuriticos confeſtim iuuans. Radicis 21
phu, faſciculum vnum. Coquito cum aquæ libris. iiij.ß.
ad tertias. Dein expreſsis adijcito ſacchari aut penid[io]-
rum. ℥.iiij. ac rurſus coquito ad conſiſtentiam. Pòſt vbi
ab igne ademeris, dato ægrotanti cyathos tres ieiuno.

Tuſsilaginē intelligit.

Simile. Accipe leue olus, quod Italis * Scampiuza voca-
tur, faſciculum vnum. Hordei denudati. ℥.ß. Aquæ quod
ſatis eſt, coquito ad tertias. Præbe bibendum cum penidijs
manè ieiuno.

Aqua ad eos qui abſceſſu laborant, ſuppuratos, & tuſ- 22
ſientes pota bona. Zizipha.xx. Glycyrrhizæ, chamæleu-
ces, ariſtolochiæ rotundæ, ſingulorum. ℥.ß. Florum & ſe-
minis maluæ, ſingulorum exagia.ij. Hordei denudati. ℥.j.
Coquito in aqua ad tertias, dato bibendum tota die cum
penidijs, aut ſaccharo.

Aqua pota ad continuas febres, & ardentes, admodum 23
bona. Nenupharis. ℥.iij. coquito in aqua ad tertias, aut
confice vt ſtillaticium roſarum liquorem, & hanc aquam bi
bendam præbeto cum droſato violarum.

Per inferna deijciens aqua ex maſtiche, ad pleuriti- 24
cos admodum probata, & eos qui febre vacant mirabi-
lis. Maſtiches. ℈.ix. terito valde, & cum aqua tepida ſubi-
gito, ac diligenter concutito quo ad lactis colorem nan-
ciſcatur, præbetoq́; bibendam. Ea pota, in promptu ha-
beto amygdalas amaras decorticatas viginti, & ſubactas
cum modico melle aut droſato, lingendas dato, poſtea ſor-
bendam præbeto aquam calidam paulatim. Eius vtique is
eſt vſus.

Aqua in principio pota ad pleuriticos febre vacantes, 25
exper

experta. Rutæ, hyſſopi, calaminthæ, origani, aut iridis, aut ariſtolochiæ, vnumquodque in aqua ad tertias coquito, datoq; bibendam in vino dulci. Aut chamæpityos, faſciculum vnum manipularem, & aquæ lb.iij.ß.coquito ad tertias, & commixtis vini dulcis cyathis tribus bibendam dato ieiuno ante cibum.

26 Aqua ocularis illita ad vehementes oculorum dolores, & oculos cruentos, atque æſtuantes. Moſchi, caphuræ, tutiæ, ſarcocollæ, quæ antzarut dicitur, ſing.exag.j. Gummi arabici, exag.ß. Sacchari candi, aloes flauæ, ſingul.exag.j. Trita madefacito cum vino puro, & conijce in vitreũ vas. Dein hoc vas conijce in lebetem aqua ſufficienti refertum, & vinum cum ſpeciebus ad tertias coquito. Colatã poſtea reconde in vaſe. Si vſus exigit, accipito & inungito palpebras bis & ter, & ſæpius die. Eſt probata. Antzarut quid

27 Aquæ malorum confectio admodum probata. Malorum, & cotoneorum purgatorũ ſucci, lb.iij. Admiſce illi mellis attici puri lb.iiij. & aquæ lb.ix. Dein coquito deſpumando ad tertias, ſemota ab igne recondito in vaſe. Quod ſi verò placet, pro melle ſaccharum inijciens. Dato ſitientibus, æſtuantibus, reſolutis, & ſtomacho malè affectis. ℥. ij. cum aqua calida, ieiunis.

28 Aquæ malorũ cõfectio ſimilis, valde neceſſaria. Malorum & cotoneorũ in fruſta diſſectorũ purè, lb.v. Aquæ fontanæ, lb.xv. Coquito vtraq;, donec liqueſcant: ſemota ab igne, vbi refrixerint, colato, & expreſsis malis, ipſa abijcito. Aqua verò dimenſa, admiſce ſacchari dimidiũ: & rurſus ſpuma ſublata coquito, donec octaua pars abſumatur. Aliqui etiam mala dulcia adijciũt. Sic probè cõfecta vtere.

29 Aquæ roſaceæ confectio. Roſarum, cotoneorum carnis, ſingulorum lb.ij. Aquæ lb.iiij.ß. Sacchari, lb.iij. Benè confectam dato, vt aquam malorum.

30 Aquæ malorum confectio admodum probata. Malorum & cotoneorum ſucci, lb.j.ß. Roſarum lb.iij. Aquæ, lb.vij.ß. Verùm vbi eo tempore roſæ inueniuntur cum malis, oportet ſuo tempore conficiatur cum melle. Quando verò poma tantum apparuerint, vniuerſa compoſitio cum ſaccharo fiat, quam probè confectam dato.

31 Aquæ myrtites confectio admodum probata. Succi

baccarum myrti lb.iiij.ß. Mellis attici, aut ſacchari, lb.j.ß. Miſce, & ad tertias coquito, dato manè ieiunis. ℥.j. aut. ℥. ij. cœliacis & dyſentericis, vt probatam.

Hypoglottis ad febres cõtinuas & ardentes, valde laudata. Succi glycyrrhizæ, ſeminis lini, ſeminis cotoneorũ, malorum & pyrorum ſeminum, papaueris albi, & nigri, tragacanthæ, ſacchari candi, penidiorum, ſingul. ℥.j. ſeminum cucumerum, ſemina coniatici, ſing. ℥.ß. Trita ſubigantur cum droſato violarum, aut limoniorum, & fingantur hypoglottides, detur vna vt ſub lingua contineantur, & ſaliua deglutiatur. 32

Hypglottides ad tuſſes in febribus factas admodum probatæ. Glycyrrhizæ, tragacanthæ, ſeminis vrticæ & cotoneorum. ℥.ß. Penidiorum. ℥.j. Succi glycyrrhizæ, amyli, papaueris albi, ſingulo. exag. ij. Trita fermenteſcant cum droſato, & fingantur hypoglottides, quæ vſu poſtulante dentur. 33

Hypoglottis mirabilis, ſimilis, Seminis portulacæ, papaueris albi, ſeminum cucumerum, tragacanthæ, amyli, ſeminis cotoneorum. ſucci glycyrrhizæ, ſingul. ℥.ß. Penidiorum. ℥.j. Trita excipiantur cum droſato violarum, & fingantur hypoglottides, & dentur. 34

Ad hebetudines, & nubeculas oculorum, admodum mirificum & probatum. Succi limoniorum, ſucci fœniculi, ſucci rutæ, & ſucci ſaluiæ, ſing. ℥.j. Miſceto vtraq; ac ponito in harundinem, dein obturato ipſam diligenter, & extrinſecus oblinito fermento puro, & aſſato in cinere calido, vt fermentum panis fiat, & ſucci intra arundinem inareſcant. Poſtea accipe ſuccos condenſatos, reponito in vitreo vaſe puro. Si vſus poſtulat, terito in pollinem, adhibeto intra nubeculas oculorum, & iube vt æger ſupinus iuſto tempore iaceat. Admoueto manè & veſperi, & æger, gratia Dei, ſanus euadet. Multi enim ſunt ſanati. 35

Aqua oculis dolentibus impoſita, valet ad oculos æſtuantes, & ad omnia mala oculos inuadentia, ab acribus defluxionibus nata, & oculos cruentos, omnesq; dolores in ipſis excitatos. Accipe denarios paruos æreos. L. conijce in vaſculũ æreum, aut cupreum nouũ: dein accipe lutea ouorum quatuor aut quinq;, & concute cum denarijs, & lutea 36

ouo

ouorum diſſoluantur inſtar liquoris. Poſt acceptum de eo madefacito cum ſtillaticio roſarum liquore bono, & lacte mulieris quæ maſculum peperit, & illine oculos intrà & extrà, manè ac veſperi, vt probato, & permitte totam vt æger dormiat cum ipſo noctem.

FINIS.

## INDEX SOMNIFERORVM.


*Somniferum epithema mirabile.* 1
*Somniferæ ſpongiæ confectio.* 2
*Somniferum epithema, temporibus imponendum.* 3
*Somniferum ſuffimentum, valde probatum.* 4
*Somniferum ſuffimentum, laudatum.* 5
*Somniferum ſuffimentum, ſimile.* 6
*Somniferum vnguentum.* 7
*Somniferum Cataplaſma è palmulis.* 8
*Somniferum mirabile.* 9
*Somniferum ad cœliacos.* 10
*Somniferum valde mirum.* 11
*Somniferum epithema mirabile.* 12


# NICOLAI MYREPSI ALEXAMDRINI DE SOMNIFERIS SECTIO QVADRAGESIMATERTIA.

1 SOMNIFERVM epithema mirabile, fronti & temporibus impoſitum. Propolis, opij, ſeminis hyoſcyami, papaueris albi ſing. exag. j. Trita benè excipito cum ſtillaticio roſarū liquore, infarctūq; linteo, fronti & tēporibus imponito. Similiter. Seminis hyoſcyami, papaueris albi, farinæ hordeaceæ, olei mādragoræ, opij, ſin. exa. ij. trita fermētato cū albo ouorū & illitū linteo frōti imponito.

2 Somniferæ ſpongiæ confectio mirabilis valde. Succi mādragoræ, ſucci lactucæ, ſucci hyoſcyami foliorum, caphuræ, ſucci nenupharis, ſucci ſolani, madefacito in ijs opium, quod ſatis eſt. dein ſpongiam nouam inijce, vt totum ſuccum combibat. Poſtea accipe ſpongiam, hanc con-

ſectionem in ſe habentē, & linteo vndequaq; orbiculariter tectam in æſtu caniculari ſuſpendito, vt exiccetur. Tandem recondito, & vſu poſtulante odorandā dato. cōfeſtim enim ſomnum accerſit. Confert nephriticis, vigilantibus, cōtinuis febribus, & omnis generis vigilijs. Eſt probatum.

Somniferum epithema, temporibus imponendū. Hyo- 3
ſciami viridis ſucci, papaueris albi viridis ſucci, farinæ hordeaceæ, ſucci ſolani, olei mandragoræ, opij, propolis, ſing. ℥.ß. Opium benè tritum, propolim, & farinam fermentato cum ſuccis, deinde linteo infarcta fronti imponito.

Somniferum ſuffimentum, admodum probatū. Sty- 4
racis, amomi, ammoniaci thymiamatis, bdellij ſcythici, corticis radicis mandragoræ, opij. ʒ.ß. Confice cum lignis cypariſsinis. Poſtea ægrotantem ſuffito, & ſtatim dormiet.

Somniferum ſuffimentum, laudatum. Folij, amomi, 5
coſti, zarnabo, ſing. ℥.ß. Carpobalſami. ℥.vj. Probè confecto, ſuffito ægrotantem, vt præcedente.

Somniferum epithema. Sampſychi, melanthij, ſemi- 6
nis agni, cornu ceruini, baccarum lauri, abſinthij, bituminis iudaici, origani ſylueſtris ſeminis, cumini Aethiopici, aniſi, caſtorij, reſinæ piceæ aridæ, lapidis gagatis, vnguium odoratorum, ſing. ℥.ß. Cedriæ, picis liquidæ, ſingulorum, ℥.ß. ʒ.j. Probè trita & ſubacta illine linteo, & fronti imponito.

Somniferum vnguentum fronti inunctum, & naribus. 7
Styracis, myrrhæ, ſingulorum. ℥.ß. Malorum mandragoræ ſucci, & radicis corticis, ſeminis hyoſcyami, baccarum myrti nigrarum, roſarum aridarum, ſing. ℥.ß. Olei roſacei ℥.iij. Arida benè trita madefacito cum vino odorato veteri, & cum oleo, linteo infarta fronti imponito.

Somniferum cataplaſma è palmulis, mirabile admo- 8
dum, & probatum. Palmularum pinguium. ℥.j. maceratarum in vino, ſubacta probè, & madefacta cum oleo roſaceo, aut melino, adiectis farinis ſufficientibus, & ſubacta benè illinito linteo, & pectori imponito. Nam & ipſum ægrotantem ad ſomnum præparat.

Somniferum mirabile, probatum. Fel leporinū miſce- 9
to cum vino, & da bibendum dormituris, & celerrimè ſomnum alliciet. Si verò æger febricitat, da cum aqua

po

potandum.

10 Somniferum ad cœliacos,dato dormituris, probatum. Spicæ,maſtiches,croci,apij,ſeminis papaueris albi, ſingulorum ſiliq.iij. Opij,gran.ij. Si placet,adijce etiam alumen ſciſsile. Trita dato bibenda carentibus febre cum vino, febricitantibus autem cum qua tepida.

11 Somniferum mirabile admodum,& probatum. Opij.℈.ß.aut quartam partem,pro viribus. Tritum benè ſubigito cum ſaccharo,aut droſato violarum, & præbe bibendũ cum aqua. Eſt enim mirabile admodum.

12 Somniferum epithema.fronti & temporibus imponendum,quum æger ad dormiendum vadit. Papaueris nigri & albi,ſingulorum exagia ij. Seminis hyoſyami,exag.j.ß. Seminis ocimi,exag.ij. Seminis lactucæ,exag.j. Opij.℈.ij. Benè trita madefacito, & adijcito farinæ hordei exag.ij. Subacta excipito cum ſucco hyoſcyami,& propolis quantum ſatis erit. Infracta linteo imponito tepida fronti & tẽporibus. Poſtremùm autem dato ex diapapauere ſemunciam comedendam.

FINIS.

## INDEX AQVARVM, AQVAM Ducentium,& vterinorum medicamentorum.

*Aqua capillos augens,probata.* 1
*Aqua flauos capillos faciens.* 2
*Aqua capillos muniens à gladijs.* 3
*Potio aquam ducens,ad hydropicos.* 4
*Potio aquam ducens hydropicorum,probata.* 5
*Potio aquam ducens,ad hydropicos.* 6
*Potio aquam ducens panchreſtos.* 7
*Potio aquam ducens,& vrinam mouens valde vtilis.* 8
*Potio aquam ducens Oribaſij,probata.* 9
*Potio ducens aquam hydropicorum,valde bona.* 10
*Potio aquam ducens hydropicorum,admodum bona.* 11
*Potio aquam ducens,ad hydropicos.* 12

*Aquam ducens ecligma, ad hydropicos.* 13
*Aquam ducens hydropicorum, & lienoſorum potio.* 14
*Aquam ducens potio ſimilis.* 15
*Aquam ducens ſimilis potio.* 16
*Aquam ducens potio ad hydropicos & lienoſos.* 17
*Aquam educens potio, vteri dolores diſſoluens.* 18
*Vterinis malis, & difficultatibus, potio valde vtilis.* 19
*Vterinos dolores ſedans, potio probata.* 20
*Vterina mala, & animi defectiones ſedans potio mirabilis.* 21
*Vteri dolores, & diſtenſiones hypochondriorũ, ac inteſtinorum cruciatus ſanans.* 22
*Potio hydropicorum è ſeminibus.* 23
*Hydropicorum potio admodum bona.* 24
*Hydropicorum, in quibus magnus eſt in ventre tumor, potio.* 25
*Medicamentum hydropicis accommodatum.* 26
*Hydropicorum epithema valde bonum.* 27
*Hydropicorum epithema, ſimiliter bonum.* 28
*Aquam ducentia in iis qui aſcite laborant. probata.* 29
*Aquam ducens datum hydropicis, laudatum.* 30
*Purgatorium per inferna ducens. admodum probatum.* 31
*Purgatorium ſubducens, omnibus firmum & probatum.* 32

# NICOLAI MYREPSI
## ALEXANDINI, DE AQVIS AQVAM DVCENTIBVS, & vtero accommodatis medicamẽtis, Sectio Quadrageſimaquarta

AQVA capillos augens. Aquæ pluuiæ, ℔.ix. 1
Rhois alexãdrini, ℔.iiij.ß. Adianti, ℥.iij. Sauinę. ℥.iiij. Ladani. ℥.ij.ß. Myrti. ℥.j. Moueto bis die cũ ſpatha laurina, dein aqua caput lauato, & pectito quotidie. Simile. Semẽ altheę in aqua elixato, & abſtergito caput. Seruat capillos & auget, caputq; roborat. Simile. Semen altheæ elixato in oleo communi, & inunge cum eo caput, & capillos, vt probato.

Aqua flauos efficiens capillos. Lupinorũ crudorũ, adiãti, palearũ aridarũ, roſarum ægyptiarũ, ſing. ℥.iij. Elixato 2

cum

cum aqua ad tertias, caputque eo lauato. Similiter decocti roſarum ægyptiarum. ℥. decem, ſubigito cum vini rubei lb.j.ß. Chelidonij.℥.ij. Politrichi, abſinthij, ſingulorum. manipulum.j. Lupinariorum.℥.ij. Hæc coquito in aquæ libris.x. Vbi ab igne remoueris, conijce in vas vitreum. & ſinito illic diebus.ix. Singulis diebus moueto, deinde imbue eo ſpongiam nouam, & capiti capilliſq; affricato vt probatum. Atque ſic vtitor.

3 Aqua capillos conſeruans à gladijs. Radicis vlmi, palearũ aridarum, roſarum, gallarum, polytrichi, neratziorum recentium, foliorum, pilularum cupreſsi, ſing.℥. iij. Coquito in aqua ad tertias, lauato caput, & pecte. Simile. Melãthiũ vſtum & tritũ madefacito cum aqua, & illine, vbi volueris vt capilli augeantur & cõſeruẽtur, potiſsimũ in ſupercilijs.

4 Aquam hydropicorum educens, valde bonum. Smilacis quæ iuxta aquas in ſepibus inuenitur[a] ac ſiliquas producit quemadmodum hortenſis Smilax, quæ lobia vocatur, aut[b] phaſeoli foliorum ſucci, lb.j.ß. Coquito ad tertias, & dato bibendũ cyathum vnum, aut cochleariũ vnum, vt probatũ.

[a Ac ſiliquas, &c.] *Manuſcirptus codex hic mirificè eſt decurtatus & deprauatus. Nam ita legit* ἐν τοῖς φραγμοῖς εὑρισκομένης ὥσπερ ἡ κηπαία σμίλαξ ἃ λόβια καικυμὲν. *Quum potius ita legendum ſit:* ἐν τοῖς φραγμοῖς εὑρισκομένης λοβοὺς ποιήσας ὥσπερ ἡ κηπαία σμῖλαξ ἣν καλουμὲν λόβια. [b Aut phaſeoli.] *Græcè eſt* ἢ καὶ φασιόλου *&c. Aetius tamen habet* ἢ τῶν φύλλων ταύτης τῶν χυλου, *hoc eſt, aut huius foliorum ſuccum.*

5 Potio aquam educens hydropicorum, laudata. Accipe ſmilacem, coquito in aqua ad tertias, donec flacceſcat: dein terito folia cum decocto, donec in ſuccum vertantur. & dato bibendum cochlearium vnum ſingulis diebus, quoad ſanaueris. Perfecta autem menſura, cochle.j.ß. Simile. Cartami ſeminis. ʒ.iiij. Aloes flauæ. ℥.j. Grani cnidij.℈.vj. Dacrydij.℈.iij Trita in pilulas cogito cum ſucco[a] heliotropij, quod colore magis cœruleum eſt, & dato dormituris ʒ.j. Alijs verò.℈.vj.ieiunis.

[a Heliotropij quod colore, &c.] *Videtur vulgi more per heliotropiũ Nicolaus intelligere cicherium.*

6 Aquam educens hydropicorum, per vniuerſum curationis tempus pota. Cancrorum fluuialium aridorum ſine

mani

manibus & pedibus [a] ademptis teſtis, lb. j. Aſari. lb. j. Trita & commixta ex aqua pluuiali, vnde ſunt deſumpti cancri, dato bibenda. Interdum pro aſaro ſeruatur, & multis medicis in vſu eſt, hoc quod habet. Ammoniaci thymiamatis. ʒ. ij. Herbæ lonchitidis radicis. ℥. j. ß. quartã partem. Petroſelini. ℥. ß. Calami indici, coſti, cinamomi, ſpicæ nardi, piperis longi, myrrhæ, ſtactes, ſingulorum. ℥. j. Seminis rutæ, folij, ſingul. ℥. iij. Phu, ſtyracis, ſingulorum. ℥. iiij. Trita excipiantur cum melle deſpumato, benè confecta dato fabæ ægyptiæ magnitudine cũ aquæ calidæ cyathis tribus.

[ a Ademptis teſtis.] *Græcè eſt λιλιπισμένων. Aetius autẽ habet, χωρὶς χειρῶν καὶ ποδῶν λιλιπισμένων.*

Potio aquam educens panchreſtos, multam enim vri- 7
nam ducit, & ad lumbos dolore moleſtatos facit, & eos qui pituitam habent in vniuerſo corpore. Ad pleuriticos, peripneumonicos, quartana conflictatos, arthriticos, & diſtentione correptos. His quidem cum vino, illis autẽ cum mulſa data, vt probata. Ariſtolochiæ, myrræ, abſinthij, ſeminis abrotoni, iridis, canchryos, ſingulo. ʒ. iiij. Aniſi, baccarum cedri, radicis panacis, pyrethri, ammoniaci thymiamatis, cardamomi, ſing. ʒ. ij. Cumini. ʒ. ij. obolum. j. Trita ſubigantur cum droſato, & fingantur paſtilli vnius aut duorum triobolorum, pro viribus ægri.

Potio aquam educens, & vrinam mouens, admodum 8
vtilis. [a] Opobalſami, ſpicæ nardi, carpobalſami, caſiæ, cumini, glycyrrhizæ, hyperici, floris iunci odorati, aſari, amomi, dauci, ſmyrnij ſeminis, & petroſelini, calami odorati, piperis cõmunis, ſeſeli, [b] acetabuli, ſing. exag. j. Terantur, & detur cochlearium vnum ex vino. Cõducit etiã vnumquodq; per ſe potum.

[ a Opobalſami.] *Aetius legit βαλσάμου καρποῦ.* [ b Acetabuli.] *Græcè eſt, κοτυληδόνος. Aetius autem σπονδίλου legit.*

Potio educens aquam, Oribaſij, probata. Salis 9
ammoniaci. ʒ. iiij. Maſtiches. ʒ. ij. Euphorbij. ʒ. vnam. Terantur & dentur. Vna enim vice in fortioribus dantur.

Potio aquam educens hydropicorum, admodum bo- 10
na: quemadmodũ inter Heram, Aſclepiadem, Dioſcoridẽ,

&

& archigenem conuenit. Cucumeris, ſylueſtris radicem tuſam, & cribrò transfuſam, diligẽter, per triduum macerato in vino aſtringẽte, pondere obolorum duorum, & deinceps dato tribus diebus. Et facto interuallo, rurſus dato ſimiliter quouſq; tumor ſedetur, Moliter autem aquam ſubducit & neq; ſtomachum lædit, [a]magiſq; vires conſeruat.

[ a Magiſq; vires &c.] *Aetius ſimpliciter legit* καὶ τὰς δυνάμεις τηρεῖ.

21 Potio aquam educens hydropicorum, admodum bona. Ducit aquam per aluum multam. Solanum hortenſem in ſuccum eliquato, datoq; cyathum vnum quotidie, donec omnino ſanes.

22 Potio aquam ducens hydropicorum. Salis foſsilis atticco melle aſſati & torrefacti. ʒ.ij. Piperis communis, euforbij, ſingulorum. ʒ.x. Tritum & leuigatũ totum dato cum ſucco ptiſanæ: hoc enim eſt perfectum eius pondus. Similiter. Radicis acetabuli, ſcillæ repurgatæ, ſingulorum. ʒ.j. Dabibẽdum cum mulſi cyathis duobus, & ſingulis diebus ieiuno. Pariter. Euphorbij. ʒ.j. Salis communis. ʒ.iij. Caſtorij. ℥.j. Terito & leuigato. Dimidium detur cum aqua calida. Similiter. [a]Chamæleontis, petroſelini, piperis communis, ſingul. ℥.j. Terito & cribrato. Vbi vſus poſtulat, datur dimidium cum aqua calida.

[ a Chamæleontis.] *Gracè eſt* χαμαιλέοντος. *Aetius autem habet* χαμαιλέας.

23 Aquam ducens eligma ad hydropicos probatũ. [a] Semina ricini numero. xxxv. Nitri ſpumæ, cochlearia. ij. Trita diligenter excipe melle, & totum præbeto lingendum, poſtea mulſæ calidæ cyathos tres bibẽdos porrigito: mouet enim humorem adiacentem citra noxam. Purgat verò interdum totis tribus diebus. Oportet autem ante eius ſumptionem conuenienti vti victus ratione.

[ a Semina ricini.] *In codice Nicolai deprauatè legitur* ἐρο τίνας κικίας, *pro* κρότωνας κικίας.

24 Aquam educens potio ad hydropicos & lienoſos, admodum probata. Agarici triobolum ex oxymelite potum, ſanat. Similiter polij herbæ decoctum, potum cum oxymelite & aqua in qua ferrum ſæpius extinctum eſt, præter opinionem ſanat.

Potio

Potio ducens aquam ad hydropicos & lienoſos, initio 15
morbi vtilis. Sampſychi decoctum cum vino potum, & cũ
aqua marina perfuſus venter. Prius tamen bubulum fimũ
cum aceto, & vrina pueri, & ſulphure ignem non experto
inungere conuenit.

Potio aquam educens, ad hydropicos & lienoſos, per vri 16
nam purgans. Cyperi radicem leuigatam da ex vino biben
dam. Similiter. Aſari radicem tritam cum vino bono irriga
tam, bibendam præbeto. Item corticem capparis tritum ex
bono vino bibendum propinato. Similiter. Acori radicem
tritam ex odorato vino bibendam dato. Similiter. Struthij
radix, & rana fluuialis ex albo iure comeſta, & eorundem
decoctum cum condimentis vnguentarijs potum. Humo-
rem enim per aluum educit. Similiter. Lapidem ranæ terre
ſtris in capite eius repertum ligato cum diligentia ac terito,
& appende ceruici ægrotantis. Pertingat autem vſque ad
ſtomachum: & ita æger, gratia Dei, ſanabitur.

Aqua ducens potio, hydropicis & lienoſis admodum lau 17
data. Vrinam incorrupti pueri quotidie bibendam prębeto
ieiuno. Eſt enim probatum.

Potio aquam ducens, vteri diſſoluens dolores. Radicis 18
gentianæ, radicis helenij, foliorum artemiſiæ, roſmarini,
marrubij, meliſſophylli, foliorum citrij, ſampſychi, ſingulo
rum. ℥.j. Trita coquito in aqua ad tertias, & accipe ex de-
cocto partes duas, & ex decocto rutæ partem vnam. Simul
confundito, & præbe bibenda ex vino ſufficienti.

Ad mala vteri, & eiuſdem moleſtias admodum vtilis po 19
tus. Caſiæ, rhei barbari, ſingulorum exag. j. Agarici, exag.
ß. Trita bibenda dato ex mulſa. Præbeto etiam, vbi voles,
cum vrinam mouentibus aliquot ſpeciebus. Aut amiſce illi
anethi aridi decoctum, aut ſeorſim bibendum dato.

Vterinos dolores ſedans potus, probatus. Radicem rhei 20
tritam præbeto ex vino bono potandam. Similiter. Opopa
nacis. ℥.ß. tritam exhibeto ex mulſa. Hoc enim vteri etiam
phlemonem mitigat.

Vterina mala, & animi defectiones ſedans, potus mi- 21
rabilis. Galbanum odoratum & ſuffitum prodeſt. Similiter
Malua cum fœnogræco, & [a] ſemine lini illita. Aut melliſſo-
phyllum illitum. Aut bitumen illitum, & odoratum ſanat.

[ a Semi

[ a Semine lini.] *Perperam λικοσπέρματος, pro λινοσπέρματος legit manuſcriptus codex.*

22 Vterinos dolores, diſtenſiones hypochondriorum, cruciatusque inteſtinorum ſanans, probatum. Rhei pontici, exag. j. Tritum dato ex aqua calida, aut droſato bibendum cum aliquo quod vrinam mouet. Et ita vtitor.

23 Hydropicorum potio è ſeminibus vrinas mouens, & per aluum educens. Carei. ℈. xiij. ß. Seminis fœniculi, aniſi, ſingulorum. ℈. vj. ß. quartam partem. Cumini latioris. ℈. vij. ß. ℈. ß. quartam patem. Myrrhæ, piperiscommunis, ſeminis apij ſingulorum. ℈. j. ß. Iridis, ſiliquam. j. ß. Trita madefacito cum mellis attici ℔. ß. & quarta parte, & vini ℔. iij. Benè confecti dato mẽſuram vnã meri in ſolij inceſſu ieiuno, prius calefactam. Eſt valde bonum & iucundum medicamentum.

24 Hydropicorum potio admodum bona, vrinam mouens Aquæ inter cutem, quæ tympanitis dicitur, valde vtilis eſt. Seminis fœniculi, & cucumeris, cardamomi, radicis eryngi, corticis radicis capparis ſingulorum. ℥. j. Stercoris columbini, cyath. ij. Trita ſubigantur cum aqua, & fingantur pilulæ ciceris magnitudine, dato ſingulis diebus quinque.

25 Potabile hydropicorum, Lagenium vocatum, probatũ in ijs quibus copioſus eſt tumor circa ventrem, & reliquum corpus molle eſt. Radicis bryoniæ repurgatæ. ʒ. x. Myrrhę ʒ. iiij. Cumini æthiopici, aniſi, ſeminis capparis, ſing. ʒ. iij. Vini adſtringentis. ʒ. j. Sapi cretici, ℔. iij. Bryoniam cum reliquis in mortarium conijce, ac citra myrrham tundito, & omnibus exemptis, in vitreo vaſe macerato, admixto liquore. Pòſt dies ſeptem colato, myrrhamque macerato, & vbi fuerit diſſoluta, probè conficito, & dato ante cibum cyathos. iiij. & die vna interiecta, [a] præbeto cyathos quinque: rurſus interpoſita die, præbeto cyathos ſex. Et deinde dato carnes ferinas quantum viribus ſufficit. Aſſas autem comedere conuenit, & vinum ſuperbibere auſterum meracius.

[ a Præbeto cyathos quinque.] *Hæc in manuſcripto codice non habentur, ſed ex Aetio adiecta ſunt, & alia quædam, quæ ſingulatum indicare nihil attinet.*

Hydro

Hydropicis accõmodatum medicamentum, per ſedem 26
enim multam aquam ducit. Eſt autem bonum medicamen
tum ad mouendam etiam vrinam. Grani cnidij repurgati,
radicis bryoniæ. ſingul.ʒ.ij. Scillæ crudæ repurgatæ.ʒ.v.
Cumini æthiopici.ʒ.j.ß. Lathyridis.ʒ.j. Myrrhæ.ʒ.ij. Tri
ta macerato in vini adſtringentis ℔.ij.&.iiij. parte, diebus
ſeptem: quotidie benè circunagitentur, & dein colentur.
Myrrha diſſoluta, & benè confecta, dato primo die cochlea
ria tria. Secundo autem, cochlearia duo. Tertio, vnum. Hoc
facito vt probatum.

Epithema hydropicis conueniens, valde bonum. Ceræ 27
terebinthinæ, ſing.℥.j. Baccas lauri.xv. Galbani, ſulphuris
ignem non experti, aloes flauæ, reſinæ, maſtiches, picis, vuę
ſylueſtris, cumini, propolis, ſingulorum.℥.j. Trita ſubigito
cum oleo communi, & conficito vt emplaſtrum, ac toti ven
tri imponito vt probatum, & mirabile.

Epithema hydropicis conferens, ſimile. Caricas pingues. 28
x. Vuæ ſylueſtris, ſulphuris ignem non experti, baccarum
lauri, calcis, accidi fermenti, nitri, ſtercoris ſylueſtrium co-
lumbarum, ammoniaci, ſingulorum.℥.j. Naſturtij ſylue-
ſtris anguſtioris.℥ j.ß. His benè læuigatis, adijce farinæ.℥.
j. Dein ammoniacum probè contritum, & caricas in oxy-
melite maceratas adijce, & in mortario benè tundito, & ſuc
cũ cũ oxymelite vnito, & acceptis fermentis & ammoniaco
atq; vtriſq; leuigatis, & adiectis farinis, ac benè confectis,
formato cataplaſma, totiq; ventri imponito.

Aquam educens, in eo qui laborauit Aſcite, probatum, 29
inq; mulieribus quæ albo fluore moleſtantur, & in ijs qui
vlcera ex fluxione nata habent. Squamæ æris cyprij.ʒ.j.ß.
Tritam madefacito cum mulſa, & dato bibendam. Pòſt
autem parum aceti ſorbendum præbeto, vt non animad-
uertat. Aut granum cnidium aſſatum tritum, ex melle
cocto potum, aquam educit. Dato autem grana. xx.
vſu exigente, aut.xxv. aut.xxx. Qui verò corpus robu-
ſtius habent, præbeto grana.xl.

Aquam educens, hydropicis datum, probatum. Euphor 30
bij.ʒ.j. Tritum madefacito cum melle cocto, & dato
bibendum: aquam namque & pituitam ducit. Simile.
Seminis lonchitidis, obolos.viij. Tritum benè, dato biben-
dum

dum ex aqua mulſa. ducit enim aquam. Pariter Cneoron tritum & madefactum cum polenta & melle bibendum dato, vt probatum. Similiter. Cartami ſeminis. ʒ. v. Tritum excipito cum ptiſana & exiguo ſale, & probè coctum dato ſorbendum. Similiter. Ammoniaci thymiamatis. ʒ. ij. Tritum madefacito cum melle attico, & bibendum præbeto. Nonnulli medici hoc ipſum cum poſca præbent. Ducit enim aquam. Pariter, Corticis radicis ſambuci ſucci. ℥. ij. Madefacito cum vino, & bibendum propinato. Ducit enim aquam.

31 Purgatorium per inferna ducens, admodum probatum. Cinamomi, caryophylli, croci, maceris, zingiberis, ammeos, folij, ſalis communis, ſingulorum exagia. iij. Fæcis vini vſtæ, vocatur etiam ab Italis tartarum. ℥. iiij. Trita bene dato cum cibis. Subducit enim ventrem ſine labore & perturbatione.

32 Purgatorium ſubducens, certum præ omnibus, probatum valde & mirabile. Piperis longi, & nigri, zingiberis, cinamomi. ligni cinamomi, caryophylli, ſpicæ, nardi maſtiches ſingulorum exagia. ij. ß. Croci exagium. j. ß. Dacrydij, exagia. ij. ß. Trita madefacito cum ſacchari. ℥. ij. & ß. Dein cum melle attico ſufficienti coquito, & probe confectum dato manè ieiuno exag. iij. aut tria & ß. pro viribus, atque hoc quidem modo vtitor.

FINIS.

## INDEX MEDICAMENTORVM pediculos & lentigines amolientium, phœnigmon, phlegmonas, tubercula, puſtulas & vocem læſam ſanantium.

*Pediculos in capite conficiens & demoliens.* 1

*Pediculos in capite conficiens ſimiliter.* 2

*Lentigines & næuos in facie factos curans.* 3

*Lentigines, varos, maculas à ſole factas, formicas, thymos, & verrucas penſiles ſanans, ex Galeno.* 4

*Lentigines & vibices curans.* 5

*Lentiginum & macularum à ſole vſtarum excoriatorium.* 6
*Rubificans optimum Aſclepiadis. vniuerſum hydropicorũ affectum ſanans.* 7
*Rubificans ad lienoſos admodum probatum.* 8
*Phlegmonum, eryſipelatorum, & vſtionum ſanatio.* 9
*Phlegmones omnes mitigat. & ædemata diſcutit.* 10
*Tubercula, phygethla, & abſceſſus mitigans.* 11
*Puſtulas, epinyctidas, & vetera vlcera curans.* 12
*Vocem ſubitò amiſſam ſanans.* 13
*Vocem amiſſam clariorem faciens, & repurgans.* 14
*Phlegmonem linguæ curans.* 15
*Plegmonem tonſillarum ſanans.* 16
*Fuſca calculos conterens probata.* 17

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI, DE IIS QVAE pediculos, lentigines, phlegmonas, tubercula, puſtulas, & vocem læſam ſanant medicamentis, Sectio Quadrageſima quinta.

PEDICVLOS capitis conficit, & demo- 1
litur. Lupinorum decocto caput frequenter
lauato. Eſt enim probatũ. Similiter. Vuas
ſylueſtres, ſandaracham, benè tritas, made-
facito cum oleo communi veteri, & inunge.
Pariter, Hæderę ſuccum cum melle ſubactum illine. Aut
raphani ſuccum oleo communi ſubactum illinito. Simi-
liter, aluminis ſciſsilis. ʒ iij. Vuarum agreſtium. ʒ. vj. Pro-
bè trita cum melle madefacito, & capiti illinito.

Pediculos capitis interficiens, & demoliens. Sandara- 2
chæ, vuarum agreſtium, ſingulorum. ʒ. j. Trita madefa-
cito cum oleo communi, & illine capiti. Similiter vuæ agre-
ſtis. ʒ. iiij. Sandarachæ. ʒ. ij. Nitri. ʒ. j. Trita madefacito
cum aceto & oleo, ac illine. Aut, Cedriam arefactam tri-
tam cum amygdalino madefacito, & illine. Aut, alumen
lęuigatum, & cum oleo communi madefactũ ſæpius illine.

Simil

Similiter baccarum lauri.lb.j. Benè tritas baccas madefacito cum oleo:& vbi affuderis feruefacito,& illine. Si verò etiam in ſtragulis fuerint,& ipſa crebro inungenda.

5 Lentigines & maculas in facie factas pulchrè ſanans. Terræ cimoliæ torrefactæ.℥.j.Palmularum.℥.ß. Aphronitri aſſati.ʒ.viij. Trita in pollinem inſpergito. Similiter. Origani vſti,farinæ eruinæ, ſingulorum.ʒ.x.[a] Fabæ fractæ.ʒ.xv.Ellebori albi.ʒ.v.Aphronitri.ʒ.x.Alcyonij.ʒ.v. Trita ſimul inſpergito.Pariter.Origanum vſtū, & alcyonium benè trita inſperge.

[a Fabæ fractæ.] *Perperam in manuſcripto codice legitur* ἐρευγίμου, *pro* ἐρεγμοῦ.

4 Lentigines, varos, faciei à ſole vſtas maculas, formicas, [a]thymos,& penſiles verrucas ſanans,ex Galeno. Radicem bryoniæ albæ & nigræ tritam coquito cum oleo communi,donec in ſuccum ſoluatur. Hoc enim tollit lentigines,& varos. Similiter. Oleum amygdalinum cum cera coquito pura, donec ceratum fiat, & illine. Pariter [b] Lilij radicem cum melle puro, benè ſubactam illine. Lentigines præcipuè aufert. Similiter gummi, & nitri, ſingulorum.℥.ß. Trita cum melle irrigato, & illinito. Pariter ſemen braſsicæ in aqua tritum,facie prius abſterſa illine. Vbi verò exaruerit,& [c]cutis attollatur, prolue aqua multa frigida,& inunge adipem anſerinum, aut medullam ceruinam,aut ceratum cum aliquo horum confectum. Cauendum verò poſt [d]excoriationem ne incidat in aliquod quod [e]faciem lædere poſsit,verbi gratia aerem frigidū, aut ventum,aut prolutionem faciei.

[a Thymos.] *Codex Nicolai corruptè* θύματα, *pro* θυμοὺς *legit.* [b Lilij.] *Manuſcriptus codex falſo* κρίνας, *pro* κρίνου *legit.* [c Cutis attollatur,&c.] *In codice manuſcripto corruptè admodum legitur*, καὶ μετεωρίζεται ὦχρῶς, χρυσίον προσκλύματα, *&c. pro* μετεωρίζεται ὁ χρώς, χρυσίον προσκλύσματι. [d Excoriationem.] *Manuſcriptus codex legit* ἐκδωρὰν, *pro* ἐκδορὰν. [e Faciem lædere.] *In codice Nicolai perperam* βαπλόντων, *pro* βλαπτόντων *ſcribitur.*

5 Lētigines & cicatrices ſanās,valde ꝓbatū.Stercus colūbinum benè tritū cū acri aceto diluito,& vtere. Similiter.Sandarachā benè tritā ſubigito cū melle attico, vt ſordiū craſ-

ſitudinem nanciſcatur, illinitoq; deſuper diebus ſex. Areſacta verò cute, & in ſublime ſublata vtendum galbano cum exiguo nitro, & aceto læuigato. Vbi verò [a] lentigines diuturnæ fuerint, ijs etiam vtendum: nempe, Radicis cucumeris agreſtis. ℥.j. Cimoliæ. ℥.ß. Trita in vaſe recondito, vſuq; poſtulante, diſſolue cum aqua & illine. Aliud. Bulborum repurgatorum: thuris, ſingul. ℥.j. Tritis adijce cochlearium terreſtrium magnarum ſaniem. Oportet verò ipſas ſtillo pungere [b] adhuc viuas, & quod ex ijs effluit mucoſum, huic adijcere medicamento. Vbi verò diſſolutum fuerit, cum melle attico ſubacto vtere. Idem facit radix ari arida cũ melle, & acetabuli radix cerato liquido [c] excepta, & illita. Similiter. Aphronitri, alcyonij, galbani, ſingul. ʒ.iij. Amygdalarum amararũ excorticatarum. ʒ.j.ß. Trita excipito cũ melle attico, & illine, & ſinito exiccari: dein iubeto farina fabacea cõmanducata extergi, & ablui aqua mediocriter frigida, cauendo ſolem & ventum.

[a Lentigines.] *Codex Nicolai legit* φαρμάκων, *corruptè admodum, pro* φακῶν. [b Adhuc viuas.] *Malè in codice manuſcripto* ζῶντι, *pro* ζῶντας. [c Excepta.] *Græcè eſt* ἀναλυθοῦσα, *pro* ἀναληφθεῖσα.

Lentiginum & macularum à ſole factarum excoriato- 6
rium. Melanthij, ſeminis ocimi, radicis ari, ſingul. ℥.iij. Trita cum aqua ſubigito, & illine, dein ſinito agglutinari: poſt aliquantum verò interuallum, eo quod adiacet ſublato, aqua calida abluito multoties.

Rubificans optimum Aſclepiadis, Authemeron inſcri- 7
ptum, vniuerſum hydropicorum affectum mutans ac ſanans. Pyrethri, myrobalani, cardamomi, ſeminis vrticæ, piperis communis, ſingulorum. ℥.iiij. Sinapi. ℥.ij. Trita & cum aceto ſubacta, calefacta per interualla imponito horis tribus, [a] ſi æger tolerare poteſt. Deinde [b] ablato medicamento lauari iubeto, feruentioris ſolij inſeſſu vſus. Poſt balneum vtendum cerato ex roſaceo confecto oleo. Similiter. [c] Lepidij foliorum. ℥.j. Trita illine. Vbi [d] verò iam morſum ſenſerint, inducito in balneum, & ſublato medicamento in aquam feruentem conſcendere iubeto, & [e] detineto. Aegrè enim nimiam mordacitatem ferunt, ſani vero exeunt, ait Archigenes. Hoc etiam confert iſch

iſchiadicis. Summè autem cōducit & hoc ipſum. Myrobalani, ſquamæ æris, ſin. ℥.j. Nitri, exag.ij. [f]Trita aceto ſubigito, & reſinā ac ceram cum exiguo oleo liquefacta affundito, & ſubactis vtere. Cognoſcēdum verò quòd valentiora medicamenta [g]ei quod probè concoxit corpori, & ab excrementis ac ſuperfluis vacuo admouenda ſint.

[a Si æger tolerare poteſt.] *Manuſcriptus codex habet,* εἰ δυνατὸν ὑπομεῖναι αὐτό. *In Galeno autem legitur,* εἰ δυνατὸν ὑπομένειν τὸν κάμνοντα. [b Ablato.] *Manuſcriptus codex malè* ἄρξας *legit, pro* ἄρας. *In Galeno eſt* βαστάσας. [c Lepidij foliorum.] *In codice Nicolai falſò* λεπίδος, *pro* λεπιδίου *ſcribitur. Hanc lectionem confirmat Galenus, & Aetius.* [d Vbi verò iam morſum ſenſerint.] *Græcè corrupte & falſò ſcribitur,* ὅταν εἴδῃς κάμνοντα, *pro* ὅταν δὲ ἤδη δάκνωνται. [e Detineto.] *Hic locus in codice manuſcripto mirifice eſt deprauatus. Ita enim habet,* κατάχει. δυσανασχίτως γὰρ ὑπερδακνομένων. *Quum Galeno lib. 9. de Compoſ. medic. localium teſte, potius ita ſit legendum,* καὶ κάτεχε. δυσανασχετοῦσι γὰρ ὑπερδακνόμενοι. *Aetius tamen legit etiam* κατάχει, *id eſt, perfundito.* [f Trita aceto ſubigito, &c.] *Hic locus mirificè in Nicolai codice deprauatus eſt. Scribitur enim in hunc modum.* καὶ ὄξος ὀλίγον ἐπιβάλλων, καὶ ῥητίνην, καὶ κηρὸν μετὰ ὀλίγου ἐλαίου τήξας καὶ μαλάξας καὶ φυράσας πάντα ἐπὶ τῆς χρείας ἐπίχει. *Quum ita ex Galeno legendum ſit,* λεῖα ὄξει φυράσας, ῥητίνην καὶ κηρὸν μετὰ ὀλίγου ἐλαίου τήξας ἐπίχει, καὶ μαλάξας χρῶ. *Aetius tamen ſic habet,* νίτρον λεάνας κατ᾽ ἰδίαν, καὶ ὄξει ὀλίγῳ φυράσας ῥητίνην καὶ κηρὸν μετ᾽ ὀλίγου ἐλαίου τήξας ἐπίχει, καὶ μαλάξας χρῶ. *Hoc eſt, Nitrum per ſe terito, & cum modico aceto ſubigito, dein reſinam ac ceram cum pauco oleo liquefactam affundito, & emollitis vtere.* [g Ei quod probe concoxit.] *Manuſcriptus codex* εὔπεπτα *non rectè, pro* εὐπέπτῳ *legit.*

8 Rubificans ad lienem valde probatum. Corticis arboris [a] Careæ, latitudine trium digitorum, longitudine lienis, radito modicè ſuperficiem externam, donec chartam referat. Dein macerato in acerrimo aceto horis duabus. Poſtea ex aceto adimito, & lieni imponito, faſcijsq; ligatū ſinito illic per tres horas, aut quandiu ferre poteſt æger, deinde verò ſoluito & tollito, inueniesq; ſolutā duritiem, & locū rubore ſuffuſum. Tandem illinc lieni ſæpius Marciaton & Agrippæ vnguenta.

[a Careæ.] *Gracè eſt καρίας. legendum fortè καππάρεως. Et hanc lectionem eſſe legitimam, ex Aetio ſatis conſtat.*

Phlegmonas, eryſipelata, & vſtiones ſanans, valde bonum. [a] Sambuci folia tenera tuſa, & cum polenta ſubacta, tepida illine. Similiter, Pulegium cum polenta exceptum illine. Pariter, Lupinorum amarorum farinam cum polentà & aqua ſubactam illine. Item, Lauri folia viridia trita, cum pane & polenta excepta, illine. Hoc omnes phlegmonas mitigat. Item, Caſsia cum vino auſtero pota phlegmonas omnes in internis viſceribus mirabiliter iuuat, & ſic vtere.

[a Sambuci.] *Manuſcriptus codex ἀκτάιας, pro ἀκτῆς legit.*

Phlegmonas omnes mitigat, & œdemata diſcutit, ad- 10
modum probatum. Braſsicæ folia cum polenta trita, excepta & illita. Item ramenta cucurbitæ illita, ſunt admodum probata. Item platani tenera folia in vinó cocta, & vſta, lęuigataq; illita, ſunt valde laudata.

Tubercula, panos, & abſceſſus mitigans, valde proba- 11
tum & mirabile. Vrticæ folia trita tuſaq; calefacta illine. Item helxines herbæ folia læuigata, tuſa, & illita. Hoc autem bubones & omnem phlegmonem ſanat. Agreſtis oleæ folia trita tuſa illita. Item, Conyzæ folia læuigata, & calefacta probè, illine.

Puſtulas, epinyctidas, veteraq; vlcera ſanans, valde pro- 12
batum. Arnogloſſum læuigatum & calefactū illine. Item, rubi folia tenera, aut ſemperuiui, aut portulacæ illine, & polygoni folia.

Vocem ſubitò amiſſam curans, probatum. Liquorem 13
Cyrenaicum cum aqua calida diſſolutum ſorbeat.

Vocem amiſſam clarificat & repurgat. Allium coctum 14
aut aſſatum comeſtum, aut cum butyro aſſatum, & ſiccatum. Butyrum crebrò comeſtum. Aut galbanum pro catapotio aſſumptum. Item, ſuccus chamæleuces cum melle attico potus, mirabiliter auxiliatur.

Phlegmone linguæ curans. Portulaca cōmanducetur. 15
Aut folia plantaginis. Aut folia tenera oleæ, trita benè, & madefacta cum oleo cōmuni, illine. Aut ſapam cum ſtillaticio roſarū liquore illine. Aut droſatum, aut pſyllij ſuccum.

Phlegmones iuxta tōſillas ſanans, laudatū. Gargariſare 16
opor

oportet adſtringentia & reprimentia, veluti lentis decoctũ cum roſis, mixarijs, & palmulis. Venam incidere, aut cucurbitas adhibere conuenit. Et rurſum gargarizandũ decoctum glycyrrhizæ cum ſapa, aut ſtillaticio roſarum liquore, aut cucumerum, aut hyſopi decocto, aut droſato, aut poſca, adiecta etiam diamorum, & diacaryon, hoc eſt, è nucibus confectione, aut punici cõtuſi ſucco, aut lacte muliebri, aut lacte caprino tepido. Extrinſecus autẽ fouere cõuenit ſpongia, aut abſinthio, aut [a] cochleis crudis, ex aqua calida pluuia. Hæc autem illinenda. Farina hordeacea, ſemen lini, fœnigræci, ſtercus columbę, ſuccus foliorum apij, & [b] venter hirundinis. Trita & cocta inſparge tepida. Dato etiam gargarizandum paſtillum Andronis, & quæcũq; prædiximus in ſtomaticis quæ illinuntur, in litera δ.

[a Cochleis.] *Codex Nicolai habet* κυκλίοις. *puto autè legendum eſſe* κοχλίαις. [b Venter.] *Codex Nicolai legit*. χαλίας, *pro* κοιλίαις.

17 Fuſca lapides conterens, probata. Puleg:j, maſtiches, ſeminis apij, mentæ aridæ, ſing ℥. j. Salis cõmunis torrefacti, ℔. j. Seminis coriandri, ſpicæ nardi, aniſi, ammeos, ſing. ℈. vj. Folij ℈. iiij. Piperis albi. ℈. ß. aut communis. ℥. j. Lithoſpermatss, betonicæ, ſingul. ℥. vj. Aceti boni ℔. vij. ß. Tuſa & cribrata, tenuiſsimeq; trita tribus diebus, aceto miſceto, & ſoli exponito diebus quadraginta. Vbi verò vſus exigit, parato decoctum cicerum nigrorum, radicis aſparagi, apij, & adianti adijceq; mixturæ eorum cotylas duas aceti, & potato ægrotantem in calidiſsimi balnei inſcenſu. Nõnulli autem ex iam dictis ſpeciebus. ℈. xij. cum aceto tepido miſcentes, ex decocto prædictarũ herbarum præbent, & medicamentum nihilo eſt inefficacius.

FINIS.

## INDEX FISSVRAS LABIORVM & ſtrumas ſanantium medicamentorum.

*Labiorum fiſſorum curatio mirabilis.* 1
*Labiorum fiſſorum ſanatio probata.* 2
*Labiorum vlcera & omnia maligna ſanans.* 3

*Labiorum fiſſuras curans probatum.* 4
*Labiorum tubercula confeſtim ſanans.* 5
*Perniones & fiſſuras labiorum & pedum exulceratas, ad podagras ſanans.* 6
*Strumas, parotidas, bubones, & malefica vlcera diſcutiens mirabiliter.* 7
*Strumas, malefica vlcera, parotidas, & bubones diſcutiens.* 8
*Strumas & duricies diſcutiens, ac ſedem mutantes ruptiones.* 9
*Strumas & duricies diſcutiens, ac mutabiles ruptiones.* 10
*Strumas omnis generis & duricies diſcutiens.* 11
*Strumas & mammarum duricies ſanans.* 12
*Strumas exulceratas, & citra vlcerationem ſanans.* 13
*Strumarum inſperſile probatum.* 14
*Strumas putrefaciens ſeu erodens mirabile.* 15
*Strumas, abſceſſus, atheromata, melicerides, & tubercula ſanans laudatum.* 16

# NICOLAI MYREPSI ALEXANDRINI, DE IIS QVAE FISSVRAS LABIOrum & ſtrumas ſanant medicamentis, Sectio Quadrageſimaſexta.

LABIORVM fiſſorũ cura mirabilis. 1
Oui internã pelliculam fiſſuris labiorum [a]agglutina. Aut quod mẽbranæ inſtar circa palmularũ oſſa hæret. Aut araneorũ à trabib. pendentiũ albã texturã. Profundiores verò in labijs fiſſuras, adipe caprino, aut anſerino curato. Aut medullã bubulã, aut ceruinã, cum ſemperuiuo & terebinthina vnitã imponito. Aut gallã immaturã tritã cum terebinthina & æſypo, aut melle attico exceptã, beneq; confectã imponito. Itẽ gallã & maſtichem quàm tenuiſsimè trita, œſypo in cerati formã redacta excipe, & probè confectis vtere.

[a Agglutina.] *In codice manuſcripto perperam* πρόκλυσι *legitur, pro* προσκόλλα.

2 Labia fiſſa ſanans,probatum. Gallarum,cadmiæ,ſing.℥. j. Ceruſſæ.℥.iij. Trita cũ roſaceo excepta illine. Similiter. Cyperi.℥.ij.Gallarum.℥.j.Aluminis ſciſsilis.ʒ.ij. Trita in farinam,ſicca inſperge. Item.Maſtichem tritam cum vino ſubactam illine. Item.Fecem aceti vſtam cerato roſaceo, aut myrtino exceptam,imponito. Conducit etiã ad maximas in extremis corporis partibus phlegmonas. Item. Oui putaminum vſtorum,gallarum,myrrhæ,aluminis ſciſsilis, ſing.℥.j. Trita cum vino madefacito, aut æſypo excepta. impone.

3 Labiorum vlcera,& omnia maligna ſanans. Oſtrea vſta tenuiſsimè trita inſperge. Ego verò nõ vſtis contritis vſus ſum,& benè ceſsit.

4 Labiorum rimas curans probatum. Muſæ paſtillum tritum cum [a] ſapa aut vino dilutum craſſo illine. Item. Paſtillum ex [b] Halicacabo,inter eos qui ſedi adhibentur. Similiter. Et Eræ paſtillus,cum vino illitus.

[ a Sapa.] *Hoc ex Aetio adiectum eſt,qui legit* μετὰ ἑψήματος, ἢ οἴνου,*&c.* [ b Halicacabo.] *Manuſcriptus codex legit corruptè* διακκαλίβου, *pro* δι᾽ἁλικακάβου.

5 Labiorum tubercula confeſtim ſanans. Lapathi radicis, nitri,terebinthinæ vſtæ,ſingul.℈.vj. Trita excipe cerato. Vlceribus autem prius [a] purgatis & abſterſis illine. Item. Adipem anſerinum,ſuccũ ſolani,melle attico excepta cum penna ſępius illine. Repurgat enim intra labia facta tubercula. Collue autem lacte & ante illitionẽ, & ſimiliter poſt eam. Item. Adipem caprinum, anſerinum, medullam bubulam,aut ceruinam cum amaranto,& terebinthina vnita & ſubacta imponito,vt probata admodum.

[ a Purgatis, & abſterſis.] *Græcus Nicolai codex,* προσμάξας *legit, pro* προσμήξας. *Sic enim Aetius habet. Cornarius autem malè conuertit confricatis.* Cornarius.

6 Perniones & rimas manuũ & pedũ exulceratas,ac podagras ſanãs. Aſphodeli radicẽ tritã & tuſã,atq; cũ oleo elixã crebro illine. Itẽ. [a] Rapi radicẽ lęuigatã benè, & cũ cerato roſaceo,in calido cinere liquefactã illine, Aut,Dracõtij herbę folia cũ vino,& cyclamini radicis decocto excepta illine.

[ a Rapi.] *Codex Nicolai* γογγυλίδος *legit, pro* γογγύλης.

7 Strumas,parotidas,bubones,& maleſica vlcera mirabili-

X v ter

ter diſcutiens. Farinam lupinorum cum aceto exceptam illine. Item. Coriandrum viride cum vuis paſsis pinguibus benè cõtuſum, & cum melle attico exceptum illine. Similiter. Lapathi folia leuigata, tuſa, cum melle attico excepta, tepida illine. Aut, Semen lini, aut altheæ agreſtis radicem elixam & tritam illine. Item. Struthij radicem tuſam, & cum farina elixam, benè cũ vino illine. Aut. Silphij radicẽ cum cerato illine, & impone. Similiter. Radicem altheæ cũ adipe ſuillo illine. Aut, Cyclamini radicẽ collo appenſam ægrotantis. Aut, Dracontij radix pota, & illita. Aut, Fimus bubulus cum aceto elixus, & illitus. Hoc igitur etiam induratos omnes tumores probè diſcutit.

Strumas, malefica vlcera, porotidas, & bubones diſcu- 8
tiens. Calcem viuam cum melle ſubactam, aut ſucco exceptam, aut oleo communi aut adipe ſuillo illine. Aut, Calcis viuæ tritæ, & nitri, ſingulorum. ℥. j. Cardamomi, & fœnigræci, ſingul. ℥. j. Trita ſubigito cum melle, & ad emplaſtri formam redacta imponito.

Strumas & durities diſcutiens, & [a] ſedem mutantes ru- 9
ptiones. Farinam [b] loliaceam, fimum columbinum, farinã ſeminis lini, in vino probè elixa, tepida illine. Aut, Groſſos ſylueſtres & ſatiuos in aqua, donec diſſoluantur elixato: dein in mortario probè tundito, & tepidos imponito. Aut, Naſturtium album cum liquida pice exceptum & ſubactũ impone. Aut, Cucumeris agreſtis radicem, & lauri folia arida vſta cũ terebinthina excepta imponito. Aut, vuæ agreſtis, & nitri, ſing. ℥. ij. cum eruca & reſina ſubacta, ſing. ℥. iiij. Confectum imponito, vt probatum.

[a Sedem mutantes ruptiones.] *Manuſcriptus codex legit nunc* ῥόσυς, *nunc* ῥᾶξυς, *falſo pro* ῥῆξυς. *Videturq; pro* μεταβιλημμένος *legendũ eſſe* δυσμεταβλητὸς, *hoc eſt, ſanatu difficiles.* [b Loliaceam.] *In codice manuſcripto corruptè* ἔρινον, *pro* αἴρινον *legitur.*

Strumas & duricies diſcutiens, & mutabiles ruptiones. 10
Fimum caprinum, aut bubulum [a] elixum; aut farinã eruinam cum vrina pueri non corrupti, & vino, ſi placet, exiguo excepta impone, ac cum eis picis liquidæ & colophoniæ quantum vis, & ceræ, & olei benè elixa, ad emplaſtri formam reducito, & imponito. Item. Serpentem mortuã coniectam in ollam nouam, & gypſo probè oblitã, conijce

in

in caminum vt comburatur. Dein cinerē eius miſceto cum æquali fœnigræci portione, melleq; attico exceptum, probeq; confectum illinito. Similiter medicamentū ex paſsis vuis, eſt mirabile admodū: & quod ex Struthio, & cucumere ſylueſtri, & è cedria componitur. Mirabilia enim ſunt, & ad ſuppurationem ſtrumas perducunt.

[a Elixum.] *Codex Nicolai falſò legit ὠθὴρ, pro ἑφθὴρ.*

21 Strumas & duritics omnis generis diſcutiens. Myrrhæ, ammoniaci thymiamatis, ſingul. ʒ.iij.ß. Viſci quercini. ʒ. iiij. Galbani. ʒ.ij. Propolis. ʒ.ß. Reſinæ aridæ. ℥.ij. Ceræ, ℥.iij. Omnibus in mortario tuſis, & rectè confectis vtere.

22 Strumas & mammarum duricies curans. Viſci elaborati, reſinæ aridæ, ceræ puræ, ſingul. lb.ß. Galbani. ℥.j.ß. Probè vnitis & confectis vtere, vt probatis.

23 Strumas exulceratas & non vlceratas ſanans. Ceræ puræ, reſinæ pineæ, adipis ſuilli ſalis expertis. Marrubij, æruginis raſilis, ſing. ℥.iij. Trita & probè confecta, vſu poſtulante, dato.

24 Inſperſile ſtrumis conueniens, probatum. Olei veteris, lb.j. Ceræ puræ, lb.ß. Colophoniæ, nitri, ſing. ℥.iiij. Allia repurgata quinq;. Allijs cortices detrahito, & macerato tribus diebus, dein coquito, donec frixētur, & tum ipſa abijce, & liquabilia eliquato, atq; ab igne remoueto. Nitrum læuigatum inſpergito. & vtitor. Hoc autem abſceſſus etiam rumpit. Simile. Ficulni cineris. ℥.ij. Aluminis ſciſsilis, aphronitri, ſing. ℥.j. Picis liquidæ. ℥.vij. Trita benè & ſubacta dato, vt mirabilia.

25 Strumas [a] putrefaciēs, mirabile, & probatū. Aluminis ſciſſilis, ſandarachæ, ſing. ℥.ij. Squamæ æris. ℥.j. Arſenici. ℥.ß. Terātur, & arida ſtrumis inſpergantur. Si verò cancer fuerit, ſubigantur cum oleo roſaceo, & ex interuallis bis die vtitor, vt probato.

[a Putrefaciens.] *Perperā in manuſcripto codice legitur συπτικὰ pro σηπτικὰ. Qui error librario frequens eſt.*

26 Strumas, abſceſſus, atheromata, meliceridas, & tubercula curans, probatum. Ladani, bdellij, galbani, ammoniaci thimyamatis, propolis, terebinthinæ, ſing. ℥.j. Trita benè & ſubacta præbeto.

FINIS.

IN

## INDEX EORVM QVAE SCABIEM *ſanant, & pſilothrorum.*

*Scabiem & lepram repurgans.* 1
*Illitio ſcabiei conueniens, admodum mira.* 2
*Illitio ſcabiei vtilis mirabilis.* 3
*Illitio ſcabiem ſanans, admodum probata.* 4
*Illitio ſcabiei accommodata, probata & mirabilis.* 5
*Scabiem & pruritum incipientem ſanans.* 6
*Scabiem palpebrarum & pruritus ſanans.* 7
*Scabiem palpebrarum, pruritus, lepras, & impetigines extergens.* 8
*Scabiem & pruritum ſanans.* 9
*Scabiem & pruritum pudendorum curans.* 10
*Scabiem veſicæ curans mirabiliter.* 11
*Cruciatus lumborum & eorundem dolores curans.* 12
*Pulices fugans, & ſerpentes propellens, probatum.* 13
*Pſilothra podagrica, valde probata.* 14
*Scabiei aptum vnguentum, admodum laudatum & comprobatũ.* 15

# NICOLAI MYREPSI
## ALEXANDRINI DE IIS QVAE SCABIEM SANANT MEDICAmẽtis ac pſilothris, Sectio Quadrageſima ſeptima.

SCabiem & lepras repurgans. Saluiæ, oleæ æ- 1
thiopicæ lachrymæ, ſing. ʒ.iiij. Corticis radicis capparis, gummi, ſingul. ʒ.vij.ß. Benè trita coquito cum aceto, & oleo ſufficienti, confectumq́ue inunge crebrò in ſole. Item Succi radicis aſphodeli. ℥.iiij.ß. Sulphuris ignem non experti, mannæ, ſingulo. ℥.v. Nitri ʒ.iiij. Trita madefacito cum aceto acerrimo, vt in ſuccum ſoluantur, & illine crebrò. Similiter. Colophoniæ aridæ, pinguedinis bouis, & gallinæ, olei laurini, ſulphuris ignem non experti, ceræ puræ, reſinæ terebinthinæ, ſing. ℥.ß. Subacta feruefacito cum oleo roſaceo, & illine frequenter in ſole.

Illitio ſcabiei conueniens, admodũ mirabilis. Lauri ama- 2
ræ recentis foliorum tenerum. ℥.ij. Benè tuſa coquito cum oleo

oleo communi ad tertias, dein colato, & ſpecies adijce oleo, atque admiſce ceræ albæ. ℥.iij. & elixato quoad diſſoluatur. Poſtea inſperge ſulphuris ignem non experti triti. ℥.j. Benè confectam illine in ſole. Aliqui pro amara lauro ſcillam elixantes inijciunt.

3 Scabiei apta illitio, mirabilis admodum. Succi ſcillæ. ℥.iij. Ceræ puræ. ℥.ij. Oleis roſacei. ℥.iiij. Lithargyri, ceruſſæ, ſin. ℥.iij. Picis liquidæ. lb.ß. Heſcyſmatis, ſeu ſcoriæ argenti ſyriaci, ſin. ℥.ij. Trita irrigato cum aceto, & cocta ad conſiſtentiam, illine in ſole frequenter.

4 Illitio ſcabiei idonea, admodum probata. Farinæ eruinæ lupinorum, & fœnigræci, ſing. ℥.ij. cicerum nigrorum farinæ. ℥.j. Trita excipito cum melle, & confecta illine, in balneo. Item. Ceruſſæ, amyli, ſingul. ℥.ß. Plumbaginis. ℥.j. Lupinorum rubeorum, aut anchuſæ. ℥.ij. Ceræ puræ, lb.ß. Olei roſacei, lb.ß. & quartam partem. Anchuſam probè coquito cum oleo roſaceo, & admiſce reliqua benè trita, & cõfecta illine. Item. Oua decem in aceto acerrimo macerato, quo ad omnis ipſorum teſta marceſcat & molleſcat. Dein coquito oua cum aceto, & luteis ipſorum cũ roſaceo & aceto læuigatis, adijce lithargyri. ℥.ß. Mixta & ſubacta benè, redige ad glutinis craſsitudinem, & illine.

5 Illitio ſcabiei deſtinata, probata & mirabilis, Lutea ouorum in aceto elixatorum tria. Ceræ puræ. ℥.j. Roſacei olei ℥.ix. Sulphuris ignem non experti. ℥.iij. Luteis prius in aceto ſufficienti læuigatis, adijce ſulphur ignem non expertũ, & ceram, cõfectoq; vtitor. Lithargyrum autem cum aceto probè coctum vt emplaſtri formam nanciſcatur, acriores repurgat ſcabies, & quæ per Lapathum fiunt ſmegmata, & plura elephanticis conuenientia, quæ reuera ſunt communia, ad lepras & ſcabies mirabiliter conducunt.

6 Scabiem & pruritum incipientem curans. Cedriæ benè vſtæ. ℥.ij. Coquito in aceto ad tertias, & illine in balneo. Poſtremum autem foueto cum decocto lupinorum calidorum. Item. Amaræ lauri iuuenis foliorum tenerum, aut myrti cordis ſiue medullæ recentis, ſingulorum. ℥.ij. Tuſa coquito in oleo communi ad tertias, dein colato, & oleum in balneo illine. Item. Hederæ folia in aqua coquito ad tertias, & ea crebrò foueto. Aut decocto origani in balneo

foue

foueto. Aut perſeæ folia benè ſiccata, & in pollinem trita inſperge. Aut marrubij herbæ decocto foueto.

Palpebrarũ ſcabiem, & pruritus ſanans. Aloës flauæ. ℥. ß. Tritam madefacito cum melle, & illine. 7

Palpebrarum ſcabiem, pruritus, lepras, & impetigines mirabiliter abſtergens. Accipe myrobalanum in pollinem tritum, & cum liquido cerato illine crebrò. 8

Scabiem & pruritus curans, probatum. Pulegium cum aqua coquito ad conſiſtentiã, & ex decocto tepido foueto. 9

Sabies & pruritus pudendorum ſanans. Folia & ramos ſaluiæ coquito in aqua, & ex ijs foueto, vt probatis. 10

Scabiem veſicæ mirabiliter curans. Radicem glycyrrhizæ & eryngij benè coquito, & horum decoctum dilutum cum paſſo præbeto bibẽdum tepidum. Aut laurinum oleũ in balneo illitum, confeſtim ſanat. 11

Cruciatus lumborum, & eorundem dolores curans. Chamæleuces herbæ folia & radicem tundito, & ex aqua bibendam præbeto. Aut lauri radicem benè tuſam, ex vino ſufficienti bibendam dato. 12

